

(2)

2701306

**D. DIONYSII**

**Carthusiani in vii. episto-**

LAS CANONICAS,

IACOBI I.

PETRI II.

IOANNIS III.

IVDAE I.

EIVSDEM

ACTA APOSTOLORVM.

APOCALYPSIM,

HYMNOS ECCLESIASTICOS.

*Omnia accuratius diligentiusque quam antehac recognita fuere.*



PARISIIS,

Jacobum Keruer, via Iacobæa, sub duobus Gallis;

M. D. LII.

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29

i 17011378

# D. DIONYSII

## Carthusiani in vii. episto-

LAS CANONICAS,

IACOBI I.

PETRI II.

IOANNIS III.

IVDAE I.

EIVSDEM

ACTA APOSTOLORVM.

IN APOCALYPSIM,

HYMNOS ECCLESIASTICOS.

Omnia accuratius diligentiusque quam antehac recognita fuerunt.



PARISIIS,

Apud Iacobum Keruer, via Iacobæ, sub duobus Gallis.

M. D. LII.





INDEX.

INDEX RERVM MAGIS insignium, Ex commentariis in Epistolas Canonicas, Acta Apostolorum, Apocalypsim, & Hymnos.

A

**A**brahe præceptum, vt de terra sua egrederetur & cognatione, quomodo intelligendum 73.d.  
 Acceptor personarum quomodo non est deus 80.c  
 Acedia quæ 17.d  
 Actio omnium finis deus esse debet 7.g  
 Actio actionem trahit 37.d  
 Actio quæ ordinata 43.a  
 Actio quælibet tripliciter consideratur 47.c  
 Actio omnis cum sit a deo, an prauæ & vitiosæ sint ab eodem 47.c  
 Actuum apostolorum libri quadruplici ratione legendi 62.b  
 Adam quibus vitis tentatus & vitis 47.b  
 Adueræ qui dicantur 18.g  
 Aeternus rerum creator, & æterna lux quomodo deus dicitur 143.h  
 Ad affluentiam quomodo vnicuique dat deus, cum tot sint egentes 2.g  
 Agere quomodo accipitur 9.a  
 Agens quicunq; quod in se est, gratiam & illuminationem à deo consequitur 79.b  
 Agit deus omnia propter se 148.a  
 Albumezaris Mauri infana opinio de signo leonis in zodiaco 154.g  
 Ambulare quomodo Christus dicitur in medio fidelium 104.a  
 Amen variè sumitur 108.a  
 Amethystus lapis 140.h  
 Amor sui quomodo omnium vitiorum radix est 47.e  
 Amor dei increatus, origo & causa omnis boni creati 53.d  
 Amor dei quomodo nobis præuenit 52.d  
 Amore duplici nos diligit Christus 101.e  
 Amor primum domini 152.b  
 Angelum bonum pro sui custodia, sic & malum habet quisq; p sua exercitatione & probatione 14.c  
 Angeli quomodo desiderat prospicere in spiritum sanctum, qui deo sedulo sunt intenti 21.f  
 Angeli an mereri demerere sue possint 38.g  
 Angelorum præmiu crescit ex saluatorum numero in die iudicii 38.g  
 Angeli post primam ad dei conuersionem non promeruerunt 39.e  
 Angelus Moysi cur in igne splendentem in rubo apparuit 74.e  
 Angelos incarnationis mysterium

non cognouisse 154.g  
 Anima omnis rationalis aut sponsa dei est per fidem, aut adultera 23.d  
 Anima quanto intentius occupatur circa operationem vnus potentia, tanto in aliarum actibus est remissior 78.a  
 Anima deo trino ac simplici ascribitur 110.b  
 Animæ vestimenta quæ 107.c  
 Antichristus eiusque ministri an vera facient miracula 126.d  
 Antichristus quis & vnde dicitur 48.a, 52.g  
 Antichristus ex tribu Dan nasciturus 116.d  
 Antichristus etiam electos fallit, & cur deus hoc permittit 125.e  
 Antichristi tempus inquirere non debemus 63.d  
 Apocalypsis quid 100.d  
 Apollinaris hæresis 38.f  
 Apostoli magis illuminati, de Christo clarius multipliciūque nouerunt mysteria quam vates mosaicæ legis 38.a, b  
 Apostoli an se nouerant certitudinaliter esse in charitate 51.d  
 Apostoli quomodo ex aduentu spūs variis linguis loquebantur 65. d  
 Apostolatus, vocatur episcopatus 64.d  
 Aquæ nomine spiritus, eiusque gratia exprimitur 63.b  
 Aquarum vox seu sonus quid 103.b  
 Ara ignoto deo cur Athenis consecrata 90.c  
 Archidiaconorum origo 72.g  
 Argumentū tripliciter sumitur 62.g  
 Arii hæresis 38.f  
 Arii interitus 64.c  
 Ascensionis die Christus bis apparuit discipulis 63.b  
 Asina Balaam quomodo locuta dicitur 40.b  
 Auarus quam detestabilis 16.a  
 Audierunt homines verbum æternum dei dupliciter 42.f

B

**B**abilonis appellatione quid significetur 127.e, 133.a, b, c  
 Balaam quomodo ab asina correptus 40.a  
 Baptizati à Ioanne rebaptizabantur 64.b  
 Baptizauit Ioannes baptista, & baptizatus non fuit: contra à Iuda baptizatus fuit 64.b  
 Baptisma primum & veluti ianua ad alia sacramenta 31.a  
 Baptisma quomodo Christus insuit 55.d  
 Baptismus Christi quomodo in aqua & sanguine simul 55.d  
 Baptismus Apostolorum cur in no-

mine Iesu Christi fiebat 97.c  
 Beatitudo quid 141.g  
 Beneficiorum à deo pluritas magis magisque obligat 40.c  
 Benignitas spiritus, maxime appropriatur 146.a  
 Beryllus lapis 140.f  
 Bona temporalia sunt possidentis quo ad proprietatem, quantum ad vsum tamen eis indigentium. 51.f, g  
 Bruno Carthusianus archiepiscopus Regynensis electus 99.c

C

**C**æsareæ tres famosæ 79.a  
 Calami significatio varia 121.c  
 Calcedonius lapis 140.d  
 Canticum canere deo quid 126. h  
 Caput Christi quid 102.h  
 Ceremonialia Christus in melius commutauit 73.b  
 Certitudo duplex 37.c  
 Charitatis signum executio actus. 32.b  
 Charitas proximi an eadem est quæ dei 32.b  
 In charitate & gratia nos esse an haberi certitudo possit 37.b  
 Charitatis infusæ dignitas & efficacia 44.a  
 Charismata gratiæ nobis merito & virtute passionis dantur 43.e  
 In charitate se esse quomodo quis nouisse possit 45.b  
 Charitas perfecta est præceptorum impletio 45.e  
 Charitas, dei perfecta perhibetur dupliciter 45.d  
 Charitatis perfectio gradus 45. d  
 Charitas nobis à patre deo data quæ tamen fuerit 49.c, d  
 Charitas informis esse non potest. 49.h  
 Charitas sola inter filios dei & diaboli distinguit 50.g  
 Ex charitate diligenda quatuor 51.e  
 Charitas virtutum excellentissima & eius commendatio & virtus 53. b  
 Charitas quem timorem expellit. 54.c  
 Charitas duplex, infusa, & increata sed differens 53.c  
 Charitas deus est quomodo 54. a  
 Charitas oia communia facit 67.g  
 Charitas quod perfectior, eò liberatius se communicat 70.c  
 Cherinti hæresis 38.f  
 Chrysoprasus 140.g  
 Chrysolitus lapis 140.f  
 Christiani nominis appellatio vnde 81.d  
 Christus multis rationibus diligendus 20.g.  
 Christus lapis quomodo dicitur. 24.c

IN EPIST. CANONICAS.

Christus sicut templum est dei (vt est homo) & sacerdos ac hostia: ita & fideles per gratiam inhabitantem in eis 24.f  
 Christus quibus & quomodo fuit lapis offensionis & petra scandali 24.h  
 Christus ad dexteram dei patris esse dicitur dupliciter 31.b  
 Christus secundum quod homo super omnium angelorum choros exaltatus 31.c  
 Christus secundum quod homo an fuerit angelis maior an inferior 31.g  
 Christus non solum in carne passus est, sed & in anima & potentis omnibus 31.d  
 Christus secundum humanitatem assumptam omnia ab incarnationis exordio nouit 37.g  
 Christus cur lucifer dicatur 38.b  
 Christus per humanitatem aduocatus noster, secundum diuinitatem propitiator 44.g  
 Christus iustus secundum vtranque naturam 44.g  
 Christus aduocatus noster apud patrem esse quomodo intelligatur 45.g  
 Christus propitiatio nostra quomodo esse intelligatur 45.g, h  
 Ex Christo nasci & renasci quomodo intelligitur 44.b  
 Christus fuit propitiatio pro vniuersi generis humani vitis sufficiens, quamuis pro solis electis efficienter 45.h.  
 Christus quibus vitis tentatus, vicit 47.b  
 Christus solus dominator quomodo 59.c  
 Christus, vt homo, spiritus in omnibus dirigebatur: vt deus, à seipso 63.f  
 Christus post resurrectionem quoties manducauit cum discipulis 62.b  
 Christi nomine tota trinitas quomodo intelligatur 67.d  
 Christum oportuit pati, quomodo intelligendum 88.f  
 Christus quomodo dicitur princeps regum terræ 101.e  
 Christi caput, oculi, aspectus, pedes, vox dextera 103.a, b  
 Christo cur iudicium verè datum. 109.d  
 Christus lignum vitæ 104.g  
 Christus fortem armatum ligauit. 109.d  
 Christus ostium quomodo est 109.g  
 Christus secundum quod homo est fundamentum Ecclesiæ instrumentale: vt deus, per autoritatem 144.a  
 Christus cum sit filius Dauid, quomodo radix est eius 142.f  
 Christus quomodo credentium, etiam hominum vniuersorum, beatorum item lux esse dicitur 144. a

Christus omnium redemptor quomodo 144.c  
 Christus ante latronem moriens, antequam in lymbum descendens patres ibi visioe sua illustrauit, deinde latronem eò peruenientem 145.a  
 Christi duplex natiuitas atque natura 146.b  
 Christus cur potissimum crucifixionem & in ligno passus est. 147. e, f  
 Christus ascendentes, quomodo nobiscum tamen remansit 151.e  
 Citharæ dei, sancti omnes 126.f  
 Clauis mortis & inferni habet Christus 103.f  
 Clauis dauid quæ 107.f, g  
 Cæli qui diluuiio perierint, & repositi sint 40.g  
 Cæli duplices in scriptis. 40.g, 41.d  
 Cæli noui quomodo erunt post iudicij diem 41.g  
 Cæli in die iudicii quatenus transibunt 41.d, 138.c  
 Cæli quomodo peribunt post iudicij diem 138.c  
 Cœnobitarum vita ex quo fundatur 70.c, d, h  
 Cognito vna certior redditur alia modis quatuor 42.h  
 Cognito dei duplex 45. a  
 Cognito quomodo generetur 49.f  
 Cognito dei infernus quæ 53.a  
 Cognito quomodo dilectionis causa 54.g  
 Commisio peccati quid 47.d  
 Concupiscibilis motus in nobis dupliciter exponi potest 5.c  
 Concupiscentia duplex, mundana, & spiritalis 36.f  
 Concupiscentia oculorum quid: & est tribus, omnium vitiorum radix. 47.b  
 Concupiscentia carnis, & quanta in se complectitur 47.b  
 Conditor rerum æternus deus quomodo intelligitur 164.e  
 Condolere & dolere quatenus Christo conueniat 154.e  
 Confessio qua deum cõfiteri iubemur quid quantumque requirat 52.g  
 Confessio triplex in scripturis 53.h, 147.h  
 Confessio fidei duplex 53.h  
 Confessio triplex 147.h  
 conformamur quomodo Christo. 36.c, d  
 conscientiam mundam deo, proximo bonum exemplum debemus 26.a  
 consilij donum quantum 140.e  
 confortes diuinæ naturæ quomodo efficaciter 36.c, d  
 contentiosis peccatum quid 12.e  
 contentio vnde generatur 12.e  
 contritari quid significet 20.c  
 contritio summus in natura dolor.

159.g  
 Conuertere ex se ad deum an quis possit 14.d  
 Cooperantur quomodo deus & fidelis sibi inuicem 43.h  
 Corpus nostrum tabernaculo assimilatur 37.f  
 corpus christi cur dissolui non poterit 66.h  
 creator, quælibet in diuinis persona vocari potest 151.h  
 creatura esse in deo dicitur multipliciter 45.e  
 credere in filium dei quid 55.h  
 cura duplex moderata & immoderata 24.g  
 curiositas interdum famulos dei tentat, & quando 47.c

**D**  
 Dæmones an credere & quomodo dicantur 9.a  
 Dæmones an mereri demerere possint 38.g  
 Dæmonum pœna in die iudicii augetur, ex numero damnatorum & pro iporum tentationum magnitudine 38.g  
 Dæmonum pœna ante iudicii generalis diem quænam est 38.g  
 Dæmones hominibus eminentiores & fortiores esse 39.d  
 Dæmones post vnam transgressionem positi sunt in termino, nec interim vnquam meruerunt 39.e  
 Dæmones non sunt omnes æquæ iniqui 39.e  
 Dæmonum varios ordines postulerunt gentiles 89.c  
 Dæmonis nomine quid intellexerunt veteres christiani 89.c  
 Dæmonum prælium contra angelos cur 121.h  
 Dæmones vniuersos deus virtute passionis suæ in inferno non ligauit 136.h  
 Dan tribus cur in commemoratione tribuum in Apocalypsi ommissa. 116.b  
 dare melius esse quam accipere quomodo intelligendum 93.f  
 Datio duplex 8.g  
 Dauid & prophetarum quantum ad Iudæos testimonium firmius fuit de Christo quam Apostolorum 38.b  
 Declinare à malo quid 45.g  
 Demeriti meritisque ratio 4.g  
 Dependencia & imperfectio est in omni creatura 43.d.  
 Desiderium quid 21.f  
 desideria carnalia quæ 25.g  
 Desinare quid in scripturis 31.e  
 Detractionis vitium quam detestabile 15.a  
 Deus fidelis quomodo dicitur 33.g  
 Deus quomodo lux est 43.c, d.

INDEX.

Deus quod in nobis maneat quod cer-  
to cognoscere possimus 52.e  
Deus charitas est quomodo 54.a  
Deus in hac vita an videri possit  
75.f  
Deum in his quae creavit indefinenter  
operari 89.h  
Deus nouissimus quod dicitur 142.e  
Deus aeternus rerum creator, & eter-  
na lux quomodo dicitur 143.h  
Deus diligit plus humanitatem chri-  
sti quam totum residuum, & qua-  
re 146.a.b  
Deus saluator & author salutis no-  
strae secundum vtranque naturam,  
sed differenter 160.  
Deus conditor rerum aeternus quo-  
modo dicitur 164.e  
Ad dexteram dei esse Christum dicitur  
dupliciter 31.b  
Dextera Christi quid 103.c.154.e  
Diabolo quomodo resistendum 14.a  
Diabolus semel victus ab aliquo an  
postmodum ad tentandum eundem  
redeat 14.b  
Diabolus victum non recedere 14.c  
Diabolo quibus modis resistere pos-  
simus 35.a  
Diabolus quomodo nos circuit 35.a  
Diabolus mendacii pater & origo  
48.d  
Diabolus quomodo ab initio pecca-  
uit 50.d  
Diabolus quo impellente aduerfari-  
us salutis humanae verba dei in-  
terdum protulerit, ipsumque deum  
confessus sit 87.h  
Diabolus pluribus nominibus insig-  
nitus 136.h  
Dici appellatione lux significatur  
39.g  
Dei voluptas quid 39.f  
Dies boni vel mali quomodo dican-  
tur 29.a  
Dies vnus apud deum mille anni, &  
contra quomodo intelligendum  
41.a  
Dies domini, dies iudicii cur dicitur  
41.d  
Dies mali vnde dicuntur 90.b  
Diligendum ex charitate quatuor  
modis 51.f  
Diligendi deum ratio quadruplex ef-  
ficacissima 54.f  
Diligere quid 54.d  
Dilectio dei dilectionem proximi &  
cuncta praecepta eo pertinentia in-  
cludit 50.h  
Diminutiuorum vsus in scripturis  
45.f  
Dionysius areopagita describitur  
90.d  
Dissensio pauli & Barnabae qualis  
fuerit 87.a  
Distentio inter filios dei & diaboli

an hic esse certa possit 50.g  
Diuitias proprias in seculo erogate,  
an in religione mendicare, sit per-  
fectius 93.f  
Dominium duplex 43.a  
Dominium praetorum verius ser-  
uitus dicenda est 34.a  
Dona spiritus, an a virtutibus reali-  
ter distinguantur 152.d  
Donari seu fieri aliquid in scripturis  
quomodo dicitur 49.c  
Donec vocis acceptio 67.b  
 dormire quid dicitur 107.b  
 Dulcedinis dei magnitudinem quo  
hic gustare possimus 24.b  
E  
Ebonis haeresis 38.f  
Elementa quomodo transibunt  
iudicii die 41.d  
Elemosyna quomodo de necessita-  
te praecipitur & necessario facienda  
sit 51.g  
Ad ecclesiastica beneficia ex consan-  
guinitate atque carnali affectu non  
sunt eligendi 64.h  
Ecclesia quomodo candelabro assi-  
milatur 102.f  
Electorum an aliqui ab Antichristo  
decipiantur 125.e  
Ecclesiae fundamentum primum  
vnicum Christus; secundaria vero  
plura 139.g  
Ecclesiae fundamentum primum  
christus, secundarium petrus & alij 165.a  
Eclipsis sub Christo qui fuerit admi-  
rabilis 90.d  
Efraim tribus cur in commemora-  
tione in Apocalyp. omissa 116.b  
Effusio duplex, bona & mala 60.b  
Electionis nostrae an hac in vita cer-  
titudine haberi possit 37.b  
Electio ad sacerdotiorum dignitatem  
qualis esse debeat 72.f  
Episcopi ritum angelorum vocantur, &  
quare 103.g.h  
Essentia diuina immediate a mente  
creata videri non potest 49.f  
Euangelistarum per animalia varia  
interpretatio 11.g.d  
Euangelicae legis praeter ceteris excel-  
lentia multiplex 6.h  
Exaltatio corporis Christi corporum  
nostrorum est exaltatio 151.e  
Exempla virtutis vel maxime in praer-  
latis requiri 34.c  
Exorcismorum origo 91.g  
Extasis quid 68.b  
F  
Facere quomodo accipitur 8.h  
Facere bonum quid 45.g  
Facies dei triplex 142.a  
Facies dei quid 142.a  
Falsitas triplex 142.f  
Fere dictionis significatio 64.a

Flumen aquae vitae quid 141.e  
Fides, mentis oculus 2.h  
Fides quam necessaria 2.h  
In fide quomodo deum orare debeat  
mus, cum incerti simus an Christo  
placeamus 3.b  
Fidem formatam se habere an quis  
certo possit 8.h  
Fides mortua quae 8.g  
Fides viva quae 8.h  
Fides an in demone sit 9.a  
Fides, rationis oculus 9.b  
Fidem iustificare sine operibus quo-  
modo intelligendum 9.d  
Fidei ac spei ratio quae potest du-  
pliciter 29.g.h  
Fidei rationem reddere qui debeant  
esse querentibus parati 29.h  
Fides propugnaculum contra vniuer-  
sas insidias diaboli 34.h  
Fides vna quomodo dicitur 35.g  
Fidei veritatis certitudo quomodo  
pater 42.h  
Fides quo mundum vincit 55.c  
Fides in persecutione perferitur  
76.c  
Sola fides quomodo iustificat 154.  
fidelis vnde, & quomodo deus fide-  
lis dicitur 33.g  
Fiducia conscientia bona facit 49.a  
Fieri seu donari aliquid in scripturis  
quomodo dicitur 49.c  
Filios dei fieri nobis deus quomodo  
potestatem dedit 36.e  
Filioli in scriptura quid 44.f  
Fortitudinis actus duo 139.h  
Forti haeresis 38.f  
Fratrum correptio & a peccatis con-  
uersio deo gratissima 18.b.c  
Fratres vocat eos qui sunt de eadem  
cognitione, scriptura 64.a  
Fundamentum ecclesiae primum  
vnicum Christus; secundaria vero  
plura 139.g  
Futurorum contingentium certa praer-  
cognitio soli deo propria 38.c  
G  
Gaudemus in deo dupliciter  
43.a  
Gaudium duplex, ordinatum & in-  
ordinatum 43.a  
Gaudium quid & vnde oriatur 43.c  
Gaudium plenum quo per bona o-  
pera perfici dicitur 43.b.c  
Genatio in scrip. variè accipitur 51.g  
Generatio dei quomodo conseruat  
nos 56.f  
Genus dei quomodo sumus 90.a  
Gentes contra Christum frementes  
quae fuerunt 69.h  
Giezi qui dicitur 76.f  
Gladus dei quid 103.c  
Gog & Magog quid 137.d  
Grabbarum quid 71.a  
Gratia duplex 79.b

IN EPIST. CANONICAS.

Gratia quid, & eam quisnam habeat  
101.a  
Gratia varia acceptio 90.b  
H  
Haereticorum aliquot nomina  
recensentur insigniorum 38.f  
Haereticorum maior futura dam-  
natio, quam diluuii euerfori, ac  
demonum quorundam 39.d  
Haereticorum peccata spiritualia  
esse in deum grauissima 38.e  
Haereticus cur dicitur indoctus & in-  
stabilis 42.a  
Haereticus definitio 52.h  
Hyacinthus 140.h  
Hymnus quid appellatur 143.d  
Homicidium triplex 51.d  
Homicida quis quatuor modis 51.d  
Homicidii origo, odium 51.d  
Homo ex se grauius destitutus, in om-  
ne malum pronus est 147.f  
Honorandi quinam sint 8.g  
Hospitalitatis commendatio 32.c  
Hospitalitas quam commendabilis  
39.d  
Humilitas nostra, nostra est exalta-  
tio 34.f  
Humanitas Christi satisfaciendi ido-  
neitatem habuit infinitam 44.h  
Humanitatem Christi plus diligit  
deus quam totum vniuersum, & quare  
146.a  
I  
Iacobus Christi consanguineus 1.a  
Iaspis lapis 10.b  
Iaspis lapis 140.c  
Idololatria, fornicatio dicitur 27.c  
Idololatria dicitur vinum 127.c  
Ieiunium cur ordinatum 148.a  
Ieiunij effectus salutare multi 148.b  
Ieiunia nostra quando sunt fructuo-  
sa 148.b  
Ignorantia quomodo vitiorum ma-  
ximum 37.a  
Ignorantia quae & quatenus excusat  
40.d  
Ignorantia deo Athen. cur aram conse-  
rauerunt 90.c  
Imaginaria vis imprimitur dupli-  
citer 5.c  
Immortalitas corporis non ante die  
iudicii consequitur 154.f  
Impij quomodo etiam ante iudicii  
diem dantur & cruciatur 39.c  
Inane quid dicitur 9.b  
Incarnationis mysterium potissime  
spiritus, appropriatur 146.a  
Infantibus in quo assimilari debemus  
23.h  
Infideles se excusare non poterunt,  
de eo quod pater dixerit Christum  
esse Messiam 55.h  
Ingratitudinis pars pessima non at-

tere beneficia impartita 161.g  
Iniquitas 49.h  
Iniqui citra condignum puniuntur in  
inferno 133.e  
Instinctus diuinus cunctis homini-  
bus datur, quem boni sequuntur  
109.b  
Intellectus dicitur homo 93.b  
Intellectus suprema animae vis, & vo-  
luntate nobilior 153.g  
Interpellat Christus pro nobis an vo-  
ce an miseratione 45.h  
Interpellat Christus pro conserua-  
tione perfectorum, & offendentium  
reconciliatione 45.h  
Interpellat an Christus pro solis ve-  
re penitentibus 45.h  
Inuocandus deus quomodo 23.a  
Ioannes quomodo dignus & indi-  
gnus fuit Christum baptizare 82.c  
Ira dupliciter fit mortalis 6.d  
Israelitici regni restitutio quae 63.c  
Iudas cur primus in nomenclatura  
tribuum in Apocalypsi 116.b  
Iudas Thadaeus, Iacobus, & Corcu-  
lus vocatus est, author epistolae ca-  
nonicae 58.h  
Iudicare quatenus Christo conueniat  
secundum diuinitatem per autho-  
ritatem, tamen iudicii executionem  
meruit per suam humilitatem &  
passionem 109.d  
Iudicium Christi duplex, generale  
seu finale, omnium; particulare, singu-  
lorum 34.d  
Iudicij dies in ictu oculi fiet, non per  
mille annos durabit 41.b  
Iudicij dies cur differatur 41.d  
Iudicij diem cur praesciri nolit deus  
63.c  
Iudicium dei duplex 39.c  
Iudicium generale quoddam, idque  
triplex 129.g  
Iudicia dei quomodo manifesta, &  
incomprehensibilia dicantur 129.g  
Iurare quid 17.d  
Iurare quatenus liceat 17.b.c  
Iuramenti comites tres 17.b.c  
Iustificati hominem dupliciter 9.c  
Iustificari quid 84.a  
Iustitia sub se habet virtutes omnes  
35.h  
Iustitiam viam non agnouisse, quam  
post agnitam retrorsum redire, quo-  
modo melius esse intelligatur.  
40.c.d  
Iustitia hominum etiam perfectorum,  
hinc est imperfectissima 49.b  
Iustitia actus duo 137.h  
Iustus vix saluabitur, quomodo in-  
telligendum 33.e.f  
Iustus deus de retributione eripere quo  
nunc modo 93.b.c  
Iustus deus secundum vtranque na-  
turam 45.g

L

Atro non praeuenit existentes in  
lymbo in visione diuinae essen-  
tia 145.a  
Laudis siue laudatio ex cognitione est  
laudati 143.e  
Laudis beatorum & viatorum in qui-  
bus inuicem distinguatur 143.a  
Lex euangelica, lex charitatis 7.a  
Lex euangelica, lex spiritus vitae 7.a  
Lex euangelica, lex gratiae 7.a  
Lex euangelica, lex amoris 7.a  
Lex vetus, lex timoris 7.a  
Lex euangelica, lex perfectionis 61.a  
Lex euangelica, lex libertatis 7.a  
Lex diuina, aequitas est: sic iniquitas  
transgressio aequitatis & legis 49.h  
Lex tota quomodo in duobus praer-  
ceptis pendat 50.h  
Legis diuinae partes duae, testimonia  
& mandata 54.g  
Libido inaccessibile delictum cur 39.g  
De libro vitae quomodo quis deleri  
dicitur 107.e  
Lignum vitae Christus 141.f  
Lymbus patrum qui locus 146.  
Linguae refrenatio 7.e  
Linguam nullus homo domare po-  
test quomodo intelligendum 11.e  
Linguae etymon 12.a  
Loth iustitia 39.b  
Lucifer Christus cur dicitur 38.b  
Lux in spiritualibus rebus quomodo  
dicitur 143.h  
Lux credentium Christus, etiam ho-  
mitum vniuersorum, item & bea-  
torum quomodo 144.a  
M  
Machometi haeresis, diem iudicii  
per quingenta milia annorum  
duraturum 41.d  
Mali qui & quatenus sustinendi  
104.b  
Manichaei haeresis 48.f  
Marcionis haeresis 38.f  
Mariae ad Ignatium epistolae 1.b  
Maria filium dei portare meruit de  
congruo magis quam condigno  
159.h  
Maria quibus virtutibus potissimum  
deo placuit vt in se filium con-  
ciperet 159.h  
Maria mater gratiae & misericordiae  
quomodo 160.g  
Mendacij perniciosum est & ioco-  
sum 127.a  
Mendacium triplex 142.f  
Mendacij varia significatio 127.b  
Mentiri deo quid 70.f  
Mens creata an naturali amore plus  
diligere possit deum, quam seipsam  
163.f  
Meriti demeriti que ratio 4.g  
Merendi demerendum statum ex-  
cipit hominis mors 30.g  
a iiii

INDEX.

Meritoria actio omnis à charitate est 50.e  
 Meritū Christi quomodo nobis applicatur 96.b  
 Michaëlis & diaboli cōgressus & pugna vnde & quando fuit 59.h  
 Michaël archangelus quomodo dicitur 59.h  
 Miracula cur etiā per reprobos fieri permittat deus 91.g  
 Mysterium quid signet 148.d  
 Mors secunda quid 105.b  
 Mors cōfixorum pœnalissima 148.g  
 Mors triplex 154.f  
 Mulieres in preciosis curiosisque vestibus & ornamentis an peccent 28.a  
 Mundus quomodo peribit post iudicium 138.c  
 Mundus variis modis capitur 46.g  
 Mundum & qui in mūdo sunt quomodo nō amare præcipimur 46.g  
 Mundus quomodo transibit 47.f  
 Mundum vincere quid 55.b

N

Nāsci & renāsci ex Christo quomodo intelligimur 49.b  
 Nationis nomine Gentiles appellabant Iudæi 148.h  
 Natiuitas triplex Christo ascribitur 145.h  
 Natiuitas duplex 160.f  
 Naturæ dona à donis gratiæ perficiuntur 36.c  
 Naturæ due, interdum tres, quomodo perhibentur esse in Christo 146.g  
 Nazarethorū votum quod 91.a  
 Nequitia quid 69.a  
 Nicolaitæ qui & vnde 72.g  
 Noë octauus esse saluatus quomodo intelligitur 38.h  
 Notitia veritatis & fidei quā exoptāda & necessaria, etiā si post agnitionem eius grauisimè peccatur 40.d  
 Noui testamenti librorum quadripartitum genus 62.a  
 Nouissima ætas quæ 47.h  
 Nouissima ætas cur cæteris protrahatior 47.h  
 Numerus pluralis pro singulari sæpe in script. 124.d  
 Numerare solum rationales posse. 40.a

O

Obscuratio quid 25.f  
 Oculi Christi 163.a  
 Odium ad homicidium via 51.d  
 Omissione peccare quid 47.d  
 Operatio vitæ præsentis feminatio quædam est 13.a  
 Operum appellatione in scripturis, non exteriores tantum, sed etiam

quicūque actus virtuosi intelliguntur, siue interiores siue exteriores 8.g  
 Opus bonum quia liberè facimus, reputatur nobis in meritum, quāuis sit donum dei 36.f  
 Operis omnis boni author principalis deus, homo dei minister & instrumentum 36.  
 Opera bona sine peccato omitti nō possunt 45.f  
 Opera quomodo morientes sequantur 128.c  
 Oratio, desiderij interpretis 17.h  
 Orationes ministrorum ecclesiæ etiā iniustorum in persona ecclesiæ suæ efficaciam habent 18.a  
 Oratio quid 45.a  
 Orbes cælestes in iudicio innotuabuntur 138.b  
 Orbis pro hebdomade 153.e  
 Ordo in electione qui seruandus 72.f  
 Oreb & Sinai idem mons 74.d  
 Os Christi quasi gladiū 103.c  
 Osculo salutadi mos apostolis 35.e  
 Ostium Christi quomodo 109.g  
 Ostium in scriptura multimodè accipitur 107.h

P

Pacem sibi facere vnusquisq; debet 13.a  
 In primo parète peccare, cadere, infici, damari, antequam nati, quomodo potuimus. 154.e  
 Paschalis dies cur verus dies dei dicitur 149.f  
 Passere quibus debent plebem pastores 33.h  
 Passionibus Christi quomodo variè communicare debemus 32.h  
 Passionis meritum applicatur hominibus per sacramenta ecclesiæ 144.c  
 Passionem saluatoris quotidie variis modis debemus recolere 161.f  
 Pastorum vita qualis esse debeat 34.b.c  
 Pastores animarum non solum pro suis actibus, sed & subditorū præmiabuntur vel dānabuntur 34.d  
 Patientiæ commendatio 2.b.c.d  
 Patientiæ opera sex 2.a.b.c  
 Patientia duplex 2.a  
 Patientia electorum & probatio fidei cur auro cōparetur 20.f  
 Patientiæ gradus triplex 27.a  
 Patres vet. legis in quē saluati 89.c  
 Pauli epistolarum commēdatio per Petrum 42.b  
 Pauli & Barnabæ dissētio qualis fuerit 87.a  
 Pax charitatis & dilectionis effectus 13.a  
 Pax in quo fundatur 36.a

Pax quid 101.a  
 Pax pectoris & temporis quæ 139.a  
 Peccare post iustitiæ notitiam & veritatis quā sit enorme 40.c.d  
 Peccare quomodo quis non possit. 37.c  
 Non peccare, quid & quāta in se cōplectatur 44.f. 45.f.g  
 Peccare neminem ex certa scientia 46.d  
 Peccantes quomodo ex diabolo esse intelligantur 50.b.c  
 Peccās mortaliter, perdit omnia antea meritoria opera: quæ rursus viuificantur, cū pœnitet & resurgit 57.e  
 peccator in vno offendēs quomodo omnium reus 9.a  
 In peccato deo considerantur 9.a  
 peccata quatuor clamantia ad deum 16.c  
 peccata spiritalia & in deū, grauiora esse peccatis carnalibus & in proximum 39.e  
 peccatum reciduum 40.c.d  
 peccati mortalis immunem an quis se dicere possit 44.a.b  
 Sine peccato mortali anquis esse possit 44.a.b  
 peccata distingui tripliciter 47.c  
 peccatum quid sit. 47.c  
 peccata omnia in hoc conueniunt, vt nos à deo auertant 47.c  
 peccatorum omnium initium quomodo supbia, & alio loco, cupiditas siue auaritia esse dicitur 47.d  
 peccata nostra Christus multimodè tollit 50.a  
 peccata venialia quibus mediis deletantur 56.e  
 peccata in spiritūsan. quomodo irremissibilia dicantur 56.f  
 peccatum cur dicitur mors 105.c  
 pedes Christi, etiam prædicatores. 20.b  
 pedum nomine affectiones significare 120.a  
 pedes Christi qui 163.b  
 Pellices vnde dicitur 39.h  
 peregrinari quis dicitur modis quatuor 32.f  
 perfectio nostra tota in imitatione conuersationis & passionis Christi consistit 31.d  
 personarum acceptio quid 7.h  
 Personarum acceptio quæ, & quomodo deus nō sit personarum acceptor 8.c  
 personæ dignitatis consideratio duplex 8.e  
 personarum acceptio in quibus cōmittitur 8.f  
 personarum acceptio an deo conueniat 8.g  
 Petrus Iudæorum apostolus 18.e

IN EPIST. CANONICAS.

Petrus non primū sed secundariū ecclesiæ fundamentum 165.a  
 Pietas duplex 41.f  
 Pythones vnde dicantur 87.g  
 Placere sibi quid 39.c.d  
 Plenitudinis spiritus gradus multiplices 65.d  
 Polycarpi martyrium 105.c  
 Pontifex summus cur se feruum feruorum vocet 34.b  
 Pœnitentia, secunda post naufragiū tabula 44.c  
 Pœnitentiæ partes tres 44.c  
 Pœnā pati pro culpa propria secundum rigorem iustitiæ, nō esse meritum 27.a  
 Populi contra Christum frementes qui fuerint 69.h  
 Potestas omnis quomodo dicitur esse à deo 125.a  
 Præcepta decalogi an homo ex naturalibus suis possit implere 45.b  
 Præcepta implet perfecta charitas: 45.c  
 Præceptū dilectionis vetus & nouū quomodo dicitur 45.g  
 Præceptū geminæ dilectionis est de naturali dictamine rationis 46.g  
 Præcepta diuina graua nō esse quadruplici ratione 55.a  
 Præcepta nō implendi difficultas vnde de confurgat 55.b  
 Præcepta moralia vet. leg. euāgelicis consiliis perfecit Christus 73.b  
 Præcepta legis quomodo Iudæis importabilia fuisse intelliguntur. 86.b  
 Præcepta legis tot fuerunt, quot ossa in homine apud Iudæos 86.b  
 Præcepta legis triplicia erant 94.g  
 Prædestinati quantūcunque ad tempus iniqui sunt, semper sunt populi dei 23.d  
 Prædestinationis nostræ certitudo quō haberi possit à nobis 37. a.b  
 Prælati quomodo dominari in subditos liceat, & quid sit 34.a  
 Prælati stellæ & candelæ assimilantur 103.c  
 Præsentis pro futuro vsus frequens apud Ioannem 48.a  
 Probatio fidei & patientia cur auro comparetur 20.f  
 Prophetas omnes, de Christo esse vaticinatos 21.g  
 Prophetiæ gratia actum dicit, non habitum 38.c  
 Prophetæ ex sua libertate propria nō habuerunt notitiam prophetalem 38.c  
 Prophetarū in potestate non esse adhibitum vaticinari 38.c  
 Propitiatio & propitiator noster esse quomodo Christus intelligatur 43.b  
 propitiatio p peccatis nostris quo-

modo esse intelligatur Christus 44.g.h  
 proprietatis vitii in religiosis quā detestandum 70.h  
 pro proximi salute quādo quis propriū corpus in mortem dare tenetur 51.e  
 Prudentiæ actus duo 139.h  
 Psalmus quid 143.d  
 pueris assimilari in quibus debemus 23.h

Q

Quiescere dei quid 75.d

R

Radices vitiorum omnium tres, cōcupiscentia carnis, oculorum, & superbia vitæ 47.b  
 Reciduum peccatum quā enorme & graue 40.c.d  
 Redemptor omnium quomodo Christus 44.b  
 Reges quomodo dicantur etiam omnes fideles 25.b  
 Regum terræ princeps quomodo Christus 101. e  
 Regnum dei quomodo sumus 101.f  
 Regem esse secundum vtranque naturam Christo competit 148.d  
 Religio quid 7.d. 65.e  
 Religiosis actus interni & externi 7.e  
 Religiosi dupliciter dicuntur 65.b  
 Religiosis actus principales sunt interiores 89.f  
 Reprobi p diuersitate & gradu demeritorum dæmonibus cōsequabuntur 39.e  
 Res in deo esse dupliciter 89.h  
 Resurrectio Christi specialem diffcultatem credendi habet 31.b  
 Resurrectio Christi quid nobis pmeruit 31.b  
 Roma cur Babylon dicta 35. e

S

Sabelli hæresis 38.f  
 Sacerdoti confiteri peccata tenemur 44.b  
 Sacramenta Euangelicæ legis quid præstent 17.g  
 Sacramēta ecclesiæ virtutē & gratiā fortiuntur à merito saluatoris 46.e  
 Sacramēta vasa sunt medicinalia, domini passionē & gratiam continentia 101.e  
 Sacramenta omnia efficaciam suam à passione sumunt 101.e  
 Sacrificia lege naturæ atque scripta nō ex se bona vel mala dicebantur, sed offerentium virtute 51.a.b  
 Sadducei vnde dicti 71.c  
 Saluari hominem, ex deo esse: vt eū non saluari, ex deo non esse 33.f  
 Saluatorē esse mūdi secūdū vtrāque naturā Christo cōueniebat 53. g.h  
 Saluator & author nostræ salutis de dicitur secundum vtranque natu-

ram, sed differenter 160.e  
 Saluos fieri omnes quomodo velle deus intelligatur 41.b  
 Sanctum quid 22.c  
 Sancti ante deum quomodo stare dicantur 116.d  
 Sapientiæ veræ descriptio 12.f  
 Sapientia quid 33.h  
 Sapphirus 140.d  
 Sardonix 140.e  
 Sardius lapis 140.f  
 Scandalum duplex 25.a  
 Scandalum quid 46.b  
 Scandalum actuum & passiuum 46.b  
 Scientia quid 33.h  
 Scripti in libro vitæ qui & quomodo dicantur 107.e  
 Sedere & stare à dextris dei quid significant 75.h  
 Sedes Christi quæ 151.a  
 Seducitores qui sint 48.g  
 Semen dei quod 50.e  
 Seniores communiter ætate in primitiua ecclesia pastores erant 33.g  
 Senioribus omnibus honor est exhibendus 34.c  
 Sepeliri viros & cōiuges eodem tumultu apud Iudæos cur moris fuit 70. h  
 Septenarij numeri significatio 101.b  
 Septenarij numeri perfectio 133.e  
 Seruitus duplex 35.g  
 Silentij religiositas à patribus Dionysij instituti 12.a  
 Syllanus 35.c  
 Smaragdus 140.d  
 Societatem cum deo quomodo habemus 43.g  
 Socij qui appellantur 43.g  
 Sodomitarum & diluuii euerforū peccata qualia fuerint 39.e  
 Solem in paschate clarius choruscare quomodo intelligendum 144.g  
 Solicitos esse nos non debere quomodo intelligendum 34.g  
 Sollicitudo duplex 34.g  
 Somnus mentis duplex 165.e  
 Sortis nomine quid intelligendum 64.e  
 Sortibus quadrifariam vti licitum 64.b  
 Spes & timor moræ duæ 2.b  
 Spes quid. 3.b  
 Spes quid 49.h  
 Spiritūsan. spiritus Christi quomodo dicitur 22.d  
 Spiritūsan. quomodo super nos requiescere intelligatur 33.b  
 Spiritus veritatis & spiritus erroris qui 53.b  
 De spiritu sancto quomodo deus apostolis dedisse dicitur 53.f.g  
 Spiritum sanctum in nobis esse quō probabiliter cognoscamus 53.g



INDEX IN EPIST. CANON.

Spiritus sanctus quomodo testatur Christus esse veritatem 55.e  
 Spiritus sanctus unctio 63.b  
 Spiritus sanctus donum dei 63.e  
 Spiritus sanctus vehementer cur dicitur 65.b  
 Spiritus sanctus cur in linguis ignearum specie apparuit 65.b.c  
 Spiritus sanctus cur quinquagesimo die a pascha datus 65.g  
 Spiritus sanctus cur hora tertia descendit 66.a  
 Spiritus sanctus promissionem accipere committit Christo secundum humanitatem: spiritus sanctus dare secundum diuinitatem 67.a  
 Spiritus sanctus mentiri quid 70.f  
 Spiritus sanctus cur in columbae specie descendit 76.h  
 Spiritus Iesu qui 87.d  
 Spiritus quilibet in diuinis persona vocari potest 151.h  
 Spiritum dare quid 152.b  
 Spiritus charitas est 152.c  
 Spiritus unctio est 152.f  
 Stare a dextris dei & sedere quid significant 57.h  
 Stephanus quomodo vidit deum stantem a dextris dei 75.f.g  
 Stultus & stultitia quid 40.e  
 Subditorum circa suos superiores officium 34.d  
 Superbia vitæ quid, & de tribus omnium vitiorum radix 47.b  
 Superbiae quatuor species 47.c  
 Superbis cur specialiter resistere dicitur deus, cum omnem tamen vitiosum detestetur 13.h  
 Superstitio quodnam vitium 89.d  
 Sufurratio quid 15.b

**T**  
 Temperantia actus duo 139.h  
 Tempori ascribi ea quæ sunt in tempore 149.h  
 Tempus agere vel pati quomodo dicitur 31.c  
 Tempus in patria quomodo erit 153.e  
 Tenebrarum locus, mundus est iste, seu genus humanum 38.b  
 Tenebræ quomodo in deo esse nullæ dicantur 43.d  
 Tenebræ quid in scriptura designent 43.d  
 Tenebræ quid in scripturis 46.c  
 Tentationem omnem a deo non esse 4.c  
 Tractatio duplex, & qua deus dicitur tentare, & qua non 4.c  
 Tentatio mundi quid 4.c  
 Tentatio an sit appetenda 4.h.5.a  
 Tentare quid 4.e  
 Tentatio actiua & passiua 4.e  
 Tentatio fit tribus modis 4.g

Tentatio, an sit peccatum, quæ fit ab hoste 5. b.c  
 Tentatio quomodo longanimitate a nobis ferri possit 39.c  
 Tentatio propter duo fit 42.d  
 Tentatio omnis ex tribus contingit, concupiscentia carnis, oculorum, & superbia vitæ 47.b  
 Tepidi deo detestabiles: & quid sit tepidum 108.f  
 Terra quomodo per aquam subsistat 40.g  
 Thestrum quid 42.b  
 Timere hominem quid, & quatenus bonum & licitum 26.g  
 Timor duplex 35.g  
 Timor qui imperfectam charitatem ostendit 54.e  
 Timor castus & filialis deo debetur ut patri 22.h  
 Timor dei omni Christiano quam necessarius, quamque sit efficax 22.h  
 Timor seruilis deo debetur ut domino 22.h  
 Tribulatio quomodo longanimitate ferri possit 39.b.c  
 Tribulationis tempore licet de rigore propositi etiam remittere 81.h  
 Tribus tabernis locus 99.c  
 Tribuum in commemoratione cur a Iuda sumptum exordium: tribus autem Dan & Ephraim omisissæ 116.a  
 Tribuum duodecim nominum interpretatio 116.c.d  
 Tristitia duplex 17.d.e  
 Tunica immaculata quid 61.d

**V**  
 Vanitas in homine quid 43.d  
 Venialia peccata evitare profusus homo non potest 37.c  
 Verbum dei quomodo hominem saluare dicitur 6.g  
 Veritas triplex 142.f  
 Veritatis agnitio quam necessaria, etiam si post eius notitiam grauissimè peccetur 40.d  
 Veritatis post agnitionem cadere quod sit graue 40.c.d  
 Veritatis fidei certitudo quatuor modis haberi potest 42.h  
 Veritas quomodo Christo appropriatur 55.e  
 Verum omne a quocumque profertur, a deo est, deoque attribuendum 44.d  
 Verum & veritas multis modis in scriptis capiuntur 58.e  
 Veritas creata quæ, & quæ increata 88.e  
 Veritas creata multiplex 58.e.f

Veritas iustitiæ dupliciter dicitur 58.g  
 Veteris testamenti allegatio, sensus magis quam verba sunt 64.g  
 Veteris testamenti librorum quadripartitum genus 62.a  
 Via veritatis quæ 38.e  
 Viis duabus ingredi qui dicantur 3.e  
 Vigilandum quomodo nobis est 32.a  
 Vinum iræ quid 127.c  
 Vinum furoris quod 136.e  
 Virgines an in presenti sint meriti maioris, & præmij in futuro, quam ceteri electi non virgines 126.h  
 Virginitas sola cogitatione amissa, poenitentia recuperatur 126.h  
 Virginum victoria maior quam angelorum 127.a  
 Virginitatis excellentia 127.a  
 Virginum prærogatiua 127.c  
 Virtus seu potentia cur patri appropriatur 23.b  
 Virtus dei agit in instanti 68.a  
 Virtus quilibet habet proprium sibi gaudium annexum 72.b  
 Virtutis perfectæ signum, delectatio in opere 155.  
 Visio dei ineffabiliter iucunda multis de causis 20.h  
 Visio dei, merces completa 20.h  
 Visio beatifica beati deo quod proxime assimilatur 49.g  
 Visio multiplex, & qua deus videri vel non videri possit 53.e  
 Visio triplex 109.f  
 Visio dei, merces victoris 142.a  
 Vitiorum omnium radices tres, concupiscentia carnis, oculorum, & superbia vitæ 47.b  
 Vita triplex 154.f  
 Vitæ nostræ fructus omnis, peccati vitatio & ablatio 45.f  
 Vnum & idem secundum diuersas considerationes rectè suadetur & dissuadetur 93.h  
 Vnctionis extremæ ad sacramentum necessaria quinque 7.g  
 Vnctio fieri debet sub cõgrua & certa forma verborum 17.g  
 Vnctiones sacramenti effectus & virtus 17.h  
 Voluptas mala quæ 39.f  
 Voluptas bona quæ 39.f  
 Voluptas dei quid 39.f  
 Voti fractio enormior quam violatio iuramenti 165.g  
 Vulnere quatuor ex peccato originali secuta 147.f

D. DIONYSII CARTHUSIANI  
 IN VII. EPISTOLAS CANONICAS,  
 PROOEMIUM.




Comedite amici, & bibite, & inebriamini. Canticorum quinto. Deus omnipotens & æternus, qui ciues supercaelestis Hierusalem, sibi ipsius clara per speciem cognitione alit & faciat: ciues huius in terra peregrinantis Hierusalem, militantis ecclesiæ, non relinquit impastos: imò multiplici cibo ac potu nos recreat & confortat, atque interim etiam gratiosè inebriat: in presenti nempe sacramentali corporis & sanguinis Christi refectioe, cibo bonæ operationis, pane lachrymarum, pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris. Denique inter spiritalis cibos & potus, quibus cælitus pascimur in hac vita, locum habet sublimem sacra scriptura: quæ hoc facit in anima, quod materialis cibus & potus agunt in corpore. Corporalis etenim cibus & potus primò conseruant hominem in esse nature: ne per consumptionem humidi radicalis à calore naturali, protinus moriatur. Sic sacra scriptura sui lectione, auditione, meditatione, informatione conseruat hominem in esse gratiæ ac virtutum: ne per consumptionem roris supernaturalis, videlicet sanctæ ac meritorie compunctionis, lachrymosæ deuotionis, charitatiuæ & piæ affectionis (de quo rore loquitur Esaias, Ros tuus deus, ros dulcis) à calore concupiscentiæ sensualis & passionum feruore, anima spiritaliter moriatur peccatis succumbens. Hinc quippe beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Quia non superantur impetu passionum, nec vitiorum deiiciuntur impulsu. Idcirco in spe, inchoatione & merito sunt beati. Iustitia namque eleuat gentem, miseris verò populos facit peccatum. Secundò, materiales cibi ac potus perduunt hominem ad debitam quantitatem in longum, latum atque profundum: Sic diuina scriptura facit hominem spiritaliter in altum crescere, per contemperationem diuinorum, & spem caelestium præmiorum. Et in latum, per charitatis affectum: quæ vndique se extendit, & vsque ad inimicorum amplexum diffunditur. Propter quod deo dixit propheta, Latum mandatum tuum nimis. Et Apostolus, Cor, inquit, nostrum dilatatum est. Dilatur siquidem cor humanum, dum charitatis feruore profunditur, omniumque cupit salutem. Et tunc virtutum insistit operibus: mente promptissima: sicut hoc ipsum expertus dixit vir sanctus. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Facit quoque scriptura animam crescere in profundum: quia ad spiritalem soliditatem eam perducit, ita ut constans fiat, stabilis, ac matura in moribus, omniumque vanitatum ac simulationum vacuitatem ac leuitatem detestans. Quemadmodum Paulus hortatur, Stabiles estote & immobiles, abudantes in opere domini semper. Hinc impii sunt tanquam puluis ante faciem venti: quoniam omni tentationum, passionum, vitiorum agitatione hinc inde mouentur: nec mente in deo quiescunt: sed inquieti sunt iugiter. Iustus verò quasi fundamentum æternum. Porro cum homo hoc modo per eruditionem scripturæ in spiritalem altitudinem, charitatiuam latitudinem, virtuosam profunditatem excreuit: perfectus censetur, & spiritaliter plenus ac solidus est. Quod considerauit Ambrosius: Plenitudinem, inquit, vita iusti habet: inanes verò sunt dies impii. Idcirco nil vanæ gloriæ, nihil sinistrae intensionis, nihil detestandæ hypocrisis in corde resideat Christiani: sed recti & sinceri simus in omnibus. Tertio materiales cibus & potus ad naturalem ac debitam qualitatem, puta corpoream fortitudinem, perduunt ac prouehunt hominem: sic pagina sancta animam in deo confortat, spiritaliter armat, victoriosamque efficit, intrantum vitiorum deiiciat aciem, & dæmonum turbam prosternat: imò & pro creatoris, pro fidei, pro iustitiæ parata sit mori. Et hæc omnia facit scriptura, nunc cælestia præmia pollicendo. ut dicit saluator, Gaudete in illa hora, (Quando videlicet aduersa multa ac magna patimini) & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælo, nunc infernalium supplicia comminando: sicut dum rursus loquitur Christus, Nolite timere eos, qui corpus occidunt animam autem non possunt occidere: Sed eum timete, qui habet

potestatem & corpus & animam perdere in gehennam: Nunc animam in dei amore inflammando: ita ut dicat, **Qui** nos separabit à charitate Christi? Nunc Christum & ceteros sanctos in exemplum hominibus proponendo: sicut dum ait, **Qui** se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Item Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Nunc ad aliarum virtutum exercitia inducendo, atque ad spiritalia praelia animando: sicut dum ait, Non coronatur, nisi qui legitime certauerit. Et denuo. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Denique ut ait Apostolus, Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad corripiendum, ad arguendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo, ad omne opus bonum paratus. Insuper materiales cibis ac potus alios habent diuersos effectus in corpore. Nam vires reparant, tristitiam pellunt, iucunditatem adducunt, floridam faciunt dispositionem in vultu ac membris. Sic plane scriptura virtutes per negligentiam debilitatas ad pristinum reducit vigorem, moerorem inordinatum ac tædium fugat, mentem exhilarat, & renouationem facit internam: ut renouetur quasi aquilæ iuuentus animæ. Propterea ait Hieronymus, Pinguissimus est sermo diuinus, omnes in se habet delicias, quicquid voluerit ex diuino sermone nascitur: quæadmodum manna secundum vniuersum cuiusque sapuit voluntatem. Et Beatus Gregorius quoque testatur, Scriptura, inquit, sacra aliquando nobis cibis est, aliquando potus. Cibis est enim in locis obscurioribus, in quibus per expositionem quo dammodo frangitur, ut mastianda deglutiatur, Potus vero est in locis apertioribus, quia ibi sorbetur ut inuenitur. Sed & Hugo de sancto Victore differuit, Nihil, inquit, in hac vita dulcius sentitur, nihil audius samitur, nihil mentem à mundi amore sic separant, nihil sic animam contra tentationes confortat, nihil hominem ad omne opus bonum & sanctum laborem sic excitat & inflamat, ut studium sacræ scripturæ. Hinc in scripturis libentissimè exerceri debemus, & eius intellectui est diligentissimè insistendum. Præterea vniuersos effectus prædictos, & eius intellectui est diligentissimè insistendum. Præterea vniuersos effectus prædictos, & eius intellectui est diligentissimè insistendum. Præterea vniuersos effectus prædictos, & eius intellectui est diligentissimè insistendum. Præterea vniuersos effectus prædictos, & eius intellectui est diligentissimè insistendum. Præterea vniuersos effectus prædictos, & eius intellectui est diligentissimè insistendum. Præterea vniuersos effectus prædictos, & eius intellectui est diligentissimè insistendum.

**EXPOSITIO PRIMI CAP. EPISTOLÆ SANCTI IACOBI APOSTOLI.**

A



**I**acobus dei et domini nostri Iesu Christi seruus. Iste est Iacobus, respectu alterius Iacobus Apostoli, minor vocatus. Minor, inquam, vocatione ad apostolatam, non sanctitate & perfectione virtutum. De huius enim Iacobi miranda atque præcipua sanctitate, in eius legenda multa leguntur: & de eo in Actibus apostolorum frequenter fit mentio. Erat siquidem primus Hierosolymitarum Christianorum episcopus: eratque excellentiæ tantæ, ut Paulus dicat apostolus, Iacobus, Cephas (qui & Petrus) & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteræ dederunt mihi, & Barnabæ societatis: ut nos in gentibus, ipsi autem in circuncisione euangelizarent. Itaque Iacobus iste sanctissimus, Iudæorum conuersioni ac gubernationi specialiter deputatus, hanc Iudæis scripsit epistolam. Et in hac, sua patet profunda humilitas, quod si cum esset famosissimè æstima dictum est, Hierosolymitarum præsul) non tamen Christi Apostolum se appellat, sed seruum. Seruum vtique, non seruitute seruilis, sed filialis timoris. Cui seruo in euangelio dicitur, Euge serue bone & fidelis, &c. Sic quippe & Christus, quem reprimat spiritus timoris domini, seruus dei secundum assumptam naturam vocatur, iuxta illud Esa. In scientia sua iustificabit ipse seruus meus plurimos, & peccati eorum portabit. Denique Iacobus opportunè vocat se seruū Christi, non apostolum: quoniam scripsit Iudæis, qui ad superbiam prouerant, & contempserunt gentiles: atque ex gentilitate conuersi se præferebant, ut in Actibus, & in epistolis Pauli, pluribus patet locis. Illos ergo volens suo exemplo ad humilitatē inducere, Christi se nominat seruum potius, quàm Apostolum. Sic & excellentissima atque humilimavirgo Maria in suis ad sanctum Ignatium epistolis, non genitricem seu matrem, sed ancillam Christi se nuncupat. Quibus exemplis percutitur & damnatur superbia nostra. Quia si aliquod sublimitatis competit nobis, hoc prouini sumus manifestare directè aut indirectè: explicitè, siue implicitè. Quod verò imperfectio, vitij, aut vilitatis nostræ est, subicemus. Porro quod ait, *[Dei et domini nostri Iesu Christi]* potest exponi dupliciter, scilicet transituè & intranituè. Potest enim ad eandem referri personam, ut sit sensus, Iacobus seruus Iesu christi, qui est deus & dominus noster. De quo apud Ioan. legitur, Hic est verus deus & vita æterna. Et alibi, Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus, foris. Potest quoque ad distinctas personas referri, eritque sensus, Iacobus seruus Christi domini nostri & dei, id est patris æterni: cuius Christus est filius, cuius & Christus in scripturis vocatur, prout homo, in quantum plenitudine gratiæ vnctus est ab eo. Iuxta illud, in Psalmo, Vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ. Vnde & in Actibus ait sacratissimus princeps apostolorum, Iesum vnxit deus spiritu sancto & virtute. Et apud Lucam habetur, Responsum accepit Simeon à spiritu sancto non visurum se mortè, nisi prius videret Christum domini. Et rursum apud Luc. ubi recitatur Christus interrogasse Apostolos, Quem me dicunt homines esse? Petrus legitur respondisse, Christum dei. Insuper non solum à patre vnctus est Christus, ut homo, sed & item à spiritu sancto, secundum quod ipsemet protestatur, Spiritus domini super me, eò quod vnxit me. Imò cum opera super benedictæ trinitatis ad extra sint indiuisa, Christus homo à seipso, prout deus est, vnctus est. Idcirco dum ipse vocatur Christus dei, nomine dei intelligi potest, non solum persona patris, sed & deus trinitas, ac quælibet increata persona. Quamuis vilitatis & magis propriè dicatur Christus patris, quàm personæ alterius. Si secundum modo, ut per verba ista destruitur heretis impiissimi Arrij, deitatem Christi negantis. Si secundum modo, per ea destruitur perfidia condemnati Sabellij, qui patris & filij vnã dixit esse personam. Itaque Iacobus Christus seruus, non seruitute, ut tactum est, seruilis timoris. De cuiusmodi seruo ait Saluator, Seruus non manet in domo in æternum. Hic Iacobus scribit ac mandat, impetratur, & optat *[Duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem.]* Ante Babylonicam captiuitatem, captæ erant decem tribus Israël ab Assyrijs, nec interim sunt redactæ. Post captiuitatem autem Babylonicam, tribus Iudæ ac Benjamin redierunt in propria, & cum eis tribus Leuitica, ut patet in Esdra. Quomodo ergo Iacobus scribere potuit duodecim tribubus Israël dispersis, cum aliquæ earum essent redactæ? certumque est quod non scripsit decem tribubus remotè à Iudæa translatis, incredulis, & vltra montes Caspios constitutis: Et respondendum quod ex decem tribubus aliqui remanserunt in Iudæa, & crediderunt in Christum. Similiter ex tribu Iudæ & Leui ac Benjamin multa milia fuerunt ad Christum conuersa, ut patet in Actibus, ubi & Lucas euangelista testatur, quod etiam multa sacerdotum turba obedeat fidei, & quod erant in Hierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi, ex omni natione quæ sub cælo est. Ex quibus plurimi sunt conuersi. Qui & paulò post Stephano protomartyre lapidato, sunt ab obstinatis in credulitate Iudæis à Hierusalem pulsati, & per regiones Iudææ atque Samariæ, & per alia loca diuersa dispersi. Ex qua dispersione non minorata, sed aucta fuit euangelica fides, quia dispersi vndique prædicabāt. Hinc & illud habetur, Facta est autē in illa die persecutio magna in ecclesia quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter apostolos. Er qui dispersi erant, pertransibant euangelizantes verbum dei. Ex præductis constat ineptam esse expositionem dicentis, Quod Iacobus scripsit dispersis extra terminum Iudææ, ita ut eis non scripserit qui intra Iudæam erant dispersi, eò quod illos potuit verbo docere. Imò dicendum, quod non potuit illos verbo docere, qui per tam diuersas vrbes, regiones, & distantias dispersi fuerunt. Nec Iacobus iste legitur passim extra Hierusalem iuisse ad prædicandum. Nec sequitur, Potuit eos verbo informare, ergo non docuit eos scripto. Quoniam etsi informatio per verba vocalia efficacior sit, quàm per verba scripta: tamen instructio per scripta perue-

Articulus Primus:

Actu. 11. 15.

Gala. 2. Iacobus. Christi cō Ignatiūm epistolæ.

Actu. 6. Mariæ ad Ignatiūm epistolæ.

1. Ioan. v. 17. Esaiæ. 9.

Psalm. 44. Actu. 10. Lucæ. 2. Lucæ. 10.

Esaiæ. 71.

Ioan. 8.

4. Reg. 25. 1. Esdr. a. 1.

Actu. 2. 68.

Actu. 8.

Antu. i. rantior perhibetur, atque ad posteriorum quoque magis manet memoriam. Vnde Paulus apostolus multos instruxit per epistolas, quos & ante & postea docuit verbis. Ioannes quoque apostolus ab exilio Pathmos reuersus, scripsit euangelium iis quos & quotidianis instruxit sermonibus. Sic & Lucas in exordio Actuum apostolorum inuincit se ei actus apostolorum euangeliumque scripsisse, puta Theophilo, quem & verbis edocuit. Insuper Marcus scripsit euangelium suum Romæ, rogatus à fidelibus ibi: qui non solum à Marco, sed etiam à principe apostolorum Petro quotidie edocebantur uocatur. Martheus etiam Nubianos uerbo instruxit ac scripto.

Eccle. 33. Deute. 17. ¶ Itaque dispersis tribus mandauit Iacobus iste *[salutem]* uidelicet, beatitudinem uia ac patriæ. Hoc est, meritum & profectum gratiæ ac uirtutis, & gloriam patriæ. Et quia in dispersione & tribulatione fuerunt, informationem eorum à patientia incipit. Dispersi namque & afflicti tali in structione consolationeque indigent. *[Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incidideritis]* Ecce quam charitativa & sapientialis cōsolatio, quam dulcis & pia, quam compendiosa efficacque instructio. Spirituales filios suos ac subditos uocat humiliter fratres suos. Per quod quorundam in oculis suis magnorum animositas reprobatur: qui subditos suos, aut inferiores, aut certe æquales nesciunt quasi fratres apprehendere, & humiliter appellatione exprimere, illud Ecclesiastici non aduerentes, & rectore te posuerunt, non tibi extolli, esto in illis quasi vnus ex eis. Curam illorum habe, & sic considera. Hinc in Deuterono. Deus præcepit de Rege, Non eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos. Si igitur regibus & prælatis tam prohibitum est atque damnabile se super subiectos suos extollere, quanto est iniquius damnabilis quod, si quis se eleuet super eos quibus non preest, aut super æquales, & potissimum super maiores superioresque suos? quod prorsus diabolicum est. Itaque fratres mei. Fratres utique conformitate nature specificæ, ac indentate originalis propagationis humane. Fratres quoque fide & religione, & quia eiusdem patris cælestis filij adoptiui, atque ad eandem hæreditatem supernam uocati. Propter quod quotidie dicimus, Pater noster qui es in cælis, adueniat regnum tuum: hoc est, ad cælestis regni participationem nos prouehet, ut ædificetur ex nobis muri cælestis ac triumphantis Hierusalem, & regnum impleatur cæleste. Fratres ergo nos inuicem diligamus: nec vnus alium aspiciatur. Hinc enim scriptum est in Malachia. Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisque fratrem suum? Sic ergo o fratres omne gaudium existimate. i. perfectam iucunditatem iudicare consistere in hoc, cum in diuersas tentationes incidideritis. i. in multas & magnas tribulationes & aduersitates ueneritis. Quoniam quamuis tribulatio in seipsa amara sit, & pœnalis: tamè multipliciter utilis est, & fructuosa quam maxime. Idcirco cum gaudio spiritali est acceptanda, & sustinenda. Si enim dei intuitu & amore æquanimiter toleretur, purgat à uitiis, disponit ad gratiam: eamque auget, & uirtutes augmentat, & Christo propter nos passo patrem conformat. Est quoque signum probabilis prædeterminationis æternæ, & filiationis adoptiue, ac dilectionis dei ad hominè, deo testante. Ego, quos amo, arguo & castigo. Sed & per eam à futuris eripimur pœnis, & ad beatitudinem pleniorum compendiosius peruenimus. Cum ergo quam fructuosissimum ac saluberrimum sit, in præsentia parere & castigari, multipliciter tribulari, aduersitatibus exerceri, corripi, & tentari, dummodo patienter feratur: nunne in sapientia & caritate imperfectionis, imò insanie est iudicium, quod nolumus aduersitates, correptiones, tentationes & correptiones, libenter sufferre? Sed statim irascimur, indignamur, turbamur, deicimur: imò uix pro peccatis & excessibus nostris corripi ac corrigi uolumus: cum tamen princeps Apostolorum in prima sua dicat canonica. Hæc est gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis tristitia, patiens iniuste. Quæ enim est gratia, si peccantes & colaphizati sufferitis? Si autem beneficiis sustinetis, hæc est gratia apud deum. In hoc enim uocati estis. Hæc est Christianæ sapientiæ altitudo, hæc Christi doctrina. In aduersis, sicut in omnibus diuitiis, gloriari: sicque Saluatoris sectari uestigia, qui ait in euang. Beati estis, cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me, Gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cælis. Sic igitur omne gaudium existimate. i. omni gaudio dignum arbitramini, in diuersas tentationes incidere, & eas æquanimiter sustinere: quia per hoc spirituales consolationem in uia, & plenâ felicitatē in patria promeretur: ac obtinet homo: imò, teste apostolo, Non sunt condignæ passionibus huius temporis. ad futurâ gloriâ. Etenim futuræ mercedis ac gloriæ comparatione, omnibus tribulatio in hac uita est modicissima reputanda: iuxta illud Apostoli, Id quod in præsentem est momentaneum & leue tribulationis, nos transire, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Cum ergo infirmi patientur se uiri, secari, incidi pro transitoria sanitate: quid est quod aduersa perpeti dedignamur pro æterna salute? Rectè itaque differuit Salomon, Qui impatiens est, operatur stultitiâ. Denique in tribulationibus maxime pronus est deus misereri & parcere. Quemadmodum ait, Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Deinde subiungitur ratio cur tentationes seu tribulationes pro deo, pro fide, pro iustitia sint cum gaudio ferendæ. *[scientes quod probatio fidei uestræ]* Id est ipsa uestra persecutio, tribulatio, siue tentatio pro causis prædictis, per quem fides uestra probatur, examinatur, & exercetur: ut pateat an uerè & firmiter insit uobis: & uos ipsi probamini, an uerè in fide sitis constantes, & deo fideliter adherentes. Quod probatur, inquitur, & declaratur per hoc, quod nec propter aduersa fidē eius relinquitis, neque ab eo uos separatis. Hinc scriptum est, Tanquam aurum in fornace probauit electos deus. Dicitur autem deus electos & fidem eorum probare & examinare per aduersa, non ut ei innotescant, sed ut electi cognoscant seipsos, eorumque uirtus & fides aliis ad eorum edificationem, & dei honorem pateant. Propter quod loquitur deus, Ducam eos per ignem, & uiam eos, sicut uirum argentū, & probabo eos, sicut probatur aurū. Porro per tribulationem æquanimiter toleratâ, fides & uirtus hominis probatur. Hoc est, à summo iudice approbatur, atque hominibus demonstratur, ut eas fecerunt.

A Sic ergo probatio fidei uestræ *[Patientiam operatur]*. i. ad habituales & firmam patientiam uos inducit. Quia ex actibus sæpe reiteratis habitus generatur. Et ex frequentibus patientiis in aduersis, seu patientibus aduersitatibus tolerantibus frequentatis, generatur in homine patientiæ uirtus, seu patientia firma & habitualis per quam homo facili ac hilariter patitur, quod ante cum difficultate & remissione patiebatur. Quocirca sciendum, quod duplex est patientia, puta, infusa, & acquisita. Et eadem distinctio in aliis uirtutibus assignatur. Estque questio non minima, an uirtus infusa & acquisita circa idem obiectū uersantes, specificè distinguantur. Patientia autem infusa inest omni homini in charitate & gratia existenti. Sed patientia ista non statim in principio sui auferit ab homine difficultatem sustinendi aduersa. Quia uirtutes infusæ non statim tollunt reliquias uitiōrū præteritorū, nisi forsitan in magna abundantia & excellentia infundatur. Patientia uero acquisita tollit difficultatem sufferendi aduersa: quia uirtutes acquisitæ uitiōrum tollunt reliquias, Vnde huiusmodi uirtus à Tullio definitur, quod sit habitus rationi cōsentaneus, in modum nature operis. Atque, ut ait philosophus, figurum huiusmodi uirtutis est, delectatio fieri in opere. i. delectatio operationi suæ annexa. Veruntamen uirtutes infusæ etiam paulatim crescunt, & perficiuntur. Et tunc excellentius tollunt reliquias uitiōrum, uidelicet pronitatē ad malū, inclinationē ad culpā, & debilitatē resistendi peccatis, quæ uirtutes acquisitæ. Gratia namque superior est quæ natura. Tunc quoque maiore delectationē sibi annexā habet uirtus infusa, quā acquisita. Sed præiudicte uerbo apostoli Iacobi, asserentis quod probatio patientiam operatur, contrarium uidetur, quod ad Romanos habetur, ubi dicitur, Tribulatio patientiā operatur, patientia autē, probationem, probatio uero spem. Si ergo patientia operatur probationem, quomodo probatio operatur patientiā? Sequeretur enim quod esset circulatio in causis & causatis, & idem esset causa sui ipsius: quoniam quod est causa causæ, est causa causati. Et respondendū, quod in causis & causatis non est circulatio in eodē genere. causæ, sed unū potest esse causa alterius, & ediuerso in diuerso genere causæ. Quemadmodū ambulatio est causa sanitatis in genere causæ efficiētis: sanitas uero causa est ambulationis, in genere causæ finalis. Sic in proposito patientia operatur probationem efficiētē: probatio autē formaliter sumpta, operatur patientiā in genere causæ finalis: quia patientia ordinatur ad fidē probationem. Hinc ait Beda, Ideo homo tētur aduersis, ut patientiam discat, & per eam ostendere possit atque probare quod firmam fidē futuræ retributionis gestet in corde. Patientia autem operatur probationem, quia cuius patientia uinci non potest, ille perfectus esse probatur. Vnde hoc loco subiungitur. *[Patientia autem opus perfectum habet.]* Porro probatio fidei patientiā operatur, quia hac ratione fideles per patientiam exercentur, ut per eam fides eorum quæ sit perfecta, probetur. Sed cum multæ sint uirtutes patientia digniores & perfectiores, uidelicet uirtutes theologice, iustitia quoque & fortitudo, latra atque prudentia, cur dicitur opus perfectū habere? Respondetur, quod multiplicitate ratione patientia dicitur opus habere perfectum. Prima & potissima ratio est, quia per integram & constantē patientiam in aduersis, præcipuè declaratur extirpatio priuati amoris, & aliarum uirtutum firmiter radicata sinceritas. Quod enim homo propter aduersa impatiens redditur & tristatur, hinc accidit, quoniam amat se in se, & non dū spiritualiter mortuus est sibi ipsis, seu priuauit uirtuti, & naturalis inclinationis: sed adhuc amat honores & cōmoda sua. Similiter si homo sit ueraciter humilis, mitis, timoratus, & fractus, per patientiam maxime declaratur & inuestigatur, Nempe, si quis sit fictus seu apparenter mitis, humilis, & fractus: & in camino aduersitatis ponatur, seu tribulationibus exercatur, protinus interiorē suā imperfectionem ostendit, & per impatiētiā suā impetū ebullit, suamque elationem, irā, in fractionē demonstrat. Quemadmodum si mala olla ponatur in igne, mox crepat & exilit. Qui uero inuincibiliter patiens inuenitur, à præfatis uitiis immunis probatur, & uerè uirtuosus esse cognoscitur, uiuens deo non sibi ipsi. Secunda ratio huius est, quia, ut scribit hoc loco Albertus Magnus, patientia habet opera sex suo modo perfecta. Primum est, probatio hominis & uirtutum ipsius: quia, ut dictū est, Patientia operatur probationem. Hinc religiosi à superioribus suis, & à seiuicem, per quædam aduersa exerceri consueuerunt, ut quales sint cōprobetur ac innotescat. Secundum est, gaudiū spirituale expectatioque letitiæ: propter quod in Eccle. scriptum est, Usque ad tempus sustinebit patiens, & postea erit ei redditio iucunditatis. Et Apostolus, quoniam, Gloriamur, inquit, in tribulationibus. Per patientiā namque meretur homo etiam in præsentem diuinitem consolari. Quemadmodum Paulus facitur, Benedictus deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Et iterum, Sicut abundat passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Hoc est, quod ait psalmista, Secundū multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ iustificauerūt animā meam. Sed hanc cōsolationē quidam per impatiētiā & murmurationem suā auferunt sibi. Idcirco in Iob scribitur, Nunquid grande est, ut consoletur te deus? Sed uerba tua praua hoc prohibent. Tertiū opus est, iræ ac rancoris extinctio. Iuxta illud Sapientis, Vir iracundus prouocat rixas: qui autē patiens est, mitigat fuscitatas. Quartum est, passio subiectio, & suspensio salubris possessio: propter quod ait Saluator, In patientia uestra possidebitis animas uestras. Impatiens quippe seipsum non possidet, sed à sua impatiētia, ira, tristitia, turbulentia possidetur. Patiens autem se possidet, quoniam inferiores uires, & passiones subicit rationi. Quintū est, suspensus gubernatio circumspecta. Vnde in prouerbi. Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiā suā. Sextum est, uitæ æternæ adeptio: prout ad Hebr. legitur, patientia ualde necessaria est, ut uoluntatem dei facientes, reportetis promissionem. Hinc scriptura patientiam ualde cōmendat. Et patientiā semper amplecti & obseruare debemus: cum Salomon dicat, Melior est patiens uero forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Tertia ratio huius est, quoniam patientia refrenat tristitiā. Quæ refrenata, refrenantur & ira ac odium. Patientia namque circa passionem tristitiæ refrenandā uersatur. In tribulationibus autē & persecutionibus passio que prima occurrit sustinetur, est tristitia. Ex qua protinus nascitur ira, que est appetitus uitiōnis de persequenti, iniuriam

irrogate, seu offendente. Deinde oritur odium. Qui igitur per patientiam refrenat tristitia, amputat iram ac odium. Vnde qui de tribulatione sibi inflata non confratrat: contra turbulent nequaquam irascitur, nec odit eundem. Sicq; quantu ad hec, patientia habet opus perfectu. Ideo subditur, [Vt suis perfecti] in omni virtute [et integri] in recta intentione, & tota mente deo adherere, ac complacere intendatis, atque conemini. Et ita cum propheta cantare possitis, Confitebor tibi domine in toto corde meo, vt puta intellectu & affectu, ratione & voluntate, actu & intentione. Ista est spiritualis interiorque integritas, qua quis tota mente deo intentus est, non partim deo, & partim mundo: vt hi qui deo & mundo cupiunt deseruire ac coplacere. Contra quos loquitur Christus, Nemo potest duobus dominis seruire. Et rursus, Non potestis deo seruire & mammona. De quibus Propheta, Diuifum est cor eorū, nūc interibunt. Sit ergo semper tota nostra intentio, & omnis affectio ad deū, & in deo, videlicet reducta, simplificata, fixa, & adunata in eo [in nullo deficientes] ab executione operum bonoru, nec tentationibus succubentes, sed perseverantes vsque in finē. Quemadmodum monet Apost. In omnibus semper omnē sufficientiā habētes, abundetis in omne opus bonū. Sed cum omnes iustitias nostras, Elia testante, sint quasi pannus mēstruat, quomodo possumus in vita hac in nullo esse deficientes. Et respondendū, quod in his que sunt de necessitate salutis, & secundum statū præsentis peregrinationis, homines virtuos dicuntur in nullo deficere. Quemadmodum loquitur & propheta, Nihil deest timentibus deum. Corinthiis quoq; scribit apost. In omnibus diuites facti estis in Christo, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. Deniq; sitis perfecti in interiori dispositione, in omni cogitatu & affectione integri, & veraces in verbis, nō deficientes in virtutū operibus. Rursus sitis perfecti in fide, habendo fidē cū rationibus credendorū, & purificatā mētis intelligentia, integri in spe, nō deficientes in charitate. Plenitudo enim legis, dilectio. Insuper istud cōplexum, vt sitis perfecti & integri & cetera, ad totā præinductā exhortationē est referendū. Propterea nāque debemus omne gaudium æstimare, cū in varias incididerimus rērationes: vt simus perfecti & integri, in nullo deficientes. Et quia ad intelligendū, quā fructuosa sit homini varia tribulatio in præsentia; atq; ad discernendū inter bonū & malū, inter verum & falsum, indiget homo illuminatione diuina, subiungitur [sic] pro quia Quis iudicū quicūque vestrum indiget sapientia. i. discretionē & intelligentia pertinentiū ad salutem, ac notitia scripturarum seu dono sapientiæ, quo per gustum internum bene sentit ac iudicat homo de deo. Hac multiplici sapientia omnes iugiter indigemus: præsertim in dubiis, arduis, & obscuris, in quibus quid postulemus, sicut oportet, nescimus. Propter quod scriptū est. Cogitationes mortalium timide, & incertæ providentiæ nostræ. In Iob quoque fertur, Nos quippe iuuoluimur tenebris. [Postulet a deo]. Omnis enī sapientia à domino deo est, ad quē tantum ad benignissimum patrem, infallibilem directorem, omnipotentem adiutorem, in omni necessitate debemus confugere. Quia non deest nec deficit confugientibus ad se. Iuxta quod in Ecclesiast. asseritur. Nullus enim sperauit in domino, & confusus est. Aut quis inuocauit illum & despexit eum? Cū enim, teste philosopho, natura nō deficiat in necessariis: multo minus creator, naturæ author, in necessariis deficit. [Qui dat omnibus affluentia]. i. liberaliter & abundē Ipse etenim abundantia suæ pietatis merita supplicium excedit & vota, & sicut infinita est bonitas ac opulentiā dei, sic infinita est munificentia eius. Qui (vt diuinus Dionysius docet) per omnem naturæ vultum sua dona diffundit, nec aliquid existentium suæ bonitatis communicatione expers relinquit, & vnicique secundū suam capacitatē dispositōnemque influit. Omnibus quippe dat dona naturæ, necessaria vitæ: atque ad danda dona gratiæ semper exhibet se paratum: dummodo quod in se est, faciat homo. Imò quosdam gratiosissime præuenit, & omnem gratiæ obicem ac cordis duritiā tollit ab eis, gratiamque largitur eisdem: non solum supra eorū merita, sed & cōtra eorū demerita. Sed obici potest, quod multi sunt pauperes: & in naturalibus etiam defectuosi, & omni gratiarū carentes charitate. Quomodo ergo dat omnibus affluent: præsertim cum aliqui moriantur ex fame? Et respondendū, quod deus non dat omnibus æquē affluent. Et quod vniciq; dat quælibet munera abundantē, sed vni hoc, alteri illud. Et tamen omnibus tribuit dona aliqua affluent in proprio genere, suoque tempore. Quemadmodū scriptum est. Aperis tu manus tuam, & imple omnem animal benedictione. Suo etiam tempore ex rationabili causa subtrahit dona sua. Sicut ait Psalmista, Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manus tuā, omnia implebuntur bonitate. A uertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur [et non inproperat]. Nūne deus per Moysen & prophetas filios Israël sepius improperat beneficia quæ eis impendit? Nūne etiam deus ingratiūdinem hominum grauit punit, & quotidie per se & suos ministros reprehendit eos de ingratiūdinē suā? Vnde per Moysen ait de filiis Israël, Vt quequo multitudo hæc pessima non crederet mihi in omnibus mirabilibus meis, quæ feci coram eis? Et alibi, Filios, inquit, enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Sic & in libris Regum impiis regibus Israël legitur improperasse, quod eleuauit eos de puluere: & reges cōstituit populi sui: ipsi verò nequiter egerunt. Imò & per Nathan improperat regi Dauid beneficia sua, cum adulterium homicidiumque fecisset. Quomodo ergo deus non improperat muneratis à se, beneficia eis collata? Et respondendū, quod deus quātū est ex parte suæ bonitatis, inuariabilitatis, ac sapientiæ, non improperat eis: sed propter eorum abusiones atque demerita facit hoc exigente sua iustitia. Ingratis ergo improperat, gratis verò maiora largitur, prout Christus disseuit, Habeni dabitur ei etiā qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo [et dabitur ei] sapientia à deo, si fideliter ac perseveranter petierit. Ideo subditur, [Postulet autem in fide nihil hæsitans]. Quod ait in fide, referri potest ad verbum, postulet, & ad participium, hæsitans. Si referatur ad postulationem, sensus est, vt deum roget fideliter, secundum veræ fidei directionem. Cum enim fides sit totius spiritualis adificiij fundamentum: oportet in primis vt simus firmi in fide, & certi de veritate ipsius. Fides verò est interior oculus

amentis, sine vltimo, ad quem ordinanda sunt cetera, ei ostendens, ipsamque dirigens in petendis. Imò omnes actus nostri ex fide procedere debent, & ad supernaturalem beatitudinem, quā fides docet ac monstrat, referri. Præsertim cū ad Romanos scribat Apost. Omne quod non est ex fide, peccatū est. Sic ergo in fide postulet deū, nihil hæsitans. i. de misericordia dei & gratia eius exauditione nihil ambigans nec diffidens. Porro si referatur ad hæsitationem: sensus est, vt postulet deū, nihil dubicans de fidei veritate, sed firmus & certus in ea. Habet siquidem fides certitudinē ad hærentiā, quamuis non euidētia. Habet quoque certitudinem ex parte obiecti, videlicet eternæ & infallibilis veritatis, cui innititur: quamuis nō omnifarie ex parte subiecti, puta intellectus humani, cuius capacitatē excedunt fidei veritates in vita præsentī. Quotidie ergo, imò omni hora, deum deuotissimē deprecemur, vt mētem nostram iugiter illu minare, dirigere, roborare dignetur: cum propheta orantes, Deus meus illumina tenebras meas. Et, gressus meos dirige secundum eloquium tuū, & non dominetur mei omnis iniustitia. Itemque, Illustra faciem tuam super seruum tuum. Beatus etenim homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Atque vt Salomon vbertim testatur, dei est mentē docere. Vnde & in Prouer. Dominus Prou. 2. dat sapientiam: & ex ore eius sapientia & prudentia. Nullus itaque de sua præsumat peritia, sed summæ sapientiæ innitatur directioni. Cum scriptum sit, Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne in certis prudentię tuæ. Denique illuminationem diuinā inuocare oportet cum omni auditate, diligentia, atque instantia. Prouer. Salomon loquitur, Si sapientiam inuocaueris, & quesieris eam quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis eam, tunc scientiam dei inuenies. Veruntamen non sic debemus pro sapientia deum adorare, vt negligamus à proximis & prælati, ac doctoribus informationem expetere: sed & angelum sui cultodem vnusquisque debet quotidie inuocare, vt se illustrare dirigere, ac tueri dignetur. Præterea queri potest, quomodo debeamus deum orare in fide, nihil hæsitantes de auditione eius benigna, cum ignoremus an simus in charitate & digni amore. Imò præsumptuosum videtur, vt quis præsupponat se exaudientū à deo, quem tam grauit, totiesq; offendit. Et respondendū, quod quæstio ista inquit, qualiter spes nostra ad deum certitudinem sortiatur, & qualiter non. Spes quippe dicitur certa expectatio futuræ beatitudinis. Ad quod Thomas respondet, quod spes certitudinē habet ex parte misericordiæ & omnipotētī dei. cui innititur, & ex qua nō erit defectus nostræ salutis. Sed ex cōsideratione propriæ fragilitatis & dispositionis, habet timorem & incertitudinē quandā. Vnde spes & timor dicuntur duæ molæ, inter quas quotidie spiritaliter moli debemus. Vt ex consideratione diuinę pietatis confidamus de meliori: & ex cōsideratione propriæ imperfectiōnis labilitatisq; vereamur iugiter de peiori, ac de periculo simus suspecti. Vt sit spes mola superior, & timor mola inferior. Sic in proposito quā do oramus, debemus sine hæsitatione orare ex cōsideratione veritatis, ac pietatis altissimi, qui frequenter in scripturis se pron. itit exaudiri orantes, dummodo. forēt, sicut oportet: qui & oportēs, piissimum liberalissimum, atq; ditissimum est ad dandū. Sed ex cōsideratione, ppriæ dispositionis, infufficiētī, imperfectiōnis aut culpæ, bonū est formidare, & cū timore ac tremore orare. Hinc Beda circa verba prehabita, postulet in fide nihil hæsitans, ait, Hoc est, talem se exhibeat bene viuendo, vt dignus sit exaudiri, dū postulat. Qui enim meminit se non obtēperasse dei præceptis, meritū hæbit. Quoniā scriptū est, Qui obdurat aurē suam ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Hinc de quibusdā loquitur deus, Tūc inuocabūt me, & non exaudia. Atq; in libro Iob legitur, Nūquid deus exaudiet vocē hypocritæ, cū venerit super eum angustia? [Qui enim hæsitat] de fidei veritate, aut de misericordia dei [similis est fluctui maris qui] fluctus [a vento mouetur & circumfretur]. i. mente omnino instabilis est, non fixus in eo. Erros nāque, vitia, & impetus pass ionum, instabilem reddunt mentem, & exauditione indignā, cum nec sincere nec fixē cohercat deo. Maximē autem prætaxata hæsitatio de fidei veritate ac pietate diuina, est euitanda. Hinc scriptū est, Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. In Iob quoque, Siniquitatem, que est in manu tua, abstuleris, tunc leuare poteris faciē tuā absque macula & eris stabilis, & non timebis. Et in Psalmo, Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis, quem proicit ventus à facie terræ. Et de nouo, In circuitu impij ambulat. Siquidem vndique euagantur. [Non ergo æstimet homo ille] sic hæsitans, [quod accipiat aliquid]. i. aliquod donum gratiæ gratum facientis [a domino] qui naturalia & temporalia bona, ac dona gratiæ gratis datæ tribuit bonis & malis, reprobis & electis. Talis ergo quandiū permanet talis, non exauditur, quantum ad dona pertinentia ad salutem. Iuxta illud, Scimus quoniam deus peccatores non audit. Qui, si in peccandi manent proposito. Vnde & in Treñ. dicitur deo, Nos iniquē egimus, & te ad iracundiā prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Veruntamen si talis pœniteat seque disponat ad gratiā, faciēs quod in se est, deus clementer eū exaudit. Propter quod rursus ibidem fertur, Scrutemur vias nostras, & queramus, & reuertamur ad dominū. Leuemus corda nostra cū manibus ad dominū in celos: quia nō repellit in sempiternū dominus: quia etsi abiecti, miserebitur secundū multitudinē misericordiæ suę. Vt ergo mereamur desuper exaudiri, studeamus in veritatis cognitiōe & bonitatis amorē cōstabiliri, in fide, spe & charitate firmari: in salutari sapiētia radicari, ne passionibus exagitetur cor nostrū: nec seducamur erroribus, sed in omni euetu perseveremus fixi in deo: quemadmodum hortatur Apost. Iam nō simus paruuli fluctuantes, nec circumueniamur omni vĕto doctrinā, in nequitia hominū, in astutiā, ad circumuentionē erroris. Vnde in Eccles. præcipitur, Nō veriles te in omnē ventū. esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. Hinc Christus cōparat obedientē diuinis præceptis viro sapiētī, qui ædificauit domū suā supra petram: cuius domū nec venti, nec flumina potuerunt euertere. Inobediētē autē cōparat viro stulto, qui ædificauit domū suam super arenam: ideo vĕtīs atque fluminibus in eam irruentibus cecidit. [Vir duplex animo] qualis est hæsitans [inconstans est in omnibus viis suis] id est in cūctis que agit, in speris & aduersis, in verbis & factis. Imò & in interiori intētiōe & affectione. Porro duplex animo appellatur omnis hypocrita, & cuius intentio non est recta, qui plica dolositatis se ope.



rit. Cui contrarium iubet Saluator, E flote, iniqui, prudentes, sicut serpentes: & simplices, sicut colubae. Est enim bona simplicitas, columbina, videlicet per exclusionem doli & simulationis vocata. Quae est pura & recta intentio. De qua ait Saluator, Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Huic bonae simplicitati est contraria duplicitas ista vulpina, quae est praua & duplicata intentio. De qua item loquitur Christus, Si oculus tuus nequa fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Qui taliter duplex est animo, vt pura simulatur & callidus, foris bona ex genere operans, & se iustum ostendere volens, quauis verò hominibus placere desiderans, inconstans est in omnibus viis suis. Quonia & aduersis deicitur, & prosperis vanè erigitur. Est quoque mēdax & dolosus in verbis. Et talis interdū ad horulā vult deo placere, atque post vitam hanc cū Christo regnare: & paulō post cupit placere hominibus, & gaudere cum seculo. Ideo nusquā virtuti ac sinceritati iustitiæ manet cohærens: sed leui occasione p diuersa rapitur vitia. Hinc scriptū est. Ne accesseris ad deum duplici corde, & ne fueris hypocrita in conspectu hominū. Itemq; Vā duplici corde, & labiis scelestis. Meritū igitur ait scriptura alia, Simulatores & callidi prouocāt iram dei. Et Salomō ait, Vir versutus, odibilis est. Et rursum scriptura testatur, Vē peccatori ingrediētī terrā duab⁹ viis. Duabus siquidē viis peccator terrā ingreditur, quādo foris operatur quod bonū videtur, & intus ad ppriā laudē temporaleque cōmodū intuetur. Cū ergo tā detestāda sit ista duplicitas, eam prorsus abiciamus, & colūbina simplicitate coram deo resplendere conemur ei sup omnia, & ceteris nō nisi in ipso, placere optātes. Nepe vt iterū Salomon ait. Abominatio est dño omnis illulor, & cū simplicibus sermocinatio eius. Et idē alibi, Qui recti sunt, habitabūt in terra, & simplices pmanebunt in ea. Itemq; Sapientes, pteget gradientes simpliciter. Sic sanctus Iob vii vir simplex & rectus. Cuius vestigia imitemur: quia qui ambulat simpliciter, ambulat cōfidēter. Verūtamē est & afinita simplicitas, per exclusionē sapientiæ ac discretioniæ, sic dicta, quā vitare oportet, cum dicat Apost. Nolite pueri effici sensibus. Vt ergo ad simplicitatis deo iugiter diligamur, columbina simplicitate semper ornemur. [Glorietur autem frater humilis]. i. corde simplex, seipsum sponte humilians, atque ab hominibus spretus, oppressus, iniuria lacepsus. [In exaltatione sua]. i. ex consideratione & spe futūre felicitatis: quia tantō sublimior erit in regno celesti, quanto profundius seipsum modo humiliarit, & plura aduersa propter Christum patienter pertulerit. Nam, vt ait vnigenitus dei, Qui se humiliat exaltabitur. In Iob quoq; habetur, Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, Et in Prouerb. scribitur, Gloriā præcedet humilitas. Ideo princeps Apostolorū hortatur, Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis. [Diues autem] gloriatur in humilitate sua. Hoc secundum Bedam & glossam ironice dicitur. Vt sit sensus, Diues sciat se citō humiliandum, & vilipēdēdū, atque damnandū. Iuxta illud Qui se exaltat humiliabitur. Quod intelligendum est de diuite terrena inordinate amante, seu cupido. De huiusmodi in euangelio loquitur dominus, Possibilibus est camelum per foramen acus tranfire, quā diuitem intrare in regnum celorū. De quo & Iob loquitur, Diues, cum dormierit, nihil secū auferet, aprehendet eum, quasi aqua, inopia. Et itē in Psal. Nihil inueniuerunt omnes viri diuitiarū in manibus suis. Hinc subditur [Quoniam sicut flos foeni transibit]. i. citō de huius vitæ prosperitate ac opulenta auferetur. Sicut de impiis fertur in Psal. Quonia tanquā fœnum, velociter ardescent: & quamadmodū olera herbarū, citō decident. Deinde exponit similitudinē istam [Exortus est enim sol cū ardore] quē efficit radiorū suorū repercussio in terra, præferim quādo ascendit in altum [Et arefecit foeni]. i. gramina terræ [Et flos eius]. i. cœni [Decidit] ex caloris adulatione [Et decor vultus eius]. i. pulchritudo viriditatis superficialis foeni [Deperit: ita et diues in itineribus suis marcescet]. i. in actibus suis vitiosis peribit. Et dum foris teporalī floret prosperitate, carnali voluptate, potentia, atq; diuitiis: intus spiritaliter magis ac magis putrefcit, corrumpitur, & scedatur, imō ab omni gratiæ ac virtutum floriditate tabescit. Iuxta illud, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus. Hāc eandē sententiam scriptura in multis continet locis. Scriptum est enim in Iob, Vidi iniquos domino flante perisse. Itemq; Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocritæ instar puncti. Si ascenderit vsque ad cælū superbia eius, & caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinum in fine perdetur, velut somnium auolans non inuenietur, trāsiet quasi visio nocturna. Et in Psal. Deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationē? Subitō defecerunt, perierunt propter iniquitatem suā. Hoc est quod loquitur Esa. Et quidē neq; status neq; radicatus in terra truncus eorū: repente flauit in eos, & perierunt. Hinc iniqui fatētur, quod profutur nobis superbia, aut quid diuitiarū iactantia cōtulit nobis? Transierunt omnia illa tanquā vmbra, & tanquā nūcius præcurrens, & tanquā nauis pertransiens fluctuantē aquam. Porro præinducto Apostoli Iacobi verbo consonat illud, Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos agri, Exciccatur est fœnū, & cecidit flos & c. Verūtamē his obici potest, quia videmus ad oculū multos iniquos vsque ad decrepita senectutē viuere, prosperari, & quantum naturaliter fieri potest, vigere. Vnde Iob, Impij viuūt, subleuati sunt, cōfortatiq; diuitiis: semē eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotū in cōspectu eorū, Domus eorum secure sunt & pacatæ: & nō est virga dei super illos. Hierē. quoq; ait, Quare via impiorum prosperatur, & bene est omnibus qui præuaricantur & iniquē agunt? Plantasti eos, & p̄ficiunt. Atque in psal. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Non est ruina maceræ, neq; transitus, neque clamor in plateis eorū. Verum hæc omnia facillē cōcordantur, quonia omnis teporalis prosperitas, quantūcūque longa appareat, tamē futuræ retributionis respectu est breuissima. Multi quoque ob scelera sua ante tempus suum de medio subtrahuntur. Quæmadmodū ait scriptura, Semitæ sæculorū calcauerunt viri iniqui, qui ante tempus suum sublati sunt. Præterea spiritualiter exortus est sol cum ardore, id est Christus sol iustitiæ, iudex cælestis rigore suæ sententiæ: arefecitque fœnū, quonia iniquorum prosperitatem dissipat & condemnat. Vnde Lucas, Vā vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Despicimus ergo temporalem prosperitatem, & omnem delectationem illicitam.

Artic. 11. **C**onsequenter sanctus Apostolus Iacobus docet tribulationes vitæ præsentis æquanimiter sustinendas, propter earum perpetuā remunerationē [Beatus vir]. i. scilicet homo est iam in spe & in merito [Qui suffert tentationem]. i. impugnationem, tribulationem, afflictionem, siue ab inuisibili, siue a visibili hoste inflictam, aut ex fomite seu sensualitatis infectione exortam, æquanimiter tolerat, carumque superat: non ruendo ad impatientiam, iniquum consensum, aut aliam culpam. Et præsertim beatum est, qui pro fide atque iustitia persecutionem patitur, nec superatur [Quoniam cum probatus fuerit] id est per aduersitatem & impugnationem victoriam approbatus, & deo acceptus factus, seu sufficienter examinatus & expurgatus [Accipiet coronam vitæ] id est præmium essentiale, quod aurea appellatur. Præmiū quoque accidentale ac speciale in signum præmiūque victoriæ, quod nūcupatur aureola, si pro iustitia pertulerit mortem. De hac corona fertur in Psal. Posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Denique istud est quod spondit Christus, Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronā vitæ. Sic ergo omnipotēs de⁹ quos ad modicū tempus probat, affligit, exercet, in æternum copiosē remunerat. Propter qd Sap. lib. dicitur, In paucis vexati, in multis bene disponuntur. Quonia deus tētauit illos, & inuenit illos dignos se. Hinc sanctus Iob, Probat me, inquit, tāquam aurum, quod per ignem trāsit. Et Tobia angelus dixit, Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Accipiet ergo post vitam præsentem, cū fuerit plenē purgatus, coronam vitæ [Quam reppromisit deus diligentibus se.] Quia per angelos sanctos, per Apost. & prophetas promissit hoc. Imō Christus dei filius, deus verē incarnatus proprio ore eā promissit in euangelio palām ac sepe. Porro per hoc quod ait, quam reppromissit deus diligentibus se, duo innuūt. Primū est, qd nulla actio, nullāque passio, sine charitate, sit meritoria. Tentationes autem & tribulationes meritoria sunt vitæ æternæ, inquantū ex charitate æquanimiter tolerantur, acceptantur, atq; vincuntur. Ideo ait Apost. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodest. Secundum est, quod deus iis quos amplius diligit, frequenter plures & grauiores tribulationes immittit. Idcirco in aduersis & tentationibus nequaquam frāgamur, nec pusillanimes efficiamur, nec fatigemur animis nostris. Imō eas tanquam probabile argumentum diuinæ dilectionis ad nos suscipiamus ac superemus, correptiones & correctiones amemus, illud Iudith penitentes, Memores esse debeamus, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, amicus dei esse factus. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Qui autē tentationes nō susceperunt in timore domini, in impatientia sua exterminati sunt [Nemo cum tentatur, dicat, quia a deo tentatur] Postquam apostolus Iacobus locutus est de tentationibus, quas exterius causa probationis patimur: nunc agit de tentationibus quas intus suadente diabolo, aut infectione naturæ nostræ monēte, causa deceptionis toleramus. Vnde Beda hīc ait, Duplex est genus tētationis. Vnū, quod decipit. Aliud, quod probat. Loquendo de tētatione quæ decipit, seu intentione fallendi inducitur, deus neminē tētat. Sed loquendo de tētatione quæ probat, tētauit Abraham deus. De qua & ait propheta, Proba me domine, & tenta me. Denique secundum Albertum, per verba prætacta Apost. Iacobus remouet quādam dubitationem. Dixit enim superius, in tētationibus esse gaudendum. Ex quo aliquis posset opinari vnuerfas tētationes nobis immitti à deo. Quod nō est verum: quia, secundum glossam, exteriorē tētationem immittit deus ad suorum probationem fidelium. Interiorē verò, qua concupiscitur quod lege diuina prohibetur, deus nō immittit. Porro secundum Bedam, per verba iam tacta Iacobus illorum destruit errorem, qui sicut bonas tētationes, ita & malas dixerunt nobis diuinitus inspirari. Est autem exterior glosam duplex tētatio. Vna exterior, sicut paupertas, infirmitas, incarceration, & alia quævis exterior tribulatio, cuius deus nō est solū permissor, sed etiam author. Tales nāque afflictiones sepe immittit fidelibus pro bono eorum. Alia est tētatio interior: vt praua suggestio, praua cogitatio, qua furtū seu aliud peccatum cōcipitur: cuius deus permissor est, nō immissor seu author. Pro clariorī huius intelligentiæ quæritur: Cuius sit tētare: an. s. a solo tētemur diabolo, an etiam tētet nos deus. Et videatur qd tētemur à deo: iuxta illud, Tētauit deus Abraham. In Deut. quoque habetur, Recordaberis cūcti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus, vt affligeret atque tētare. Et Sapiens, Deus tētauit iustos, & inuenit illos dignos se. Atque apud Ioan. Hoc dixit Iesus tētās eum [puta Philippū]. In opo positū est auctoritas Iacobi in præsentī. Præterea super illud Pauli, Ne forte tētet vos is qui tētat: dicit glossa. i. diabolus, cuius solius officium est tētare. Ad istud Thomas super secundum Sententiarum respondet, Ad perfectam rationem tētationis tria cōcurrunt. Primū est, vt per tētationem alicuius dubij accipiatur cognitio. Secundum, vt hoc sit à tentante intentum. Tertium, vt ipsemet tentans cognitionem illius rei accipere velit. Et isto modo deus non tētat, sed homo tētat ab homine, & etiam à diabolo. Dicitur autem deus tentare, quantum ad duo. Primō, vt. s. alicuius ignoti cognitio manifestetur nō sibi, sed aliis. Quod & deus intendit, vt patuit in tētatione Abraham: quem deus tētauit, vt eius fides & obedientia aliis, ad eorum adificationem, in sinuarentur. Mundus verò & caro dicuntur tentare, solū quantum ad primum trium illorum ad perfectam tētationis rationem concurrentium. Quia ex impugnatione carnis & mundi, manifestatur virtus aut imperfectio mentis: quamuis nec mundus, nec caro intendant hoc. Ipsa ergo impugnatione animæ, seu eius virtutis, tentatio dicitur. Hæc autem impugnatione vel est à principio intrinseco, puta à carnis corruptione: & hæc vocatur tētatio carnis. Vel à principio extrinseco, & hoc dupliciter. Quia illud extrinsecum aut impugnat per modū obiecti: & sic est tētatio à mundo, cuius rebus corda hominum ad peccandum alliciuntur. Vel per modum agentis ipsam trahit ad peccandum, persuadendo, terrendo aut blandiendo. & sic est tētatio à diabolo & à membris ipsius. Dicitur autem diabolus solus tentare, non quod ipse semper sit immediatus tentator: sed quia primō tētauit hominem. Ex qua tētatione consecuta sunt alia tētationes. Tamen vt asserit Origenes, quamuis non

esset diabolus, adhuc homines tērentur concupiscentia venereorū & alimentorū. Vel dicitur diabolus solus tentare: quoniam ei & mēbris suis duntaxat cōuenit tentare, cū intentione trahendū ad vitiiū. Vel quia vitur carne & rebus mundi, tanq̄ instrumētis ad tentandū hominē. Insuper in prima parte Sūmę suę loquitur Thomas, Tentare est propriē experimentū de aliquo sumere, vt. Siquid circa ipsum, vel de ipso sciatur. Ideo proximus finis tentātis est cognitio. Ex cognitione autē potest vterius alius finis intēdi, aut bonus aut malus. Diabolus verō talē cognitionem semper refert ad malū, puta vt fallat & noceat. Sicque propriū diabolo est tentare, quia etsi homo sic tēret, hoc tamen facit vt seruus diaboli. Dicitur quoque deus tētare, non vt sciat, sed vt aliquid faciat scire. Mundus autē & caro nō nisi instrumentaliter ac materialiter tentant, præbendo occasionē peccandi. Sed homo tentat aliquid & bene & malē. Bene, dū quærit eum cognoscere vt profit. Malē, dū quærit eum cognoscere, vt noceat. Verū tamen per tentationē mūdi quandoque intelligitur tētatio quæ infertur à mundanis & prauis hominibus. Quandoque illa, quæ infertur (vt tactū est) à rebus seculi huius: puta à diuitiis, delitiis atq; honoribus eius. His præmissis præfens textus faciliē intelligetur. Nemo tū tentatur, tentatione interiori ad fallendū tendente, & inclinante ad vitiiū [Dicitur quoniam a deo tentatur.] Ita vt deus inclinet, aut cogat eum ad culpam. [Deus intentator malorum est]. i. malorum tentamentorū non est suggestor, aut author: nec est tentator malorū seu vitiorū, id est tentatiua causa eorum [ipse enim neminem tentat] tentatione ad malū ordinata. ¶ Sed obici potest, quia tentatio tam actiua q̄ passiua, sunt quidā actus, & aliquid positium: ergo à deo sunt, à quo omnis entitas deriuatur: & in quē omnes effectus (id est actus tanquā in primū effectuum principii) reducūtur. Et respondendū, quod omnis effectus & actus, inquantū est ens & aliquid positium, à deo sunt tanquā à prima causa. Sed inquantū habent deformitatē & obliquitatē peccati, nihil sunt, sed sola priuatio: nec habēt causam efficientem, sed deficientē, videlicet voluntatem creatā vt defectiuam, quēmadmodū claudicatio, inquantū est ambulatio quædā, est à virtute motiua & progressiua. Deformitas autem huiusmodi ambulationis est à tibiæ indispositione. [Vnusquisque vero tentatur a concupiscentia sua]. i. ab inordinata cupiditate seu priuato amore. Nā radix omnium malorum est cupiditas. i. improbus amor sui: pro quo concupiscentia hoc loco accipitur. De quo amore asserit Augustinus, quod sit omnium vitiorū origo. Quēmadmodum amor dei est omnis boni principii, omnis. i. meritorij actus. Vnde amor sui crescens vsque ad contemptū dei, ciuitatē efficit Babylonis: quæ est ecclesia malignantiū, & regnum diaboli. Quēmadmodum amor dei crescens vsque ad contemptū sui, constituit ciuitatē Hierusalem: quæ est ecclesia dei videntis, & regnū Christi. Ab hac ergo concupiscentia tentatur. i. radicaliter impugnatur, quicunque tentatur: quia ab ea inclinatur & mouetur ad diuersa peccata. Non tamen per verba hæc excludit Apostolus Iacobus tentationē diaboli: quia frequenter diabolus actu, seu excitat concupiscentiā istam in homine, & per eam tentat eundē. Tentatur ergo vnusquisque à concupiscentia [Abstractus]. i. à recto salutis itinere, & vero rationis iudicio [Et illeclus]. i. ad culpam attractus. [Deinde concupiscentia cū cōceperit]. i. ad consensum perduxerit [Parit peccatum]. i. reum facit. Tunc enim est mortale peccatū interius, cū plenus adest cōsensus de aliquo cōcupito contra præceptū. [Peccatum vero cum consummatum fuerit]. i. fortis ad effectū perductum, ita q̄ ex cōsensu itur in opus [Generat mortem], ita quod inducit ad cōsuetudinē vitiosam & obliuionē. Deinde ad damnationē æternam, quæ est mors secunda grauissima. Vnde quod ait, Generat mortē: non est sic intelligendū, quasi in solo exteriori opere consistat peccatū mortale: cū in interiori cogitatione & affectione deliberatę rationis cōsensum habente, sit culpa mortalis. Imo ratio meriti atque demeriti in opere exteriori, dependet ab interiori. Sed ideo dicit sic, quia in opere exteriori magis apparet deformitas vitij, & culpa augetur, ac praua consuetudo incurritur. Itaque in verbis præhabitis innuatur processus humanæ tentationis. Nam primò concupiscentia oritur, per quam incipit homo abstrahi à vero & bono. Deinde cōcupiscentiæ delectatio quædam coniungitur, per quam homo in malū illicitur: tunc tamen stat adhuc in terminis peccati venialis. Deinde cōcupiscentiæ & delectationi cōsensu deliberatus adiicitur: & tunc est peccatum mortale, ex quo ad opus proceditur, & reiteratio frequēs seu cōsuetudo inde cōsequitur. Hinc loquitur Beda, Tribus modis tentatio agitur: Suggestione, delectatione, consensu. Suggestione hostis, delectatione aut etiam consensu nostræ fragilitatis, consensu cordis. Quod si hoste suggerente nec delectamur, nec consentimus: tentatio nobis ad victoriā prouenit. Si verò ad hostis suggestionē paulatim à recta intentione abstrahi, atque in vitium incipimus illici, delectando offendimus: sed nondū lapsū mortis incurrimus. Quod si peccati in corde cōcepti delectationem sequatur partus prauæ actōnis, aut certē consensus mortis rei efficitur. Hoc quoque pensandū, quia vt dicunt doctores, non solū plenus consensus in opus, sed & cōsensus in delectationē prohibitam, est mortalis. [Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi] per vitiorum abrupta, per errorum & falsitatum ac perfidiarum obscura (via enim impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruunt) ne serō penitentes, dicatis illud Sapientię, Errauimus à via veritatis, & iustitię lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ nō est ortus nobis. ¶ Circa præhabita quæritur, an tentatio sit appetenda. Respondet Albertus, Quædam in sua ratione circumuolutam habent malitiam, vt furtum, quæ nequaquam sunt appetenda. Alia sunt quæ nominata, statim habent circumuolutam bonitatem: vt esse sapietē, & virtute præditum. quæ simpliciter, & absolute additione sunt appetenda. Alia sunt, quæ de se non sunt appetibilia, cū sint quædam mala penalia: tamen per comparisonem ad finem sunt appetenda, vt potio amara. Cū ergo tentationes per se ordinentur ab hoste ad hominis deceptionem, per accidens verò ordinentur ad tentati salutem, ex hoc quod dei gratia auxiliante vincuntur: idcirco tentari non est simpliciter cupiendum, sed tentari & vincere simul sumptum. Verū quia considerata nostra fragilitate victoria est incerta, tentatio securius fugitur, quam optatur. ¶ Et si obiciatur, quia vt Iacobus ait apostolus, omne gaudium existimare debemus, cū in diuersas inciderimus tentationes: ergo sunt appetendæ. Præsertim quia (vt dictum est)

Tentatio actiua & passiuā.

i. Tim. 6. August.

Apoc. 21.

Ratio meriti & demeriti.

Beda.

Prouer. 4. Sap. 5.

An tētatio sit appetēda.

E

F

G

H

A sunt valde multipliciter fructuosę. Respondetur, q̄ Iacobus loquitur de tentatione tribulationum, ad quarū patientiam exhortatur, quia nō nisi per patientiam eas possumus superare. Ideo gaudiū & fructuositas nō sunt de talibus tribulationibus & tētationibus, secundum se: sed magis de patientiā, qua vincuntur. præterea huic rationi cōcordat responsio Thomę super secundū Sententiarum, dicentis, Cū bonum sit obiectum voluntatis ac desiderij, eo modo aliquid est volēdum, quod bonum. Inter bona autem aliquid inuenitur, quod est bonum simpliciter & per se: sicut sunt bona honesta, puta virtutes. Quæ tanquam finis aliorum, sui gratia appetuntur: quamuis in aliud ducant. Quia in omnibus honestis vitiliis honestati coincidunt, nisi in vltimo, quod est finis finium: quod propter se tantū est appetendum. Aliquid verò est, quod in se bonitatem non habet vnde appetatur, si absolute consideretur: sed secundum ordinem ad finem, bonitatem quandā sortitur, quæ vitiliis nominatur. Et sunt propter aliud appetēda, vt scēto membris propter sanitatem. Porro ad finem consequendum contingit aliquid dupliciter ordinari, per se scilicet, & per accidens. per se dico, quod quantum in se est, in finem debitum est ductiuum. per accidens autem, quod quantum in se est, in aliud ducitur: sed ex concursu alterius cause, ducit in debitum finem. Sicut qui comedit venenum, vt moriatur, & contingit ex hoc sanitas. Cū ergo causa per accidens non sit proportionata ad effectum, sed solum causa per se: idcirco ex ordine ad finem qui est per accidens, nō est aliquid bonum, aut appetibile, simpliciter acceptum: sed solum concurrentibus omnibus que ad hūc finem determinant. Dico igitur, quod tentatio per se ordinata est ad hominis perditionem, ad salutem verò non ordinatur nisi per accidens, scilicet ex hoc, q̄ homo eam vincit auxilio gratiæ dei. Ideo tentari non est simpliciter appetendum, sed tentari & vincere simul acceptum. Sed quoniam propter nostram fragilitatem victoria valde est dubia, securius fugienda est tentatio, quā optanda. Insuper istis responsionibus aliquid videtur esse addendum. Quia vt tactum est, duplex est genus tentationis: vnum quod probat, aliud quod fallit. Quorū primum est à deo, & ad hominis ordinatur salutem. Aliud à diabolo & membris ipsius, ordinaturq; ad tentati seductionem. Rursus sicut præhabitu est, duplex est tentatio, puta exterior, vt est corporalis afflictio: cuius deus non solū est permissor, sed etiā actor. Est quoque tentatio interior, ad culpam inclinans, per ordinata: cuius deus permissor est, non immissor. Considera itaque prædictas responsiones non esse prolatas, nisi de tētatione hostis ad fallendum tendente. Remanet igitur quæstio, an tētatio quæ est ex vel à deo, atque exterior, tendens ad probationē & salutem, sit appetendā? Ad quod respondendum, quod appetenda est eo modo, quo medicina amara & afflictiuā appetitur propter sanitatem & delectationem. Estque appetenda cum duplici circūspectione, vt potest considerata propria fragilitate & defectuositate, ne homo in viribus suis confidat. Et præsupposito adiutorio gratiæ dei, in quo spes tota figatur. Et hoc modo, et à tentationes hostiles appeti possunt. Verū tamen obseruanda.

Cum quod aliquid est appetibile vni, quod nō est appetibile alteri: propter diuersam eorum dispositionem. Perfecti ergo, & etiam dignē proficientes, securius possunt tētationes appetere, cū circūspectionibus memoratis, q̄ incipientes & imperfecti. Et de hoc in Vita patrum multa habentur exempla. Amplius queritur, an tentatio quæ est ab hoste, sit peccatum: an etiam tentatio quæ est à mundo: & item, an omnis tentatio à carne seu carnis, peccatum sit? Ad hæc Thomas super secundum respondet, peccatū vnus non consistit in actu alterius, sed in proprio actu. propter quod in Ezechiele legitur, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. In tentatione autē carnis ipse appetitus illicitus, secundū quem tentari quis dicitur, est actus eius qui tentatur. Non enim sola caro concupiscit, sed coniunctum, videlicet homo. Ideo talis tentatio est peccatū in eo qui tentatur. Siquidē motus concupiscibilis, in illicitū tendens, tentatio carnis est. Tentatio autē quæ est à mūdo, vel ab hoste, est à principio extrinseco: vnde actus non pertinet ad tentatum, sed passio tantum. propter hoc non est peccatum in tali tentatione, nisi per delectationem siue cōsensum: quia tunc tētatus incipit cooperari tentanti. præterea, iuxta Thomā, diabolus potest imprimere vim imaginatiuam dupliciter. Vt potest aliqua sensibilia exterioris repræsentando, & ipsam vim imaginatiuam intus turbando ac alterando. Idcirco secundum modum quo imprimit in nos, tentare nos dicitur. Hæc tamen impressio non habet rationem peccati: cū non sit in appetitu, sed in apprehensione duntaxat. Et tamen tendens in culpam, quantum est de intentione tentantis. Hoc quoque pensandū, quia, vt Thomas adiungit, motus concupiscibilis potest dupliciter in nobis insurgere. primò ex qualitate organici: sicut corpore calefacto, insurgit motus libidinis, absque aliqua imaginatione. Et iste motus est naturalis, nec rationem peccati habens. Et hunc motum potest diabolus ex sua potestate in nobis causare, nisi diuina cohibeatur virtute. Secundò ex apprehensione alicuius delectabilis. Et ex parte illi appetitus habet aliquam libertatem in homine, secundum quod potest obedire imperio rationis: sicque in concupiscibili potest esse peccatum. Sed hunc motum diabolus extorquere non potest. Hæc dicta sunt pro pleno huius loci intellectu: quia materia practica est & salubris. At verò sicut nonnulli errauerunt, dicendo interiores tentationes ad vitia inclinantes, esse à deo: sic alij, vt pelagiani heretici, errabant, dicētes, Opera meritoria esse à nobis ipsis, ita quod sine gratia posset homo esse virtute præditus & deo acceptus, ac vitam promereri æternā. Dicebant enim, A deo habemus quod sumus, à nobis ipsis quod iusti sumus. Contra hos subdit Apostolus Iacobus. ¶ [Omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit a patre luminum] Certum est apud philosophos, omne quod citra deum est, à deo fluxisse, mediātē vel immediātē, Aristotele protestante, Ab hoc ante omnibus communicatum est esse & viuere, atque author liberi de causis, Omnis causa primaria plus influit quā quacunque causa secunda. Verū tamē aliter dicūt sancti Theologi, virtutes & actiones meritorias esse à deo quā philosophi. Quia philosophi dixerunt hominem naturali potestate & propria ratione posse virtutes acquirere, & felicitatem mereri. Quod quamuis verum sit aliquo modo de virtutibus naturalibus, politici, in beatitudine naturali, Theologi tamen affirmant hominem (quia ad supernaturalem beatitudinem est creatus)

Determinant. i. dirigit ad terminum.

Duplex tētatio.

An tētatio sit appetēda.

Ezechiel.

Imaginatiui vis bifariam imprimitur.

Dominic. 4 post pascha Epistola. Aristotel.







Eccle. 3. tinent cultū, sępe sunt relegenda, ac reuoluenda. Iuxta illud, *Quę pęcepit tibi deus, illa cogita semper.* Vel dicitur religio à relegendis, quoniã deum quę peccando amissimus, & cui vana prętulimus, per eã pęnitentes reeligimus. Vel à religãdo, quia ab exterioribus, & carnalibus hominẽ separat, ac deo coniungit. Itaq; religio est virtus moralis, quã alio nomine latra appellatur, per quã deo cultum ceremoniamq; impędimus. Nec est theologica virtus, sed pars subiectiua iustitię, circa actiões immediatę verfans, habetq; aliquos actus interiores, vt sunt deuotio interna, oratio; & quosdã actus exteriores, vt sunt deo genualiter, sacrificare, decimas immolare, Vocalis quoque oratio, psalmodia, laudatio dei, pędicare verbum salutis, sunt actus religionis, quasi medio modo se habętes. Et omnia ista sunt actus religionis directę & elicitiuę, quia ab ea elicitiuę procedunt. Actus verõ quarundã virtutũ religionẽ inferiõrũ, quibus religio imperat, dicuntur actus imperatiuę, quia imperat eis. Sicq; pęfecta misericordię opera religioni attribuuntur, quã tamen à pietate seu misericordia elicitiũ. Pręterea refrenatio linguę ad omnẽ pętinet Christiãũ, cũ in euãgelio Christus testetur, De omni verbo otioso quodd locuti fuerint homines, reddet de eo rationem in die iudicij. Itęque, Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condęnaberis. Et iterũ, *Quę pęcedunt de ore coinquinãt hominẽ.* Denique q̄ necessaria sit omni homini refrenatio linguę, cõstat ex eo, quodd ait iudex summus, *Qui dixerit fratri suo, racha, reus erit consilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennę ignis.* Pręterea claustrales antonomastice, religiosi dicuntur, vt pote deo in holocaustis oblati, eiusq; cultui totaliter męcipati: hinc ad eos refrenatio linguę potissimẽ pętinet, Propter quod sancti patres inter regulares obseruantias obseruationẽ silentijvnã de pęcipuis, post substantialia statuerũt, & eius fractorẽ per culpę publicationẽ, pęclamationẽ, ac disciplinam vindicari, seu corrigi pęceperunt. Hinc omnis oratio intelligibilẽ ex se habes sensum, sine licitiõs plata, nisi necessitas sit excusans, est silẽtij fractio, vt si dicatur, *Quis est iste?* At tẽdant hęc religio si, intimorati, leues, incustoditi, & garruli. Attendant quã sit vana eorũ quam pętendunt, religio. Aduertant quodd ait Psalmista, *Vir linguosus non dirigitur in terra.* Et quod rursus ait scriptura, *Nũquid vir verbosus iustificabitur?* Imõ iuxta scripturam verba sapientis statera ponderabuntur. Non ergo verbis pęffluamus, quia odibilis est qui procax est ad loquẽdũ. Hinc Ecclesiast. *Ne temerẽ quidd loquaris, neq; cor tuũ sit velox ad pęferendũ sermonem coram deo.* Deus enim in cęlo, & tu super terrã. Idcirco sint pauci sermones tui. In multis nanq; sermonibus inuenitur stultitia. ¶ Veruntamen circa hoc queritur, quomodo in verbis sit paucitas obseruanda, cũ in Actibus Apostolorũ legatur Paulus protraxisse sermonẽ vsq; ad mediã noctẽ, & exhortatus est discipulos multo sermone. Christus quoq; in mõte fecit longũ sermonẽ Ecclesia etiã facit orationes plixas, cũ tamen etiam dicat saluator, *Orantes, nolite multũ loqui.* Et respondendũ, quodd scripturã intentio est, vt non sine rationabili causã verba multiplicentur, ppter periculũ incidẽdi in peccata, quodd in verbis multis sine gratiã uix cauetur. Christus verõ nõ prohibuit absolute vt multis verbis in oratione, cum & ipse passione instante plixius orasse legatur. Et quod erat pernoctans in oratione dei, Sed dixit, orantes, nolite multũ loqui, sicut Ethnici faciunt. Putant enim, quodd in multiloquio suo exaudiãtur. Sit ergo religiosus in obseruatione silentij rigorosus. *Qui enim custodit os suũ, custodit ab angustijs animã suã: qui verõ inconfideratus est ad loquẽdũ, sentiet mala.* Postremõ immaculatũ se ab hoc seculo custodire, est ad nullã rem creatã affici inordinatẽ, diuitias, delicias, & honores mundi, intuitu & amore dei paruipẽdere, aut omnino relinquere, nec aliquid citra deũ nisi in deo amare, hoc est, in quantũ deus id pęcipit, seu vilẽ, necessariũve existit ad cõplacendum seruiendumq; deo, atque ad obtinendũ beatificam fructiõnẽ ipsius. Cum enim deus gloriosus & adorandus sit omnĩ finis, & mediã iuxta exigentiã finis sint disponẽda, certũ est, quodd nulla res creata sit appetenda, amanda, seruãda, tractanda, aut quocunq; modo in vsũ habenda, nisi secũdũ quodd expedit homini ad vniendum se deo, atque ad obtinendũ ipsius viliõnem fœlicẽ, seu ad seruiẽdũ ei, & ad pęficiẽdũ. In cultu, ac honorificentia eius, quodd totũ ad religiosos maximẽ pęspectat, quos oportet esse huic sæculo mortuos, & soli deo viuẽtes, vt cum Apostolo dicere queant, *viuo autem iam non ego, viuũt verõ in me Christus.*

Expositio Cap. i. i.

Articul. iiii.

Gala. 2. **D**ixit Apostolus Iacobus in fine pęcedentis capitis opera misericordiã viduis & pupillis esse impartienda, atq; impietates & vanitates mũdanas Christianis verẽ religiosis, seu deuotis esse vitandas. Nunc ostendit, pauperes non esse despiciendos, sed potius honorandos tanquam à deo electos, & Christi membra atque ministros. Itaque ait, [*Frates mei, nolite in personarũ acceptiõne habere fidem domini nostri Iesu Christi glorię.*] Ordo verborum hic esse potest, *Nolite habere fidem glorię domini nostri Iesu Christi in acceptiõne personarũ, hoc est, non creditis quodd accipiẽdo personas, valeatis acquirere premium glorię Christi. Quia acceptio personarũ peccatum est, ad adeptiõne felicitatis, & glorię Christi impediens.* Contraria nanque est acceptio ista iustitię. Solis autẽ iustus paratũ est regnũ Christi. Vel iste est ordo verborum, *Nolite habere fidem domini nostri Iesu Christi, qui est rex glorię domini; virtutũ, in quantũ est deus: iuxta illud, At tollite portas principes vestras, & introibit rex glorię. Quis est iste rex glorię? dñs virtutũ, ipse est rex glorię.* Itaq; nolite habere fidem Christi in psonarũ acceptiõne. Hoc est Christi fidẽ habẽdo, nõ sit in vobis vitiũ acceptiõnis personarũ. Vel sic, *Nolite putare vos verẽ fideles habẽdo peccatũ acceptiõnis psonarũ, quia talis acceptio psonarũ, nõ stat cũ fide formata.* Ex quo patet, quodd Iacobus loquitur de huiusmodi acceptiõne, secũdũ quodd est mortale peccatũ. Porrõ acceptio personarũ est, quã aliquid alicui impenditur, seu confertur, qui ad illud est indignus, seu improporionatus, & alteri digno subtrahitur, aut negatur. Vt si pęlatius aliquẽ p moueat ad Canonizatũ, nõ quia literatus & virtuosus, sed quia cognatus suus est, aut pecuniosus, aut seruus. Literato autẽ, & bono, seu sufficenti denegat tale donũ. Cũ ergo sit duplex iustitiã, vt pote cõmunitatiua quã in emptionibus vditionibusq; seruatur; & distributiua, quã aliqua diuicifis cõferuntur, secũ-

A dum mensurã dignitatis eorũ ad illa: acceptio personarũ iustitiã distributiũ cõtrariatur, dũ aliquid alicui exhibetur, nõ ppter causã, quã ad illud idoneus est, sed intuitũ suã personã, aut causę, ex qua nõ est illud ad suscipiẽdũ condignus, seu aptus [*Etenim simrosierit in cõuentu vestro*]. i. corã vobis congregatis, seu ad vos adunatos [*Vir aureum annulum habens, et in veste candida*]. i. pulchrẽ ornatus atque vestitus [*Intrauerit autem ex pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste pęclara, et dixeritis ei, tu sede hic bene: pauper autem dicatis, tu ista ibi, aut sede sub scabello pedum meorum, nunne iudicatis apud vosmet ipsos*]. i. temerẽ, & secũdũ propriũ placitum iudicatis: nec à deo, sed à propria adinuẽtiõne tale iudiciũ sumitis, iudicando diuitem pauperẽ pęferendũ honore, dignitate, & loco, quia diues est: pauperem verõ esse despiciẽdũ: quoniam pauper est. Ideo subditur, [*Et facti estis iudices cogitationum iniquarũ*]. i. cogitationibus erroneis ac iniquis consensistis, easq; approbastis. Non enim diues pęhonorandus est pauperi ob suas diuitias, nec pauper ob suam inopiã est spernendus. Ideo vitiosum est taliter iudicare, ac facere. Estq; contrarium diuino iudicio, sicut subiungitur. [*Audite fratres mei dilectissimi, nunne deus elegit pauperes in hoc mundo?*] Tales enim deus solet gratiosius inuifere, & saluare: iuxta illud in Psal. Psal. 9. no, Tibi derelictus est pauper. Et in Esa. Cõfitebor tibi domine, quia factus es fortitudo pauperi, & e- Esa. 22. geno in tribulatione sua. Hinc ad Corinth. hortatur Apost. Videte vocationẽ vestram, fratres, quia non r. Cor. 1. multi sapientes secũdũ carnẽ, non multi potẽtes, non multi nobiles sunt inter vos: sed quę stulta sunt mundi elegit deus, & infirma & contempnibilia, & quę non sunt. Ideo dicit Greg. Hos elegit deus, quos Gregor. despicit mundus. Deus enim naturaliter bonus & pius speciale habet occasiõne miserẽdẽ & succurrendi pauperibus, miserabilibusq; personis. Idcirco in Deut. scriptũ est, Dominus facit iudiciũ pupillo, & viduę, amatq; peregrinũ. Atq; in psalmo, Facit iudiciũ iniriã patribus. Dñs custodit aduenas, pupillũ & viduã suscipiet. Hinc Christus in exordio suã pędicationis pauperes piscatores, ad discipularũ suũ vocauit. Qui & in Luca testatur, Beati pauperes, quoniã iustũ est regnũ dei. Pauperibus nanque ipse eorũ paupertas quotidianũ purgatorium inuenitur. Elegit itaq; deus pauperes, quos ab eterno elegit, & suo tempore per gratiã suã vocauit. Vnde subiungitur, [*Diuites in fide*]. Non quodd ante electiõnẽ & vocationẽ fuerint spiritualiter diuites in fide, sed ex sua electiõne & pietate fecit eos spiritualiter opulentos per fidẽ, & cetera gratiarum charismata fidei annexa. Verã quippe diuitiũ sunt, virtutes, ac meritoria opera. Vnde prima ad Timotheũ scribit Apost. Diuitibus huius sæculi pęcipe diuites fieri in operibus bonis. Et quia tales electi sunt ad futuram beatitudinẽ pędestinati, de eis subiungitur He- i. Tim. 6. *redes regni, quodd promissi deus diligẽtibus se.* De quibus ait Apost. Scimus, quoniam diligẽtibus deum Roma. 8. omnia cõoperantur in bonũ, his qui secũdum propositum vocati sunt sancti. Quidam enim diligunt deum ad tempus, sed non pęseuerant in charitate finaliter, quos cõstat pędestinatos non esse. Hinc loquitur Christus, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est regnũ calorũ. Pauperes ergo propter charisima gratiã eis collata sunt honorandi: & maximẽ, quia frequentius sunt à deo electi. Diuites verõ ppter suarũ abusus diuitiarũ, & cetera scelera sua, sunt zelo iustitiã despiciendi, inquantũ sunt tales. Sicrẽ de iusto fertur in psalmo, Ad nihilũ deductus est in cõspectu eius malignus: timẽtes autẽ dominũ glorificat. Vnde & Salomon loquitur, Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quã diues torquens labia sua. Et rursus, Melius est modicũ cum timore domini, quã thesauri multi. Propterea subditur. [*Nunne diuites per potentiam opprimunt vos, et ipsi irahunt vos ad iudiciã?*]. i. iudicibus vos pęsentant tanquam reos, eodẽ quodd estis Christiani? [*Nunne ipsi blasphemant bonum nomen*] nominatum [*quodd inuocatum est super vos*]. i. nomen Christi seu Christum, quem negant esse verum Messiam in lege promissum. Hęc in primitiua eclesia passim fecerunt diuites infideles, tam Iudci q̄ gentiles, Christianis qui Christi iugiter inuocabant, & quem pro se inuicem exorabãt [*si tamen legem pęficiũ regalem*]. i. legem inuocant, à rege altissimo datã, regia via incedentẽ, eodẽ quodd neque ad dexteram neq; ad sinistram diuertat, nec aliquid obliquitatis continet. De qua in Esaia legitur, Hęc via, ambulate in ea, & neq; ad dexteram neq; ad sinistram. Atq; in Psal. Lex domini immaculata. De qua & in Prouerbiis asseritur, Lex lux est. Si, inquam, hanc legẽ pęficiũ, i. perfectẽ impletis [*Secundũ scripturas*]. i. prout in scripturis sanctis docetur, Prouer. 6. ac continetur. Deinde exprimit legẽ istã in speciali, seu quantum ad mandatum eius pęcipuum, post primum ac summũ legis pęceptum. [*Diliges proximum tuum sicut teipsum*]. i. spiritualiter desiderando ei dona gratiã ac virtutum in via, donaq; glorię in patria: imõ & cooperando ei ad ista pro posse. Cetera Matth. 5. quęque misericordiã opera, tam corporalia quã spiritualia, ei impartiẽdo pro viribus, tempore opportuno, exigente rationali causã [*Benefaciis*] quasi dicat Apost. Non ita dico diuites pauperibus non esse pęferendos, quasi sint odiendi, aut simpliciter continendũ, cum ex diuino pęcepto sint diligendi: sed eorũ dilectiõ ordinatẽ est exhibenda eisdem, saluo ordine æquiritis, vt non derogeretur iustitiã in pauperum depresiõne [*si autem personas accipitis*], iuxta sensum pęhabituũ [*Peccatum operamini*] faciẽdo contra pęceptum dei. Propter quodd subditur [*Redargui a lege, quasi transgressores*] diuini pęcepti. Et ita hęc dictiõ, quasi, dicit hęc veritatem non similitudinem tantũ. Quemadmodum & Ioan. Ioan. 1. nes inquit, Vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre. Ista quippe psonarũ acceptio in lege Mo- Leuit. 1. saica, atq; Evangelica prohibetur. Quoniã in Leuit. dominus ait, Iuste iudicabis, nec consideres personam pauperis, neq; honores vultum potentis. In Deuteronomio quoq; Moses ait principibus & iudicibus Israël, Audite illos, & quodd iustũ est iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia. Tob. 32. Ita paruũ audietis vt magnũ, nec accipietis cuiusquã personã. Christus etiã iubet, Nolite iudicare secundum faciẽ, sed iustũ iudiciũ iudicate. Hinc in libro Job Heliu cõtestatur, Nõ accipia psonã viri. De- Deuter. 7. benus ergo nõ personã, sed causas accipere. ¶ Circa pędictã, vt clarius intelligantur, aliqua sunt quę rendã. Primõ, an personarũ acceptio sit peccatũ mortale. Secundo, in quibus cõmittatur hoc vitiũ. Tertio, an deo conueniat personarũ acceptio. Quantum ad primum, videtur ex pęductis Iacobi verbis, & quale.



Lucæ. 16. buntur. Quomodo modum diues epulo qui misereri noluit Lazaro. Hinc loquitur iudex summus, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite & dimittentini.

Lucæ. 6. Quia mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Et iterum, Si non dimiseritis, nec pater meus caelestis dimittet vobis peccata vestra. Vnde & seruo, qui suo cõseruo non fuit misericos, dominus ait, Serue neque tu miserus sum? Iratusq; dominus tradidit seruũ illũ tortoribus, quoadũsq; redderet debitũ vniuersũ. Vnde quãdũ vnicuiq; maior misericordia a deo impensa est, tantõ pro mimis suis misericordior esse debet. Sed his obiecti potest, quia vt ait ppheta, Vniuersã viã domini misericordia & veritas. Quo circa dicunt doctores, & super quartũ Sententiã declarãt, quõd in omni opere dei misericordia & iustitia cõmiscetur: ita quõd etiam reprobi citra condignũ in infernis puniuntur. Et respondendũ, quõd im misericordibus dicitur fieri iudiciũ sine misericordia: non quõd nulla eis miseratio fiat, sed quia singularis rigor iudicialis fit eis, & ipsã iustitia in eorũ diiudicatione ac punitione æternaliter cum speciali euidencia perdominans erit, secundũ quod homo sua crudelitate specialiter meruerit. Ex his innotescit, quã pronus ac feruidus esse debeat vnusquisque pro viribus suis ad corporalia ac spiritalia misericordiam esse debet. Sed his obiecti potest, quia vt ait ppheta, Vniuersã viã domini misericordia & veritas. Quo circa dicunt doctores, & super quartũ Sententiã declarãt, quõd in omni opere dei misericordia & iustitia cõmiscetur: ita quõd etiam reprobi citra condignũ in infernis puniuntur. Et respondendũ, quõd im misericordibus dicitur fieri iudiciũ sine misericordia: non quõd nulla eis miseratio fiat, sed quia singularis rigor iudicialis fit eis, & ipsã iustitia in eorũ diiudicatione ac punitione æternaliter cum speciali euidencia perdominans erit, secundũ quod homo sua crudelitate specialiter meruerit. Ex his innotescit, quã pronus ac feruidus esse debeat vnusquisque pro viribus suis ad corporalia ac spiritalia misericordiam esse debet.

Psal. 14. Prouer. 2. Lucæ. 6. Matth. 25. Fides in formis q. Lucæ. 12. Eccle. 18. Eccle. 4. Ioann. 6. Cor. 3. Gala. 5. Mar. 16.

A deum, est actus interior. Communiter verõ accipitur facere pro actione extramãtã, seu in exteriori tendente materiam. Agere autem pro actione immanante [Et demones credunt, & contremiscunt] Idcirco non sufficit nuda fides, nec quacunque fidei opera: cum demones non solum credant, sed etiam timeant seruilii timore. Nec solum credunt vnũ esse deũ, sed eundem etiam credunt trinũ consistere in personis, & quicquid ad catholicã pertinere fidem. Legitur enim in Luc. demõ dixisse, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Scio te quõd sis filius dei. Et ibidem legitur, Exhibant demonia multa, clamantia & dicentia. Quia tu es filius dei. At hoc loco venerabilis Beda, Qui deũ non credunt, aut creditum non veniunt, profectũ demõnibus tardiores ac proteruius sunt aslimandi. Sed nec deũ credere & contremiscere magnũ est: nisi non & in eũ credatur: hoc est, per fidem charitate formata in eũ tendatur, & eius in corde amor seruetur. Queritur an demones habeant fidem. Respondet Albertus, Fides propriè est de non visis, & de his, ad quorũ inuestigationẽ humana ratio non pertingit. Ad quã credenda potest aliquis moueri dupliciter. Primõ, ex habitu fidei diuinitus sibi infuso: & ita nõ est in demõnibus fides. Secundõ, ex aliquibus euidentiũ signis atque miraculis, quã cũ soli deo sint possibilia, & ad fidei confirmationem copiosè sint facta, demones naturali acumine intellectuali vigentes inde cognoscunt fidei veritatem. Imõ credere compelluntur ex euidencia talium argumentorum, secundum quod intellectus dicitur cogi. Sicque demõnum fides non est virtus infusa, nec ex voluntatis libertate ac charitate: sed potius ex violẽtia rationis. Hanc autem quæstionem Thomas in secunda secundã, quæst. quarta plenius tractat, & consonat eius responsio responsionis inductã [Vis autem scire o homo inanis] id est vanus & spiritualiter vacuus, vt pote fidei opera & charitatem non habens, & per cõsequens ad vltimi finis adeptionem indispõsitus & inepus? Dicitur enim inane, quod non consequitur debitum finem [Quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster] qui omnium fidelium pater spiritaliter vocatur, per fidei & virtutum imitationem. Et fidelium Iudæorum spiritalis atque carnalis extirpator, infidelium autem Iudæorum solum carnalis pater fuit. Vnde dicitur ad Galatas, Qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraham. Et in Ioã. ait Saluator, Si filij Abraham estis, Abraham opera facite. [Nunc ex operibus iustificatus est?] id est iustior factus, atque a deo sublimiter commendatus ac approbatus? [Offerens] id est ad offerendum paratum se exhibens, ac disponens Isaac filium suũ. Colliguit enim eũ, & posuit super struem lignorum. [Videtur] id est ex his intelligere debes. [Quoniam fides cooperabatur operibus illius.] Fides enim est oculus rationis, dirigens in agendis, & opera ad vltimum referens finem: qui sola fide, non clarè per speciem in hac vita conspicitur [Et ex operibus fides consummata est] id est fides Abraham per obedientiam eius, & ea quã circa Isaac deo iubente exercuit, actionem & complementum accepit. Habitus namque & actus ipsius se mutuo ornant ac roborant. Qui ex habitu actus procedit, & habitum actus eius stabilis & conseruat, ac perficit [Et suppleta] id est verificata ac aliis manifestè probata [Est scriptura] Genesios [Dicens, creditũ Abraham deo] dicenti ad eũ, Suscipe cælum, & numera stellas eius, si potes. Sic erit semen tuum [Et reputatum est illi ad iustitiam.] id est actus ille credenti fuit deo acceptus, & per eũ Abraham a deo iudicatus est iustus: præsertim prout iustitia virtus generalis, sicque credendo meruit iustitiã incrementum, omniumque virtutum profectum. Oportet scire, quõd verba ex Genesi nunc introducta dicta sunt Abraham, antequam deus ei præcepit, vt sibi filium suũ Isaac in holocaustum offerret: imõ & antequam ei præceptũ circumcissionis donauit. Sed fidei magnitudo, qua tunc Abraham credidit deo, postmodũ est suppleta seu approbata a deo, ac aliis declarata, per hoc quod filium suũ paratus fuit offerre, & circa hoc multa exercuit. Vnde deus tũc dixit ad eũ, Nunc cognouit, id est per hæc opera tua alios cognoscere faciam, quõd timeas deũ [Et amicus dei appellatus est] Abraham non in Genesi, sed in Esaia, vbi legitur deus dixisse, Semen Abraham amici mei. In libro Iudith quoque legitur, Abraham per multas tribulationes probatus, amicus dei effectus est. Meruit ergo amicus dei esse, & appellari, deo in tam arduis consentiendo, atque promptissimè obediendo, aduersã quoque patientissimè tolerando. Nempe in Isaac immolatione resplenduit magna perfectio Abraham in fide & obedientia. In fide, quia vnicum filium suũ ex Sara coniuge sua, paratus fuit offerre: cum tamen ei deus iam ante promiserit, quõd ex Isaac nasceretur ei semẽ electũ & innumerabilis populus. Credit enim Abraham quõd deus posset filium immolatum suscitare à mortuis, vt Apost. dicit. In eodem resplendit obedientia maxima, quõd charis. filium promptissimus fuit offerre, propria manu occidere, & occisum incendere: cum tamen hoc esset opus insolitum, durum, & nusquam auditum. Sed prædictis obviare videntur multa, quã ad Rom. scribit Apost. Arbitramur, iniquens, hominem sine operibus iustificari. Et rursus, Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam: sed nõ apud deũ. Et prolixè probat ibi Apost. qd fides ibi reputata est Abraham ad iustitiam, non opera. Vnde ait ibidem Apost. Ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro. Idem etiam ad Galatas docet Apostolus inter cetera, dicens, Qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Iustus enim ex fide viuunt. Sed & in Actibus legitur, Fide purificans deus corda eorum. Ad ista est duplex responsio. Prima, quõd Paulus apostolus vult probare opera præceptorũ caritatonialium legis non esse necessaria ad salutem, quoniam sine eis Abraham placuit deo, etiã nondum circumcisus. Iacobus verõ hic loquitur de operibus præceptorum moralium, quã in vtraque lege iubentur. De his item operibus, quã a deo alicui specialiter iniunguntur, quale fuit qd Abraham iussit Isaac immolare. Secunda responsio est, quõd apostolus Paulus probare intendit, Nulla opera legis alicui ad salutem sufficere, sine explicita vel implicita fide Christi, qui omnium electorum caput est, & saluator. Idcirco fides de eius aduẽtu ab exordio necessaria fuit. Hinc Iacobus infert, [Videtur] oculo interiori ex probatis [Quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum] vt nunq; enim est necessariũ ad salutem. Imõ potissimè charitas: sine qua, nec fides, nec operatio quacunque potest esse meritoria ac deo accepta. Deniq; dupliciter dicitur aliquis iustificari. Primõ per hoc qd

Luc. 4. Ibidem. Beda.

Dæmones quõo credere dicatur.

Inane qd.

Galat. 3. Ioan. 8. Gen. 22.

1. Cor. 13.

Gene. 17.

Gene. 22.

Iudith 8. Gene. 27. & 21. Rom. 9. Heb. 11.

Roma. 3.

Act. 17.

Gene. 22. Rom. 3. Ephe. 5. Coloss. 1.

Iustificari hominem duplici modo. vitii expurgatur & gratiam recipit ac virtutes. Quod non fit directè & propriè per opera: cum ante cha- ritatis & gratia infusionem, nulla sit meritoria actio: aut quæ gratiam mereatur de condigno. Ad hanc tamen iustificationem opera bona ex genere, suo modo disponunt & aptant de congruo, dum quod in se est efficit homo. Sic enim & attritio ad contritionem disponere perhibetur. Secundo, dicitur homo iustificari, opera iusta, virtuosâ ac meritoria exercendo: atque in gratia, donis virtutibusque crescendo. Et ita nunc loquitur sanctus Apost. Iacobus. Postremò ne Iudæi, ac alij pusillanimes, ac pigri se excusarent dicendo non posse tanti patriarchæ allequi opera tam perfectâ, subiungit Apost. exemplum mulieris peccatricis atque paganæ, quæ tamen per fidem & opera fuit iustificata. Nam subditur, [Similiter et Raab meretrix nunc ex operibus iustificata est?] inquantum opera illa processerunt ex fide [suscipiens nuncios] id est duos viros exploratores à Iosue in Hiericho missos [et alia via eiciens] id est per aliam viam eos ad Iosue redire persuadens. Cum enim recepisset eos per ostium suæ domus, & per fenestram exposuisset trans murum, cui domus eius hærebat, dixit, Ad motana descendite: quæ omnia in libro Iosue plenius describuntur. Vbi fides eius de deo Israël, hospitalitas, misericordia, liberatio, quas viris præfatis impendit, diffusè narratur. Propter quæ omnia meruit populo Israëlítico annumerari, & tribui Iuda coniugio sociari, genealogiæq; inseri saluatoris, ex eius femine secundum humanam propagationem descendens. Postremò ex præinductis concludit Apost. [sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est] secundum expositionem præhabitam. Sic etiam dici potest, quod fides sine charitate sit mortua, quoniam charitas est forma, & via virtutum. Et tamen siue dicatur, siue operibus siue sine charitate, redit in idem, quoniam charitas otiosa esse potest. Operatur enim magna, si est, cum signum dilectionis sit exhibitio operis. Veritamen non oportet, nec in vita ista possibile est, ut charitas indefinenter sit in actu, seu exercitio actuali: sed opportuno tempore procedit in actum, operaturque magna. Et si non opera exteriora, tamen interiora desideria, & seruos, gaudium, pacem, cogitationem, & eleuationem frequenter in deum. Imò nulla forma tam promptè agit, ut charitas.

Explanatio cap. 111. [Nolite plures magistri fieri.] Artic. v.

**P**ostquam instruxit nos sanctus Apostolus quam necessaria sint opera virtuosâ, ad quæ multi sunt pigri: nunc docet, quam necessarium sit vitia vanitatis ac leuitatis in docendo ac loquendo vitare. Ad quæ multi sunt proni, sicut ad cætera que sunt excellentiæ & gloriationis. Itaque ait, [Nolite plures magistri fieri fratres, mei] id est ad cathedram magistralè, ad aliorum informationem, ad magisterium non ingeratis vos ipsos importunè, vanè & inordinatè, desiderio cõmodi proprii, aut honoris, & antequam estis idonei. Ut enim ex prologo Lucæ euangelistæ, quæ ipsemet euangelio suo præmittit, ex epistolis Pauli, atque ex Actibus patet Apost. prædicantibus sanctis apostolis, multi ad prædicandũ nondum idonei, conabantur euangelizũ scribere, prædicare, & nomen sibi efficere. Quorũ etiam aliqui seminauerunt errores, & deceperant seipso ac alios: affirmando legalia cũ euangelio esse seruanda, per quod sibi dationem auerunt. Ideo subditur, [scientes quoniam maius iudicium sumitis]. i. grauiorem reprobationem & cõdemnationem à Christo accipietis. Eorũ nanque quos decepistis peccata redundabunt in vos. De talibus ad Timoth. habetur, Quidã aberrantes conuersi sunt ad vaniloquium, volentes esse legis doctores: non intelligentes neque quæ loquitur, neque de quibus affirmat. Denique huic Iacobi verbo cõsonat, quod apud Matth. ait Saluator, Nolite vocari rabbi: vnus enim est magister vester. Nec vocemini magistri: vnus est enim magister vester Christus. Per quæ omnia non prohibetur absolutè desiderium magistratus, aut doctoratus, aut appellatio inde sumpta: sed ne ex vanitate propter nomẽ sublime, aut dignitatẽ, talia appetantur. Si verò referatur ad debitum finẽ, ut factus prædicandi ac docendi charitatiuẽ, defendendique fidem efficacius expleatur, & ipsa prædicatio ac doctrina salubris à populo diligẽtius audiantur, sunt licita. Cũ & Paulus dicat, quod deus dedit quosdã apostolos, quosdã prophetas, quosdã doctores, seipsum quoque doctorẽ nominat gentiũ. Et in Act. legitur, Erat in Ecclesia Antiochiæ propheta & doctores. Præterea vt super 4. Senten. Th. ostendit, Mortaliter peccant, qui prædicationis actum indignè exercent, nõ agendo quæ docent [in multis enim offendimus omnes]. i. non solũ vos fratres nondũ perfecti in multis estis culpabiles: sed & nos qui primitias spiritus sancti accepimus, frequenter veniale peccatum incurrimus, in cogitatu, verbo, aut opere, seu omissione. Propter quod ait scriptura, Iustus septies in die cadit. Et iterum Salomon, Non est homo super terram, qui faciat bonum, & nõ peccet. Sanctus quoque Iob loquitur, Nõ iustificabitur homo cõparatus deo. Si voluerit cũ eo contendere, nõ poterit respondere vnũ pro mille. Et propheta orauit, Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine. Itẽmque, Nõ intres in iudicium cum seruo tuo domine, &c. Veritamen pro istis venialibus, ex humana fragilitate manãtibus, viri heroici, & fructibus proficiunt valde: corda sua ad deum sæpissimè eleuando, orando, meditando, penitendo, confitendo, corpus suum multipliciter castigãdo, dominicã passionem frequenter ac cordialiter reuoluendo, deum laudando, seipso profundissimè, diuersisq; modis humiliando, accusando, despiciendo, correptiones & correctiones in vita hac libenter suscipiendo. In quibus omnibus nos ipsos quotidie exercentur. [si quis in verbo non offendit]. i. non peccauit inordinatè loquendo ac tacendo, ita quod protulit non loquenda, nec siluit proferenda. Ut nec de indiscreto silentio indigeat penitere, illud Esa. dicit, Væ mihi quia tacui. Et illud in Psal. Quoniã tacui, inueterauerunt ossa mea. Neque de illicita locutione habeat dolere: & illud Iob proferre, Leuiter locutus sum. Vnum locutus sum, quod vitinam non dixissem,

**A** & alterum quibus ultra non addam [Hic perfectus est vir.] Non quodd in euitatione prolotionis verbi illi- citi, seu taciturnitate verbi proferendi essentialiter, consistat perfectio hominis: alioqui totaliter muti es- sent perfecti: sed quia non excessisse in verbo, signum est magnæ custodiæ cordis, magnæ sapientiæ men- tis, magnæ perfectionis interioris. Siquidem ea quæ sunt in voce, sunt earum quæ sunt in anima concep- tionum, affectionumque notæ. Idcirco linguam perfectè reprimere, signum ac opus est affectionis, ac grandis illuminationis mentalis, & supra vires humanas. Propter quod in Prouerb. fertur, Hominis est animum preparare, & domini gubernare linguam. In Eccles. quoque dicitur, Beatus vir, qui non est la- pius in verbo ex ore suo. Et deuo ait scriptura, Quis est homo qui non est lapsus ex lingua sua? [Pote- ritiam freno circundare totum corpus] id est vir perfectus qui nõ offendit in verbo, potest totum corpus suum domare, & cætera membra sua, quæ facilius refrenantur quàm lingua, compescere. Quia qui po- test quod maius est, potest & id quod minus est. Hoc facit qui implet illud Apostoli, Non regnet pecca- tum in vestro mortali corpore. Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma ius- titiæ deo. Et qui exteriores sensus suos custodit, ne peccet per eos (quemadmodum in Eccle. orat vir sapiens, Domine pater & dominator vitæ meæ extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & om- nne desiderium prauum auerte à me. Auerte à me ventris concupiscentiam) potest custodire sua interio- ra. Hinc orauit Psalm. Confige timore tuo carnes meas. Itẽmque, Auerte oculos meos, ne videant vani- tatem. Vnde frenum, quo totum corpus circūducitur, atque ad dei seruitutem mouetur, in perfectis est amor diuinus, seu timor filialis: In incipientibus timor seruilis, aut aliquid initialis: In proficientibus timor initialis, ad filialem timorem propinquus. Potius tamen istud diuersis est adscribendum virtuti- bus, vt pote castitati, æquitati ac latitiæ. Consequenter Apostolus variis modis refrenationem linguæ persuadet ac docet. [si autem equorum frenum in ore mittimus ad consentiendum nobis] id est quia equis poni- mus frenum in ore, vt dirigamus eos quo volumus [Et omne corpus illorum circūferimus] id est totum cor- pus equorum freno hinc inde ad libitum mouemus, subaudi, multò plus debemus proprii oris claustra frenare, linguam compescere, labia moderari ad consentiendum deo ac rationi. Quia, vt Salomon ait, Qui moderatur labia sua, prudens est. Et propheta testatur, Dixi custodiam vias meas, vt non delin- quam in lingua mea. Postui ori meo custodiam. [Et ecce naues cum magna sint, et a ventis validis minentur] id est in anteriora app. llantur [circumferuntur tamen a modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit] id est à gubernatore nauigij diriguntur per gubernaculum suum, quo vult: ita & lingua gubernaculo rationis est dirigenda, ne declinet in verba illicita. Hinc subditur, [ita et lingua modicum quidem membrum est] id est in substantia paruum. propterea turpe est nobis, si eam non coartamus, cum magnas circūfer- ramus per rationis in dultriam naues. Est quoque periculosum, idcirco subiungitur [et magna exaltat] id est verba iactantia profert, lites concitat: & multa producit pericula, nisi compescatur. Propterea in Ecclesiastico dicitur, Odibilis est, qui procax est ad loquendum. Et rursus, Sufurro & bilinguis male- dictus. Multos enim turbauit pacem habetẽs. Salomon quoque, Os, inquit, fatuorum ebullit stultitiam. [Ecce quantum] id est quàm paruus, [ignis, quam magnam syluam incendit?] vtique valde magnam. Nam ignis nunquam dicit, sufficit. Et inter elementa summè actiuus est & formalis, formam suam in alia ce- leriter introducens [Et lingua ignis est] id est similis igni. Quoniam sicut ignis comburit ligna syluarum: sic lingua inordinatè, superfluc, vitiosè loquendo, actus virtutum mortificat, & animam diuersis expo- nit flagitiis. Propter quod in Prouerbis inducitur, Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Hinc ait Apostolus, Corruptunt bonos mores colloquia mala. In Ecclesiastico quoque legitur, Aperio oris illius (qui scilicet multis vitis verbis) in- flammatio est. [vniuersas iniquitatis linguas] id est per linguam & eius loquacitatẽ ac incustodiam [Con- stituitur in membris nostris]. Nam vniuersa peccata ex irrefrenatione linguæ nascuntur, cum & ex verbis inordinatè prolatis hæresis incurrat. Detractiones etiam, mendacia, contentiones, susurrations, & quic- quid iniquitatis est, ex linguæ incustodia nascuntur. Idcirco in lib. Prouerb. fertur, Qui custodit os suũ, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Potrò, iniquitas dicitur, in membris constituitur, inquantum exercetur per ea. Ideo sequitur [Quæ maculat totum corpus] quia in illud vitia cordis redundant. Carnalia quoque peccata, quæ ex vitis linguæ, ex verbis prociatoris, ex mulierum alloquio oriuntur, directè inquinant corpus, & eius inquinamenta vocantur. Quoniam teste 1. Cor. 6. Apostolo, Qui fornicatur, in proprium corpus peccat [et inflamat rotam natiuitatis nostre] id est totum vitæ nostræ circuitum, inextinguibilemque decursum ab infantia vsque decrepitam senectutem. Quia per omnes ætates, inò per singulos dies ad inordinatè loquendum infeliciter inflammamur, & vitis linguæ spiritualiter deoratur: iuxta illud Iob, Etiam si locutus fuerit homo, deorabitur. Hinc ait scriptura, Os quod mentitur, occidit animam. Hoc ergo instrumentaliter facit lingua malè mota ab anima, & ab homine ipso. Lingua inquam [inflammat a gehenna] id est diabolo habitatore, & ciue inferni. Sicut enim per terram designantur habitantes in ea, & per ciuitatem ciues, atque per cælum angeli: sic per gehennã diaboli. Diabolus ergo dicitur linguam inflammare, inquantum ad verba vitiosa in citat hominem. Hoc loco feribit venerabilis Beda, Diaboli vbicunq; volitent, in aere aut in terris, vel sub terris vagentur, aut detineantur, suarum vitiarum semper ferunt tormenta flammaram: instar fabricitantis, qui & si in ele- ctis ponatur eburneis, ardorẽ aut frigus in sui languoris vitare non potest. Sic demones quamuis in templis colantur auratis, aut per aëra discurrant, igne semper ardent gehennali, atque ex penis suis cõ- moniti, solum vitiorum hominibus suggerunt. E contra sancta dei ciuitas noua Hierusalem, puta Ec- clesia militans de cælo descendere dicitur, quoniam quicquid meritorij & castitẽ in terra gerimus, hoc munere cælesti accepimus. Deinde ostendit quàm difficile sit linguã domare. [omnis enim natura bestiarum

Prouer. 16. Eccle. 14. Eccle. 25. Eccle. 23. Psal. 118. Ibidem. Prouer. 10. Psal. 38. Eccle. 20. Eccle. 28. Prouer. 15. Prouer. 30. Prouer. 27. 1. Cor. 15. Eccle. 20. Prouer. 13. 1. Cor. 6. Iob. 37. Sap. 1. Beda. Apoc. 21.



*et volucrum et serpentum*] etiam cæterorum brutorum [*Domantur, et domita sunt a natura humana*] id est per humanæ rationis industriam, aliquo modo possunt domari. Estque distributio ista accommodata, & pro generibus singulorum, non pro singulis generum, suo modo intelligenda. Nec dubium, quin virtute diuina per gratiam Christi, fideique virtutem, ista copiosius atque frequentius sint peracta. Quemadmodum etiam ait discipulis suis Saluator, Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones. Vide & in Psalm. Super aspidem & basiliscum ambulabis, &c. Denique maxima bestia elephanta, humana capitur, domatur & informatur industria, vt & regem adoret. Ait demum hic Beda, Legimus in Plinio immaniſſimam aspidem in Aegypto, à quodam patrefamilias domitam: quæ de caerna sua quotidie exiens, à mensa illius suam accepit annonam, &c. Legimus item, scribente comite Marcelino, mansuetam tigridem, ab India Anastasio principi missam. Sic & leo beneficij exhibitione domatur. Vult ergo Apostolus per hæc verba insinuare, quod prauorum hominum lingua bestiis sit ferocior, auius leuior, serpentibus venenosior. Feris nanque assimilantur, de quibus fertur in psalmo, Exacerunt vt gladium linguas suas. Volucris, de quibus Psalmista, Posuerunt in cælum os suum. Serpentibus, de quibus idem, Venenum aspidum sub linguis eorum. [*Linguam autem nullus hominum domare potest.*] Quod dupliciter potest intelligi. Primò, quod nullus hominum propriam potest compescere linguam, quin inrerum venialiter peccet per eam. Sed contra obici potest. Quia cum peccatum sit voluarium, si impossibile est linguam domare, indomantia linguæ non erit culpabilis. Ad hoc potest duplex dari responsio. Prima, quod nullus hominū dicitur posse linguam domare, non propter omnimodam impossibilitatem: sed difficultatem pergrandem. Iuxta quem modum Christus in euangelio ait quibusdam, Hypocritæ quomodo potestis loqui bona, cum sitis mali? Et apud Hieremiam dicitur, Si Aethiops potest mutare pellem suam, & pardus varietates suas: & vos poteritis beneficiare, cum didiceritis malum, id est afflicti sitis in malis. Secunda responsio est, quia est singularis oris culpæ quant vitari, non tamen forsitan omnes. Secunda expositio huius est, quod nullus etiam sapientia potest linguam prauorum domare. Quia est ad horam compescantur à verbis illicitis, tamen occasione, opportunitateque data excedit loquendo. Sed & boni contra propositum, subinde ex fragilitate peccant in verbis. Propter quod in Ecclesiastico scriptum est, Est qui labitur lingua sua, sed non ex animo. Hinc quidam Gentilium sapientium dixit, Quoties inter homines fui, minor homo redij. Ex quibus constat quantum vitanda sint inordinata, inutilia, & non necessaria colloquia ei qui cupit verè proficere, & deo in sanctitate ac iustitia deseruire. [*Inquietum malum*] id est lingua est membrum non vitæ substantialiter, sed ex abusione propria malum atque culpabile, inquietans mentem prauè loquentis, ac alios. Multæ enim perturbaciones & inquietudines ex vitii linguæ nascuntur. Nec quietem mentis habet in deo qui linguam suam non reprimat. Hinc lingua in lubrico posita dicitur. Et in Ecclesiastico asseritur, Lingua tetra multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. Apostolus quoque ad Timotheum, Lingua, inquit, vaniloquorum, vt cancer serpit [*Plena veneno mortifero*] id est verbis infestis, mortalibusque peccatis: vt pote detractoriis, discordiæ seminariis, contumeliosis, & pungitiuis, nisi efficaciter reprimatur. Quamuis mortale peccatum formaliter sit in anima, in qua est auersio mentis à deo: in lingua verò sunt ista, quasi in instrumento & causa. Verba autem vocalia subiectiue esse in ore cognoscuntur. Iuxta hunc sensum in Hieremia habetur, Sagitta vulnerans lingua eorum. Qui enim detractoria, la-sciva, prohibitaque verba effatur, non solum seipsum, sed audientes quoque (si conscientiam) spiritaliter trucidare censetur. Hinc multi seipfos malè loquendo occidunt, prout in Ecclesiastico. conscriptum est, Multi interierunt in ore gladij, sed non sic sicut qui interierunt per linguam suam. Consequenter ostendit, qualiter lingua sit plena veneno mortifero. [*In ipsa*] id est per linguæ locutionem [*Benedicimus*] id est laudamus [*Deum patrem*] propter bonitatem, & beneficia eius [*Et in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem et similitudinem dei facti sunt.*] Per quod venenatam habere linguam probamur, quia per talem maledictionem in primis proprias occidimus animas, & etiam animas aliorum, quantum in nobis est. Siquidè his quibus maledicimus, rancoris, iræ, detractoris, & remaledictionis contra nos occasione præstamus. Proximis quoque maledicendo deum offendimus. Primò, quoniam contra eius præceptum hoc agimus. Secundo, quia iniuriatio imaginis redundat in eum cuius existit imago. [*Ex ipso ore procedit benedictio*] dei [*Et maledictio*] proximi. [*Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.*] Minus dicit & maius significat: vt sit sensus, Ista linguæ peccata prorsus illicita sunt, videlicet mala bonis ita miscere. Ideo subdit, Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amarum aquam? Non vitæque, nisi fons corrumpatur. [*Nunquid potest, fratres mei*] Ecce quàm dulciter, quàm amoroſè atque humiliter loquitur in tota epistola sua sanctus iste Apostolus, quàm crebro subditos suos nominat fratres. Nunquid itaque potest o fratres mei [*Ficus vnas faceret*] id est arbor ficorum seu ficum producere vnas [*Aur vitis*] producere [*Ficus*] Nequaquam. [*Sic neque salsa*] aqua [*Dulcem potest facere aquam.*] Conformiter contra rationem est, & contra legem diuinam vt eadem lingua verba bona & mala, verba benedictionis & verba maledictionis pronunciet: cum lingua diuinitus sit instituta, & data ad vsum laudabilem, ad verba virtutum. Veritatem nonnunquam ex zelo iustitiæ, & debita atque legitima autoritate, viri sancti & prælati leguntur transgressoris maledixisse: non appetitu vitiosis, aut liuore rancoris. Quemadmodum princeps apostolorum dixit ad Simonem Magum, pecunia tua sit tecum in perditionem. Denique verbis his Iacobi consonat quod loquitur Christus, Nunquid colligunt de spinis vnas, aut de tribulis ficus? Præterea quemadmodum si aqua dulcis & aqua amara in eodem vasculo miscantur, dulcis in amaritudinem vertitur, non amara dulcis efficitur: Sic benedictio eius qui deum benedicit, à maledictione corrumpitur, qua proximo maledicit, sicut & virtus peccato auferitur. Ideo ait Apostolus, Modicum fermentum totam massam corrumpit. Et rurſus ait scriptura, Non est speciosa laus in ore

A peccatoris. Iam audiuiſimus quàm vehementissimè sanctissimus iste Apostolus irrefrenationem linguæ Eccl. 15. viruperet, quanta mala dicat de lingua, & quanta vitia oriantur ex ea. Ideo custoditiſſimus in verbis, præmeditantes quid & qualiter sit loquendum: vt sermo noster, iuxta doctrinam Pauli, semper in gratia Coloss. 4. sine discretione sit conditus. Et deum pro virtute & gratia moderandè loquelam in omnibus feruèdè deprecemur cum propheta dicentes, Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. Hinc ait Hugo de sancto Victore, Lingua dicitur, quoniam lingit adulando, mordet detrahendo, occidit mentiendò: ligat, & ligari non potest. Labilis est, & teneri non valet: sed labitur & fallit. Labitur vt anguilla, penetrat vt sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, seminat discordias, vno ictu percutit occiditque plurimos, blanda est & subdola, lata & parata ad exhauriendā bonā, ac ma miscenda. Mors & vita in potestate linguæ est. Ait quoque sanctus Bernardus, Leuis sermo leuiter vo Prou. 18. lat, sed non leuiter vulnerat: leuiter transit, sed grauius vit: leuiter penetrat animam, sed nō leuiter exit ad eum: leuiter profertur, sed nō leuiter reuocatur. Facile volat, ideo facile charitatem violat. Cum ergo tot vitia pariat lingua non refrenata, merito sapiens quidam exclamat, Quis dabit ori meo custodiam? & super labia mea signaculum certum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea me perdat? Hinc sancti patres consultissimè statuerunt sacra silentia à religiosis seruari. Et certè religiosi qui linguam suam refrenant, silentiumque strictè obseruant, varias euadunt tētationes, inquietudines & ruinas: atque facile possunt valde proficere. Qui autem incontinentes sunt linguæ, frequenter turbantur & turbant: peccant & alios ad peccandum inducunt: potiusque deficiunt, quàm proficiunt. Præterea quia apostolus Iacobus iam instruxit nos, quanta insipientiæ sit linguam non coartare: consequenter docet, quid ad verum pertineat sapientem. [*Quis sapiens*] in cognitione dei & contemplationibus diuinarum [*Et disciplinatus*] id est moralibus virtutibus institutus, moribusque compositus, seu debitis obseruantis exercitatus, vel in scripturis bene instructus [*Ostendat ex bona conuersatione operationem suam*] id est virtuosè conuersando, non inaniter se iactando, demonstret se opera sancta iuxta euangelicæ legis doctrinam habere. Et hoc ostendat, virtuosèque viuat, [*In mansuetudine sapientiæ*] id est cum mansuetudine & sapientia progrediente omnia faciendo: iuxta illud Ecclesiastici, Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris. Mansuetudo nanque facit hominem deo ac proximis specialiter esse amabilem. Vnde in epistola ad Demophilum monachum diuinus Dionysius protestatur, quod Ioseph, Moses & Dauid maximam apud deum gratiam inuenerit, quoniam mansueti fuerunt. Ideo Christus, Discite (inquit) à me, quia mitis sum & humilis corde. Vnde Psalmista ait de deo, Exaltabit mansuetos in salutem. Et Iudith ait, Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio domine. Denique sicut ira in sinu stulti, sic mansuetudo in sinu sapientis requiescit. Et sapientia mansuetudinem in suis actibus dirigit. Itaque nemo se putet verè sapientem & disciplinatum, nisi inueniat se reformatum, fractum & mitem, diuina præcepta implentem, virtutibus præditum & exemplarem. Quia, vt ait scriptura, In maleuolam animam non introibit sapientia. Atque vt Iob asserit, Non inuenitur sapientia in terra suauiter viuentium, id est in cordibus carnalium hominum, oblectamenta carnis quærentium. Propter quod loquitur Esaias, Quem docebet dominus scientiam: & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab vberè. Et Sapiens ait, Qui amat vinum & pingua, non erit sapiens. Hæc autem de sapientia quæ est donum, præsertim intelliguntur. Hinc & Leo papa fatetur, Christianæ, inquit, sapientiæ altitudo, non in abundantia verbi, non in astu etia disputandi, sed vera humilitate consistit. [*Quod si zelum amarum*] id est indifcretum sine liuorem, Prou. 21. & irrationabilem mentis amaricationem contra vos inuicem [*Habetis, et contentiones sum in cordibus vestris: nolite gloriari*] sed potius flete propter tantos excessus. Quid enim gloriaris in malitia? [*Et mendaces esse aduersus veritatem*] existimando aut asserendo, quod talia placeant deo, vt per ea salutem consequi valeatis. Qui enim amaro zelo afficiuntur contra alium, & contra eum contendunt, solent iustificare seipſos, & suam partem insipienter defendere, propriis vitiiis excæcati. [*Non est illa sapientia desursum descendens*] id est talis opinio, ac falsa sapientia non datur à deo: sed error est ab homine adinuentus, atque à damone persuasus. Ideo sequitur, [*sed terrena*] id est temporalia ac transitoria quærens [*Animalis*] id est sensuales delicias cupiens [*Et diabolica*] quia à diabolo inspirata, & quasi honoris ac prælationis est auida. Vel dicitur terrena, prout oritur ex concupiscentia oculorum. Animalis, in quantum procedit ex concupiscentia carnis: Diabolica, in quantum nascitur ex superbia vitæ. De hac sapientia falsa (per quam homo statuit sibi finem in diuitiis, delitiis, & honoribus mundi, & media sua astutè disponit ad obtinenda talia) scriptum est ad Romanos, Prudentia carnis mors est. Et rurſus, Prudentia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta. De his sapientiæ filiis loquitur Hieremias, Sapientes sunt vt faciant mala, bene autè facere nescierunt. Et Christus in euangelio, Filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Vnde & Baruch ait propheta, Filij Agar qui exquirunt prudentiam que de terra est, viam sapientiæ nescierunt [*Vbi enim zelus*] id est amaritudo, indignatio seu liuor [*Et contentio, ibi inconstantia*] id est fluctuatio cordis, & agitatio passionum, perturbatio, auersio, multiplexque corrosio ac distractio mentis. Animus enim inordinatus sibi ipsi est grauis. Atque vt asserit Esaias, Impij sunt quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Optimum ergo est, iuxta Apostolum, gratia stabilire cor: & virtutibus illud firmare in deo, ne per errores & vitia distrahat. Specialiter Heb. 13. verò vitia ista, videlicet, zelus & contentio, sunt inquietudinis causa & animæ afflicticia: quia putredo Prou. 4. ostiū, inuidia, & contentioſus turbat seipsum. Nec solum est ibi incōstantia, sed [*Et omne opus prauum.*] Non quod omnia opera mala sint actualiter ac inseparabiliter zelo & cōtentioſa annexa, sed quia ex eis procedere possunt ac solent, imò plerumque diuersa vitia sunt eis cōiuncta. Porro cōtentio propriè dicta,

Luc. 10.  
Psalm. 90.Ioan. 8.  
Hier. 13.

Eccle. 19.

Luc. 1.

Prou. 26  
Eccle. 28.  
2. Tim. 2.

Hier. 9.

Eccle. 28.

Gene. 15.

Matth. 5.

A. & 8.  
Matth. 7.

1. Cor. 5.

Eccle. 22.

Religiositas silentij  
instituta à  
patribus.Dionysius  
Gene. 46  
Num. 12.1. Reg. 24.  
Matth. 11.  
Psalm. 149  
Iudith. 9  
Eccle. 7.

Eccle. 3.

Sap. 1.  
Iob 28.Esai. 28.  
Prou. 21.

Psalm. 51.

Rom. 8.  
Hier. 4.

Luc. 16.

Baruc. 1.

Esa 57.  
Heb. 13.

Prou. 4.

quam Apostolus inter mortalia peccata annumerat, & de qua nunc loquitur Iacobus, est impugnatione veritatis cum confidentia clamoris, secundum Ambrosium. Contentio autem quæ est impugnatione falsitatis cum moderata acrimonia vocis, est laudabilis. Quod si modus excedatur, erit culpabilis. Contentio autem quæ non est cum intentione impugnandi veritatem, sed dum quisque defendit quod sibi verum aut bonum apparet, non est perfecta contentio, nec mortale peccatum. ¶ Contentio verò, de qua nunc sermo, in scripturis valde vituperatur. Ait enim ad Timotheum Apostolus, Noli verbis contendere. Ad nihil vitale est, nisi ad subuersionem audientium. Et rursus ad Corinthios scribit, Cui sit, inquit, inter vos zelus & contentio, nunc carnales estis? In Ecclesi. quoque iubetur, Abstinetes a lite. Et in Iob, Respondeat absque contentione. Est quoque inhonestum, & aliorum scandalizantium, contentio. Propter quod ait scriptura, Honor est homini cui separat se a contentione. ¶ Postremo contentio est superbia aut vana gloria generatur. Propter quod Salomō protestatur, Inter superbos sunt semper iurgia. Vitemus ergo hæc vitia, & dulci charitatis affectu in alterutrum afficiamur. Sed & discretum habeamus zelum iustitiæ absque animi perturbatione. Accendamur quoque zelo diuini honoris, & zelum amarum penitus a corde nostro repellamus. Cui in Ecclesiast. dicitur, Non est sensus, ubi abundat amaritudo. Et in Deuteron. Non sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. Hinc ad Hebræos dicitur, Pacem sequimini cum omnibus, contemplantes ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur, & per illam iniquentur multi. Et rursus ait Apost. Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. ¶ Consequenter describit apostolus veram sapientiam, illam præcipue, quæ est vnum & primum inter septem dona spiritus sancti. Illam ergo describit per proprietates & operationes ipsius, subdendo, [Quæ autem de sursum est sapientia] puta sapientia spiritalis, supernaturalis, infusa, per quam homo contempletur deum per gustum internum: & bene sentiat ac iudicat de eo, per connaturalitatem & conformitatem affectus ad eum, videlicet quod ei soli sit finaliter adhaerendum, tanquam summo & incomparabili bono, sine quo vltimo [Primum quidem pudica est] id est peccati fræditate, turpitudinemque delectans ac erubescens. Et ita sapientia ista facit a malo recedere, seu peccata vitare. Nempe per hoc, quod summæ veritatis ac primæ lucis puritatem ac pulchritudinem contempletur, parit in mente castum pudorem, quo homo erubescit se in diuinæ maiestatis præsentia & aspectu vilitate turpitèrque habere cogitatione, affectione, verbo, actu, aut omissione peccando. Iste est sapientialis ac optimus pudor: de quo scriptum est, Est confusio adducens gratiam & gloriam. Facit quoque sapientia ista hominem habere de præteritis culpis suis salubrem pudorem. Qui ad deletionem peccati etiam quo ad penam non mediocriter confert. Rursus sapientia ista dicitur esse pudica, quia ad cõtẽplationem dei reuerenter accedit, non præsumptuosè, impudenter aut temerariè ingerens se ad diuinorum ac incomprehensibilium perferuationem. Est demum & vituperabilis pudor, quo homo sua peccata fateri, & pro eis corripit ac corrigi erubescit. De quo dictum est, Est confusio adducens peccatum. Et rursus, Non confundaris confiteri peccata tua [Deinde pacifica] id est tranquillitatem seu pacem internam gignens in sapiente. Quia per hanc sapientiam quiescit, tranquillatur & figitur mens in deo: iuxta illud Sapientia, Intrans in domum meam conuiescam cum illa. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed gaudium & lætitiã. Pax autem idem est quod gaudium imperturbatum. Ideo ait scriptura, Vir sapiens suauis est animæ suæ. Et ad Romanos habetur, prudentia spiritus vita & pax. Dicitur quoque sapientia ista pacifica, quia per eam fideles concordant in bonis, nec per eationem se ab inuicem diuidunt. Quemadmodum per humanam & naturalem sapientiam sæpe contingit, quia in ea inuenitur opinionum diuersitas, nec est tanta in ea certitudo, sicut in ista: & parit elationem. Hæc verò humilitationem spontaneam, Salomone attestante, Vbi sapientia, ibi humilitas. Est quoque sapientia ista [Modesta] id est moderatam seruans in omnibus: cum sapientis sit ordinare, secundum philosophum. Facitque hominem circumspectum, non impetuofum. Ideo monet Apostolus, In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Et Sapiens, Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, & modestus, [suadibilis] id est docilis ac dirigibilis. Quemadmodum & iuxta philosophos, prima pars prudentiæ est docilitas. Qui ergo in suo sensu sunt pertinaces, sapientiæ sunt expertes [Bonis consentiens] id est rationalibus verbis præbens assensum. Non enim, qui veraciter est sapiens, proprium iudicium aliorum iudicio immanitèr præponit. Hinc princeps apostolorum, increpationi, informationi quoque Pauli humiliter acquieuit. propter quod in prouerbiis asseritur, Argue sapientem, & diliget te: doce iustum, & festinabit accipere. propterea iterum Salomon loquitur, Non sis sapiens apud temeritum. Et ad Romanos fertur, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos [Plena misericordia & fructibus bonis.] Hæc enim sapientia facit hominem compassiuum adque beneficium alius, quoniam intuetur quod deo sit proprium misereri ac subuenire, quod etiam omnis homo ex seipso sit fragilis, atque in magno periculo constitutus. Idcirco condolet aliis, ac subuenit eis pro posse, ne tanta beatitudine, ad quam conditi sunt, priuentur. [Iudicans sine simulatione] id est sincere se habens in iudicando, nec vitia sub colore virtutum excersens. Quemadmodum qui ex odio, ira, aut impatientia corripit proximos, ex charitate & zelo iustitiæ id se facere constringentes. Idcirco Sapiens ait, Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum. Hinc Christus docuit, Ut simus simplices sicut columbæ. Qui hypocritism in euangelio specialitèr reprobatur & condemnat [fructus autem iustitiæ in pace seminatur] Fructus iustitiæ interdum vocatur operatio virtuosa ex iustitia manans. Et huius fructus, merces, ac finis est vera felicitas, iuxta illud Apostoli, Habebis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. Vnde in Ioanne ait Saluator discipulis, postui vos, vt eatis & fructum afferatis. Ioannes quoque Baptista, Omnis, inquit, arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur. Hic itaque fructus seminatur in

A pace, id est exercetur cum pace peccatoris, sine qua nemo deo placere potest. Quia oportet mentem concordare cum deo in obseruantia præceptorum, & charitatis tenore. Cuius effectus est pax: quemadmodum scriptum est, Pax multa diligentibus legem tuam. Hinc in libro Iob docetur, Acquiesce deo, & habeto pacem: & per hæc habebis fructus optimos. Seminatur itaque fructus iustitiæ in pace [facientibus pacem]. i. ad meritum, præmiumque eorum. Vel facientibus. i. a facientibus pacem, puta a pacificis, de quibus dicitur, Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. ¶ Denique vnusquisque facere debet pacem in primis sibi ipsi cum deo, eum sibi per pœnitentiam reconciliando, atque per cõtẽplationem & dilectionem cor suum in ipso figendo ac tranquillando. Propter quod ait Apost. ad Romanos, Iustificati ex fide, pacem habeamus ad deum. Et iterum, Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. ¶ Secundò debet vnusquisque sibi pacem facere, & seruare pro posse, cum proximo suo: sicut in Euangelio præcipit dominus, Vade, reconciliare fratri tuo. Et Paulus, Si fieri potest quod in vobis est cum omnibus hominibus pacem habete. Deinde debemus ex charitate fraternali, proximis nostris pacem carentibus, pacem cum deo & hominibus procurare orando, hortando, cõfõderando, ac aliis viis. ¶ Insuper fructus iustitiæ nominatur interim æterna felicitas: iuxta illud Sapientiæ, Bonorum laborum gloriosus est fructus. Porro operatio vitæ præsentis est seminatio respectu futuræ remunerationis, dicitur apostolo, Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Vnde in Osea legitur, Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ. Huius seminatio fructus est beatitudo cœlestis: iuxta illud apostoli, Qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Hic igitur [fructus] qui est beatifica dei fruitio [seminatur in pace]. i. per opera virtuosa in pace spiritali peracta, promeretur ac obtinetur. Vel seminatur in pace, id est in pacificatione mentis cum deo in vita hac virtualiter continetur: atque ex ea tanquam ex causa meritoria deriuatur ac condonatur in patria. Nam sicut fructus potentialiter ac radicaliter continetur in femine: ita pax æternitatis in pace peccatoris, pax patriæ in pace vitæ, plena tranquillatio beatorum in deo, in tranquillatione inchoata viatorum in eo. Hinc paci internæ semper studere debemus, quia in pace est locus omnipotentis. Non enim est deus dissensionis, sed pacis.

## Expositio III. Capitis.

[Aude bella &amp; lites]

Articulus. v. r.

Oc capitulo hortatur apostolus, ne inordinati sint nostri affectus. Et ne eis ad ea quæ aliis nocua sunt, procedamus. [Vnde bella et lites in vobis] id est ex qua radice oriuntur pugnae reales atque verbales, quibus vos inuicem impugnatis [Nunc ex concupiscentiis vestris] .i. terrenis, inordinatis, mundanis, & sensualibus affectionibus [Quæ militant in membris vestris] id est ministerio membrorum dicuntur ad opus iniquum, sic militant seu dominantur in membris: quia iuxta concupiscentiarum inclinationem ac impetum, membra mouentur in actum, quamuis concupiscentiæ sint subiectiue in appetitiis potentis. Sumitur ergo nomen concupiscentiæ, hoc loco generaliter pro quouis inordinato affectu diuitiarum, delictiarum, siue bonorum. Hinc ad Rom. hortatur apost. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Certum est autem, quod mali effectus ex prauis procedant affectibus: & quicquid culpæ in verbis aut factis consistit, ex interiori inordinatione dependet ac profluit. Propter quod princeps apostolorum hortatur, Obsecro vos abstinere a carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam [Concupiscentiis] carnalia & mundana [Et non habetis] .ea. Et sic folo inordinato affectu scedamini. Et non habituri effectum operis, præcipitatis vos in vitia impia: voluntariæ quia voluntas inordinata deliberata, reputatur pro opere. Sic multi cū in egestate viuunt, voluntariæ paupertatis priuantur mercede: & cum diuitibus voluptariis, superbis, atque auariss damnantur, quia terrenam abundantiam, delectationem sensualem, ac mundanum præoptant honorem. Isti sunt miseri in presenti sæculo & futuro. Quia nec hic nec ibi obtinent quæ affectant. Ideo scriptum est, Est diues, cum nihil habeat: & est pauper, cum in diuitiis multis sit. [Occiditis] vel corporaliter alios, vel spiritaliter vosmetipsos. Quia ex vitiosis desideriis, quibus homo in primis spiritaliter necat seipsum, interdum corporale homicidium oritur [Et zelatis] .i. aliis inuidetis. Quod enim quis libenter cupit, hoc inuidere aliis solet [Et non potestis adipisci] quod vitiosè appetitis. Quia multi consequi nequeunt, nec valent implere, quod dånabiliter querunt & cupiunt. Idcirco in libro Iob asseritur, Deus consilium præuorum dissipat. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant. Vnde in Esaiã legitur, Dat scutatores secretorum quasi nō sint, & consiliarios in stultum finem adducit. Istud tamen frequenter misericorditer accidit: quia non expedit prauis hominibus obtinere, quod optat illicitè. Idcirco per Oseam dominus loquitur, Ecce ego sepiam viam tuam spinis [Litigatis] verbis [Et belligeratis] in opere, cõtra proximos pro terrenis [Et non habetis] .ea scilicet necessaria vitæ [Propter quod non postulastis] id est deum humiliter atque ordinatè pro eis habendis non rogastis, primò ac principi paliter exorando pro spiritalibus, dei honorem ac animarum salutem concernentibus. Deinde pro corporalibus prout ad spiritalia necessaria sunt siue accommoda. Sicut Christus in euãgelio docet, Primum, inquit, querite regnum dei & iustitiam eius: & hæc omnia adiciuntur vobis [Petitis & non accipiatis] id est inordinatè deum rogastis: idcirco non auditis vos [Eo quod male petatis] non obediendo in primis dei præceptis. Qui enim declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Temporalia quoque magis quàm spiritalia postulat. Vnde apud Ioannem ait Christus discipulis adhuc carnalibus, Vique modo non petistis quicquam in nomine meo, id est pertinentia ad salutem [Vt in concupiscentiis vestris insumatis] id est temporalia quæ petitis non ordinatis ad debitum finem, scilicet, ad moderatam & necessariam corporis sustentationem: sed ad superfluitatem ac voluptatem, vt ea infumatis. i. intra vos accipiatis & consumatis in cõcupiscentiis vestris, scilicet iuxta impetum cõcupiscentiarum, non

Rom. 13 secundum rationis iudicium. Cōtra quod Paul. hortatur, Curā carnis ne feceritis in desideriis. Item que,  
 i. Tim. 6. Habentes victū & quibus tegamur, his contēti simus. Christus quoq; Attendite, inquit, vobis ne graue-  
 Luc. 21. tur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ [adulteri]. i. mente à deo auerti, Quæ auerſio ſpi-  
 Pſalm. 72. ritualis fornicatio est. Iuxta illud Pſalmographi, Qui elongat ſe à te, peribunt. p. didisti omnes qui forni-  
 Ozec. 4. cantur abs te. Et illud Ozee, Fornicati sunt à deo. Omnis etenim anima, aut est dei sponsa, aut diaboli a-  
 Ozec. 1. dultera. Dei eadem sponsa est, quæ à fide & charitate cōiungitur. Vnde p. Osee effatur, Sponsabo te mihi in fide. Talis anima deum spiritali amore amplectitur, atq; ab ipso cælesti semine (quod est verbū dei) ac lumine gratiæ fœcundatur. Porrò diaboli phibetur adultera, quæ ei peruersæ voluntatis miscetur cōsensu. Spiritalis quoq; sapiētia (præsertim æterna & increata) spōsa est hominis iusti. Iuxta illud sapiētiae. Ergo hanc sponsam mihi assumerē; & amator factus sum formæ illius. Qui ergo hanc sponsam relinquit, & ei terrena pponit, atq; carnalia amplexatur, rectē adulter vocatur. Iudæi etiam ad corporalia adulteria erāt, peliues, sicut p. Hieremiā loquitur deus, Vnusquisq; ad vxorē proximi sui hinniebat [nescitis quia amicitia huius mundi]. i. amor carnalis, ac mūdānus, inordinatus, & sensualis affectio ad complacendum hominibus, nō in deo, atque ad obtinendū mundi honores, voluptates & opes [inimica est deo]. i. diuinæ legi contraria, ac displicens deo, & charitati repugnans? [Quicumque ergo voluerit esse amicus huius seculi]. i. hominum mundanorum, secundum quod tales sunt [inimicus dei constituitur]. i. deo contrarius, & ab eo auersus. De quo ait propheta. Odisti omnes qui operātur iniquitatem. Vnde Sapiens, Odio sunt deo impius & impietas eius. Itaque quicumque se mundanis cōformat hoibus, & eis cōsentit, ac placere querit in rebus illicitis, eo ipso quo talis est & ita se habet, dei inimicus efficitur. Hoc est quod sanctus Ioannes docet. Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt. Quia si quis diligit mundū, nō est charitas patris in eo. Hinc loquitur & Paulus, Nolite cōformari huic seculo. Item que, An quero hoibus placere? Si hoibus placerē, Christi seruus non essem. Hoc est qd terribiliter ait ppheta regius, Qm̄ dissipauit deus ossa eorū, qui hoibus placere: confusi sunt, qm̄ deus spre- uis eos. Veruntamen debemus mundanos homines spiritali amore diligere, (sicut & inimicos) & orare p. eis: eis quoq; in bonis velle placere, eo modo quo ait Apof. Vnusquisq; pximo suo placeat in bonū, & adificationē. Cū etiā iubeat dñs, Sic luceat lux vestra corā hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrū, qui in cælis est [An putatis quia inaniter scriptura dicit?]. i. nequaquam hoc æstimare debetis, cum verba scripture, verba sint spiritus sancti [Ad inuidiam cōcupiscit spiritus, qui habitat in vobis]. Hoc tripliciter potest intelligi. Primò de spū sancto. Sicque leguēdū est interrogatiuē & negatiuē, vt sit sensus, Spiritus sanctus corda vestra gratiosè inhabitans, nequaquā cōcupiscit. i. cōcupiscere vos non facit ad inuidiā. Hoc est, non mouet vos ad inuidēdū alicui. Cum sacra scriptura vbiq; doceat, spiritū sanctū esse spiritum puræ dilectionis: de quo in lib. Sapiētiae habetur, Benignus est spiritus sapiētiae. Et in pſalmo, Spiritus sanctus tuus bonus deducet me in terram rectam. Secūdo, exponitur assertiuē de spiritu hominis. I. anima rationali habitante in corpore suo. Quæ ad inuidiam prona est, & aliis inui- det quod affectat. Sicque scriptura ista accipitur ex eò quod in Genesi habetur, Sensus & cogitatio cor- dis humani proni sunt in malū ab adolescentia sua. Tertiò exponitur de spū sancto assertiuē. Est est sen- sus, Spiritus sanctus in vobis per fidem & gratiam habitans, concupiscit, mouet & cōcupiscere facit vos ad inuidiam extirpandā. Quia ad hoc in ſtigat spū sanctus secundū scripturas, vt inuidiam eradiceemus. Iuxta hunc modum loquēdi fertur in Pſalmo, Ex ore infantium & lactātium perfecisti laudem propter inimicos tuos, scilicet destruendos ac reprobandos. ¶ Si autē queratur, quomodo in his habitauit spiri- tus sanctus, quos paulò ante vocauit adulteros, litigiosos, cupidos, ac malè petentes? Respondendū, quod in Iudæis quibus scripsit, erant carnales & spirituales, boni ac mali: Quemadmodū & inter Corinth. quib. scripsit inter cetera Paul. Nihil vobis deest in vlla gratia. Et post pauca, Non potui vobis loqui spiritua- lib. sed quasi carnalibus. Sicq; diuersa ad diuersos sunt referenda. ¶ Præterea viri sancti parua peccata quasi magna in suis subditis reprehendunt, vt eos magis humiliēt, exercitent, & accedant. Primā demū expōsitio horum verborum literalior esse videtur, quia subiungitur, [Maiores autem dat gratiam]. i. spūs qui habitat in vobis: puta spiritus sanctus, qui dat gratiam maiorem q̄ mundus, vel amicitia eius. Dat enī dona supernaturalia atque gratuita [Propter quod dicit scriptura] in Prouerbiis secundum translationem. 70. interpretatur Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Sic enim septuaginta translulerunt: vbi Hierony. translulit, Illuderes deus deludet, mansuetus autem dabit gratiam. Vel limitur ista scriptura ex eo, quod alio loco in Prouerbiis habetur, Superbum sequitur humilitas (quia videlicet humiliatur atque deicitur à iudice deo) & humilem spiritu suscipiet gloria. Præterea valde pensandum, quod in verbis istis apostolus Iacobus insinuat spm̄ sanctum esse deū. Cum enim de eo dixisset, maiorē autē dat gratiam, mox ad pbandū hoc ipsum allegat scripturā canonicā asserentem, Deus superbis resistit, Quæ probatio nō valeret, nisi in illa autoritate allegata per deū intelligeretur spūs sanctus seu trinitas deus: & per consuetos quælibet diuina, æterna, increata, adoranda persona. ¶ Sed cum deus omnē vitiosum detestetur, damnet, & puniat: cur specialiter superbis resistere perhibetur? Et respondēdū, quod quia sū perbi specialiter se extollunt, seq̄ue deo opponunt: & quod deo debetur (videlicet gloriam & honorē) sibi vsurpant, & quia superbia omnīū vitiorū regina & mater est: idcirco deus eis specialiter resistere fer- tur, eos deicere, humiliare, cōprimere. Et hoc sibi proprium esse testatur loquens ad Iob, Si habes brachii sicut deus, & simili voce tonas, disperse superbos in furore tuo, & respiciens omnē arrogatē humi- lia. Respice cūctos superbos, & cōfunde eos, & cōtere sp̄ios in loco suo. Abscēde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueā. Et ego confitebor, q̄ saluare te possit dextera tua. Absit ergo à nobis omnis elatio, quæ tā est odibilis deo, & cui resistit oipotēs. Nō cōueniat alicui nostrū id quod in libro Iob scribitur, Quid tūmet cōtra deum spūs tuus? Nec illud, Cucurrit impius aduersus deū erecto collo

A. Porrò humilibus deus dat gratiam. Quia & p̄cōtibz seipſos ex corde accusantibus, ac deo subicientibus, veniam que potentibus, deus p̄cā remittit, & gratiarum charismata largitur, vt patet in publicano, Iob. 15. Humilibus verò iam in charitate existentibus dat gratiarum augmēta. Et quātō se deo pfundius sub- Luc. 18. dunt, humilibusque substernūt ac supplicāt, tantò gratiæ opulentioribus charismatis pfundūt. Sēn per igitur simus viles ac imperfecti in propriis oculis, & corā aliisimo in omni timore ac humilitate i- giter ambulemus [subditu igitur estote deo] per veram ac profundam humilitatem, ac diuinorum præce- ptorum executionem. Quemadmodum enim quicquid habemus & sumus, à deo accepimus: sic totū ei i- subicere, & eius obsequio mancipare debemus. Sic & psalmista hortatur, Subditus esto domino & ora eum. Si quidem quæ resistit ei, & habuit pacem? [Resistite autem diabolo]. i. eius suggestionibus non cō- sentatis, sed eas despiciat. ¶ Porrò diabolo debemus resistere. Primò, totam spem nostram in dei adi- torio collocando, nihil de propriis viribus præsumendo. Secundo, nos ipsos in omnibus humiliando, & propriam infirmitatem, imperfectionem, vitiositatem, humiliter recognoscendo. Tertiò, diuinæ pietatis Diabolo sublidium iugiter inuocando. Quarto, dñicam passionē cōrdialiter ac frequenter reminiscendo, Quin- resistentū to, quatuor nouissima diligenter atque assidue aspiciendo. Sextò, tantò feruētius deuotis instētō exer- cito, quātò acrius diabolicis impugnamur tentationibus. Sunt & alii modi resistendi q̄ plurimi. Debe- mus quippe ritè perpendere quantis periculis simus expositi, quantis laqueis circumdati, quanta atroci- tate, inuidentiāque insatiabiliter à demonibus impugnemur: quanta felicitate nos priuare, ad quanta Miche. 6. miseriam nos pertrahere cōtētur. Ex quorū omnīū viuaci cōsideratione debemus semp esse solliciti, cu- stoditi, timorati, ac fortiter tanquā dei milites contra aciem vitiorum ac dæmonū præstantes: cum (teste 1. Tim. 2. Apof.) non coronetur, nisi qui legitimè certauerit [et fugiet a vobis] videns vos sibi tam viriliter ac p- seueranter resistere. Qui enim modis præcatis resistit diabolo, suis resistentis tam virtuosis ac feruētis inessaliter illum tam contumacē ac peruersum affligit, incendit, exagitat. Ideo fugit. ¶ Quocirca qua- ri potest, An postmodum ad tentandū eundem hominem, redeat. Et videtur quod non. Quia commu- niter dicitur, quod diabolus ab aliquo victus nunquam redeat ad tentandū eundē, saltem de eodē pec- cato. Ad hanc insuper quæstionem Thomas respondet in prima parte summæ suæ dicendo, Aliqui di- cunt, quod dæmon semel victus ab aliquo, nunquā postea tēter nec illū, nec aliū: nec de eodē peccato, Matth. 12. nec de alio. Sed huic non cōsonat, quod in Matthæo de diabolo scriptū est, Reuertat in domū meā vn- de exiit. Alij dicunt, quod diabolus superatus, possit tentare alium, sed non eundē. Quod p̄babilis dicitur, si tamen intelligitur, quantū ad certū tempus: quia de Christo habetur, Constituta omni tenta- tione diabolus recessit ab eo, ad tempus. Quod autē ad tēpus à tentatione desistat, congruit diuinæ cle- mentiæ, que in hoc infirmatis descendit humanæ, ne nimī infestetur. Cōgruit quoq; demonis astutię. Quia secundū Ambros. super Iuacā, Dæmon formidat instare, quia formidat succedere. Hęc est sancti Ambros. Diabolum Diabolum quod tentandum eundem de eodē pecca- victū non recedere. Iob. 2. Iob acrius. Rursusq; victus tentauit eum per suā vxorem, deinde per amicos & alios. Et omnes istæ ten- Iob. 4. Iob. 8. tationes ad idem peccatum tendebant. Ad idem possit adduci, quod sanctus Athanasius scribit de beato Antonio, qualiter sepe à dæmonibus cūctus est, & semper præualuit. Et satis innuitur in illa legenda, quod vtique ab eisdem simile refert beatus Hierony. de sancto Hilariōne. Multa quoq; similia de aliis Hierony. sanctis leguntur. Papa sanctus Gregor. dicit in Homilia, quod diabolus contra duos bellū mouet, vnum incitans vt iniurias inferat alium, vt iniuriis acceptis, contumelias reddat. Quem dum in primo confi- ctu superare nequiuit, iterum ab aperto certamine cessans, post modicū redit, & illum eundem acrius q̄ ante impugnat, etiam de eodem peccato, puta, de impatientia & vindicta. Cassiodorus quoq; ait, Bellum græue contra diabolum, quia occultum, quia cum fortiore, quia hostis inſidia non videtur, aduersarius nec labore deficit, nec victus aliquando discedit (videlicet omnino) sed tantò acrior redit, quātò per gratiam dei debellatus fortius fuit. ¶ Postremò creditur, quod sicut vnusquisque habet angelum bonū pro sui custodia in tota hac vita, ita & angelum malum pro sua exercitatione, & probatione. Quj durāte hac vita, quantumcumque vincatur, nō recedit in toto. Illud ergo verius reor. Idcirco post vnā victo- riam non simus securi, sed ad acriorem conflictum accincti. Militia enim (vel vt alia habet translatio) tē Iob. 7. ratio, est vita hominis super terram. Propter quod August. Perseuera vsq; in finem, quia tentatio perse- uerata vsque in finem [Appropinquate deo, et appropinquabit vobis] Huic simile est, quod per Zachariam loquitur deus, Conuertimini ad me, & conuertat ad vos. ¶ Ex quibus sequi videtur, quod gratia dei in- sist hominibus ex eorum primo merito, principiumque merendi sit à libero arbitrio & non à deo: cum tamen dicat Saluator, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et alibi, Sine me nihil pos- testis facere. Atque apof. ait, Quid habes, quod non accepisti? Ad istud Thomas, Petrus de Tarento, Richardus de media villa, & alij, dicunt, Quod sicut deus communi influxu vniuersa conuertit ad se, tanquam ad finem vltimū secundū esse eorū naturale: sic rationalē creaturā cōuertit ad se specialis in- fluxus, tanquā ad finē supernaturalē. Nec iste influxus est aliqua gratia habitualis, sed diuina motio & instinctus, qui ad dona gratiæ mouet hominem, atq; ad meritorū bonū. Et omnibus offertur, ac vicissim influitur iste instinctus. Cui quidā consentiunt, & per hoc ad gratiā habitualē de congruo disponūt, quibus tunc gratia mox cōfertur. Et de ista dispositione potest intelligi verbū istud apof. sit, vt sit sensus, Appropinquate deo, ad eius gratiam vos aptando, & eius instinctui acquiescendo. Aliqui verò huic instinctui resistūt. Nihilominus dispositionē istā de cōgruo precedit diuin⁹ instinctus, vt patuit. Ideoq; principium meriti simpliciter est à deo. ¶ Sed aduertēdum, quod verba hæc dupliciter possunt exponi. C ij





Uisipfus examinator, diuidicator & castigatort; in primis emendet seipsum. Sicq; charitativè, discre...

8487, 8488, 8489, 8490, 8491, 8492, 8493, 8494, 8495, 8496, 8497, 8498, 8499, 8500, 8501, 8502, 8503, 8504, 8505, 8506, 8507, 8508, 8509, 8510, 8511, 8512, 8513, 8514, 8515, 8516, 8517, 8518, 8519, 8520, 8521, 8522, 8523, 8524, 8525, 8526, 8527, 8528, 8529, 8530, 8531, 8532, 8533, 8534, 8535, 8536, 8537, 8538, 8539, 8540, 8541, 8542, 8543, 8544, 8545, 8546, 8547, 8548, 8549, 8550, 8551, 8552, 8553, 8554, 8555, 8556, 8557, 8558, 8559, 8560, 8561, 8562, 8563, 8564, 8565, 8566, 8567, 8568, 8569, 8570, 8571, 8572, 8573, 8574, 8575, 8576, 8577, 8578, 8579, 8580, 8581, 8582, 8583, 8584, 8585, 8586, 8587, 8588, 8589, 8590, 8591, 8592, 8593, 8594, 8595, 8596, 8597, 8598, 8599, 8600, 8601, 8602, 8603, 8604, 8605, 8606, 8607, 8608, 8609, 8610, 8611, 8612, 8613, 8614, 8615, 8616, 8617, 8618, 8619, 8620, 8621, 8622, 8623, 8624, 8625, 8626, 8627, 8628, 8629, 8630, 8631, 8632, 8633, 8634, 8635, 8636, 8637, 8638, 8639, 8640, 8641, 8642, 8643, 8644, 8645, 8646, 8647, 8648, 8649, 8650, 8651, 8652, 8653, 8654, 8655, 8656, 8657, 8658, 8659, 8660, 8661, 8662, 8663, 8664, 8665, 8666, 8667, 8668, 8669, 8670, 8671, 8672, 8673, 8674, 8675, 8676, 8677, 8678, 8679, 8680, 8681, 8682, 8683, 8684, 8685, 8686, 8687, 8688, 8689, 8690, 8691, 8692, 8693, 8694, 8695, 8696, 8697, 8698, 8699, 8700, 8701, 8702, 8703, 8704, 8705, 8706, 8707, 8708, 8709, 8710, 8711, 8712, 8713, 8714, 8715, 8716, 8717, 8718, 8719, 8720, 8721, 8722, 8723, 8724, 8725, 8726, 8727, 8728, 8729, 8730, 8731, 8732, 8733, 8734, 8735, 8736, 8737, 8738, 8739, 8740, 8741, 8742, 8743, 8744, 8745, 8746, 8747, 8748, 8749, 8750, 8751, 8752, 8753, 8754, 8755, 8756, 8757, 8758, 8759, 8760, 8761, 8762, 8763, 8764, 8765, 8766, 8767, 8768, 8769, 8770, 8771, 8772, 8773, 8774, 8775, 8776, 8777, 8778, 8779, 8780, 8781, 8782, 8783, 8784, 8785, 8786, 8787, 8788, 8789, 8790, 8791, 8792, 8793, 8794, 8795, 8796, 8797, 8798, 8799, 8800, 8801, 8802, 8803, 8804, 8805, 8806, 8807, 8808, 8809, 8810, 8811, 8812, 8813, 8814, 8815, 8816, 8817, 8818, 8819, 8820, 8821, 8822, 8823, 8824, 8825, 8826, 8827, 8828, 8829, 8830, 8831, 8832, 8833, 8834, 8835, 8836, 8837, 8838, 8839, 8840, 8841, 8842, 8843, 8844, 8845, 8846, 8847, 8848, 8849, 8850, 8851, 8852, 8853, 8854, 8855, 8856, 8857, 8858, 8859, 8860, 8861, 8862, 8863, 8864, 8865, 8866, 8867, 8868, 8869, 8870, 8871, 8872, 8873, 8874, 8875, 8876, 8877, 8878, 8879, 8880, 8881, 8882, 8883, 8884, 8885, 8886, 8887, 8888, 8889, 8890, 8891, 8892, 8893, 8894, 8895, 8896, 8897, 8898, 8899, 8900, 8901, 8902, 8903, 8904, 8905, 8906, 8907, 8908, 8909, 8910, 8911, 8912, 8913, 8914, 8915, 8916, 8917, 8918, 8919, 8920, 8921, 8922, 8923, 8924, 8925, 8926, 8927, 8928, 8929, 8930, 8931, 8932, 8933, 8934, 8935, 8936, 8937, 8938, 8939, 8940, 8941, 8942, 8943, 8944, 8945, 8946, 8947, 8948, 8949, 8950, 8951, 8952, 8953, 8954, 8955, 8956, 8957, 8958, 8959, 8960, 8961, 8962, 8963, 8964, 8965, 8966, 8967, 8968, 8969, 8970, 8971, 8972, 8973, 8974, 8975, 8976, 8977, 8978, 8979, 8980, 8981, 8982, 8983, 8984, 8985, 8986, 8987, 8988, 8989, 8990, 8991, 8992, 8993, 8994, 8995, 8996, 8997, 8998, 8999, 9000

Elucidatio v. Capitis [Agite nunc diuites.] Arti. vii. Anctus Apost. Iacobus supra hortatus est eos quibus scripsit, ad patientiam in aduer...

A pecunia quã abscondis: tantorũ te scias bona inuadere, quãtis possis nec vis prastare. Imò vt ait Hieron. Hierony. Eorũ qui ex fame aut frigore obierũt, mortis reus teneris. Itaq; Iacobus nõ diuitias, sed eorũ abusum & Psalm. 16. tenacitatẽ condemnat. Hinc super illud Psãl. Diuitiã si affluant, nolite cor apponere, loquitur August. August. Qui nõ habet diuitias, nõ ambiat eas, qui autẽ habet, nõ de eis superbiat. Nec dicit propheta, Nolite eas habere, sed nolite cor apponere. Nõ enim dñat diuitias (per quas mereri possumus regnum cælorũ) sed cor appositum: quòd eas misericorditer non expendit, sed auarè recondit. Hinc quoque in Prouerb. dicitur, Qui abscondit frumentum in tempore, maledicetur: benedictio autẽ super caput vendentium [Et manducabit carnes vestras sicut ignis]. i. causa erit infernalis incendij, quod corpora vestra in inferno post diem iudicij patietur. Nõ q̃ ærugo erit causa directã ac meritoria cõdemnationis (cũ non sit peccatum) sed naturalis affectus: sed culpa, quã incurrisis auarè retinẽtis diuitias, ex quarũ reconditione æruginationem passẽ fuerit, meritoria erit vestra afflictionis causa. De talibus scriptũ est, Dominus omnipotens Iudith. 16. vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos. Dabit ignem & vermes, & carnes eorũ vt vrantur, & sentiat in sempiternũ. Hinc in Eccles. fertur, Humilia valde spiritũ tuum, quoniã vindicta carnis impij ignis & Eccle. 7. vermis. [Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus], i. per tantã auaritiã vestra accumulastis vobis causam copiosissimã reprobationis ac cõdemnationis, quas in die iudicij & deinceps sustinebitis in aeternũ. Rom. 2. Iuxta quẽ sensum dicitur ad Rom. Secundũ duritiã tuã & impenitẽs cor tuum, thesaurizas tibi irã in Eccle. 10. die irã, & reuelationis iusti iudicij dei. Nõ ep̃c in Eccle. legitur, Avaro nihil est scelestius, nihil est iniquiũ Math. 6. q̃ amare pecuniã. Auarus enim animã suã habet venalẽ. Idcirco ait Saluator, Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur. Hinc Timoth. scribit Apost. Diuitiũ huius seculi præcipue, nõ sublimẽ sperare, nec sperare in incerto diuitiarũ: sed diuites fieri in operibus bonis, facillẽ tribuere, communicare. Consequenter describit Apost. quoddam crimẽ enorme, quod ex auaritiã oritur, quod est subtrahctio iustã mercedis operatoriorũ [Ecce merces operatoriorũ vestrorũ qui messuerunt regiones vestras], i. terrarũ absentia agrorũ, quos in vestris regionibus possidetis, deponunt [Quã fraudata est a vobis], i. quã mercedẽ illis iniuste atque fallaciter subtraxistis [clamatur], i. materialiter vos accusat, & vltionẽ cõtra vos expetit [Et clamor eorum]. s. præmiorũ, quã operariũ vestris tenemini: seu clamor operatoriorũ dolentũ & cõquerentũ de tanta iustitia eis factã [In aurẽ domini sabaoth introiũt] ab omnipotente deo iudicatus est iustus, talium enim operatoriorũ querelam deus reputat esse iustissimã, atque iniuriam eis illatam iudicat esse grauissimã. Dicitur autem deus dominus sabaoth. i. exercituum siue omnipotens. Quod verbũ magnificum apposuit Iacobus ad perterrẽdũ iniquos: qui ita se habet circa ege nos, quasi nõ habeant protectorem ac iudicem. Cũ tamen deus omnipotens, angelicorũ exercituum dominus, sit illorũ specialis pater, exauditor, tutor & iudex: secundũ illud in Psãl. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Denique vt ex scripturis elicitur, quatuor sunt peccata, quã propter suã enormitatem, dicũtur clamare ad deum. Primum est homicidium: iuxta illud Gene. V ox sanguinis fratris tui clamatur ad me de terra. Secundũ est, oppressio miserabilium personarũ: quemadmodum in Exodo loquitur dominus, Clamor filiorũ Israel venit ad me, videtis afflictionem eorũ. Tertiuẽ est vitium contra naturam. Vnde in Gene. loquitur dominus, Clamor Sodomorũ & Gomoræorũ multiplicatus est. Quartum est defraudatio mercedis operatoriorũ, vt patet hoc loco. Estq; peccatum istud tam graue, vt in Ecclesiãst. dicatur, Qui effundit sanguinem, & qui fraudẽ facit mercenario, fratres sunt. Hinc scriptura peccatum hoc multipliciter prohibet: quia in Exodo ait deus per Moysen, Nõ morabitur merces operatoriorum apud te vsque mane. Et Tobias ait, Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, statim mercedem ei restitue: & merces operatorij tui apud te omnino nõ remaneat. Hinc sanctus Iob ait, Si aduerfus me terra mea clamet, si fructus eius comedi absq; pecuniã, & animã agricolarum eius afflixi, pro frumento oritur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Insuper ex tẽporalium affluẽtia solẽt oriri carnalia vitia. Quia, vt ait Valerius, diues currit ad libitum, corruit ad illicitum: & dum abundat diuitiis, abundat & carnalibus vitijs. Idcirco subiungitur, [Epulati estis super terrã]. i. delicatè & gulosè vos refecistis [Et in luxurijs enuristis corda vestra]. i. desiderijs carnalibus vestri cordis, seu vitio appetitũ eosententis, satis fecistis, incõtinenter viuendo absq; freno. Tales sunt, qui non solũ ex passione, seu infirmitate, sed ex proposito & habitu vitioso viuunt turpissimè: qui teste philosopho, sunt brutis incõparabiliter viliores atque peiores. In taliũ persona ait Salomon in Eccle. Non prohibui cor meum, quin frueretur omni voluptate Eccle. 2. te. Istis eueniet, quod de diuite epulone in Euangelio legitur, cui in infernali incendio constituto, negata est vna aquã gutta: & quod in Apoc. ait iudex cælestis, Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit: tantum date ei tormentum & luctum. Horum carnalium iam innumerabiles sunt imitatores, quibus in Euangelio ait Saluator, Vã vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Vã vobis qui saturati estis. Quibus & per prophetã Amos loquitur dominus, Vã qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Vnde & Iudas asserit, Hi sunt in epulis suis coniuuantes, sine timore, semetipsos pascientes. Contra quos loquitur Paulus, Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs. Denique congruo ordinẽ præmisit Apost. epulati estis: protinũsq; subiunxit, Et in luxurijs enuristis corda vestra: quoniam gulam sequi solet luxuria, præbetq; ei incentinam: dicente Hierony. Venter æstuans vino, citò spumat in libidine. Ideo testatur scriptura, Qui amat vinum & pinguiã, nõ erit sapiens, sed lasciuus. Et quia Iudæi ex suis carnalibus & ambitionibus moti fuerunt ad Christi inuidiam, deinde ad eius occisionem: iuxta illud Sapientiã, Dixerunt impij, circũueniamus iustum, quoniam contrarij eius operibus nostris. Promittit se sciẽtiã dei habere, & filium dei se nominat: morte turpissima cõdemnemus eum. Hinc subditur, [In die occisionis] id est in die paræsese [Adduxistis] ad tribunal Pilati. [Et occidistis]. i. occidi procurastis [iustum] videlicet Christũ, qui est sanctus sanctorũ, qui antonomatice iustus vocatur, quia secundũ quod deus, est essentialiter sanctus & iustus: atq; vt homo oĩbus C iij

iuftior fuit per cōcreatā sibi iuftitiā, qua tota suā humanitatis capacitas fuit repleta: de quo in Aēt. Stephanus ait, Patres vestri occiderūt eos, qui de aduētū iufti annūciauerūt, cuius vos nūc proditores & homicidę fuistis [ut non restitit vobis] sed vt ab Esaiā est prædictū, Sicut ouis ad occisionē ductus est, & tanq̄ agnus corā tondēte obmutuit. De istis Christus ante suā passionē locutus est apud Ioānem. Cū exaltaueritis filium hominis, tunc scietis quia ego sum. Imò sicut ex Aētis Apostolorum probatur, multa turba sacerdotum & pharisæorum crediderunt in Christum: qui tamē eius occisionē specialiter procurasse leguntur. Quidā exponunt hūc locum de iustis cōmuniter, intelligendo per iustum iustos pluraliter: vt ponatur singulare pro plurali. Nam in primitiue ecclēsie exordio iusti ab impijs passim ad iudicia trahebantur, & absque sua renissione occidebantur: iuxta quem modū Esaiās ait, Iustus perit, & nō est qui recogitet: & viri misericordiā tollūt, & nō est qui intelligat. Cōsequenter Apostolus veritē sermonem ad bonorum cōsolationem [Patientes ergo estote fratres] Pore est tamen istud ad præfatos diuites iam cōuersos referri, vt sit sensus, Quoniā ante cōuersionem vestrā ad Christum tot scelera cōmissistis, ideo quicquid aduersitatis vobis nūc accidit, patientissimē ferre debetis. Siquidem culpā debetur pœna. Et deus in vita hac per reprobos purgat electos, quēadmodum per Esaiā contestatur, vę Assur virga furoris mei, & baculus ipse est. Ita que patietes estote [vsque ad aduentum domini]. i. vsque ad horā iudicij vestri particularis, statim post mortē: vel vniuersalis iudicij, quādo iusta retributio fiet. Nā & sancti qui sub ara dei clamabant, vsque domine nō vindicas sanguinem nostrum de his qui habitāt super terram: responsum est, vt requiescāt tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum eorum, & fratrum, qui interficiendī sunt sicut & ipsi. Insuper terreno exemplo inducit eos ad patientiam istam. [Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ patienter ferens] dilationem fructū sui laboris [Donec accipiat temporaneum] id est primi temporis fructum [et serotinum] i. vltimi temporis terræ nascētia. Terra quippe promissionis (vt fertur) & de qua nunc loquitur, bis in anno fructificat, videlicet in Aprili atque Septembri. Sic sancti accipiunt fructum temporaneum. Statim quippe post corporis resolutionem, eorum animā coronantur in cœlis, & fructum serotinum fortientur in die iudicij, in corporum suorum glorificatione. Cū ergo fructus æternæ salutis sit omni fructu terreno incomparabiliter dulcior, præstantior, iucundior, plenior, diuturnior, patientissimē ferre debemus omnem præsentis vitæ afflictionē, propter æternam remunerationem. Nec enim cōdignę sunt passionēs huius temporis ad gloriam illam. Hinc subditur, [Patientes estote & vos, & cōfirmate corda vestra] id est virtuosus operibus roborate, & per futuræ beatitudinis fiduciam, per diuinæ iustitiæ contemplanem, per cōsiderationem æternalis supplicij reproborum, per quotidianum profectum virtutum, per fortitudinem mentis constabilem atque in deo desigite ac firmate animas vestras: iuxta illud ad Ephesios, Cōfortamini in domino, & in potentia virtutis eius, induite armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Vnde Iosue loquebatur dominus, Cōfortare & esto robustus valde, vt custodias omnem legem [Quia aduentus domini appropinquabit] imò indefinenter appropinquat. Propter quod in Apocalypsi ait, Ecce venio citō, & merces mea mecum est dare vnicuique iuxta oppera sua. Abacuc quoque propheta inducit, Apparebit in fine, & non mentietur: si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet & nō tardabit. Porrō deus venire dicitur in morte singulorū, per iudicij exhibitionem & retributionem mercedis. Vnde apud Marcum legitur, Vigilate, nescitis enim quando dominus veniet, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. [Nolite ingemiscere fratres in alterutrum] id est vnus ex zelo amaro, ac displicentia passionata contra alium, nullatenus ingemiscat: sed alter alterius onera portate, & inuicem charitatiuē ac dulciter supportate. Vel nolite in alterutrum ingemiscere, id est mutuō gemere & dolere propter aduersā quæ sustinetis, quasi iniustus sit deus, qui fidelibus tot aduersa largitur: impios verò in hoc seculo prosperari permittit. Imò vnus alium ad patientiam prouocet, & consoletur in domino: quemadmodum ad Hebræos scribitur, Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, vt nō obduretur quis ex vobis fallacia peccati, Et alibi, Consideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum. Ita fecerunt septem fratres Machabæi cum matre, qui se mutuo ad martyrium hortabantur, prout 2. Machabæorū plenius continetur. Conformiter & nos debemus nos inuicem animare, accendere, roborare, tanquam eiusdem regis cōmilites, eiusdem viæ ambulatores, eiusdem hostibus circumvallati, & ad eandem patriam gradientes, quemadmodū ad Hebræos monet Apostolus, Deponentes omne peccatum, per patientiam curramus ad propolium vobis certamen, aspicietes in Iesum: qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem. Recogitate eum, qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contraditionem, vt non fatigemini animis vestris. Nempe, vt ait Gregorius, Nihil est quod nō æquanimiter toleretur, si Christi passio ad memoriam reuocetur. Nolite igitur tam infideliter & iniquē in alterutrum ingemiscere [vt non iudicemini] iudicio reprobationis, id est ne condemnemini. De quo iudicio ait Saluator, Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicio non venit. Apostolus quoque, Si nos ipsos diiudicarem, nō vti que iudicarem. [Ecce index ante ianuam assistit] id est proximus adest, & adiuuare, iudicare, & remunerare paratus est. Vnde in Apocalypsi loquitur, Ego sto ad ostium & pulso. Veruntamen, quia sancti patres non solum verbo, sed & exemplo nos docuerunt, Iacobus exemplo illorum hortatur nos ad patientiam indefinentem. [Exemplum accipite fratres exitus mali] id est mortis quæ est malum pœnale [Et longanimitatis] id est longæ dilationis, seu expectationis cœlestis retributionis [Laboris] qui in exercitijs virtuosus solet cōsistere. Propter quod ait vir sanctus, Propter verba laborum tuorum ego custodiui vias duras. Atque Apostolus, Labora, inquit, sicut bonus miles Christi Iesu, [Et patientiæ] id est æquanimis tolerantia in aduersis [Prophetas qui loquuti sunt in nomine domini] id est ex diuino instinctu verē prophetauerunt hominibus: qui vti que prophetæ quamuis essent viri tam sancti & præelecti, nihilominus exitum malum, id est violentā per mar-

A tyrium mortem, multiplicemque sustinuerunt laborem, & erant valde patientes atque longanimes, vt patet de Abraham, Noë, Dauid, Esaiā, Hieremia, ac alijs. Vnde ad Hebræos 11. ait Apostolus, Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes & salutantes & confidentes, quia hospites & peregrini sunt super terram. Iudith quoque afferunt, sic Isaac, sic Iacob, Moses, & omnes qui deo placuerunt, per multas tribulationes transferūt fideles. [Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt] aduersa patienter, sicut etiam asserit Christus, Beati qui persecutionem patientur propter iustitiam, quoniam ipforum est regnū cœlorum, de quibus scriptum est in libro Sapientiæ, Sapientia sanctorum laudant populi, & laudem eorum nunciat ecclesia, corpora eorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuunt in generationē & generationem. In paucis vœxati, in multis bene disponuntur. Et Iob ait, Beatus homo qui corripitur à domino. [suffrentiam iob audistis] id est mirabilem patientiam eius, qui quamuis omnium sit exemplar virtutum, præsertim tamem patientiæ forma est. Vnde de Tobia habetur, Hanc tentationem permisit dominus eueneri ei (puta Tobia) vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob [Et finem domini vidistis] id est quā gratiosē deus finaliter egit cum Iob, non solum post vitam præsentem, sed etiam in seculo isto eum remunerando. Vidistis per fidem, id est ex sacra libri eius historia credidistis. De qua visione Apосто. Videmus, inquit, nunc per speculum in ænigmate. Veruntamen quod dictum est, finem domini vidistis, communiter de Christo exponitur: vt sit sensus, Finem domini, id est mortem Christi in cruce vidistis, quia astantes suæ cruci fuistis tunc adhuc increduli, [Quoniam misericors est dominus] in sua natura, id est naturaliter bonus & pius, non tamen compassionis affectum in deitatis suæ natura habens, imò quo ad hoc misericors appellatur quantum ad similitudinem effectus, non quo ad veritatem affectus [et miserator] in effectu. Hoc Iacobus dicit, primò, quia electis suis deus in tribulationibus misericordissimē affuit, eos quoque eripuit, & gloriosissimē coronauit. Secundo, quoniam summa misericordia dei fuit, quod proprium filium suum pro nostra pati voluit salute [Ante omnia autē, fratres mei, nolite iurare neque per cælum, neque per terram, neque aliquid quodcunque iuramentum. Sit ergo sermo vester, est, est: non, non: vt non sub iudicio decidatis] His consonat quod in Matthæo loquitur Christus, Ego dico vobis, non iurare omnino, neque per cælum, neque per terram. Sit autem sermo vester, est, est: non, non. ¶ Sed quomodo intelligenda sunt ista, cum in Deuteronomio dicatur, Dominum deum timebis, & per nomen eius iurabis? Et in Psal. Laudabūt omnes, qui iurant in eo. Itēque, iuravi & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Secundo quoque Paralipome. non, in omni corde suo iurauerunt domino, & inuenerunt eum, Helias quoque & Helisus in libris Regum iurasse leguntur, dicendo, Viuit dominus in cuius conspectu sto hodie. Et Paulus in suis epistolis, Testis, inquit, est mihi deus. Sed omnium horum solutio atque concordia patet ex eo quod scriptū est in Exodo, Non assumes nomen domini dei tui in vanum. Non enim habebit insontem dominus eū, qui assumpserit nomen dei sui frustra. Christus igitur & eius apostolus Iacobus non absolutē prohibuerūt iurationem, sed iurationem indiscretam, iniustam & falsam, & ne affuecamus iurare. Et rursus, quia frequentatio iurandi periculosa est cū peruratori appropinquet. ¶ Præterea super illud Hiere. Iurabis, viuit dominus, in veritate, & iudicio, & iustitia, scribit Hierony. quod tres sunt comites iuramentis, videlicet veritas, iudiciū seu discretio, & iustitia. i. iusta & rationabilis causa. Quia hæc tria requiruntur ad hoc vt iuramentum sit licitū: & quodcunque eorum defuerit, erit illicitum iuramentum. Si enim veritas defuit, est falsa iuratio: si discretio, est temeraria & incauta. Si defuit iustitia, iuratio est iniqua, iniurilis & leuis atque vana: quia non subest ad iurandum rationabilis causa. Per creaturas verò secundum se considerata nō licet iurare, sed inquantū diuina veritas aut potestas relucet in eis. Si itaque ipsa iuratio debitis virtutum circumstantiis vestiatur, vt licet fiat loco & tempore opportunis, causa rationabili exigente, debito fine: tunc est actus virtutis, quæ patria appellatur, per quam cultus deo impenditur. Nam qui sic iurat, deum honorat: quoniam præsupponit eum esse infallibilem veritatem, ac omnium rerū habere certissimam cognitionem, prouidentiamque infallibilem. Qui verò aliter iurat, nō excusatur à culpa, quāuis quod iurat, sit verum. Cedit nanque ad irreuerentiam omnipotentis & superdignissimi dei, cum sine rationabili causa & discretione, in testē veritatis verborū propriorum assumere. Cū ergo ita iurare sit contra diuinum præceptum, & per consequens ex suo genere peccatum mortale, constat, quā enor miter peccent, qui consuetudinem habent iurandi, & qui iurant quod insont, aut non constat quod iurauerunt, dummodo iurauerint licitē. Veruntamen supergrauissimē peccat, & quasi blasphemus sunt reputandi, qui per membra Christi, & intestina ipsius sceleratissimē iurant. Idcirco in Ecclesiā, scribitur, Iurationi nō affuecat os tuum. Multi enim casus in ea. Vir multū iurans repletur iniquitate, & non deficiet de domo illius plaga. Vnde cum Iacobus prohibuisset iurare, adiecit, Vt non sub iudicio decidatis, id est ne cōdemnationis iudicium incurrat. ¶ Hinc dicit Albertus, Cū iurare non sit aliud quā deum testem inuocare, idcirco primò ex parte rei, quæ iuramento firmatur, requiritur veritas. Secundo, ex parte causæ, pro qua iuratur, debet esse necessitas. Iuramentum quippe non debet fieri nisi pro iusta & legitima causa. Tertiò, ex parte iurantis debet esse discretionis maturitas. Quia ne homo iucurrat periuriū, debet magnam cautelam ac maturitatem in iurando seruare, ne linguæ lubricitate contingat eū aliquando inordinatē aut falsē iurare. Sit igitur omnis homo verax, ad iurandum tardissimus, atque tam verax semper in verbis suis, vt suo simplici verbo quasi iuramento credatur: quod sibi extat salubre, & alijs exemplare [Tristatur aliquis vestrum, ore te æquo animo & psallar] De duplici tristitia loquitur sacra scriptura, videlicet de inordinata & seculari ac carnali tristitia, quæ est immoderata mœlittia de temporalidanno, aut corporalis incommodo seu exteriori aduersitate, de qua in Ecclesiā, legitur, Tristitiam longe expelle à te. Multos enim occidit tristitia, nō est vtilitas in ea. In Prouer. quoque, Sicut tinea vestimētō, ita tristitia nocet cordi. Alia est tristitia spiritalis bona & ordinata, qua homo de proprijs aut proximo-

Iudith. 8.

Math. 5. Sap. 3.

Iob. 5.

Tob. 2.

1. Cor. 13.

Esdra in cōfessione.

Matth. 5.

Deut. 6.

Psal. 48.

Psal. 11.

2. Para. 2.

3. Reg. 17.

3. Reg. 3.

Roma. 1.

1. Cor. 1.

Philip. 1.

1. Tim. 5.

Hiere. 4.

Hierony.

Eccle. 23.

Eccle. 30.

Prouer. 23.

rum dolet peccatis, præsertim de inhonoratione & offensâ summi ac sancti dei, vel de propria imperfectione, aut dilatione felicitatis perpetuæ. De qua Salomon ait, Cor sapientum ubi tristitia. Et Psal. Tota die contristatus ingrediebar. Atque Apost. ad Rom. Tristitia mihi magna est, & dolor continuus cordi meo, videlicet propter excæcationem Iudæorum. Et rursus Apost. vtranque tristitiam istam tangit, dicendo, Quæ secundum deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia, mortem operatur. Qui ergo tristatur tristitia inordinata, oret deum vt auferatur ab eo, & psallat, quatenus psallendo incipiat spiritaliter delectari, & à praua releuari mœstitia, quæ non solum animæ, sed & corpori præcipue nocet, naturâ lædit, & vitâ abbreviat: iuxta illud in Prouerbis, Spiritus tristis exiccatur ossa, animus autem gaudens ætatē floridam facit. Porro qui tristatur bona & virtuosa tristitia, oret deum, vt cõseruetur in ea, & psallat ac spiritaliter iucundetur ex cõsideratione dei, cœlestisque præmij, & beneficiorum ac operum Christi: quia & illa tristitia, quamuis sit bona, est tamen quandoque interrumpenda per gaudiū spirituale: ne homo se nimis deiiciat, aut affligat. ¶ Quiddā hoc loco per tristitiā intelligunt accediā, quæ est torpor & mœror de exercitio virtuoso, seu de dei obsequio. Idcirco orare deū debet qui accediā vitio tangitur, vt ab ea protinus liberetur, & feruens alacriq; reddatur. Itaque oratio & psalmodia remedia sunt contra tristitiam & accediā. Est enim admirabilis virtus psalmodiæ & orationum, & ex sua natura habent mentē orantis ac psallentis dulcedine quadā perfundere. Nam in psalmis & orationibus homo attendit dei omnipotentiam, pietatem, liberalitatem & perfectionem, propriam quoque imperfectionem, & Christi mysteria: quorum cõsideratio est iucunda, inquantū veritas naturaliter est delectas.

Per gratiā verò hæc dulcius sapiunt. ¶ Angeli etiā sancti orantibus psallentibusque assistunt. & eos exhibent. Hinc ait Psal. Exultabunt labia mea cū cantaueris tibi. Et Gregorius, Dū vox psalmodiæ per intentionē cordis agitatur, tunc aut prophetica mysteria reuelantur, aut cõpunctionis gratia inspiratur. Itaque qui tristatur, non se ad carnales vilisq; cõsolationes effundat, nō murmuret, nec loquacitatis vacet, nec pusillanimitas efficiatur, neque à bonis cesset operibus: sed faciat quod est in se, & oret ac psallat, quāuis in hoc spirituale nō experiatur saporē. Imò deum pro spiritali cõsolatione stabiliter deprecetur, & eam lōganimitate præstetur: sicque eam citius obtinebit, secundum quod apud Tobiam dicitur deo, Non delectaris in perditionibus nostris. Quia post tempestatē tranquillam facis, & post fletum exultationem infundis. Consequenter apostolus Iacobus cõsultat grauius ægotanti. [Infirmatur quis in vobis] id est si aliquis vestrū grauius infirmatur, ita, vt probabiliter existimet citō moriturus [Inducat presbyteros ecclesie]. i. sacerdotes faciat sibi adduci, si plures sint ibi presbyteri, & conuenienter possint haberi: vt multorum oratione infirmus copiosius adiuuetur. Sufficit tamen vnus sacerdos ad vngendum, imò quamuis plures adducantur & assint, tamen ab vno fit vñctio. ¶ Istud autem sacramentum extremæ vñctionis est exuentium [Et orent super eum] id est omnes inuocent misericordiam dei super infirmum [Vn-gentes eum oleo] consecrato, ex debita materia confecto: ita tamen quod vnus faciat vñctionem realiter & alij suo modo cooperentur [In nomine domini] hoc refertur ad vngentes. Vñctio enim fieri debet sub certa & congrua forma verborum, & nunc cõmuniter fit cum inuocatione nominis dei seu pietatis diuinæ, per modum orationis, cūm dicitur, Per istam vñctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi deus quicquid peccati per visum, &c. [Et oratio fidei]. i. oratio vngentis facta in fide catholica, atque ex fide procedens [Saluabit infirmum]. i. ad salutem cooperabitur ei, præsertim virtute sacramenti.

Quoniam sacramenta euangelicæ legis sunt medicinalia vasa, gratiæ contentiua, & effectiua salutis: quia efficiunt quod designant [Et alluabit eum dominus] à corporis infirmitate, illam tollendo, aut minuendo [Et si in peccatis sit, dimittentur ei] quia virtute huius sacramenti venialia dimittuntur, cõtra quæ creditur institutum, & etiam cætera, de quibus nō recordatur. ¶ Itaque ad sacramentū extremæ vñctionis, quinque de necessitate concurrunt. Primū, quod vñctionem faciens, sit sacerdos. Secundū, est intentio eius. Tertium, materia, vt pote oleum infirmorum. Quartum, est forma verborum. Quintum, locus inuengendi. Potest & sextum addi, quoniam à solis episcopis potest hoc oleum cõsecrari seu confici. Nec datur sacramentum hoc nisi adultis, qui venialia habere videntur. ¶ Porro effectus huius sacramenti est multiplex: vt pote duplex sanitas, scilicet spiritalis, quæ est liberatio à spiritali infirmitate cõtracta ex mortalibus venialibusque peccatis: estque infirmitas illa quædam debilitas ad actum virtutis. Hinc dicitur sacramentum hoc institutum cõtra reliquias peccatorum. ¶ Quartum, est inueniendi in eo, qui vngitur. Secunda est sanitas corporalis, quæ causat in parte aut toto, si expedit ad salutē, nec obex ponatur. Causat etiam sacramentum hoc spirituale lætitiā, & valet ad cõtinuandam deuotionem, atque ad celeriores ingressus in patriam. Et quia ad remissionem peccatorum actualium mortalium requiritur sacramentalis cõfessio in facto vel proposito, sine qua nō est quis aptus sacramentum extremæ vñctionis suscipere, subditur, [confitemini ergo alterutrum peccata vestra]. i. vnus alteri propria peccata vñctio-nis confiteatur. ¶ Veruntamen sacramentalis cõfessio soli facienda est sacerdoti, tamen in casu necessitatis, potest non sacerdoti confessio fieri de quibuscunq; peccatis: quæ tamen confessio non est perfectē sacramentalis. Estque reiteranda seu sacerdoti postmodum facienda, si ad hoc detur facultas. Venialium verò cõfessio potest alterutrū nō sacerdotibus fieri, cū sit de necessitate salutis. Quæ omnia super quartum Sententiarū doctores declarant. Hinc Beda hic scribit, Quotidiana lætiæque peccata alterutrum coæqualibus cõfiteamur: grauiorem verò lepram. i. mortalia sacerdoti laudamus. Nec hoc sic intelligendum est, quasi non debeamus venialia sacerdotibus cõfiteri: sed quia nō ita necessariū est ea sacerdotibus confiteri, sicut mortalia. [Et orate pro inimico vt saluemini]. Hoc nāque exigit charitas, qua proximo tenemur desiderare ac procurare salutem, quæ admodum propria. ¶ Oratio quippe desiderij est interpres. Hinc Christus orationem quam docuit, in plurali formauit, in iuinans vt pro proximis sicut pro nobis ipsi oremus: ita, vt interdū eadem oratio pro se aliisque fundatur: interdū verò oret quis, nūc

Eccle. 7. Psal. 37. Rom. 9. 2. Cor. 7.

Prouer. 17.

Psal. 17. Grego.

Tobia. 3.

Sacramenta euangelicæ legis quod præsentent. Vñctionis extremæ necessaria.

Epist.

Mat. 6.

pro aliis: & præsertim pro communi bono ecclesiæ, pro reformatione eius in omnibus, pro parentibus, propinquis, cõmissis & benefactoribus, pro cunctis fidelibus defunctis, pro viuis ac mortuis, pro vniuersorum salute, & infidelium conuersione. Qui enim pro omnibus orat, particeps est omnium bonorum quæ fiunt: & bonum quātō communi, tantō diuinius perhibetur. Hinc debet vnusquisque orationes aliorum humiliter ac feruenter appetere, & eos vt pro se orent rogare. Quò enim alios humiliter atque feruenter vt pro nobis orent rogamus, eò capaciores efficiamus fructus orationis illorū. Potissimè tamē hominum deuotum & notabiliter virtuorum est appetenda oratio. Propter quod subditur, [Multum enim valet deprecatio iusti assidua] Iustus nanque est dei amicus, eiusque filius adoptiuus, & ei cõsimilis atque amabilis. Siquidē iustus dominus, & iustitias dilexit. Amicorum autē est eadem velle & nolere. Idcirco scriptum est, Oratio iusti penetrat caelos. Itēque, Voluntatem timentium se faciet, &c. Et bene ait Apost. quòd assidua iusti oratio valeat multū, seu magni vigoris ac meriti seu præcipuè exaudibilitatis sit apud deum: quia vna conditio ad orationis exaudibilitatē requisita est, vt sit perseuerans, propter quod ait Saluator, Oportet semper orare, & non deficere. ¶ Porro orationes ministrorum ecclesiæ, quāuis iniustorum, tamen in persona ecclesiæ suscipiendam efficaciam sortiuntur pro plebe. Quod autem multū valeat iustorum oratio, probat exemplo [Heliæ homo erat, similis nobis, passibilis]. i. mortalis, qui & timore mortis fugit à facie Iezabel, [Et oratione orauit] ista est proprietates idiomatis Hebræorum per talem ingeminationē effari: sicut in Esaiā, Dissipatione dissipabitur terra, agitatione agitabitur terra, cõfractiōne confringetur terra. Vel ideo ait, oratione orauit: quoniam vna oratione impetratur, quod subditur: vt Beda hic loquitur. Itaque oratione orauit [vt non plueret super terram] decem tribuum Israël, propter eorum facinora, videlicet idololatrias regis eorum, & ipsorum. Hoc enim orauit Heliæ zelo iustitiæ, vt per aduersā traheretur à vitiosis vexatione edocēt [Et non pluit annos tres & menses sex] ista historia 3. Regum diffusè describitur. [Et rursus orauit, et celum dedit pluuiam]. Cū enim vidisset eos humiliatos & nimis afflictos, condoluit eis, orans deum vt pluuiam condonaret [Deditque celum pluuias]. i. sua virtute influentiali concurrat ad hoc [fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate]. i. aliquis vestrum à fidei rectitudine, aut à veritate doctrinæ, vitæ, siue iustitiæ declinauerit [vt conuerterit quis eum] per veram infor-mationem, charitativam exhortationem, iustam increpationem, fraternam correptionem [scire debet, quoniam qui conuertit peccatorem ab errore via suæ]. i. à via perditionis, ad viam salutis, seu obseruantiam præceptorum, reduxerit, [saluabit animam eius a morte]. i. à condemnatione gehennæ, quæ est mors æternæ miseræ, animam peccatoris cõuersi præseruabit ac eruet. Reuocando enim eum à culpa, eruit eum à pœna perpetua. [Et operit multitudinem peccatorum]. i. peccata peccatoris conuersi facit sic regi, vt à iudice summo non videantur ad condemnandum. Nempe per hoc, quòd peccatorum ad contritionē & emendationem inducit, cooperatur ad remissionem culpæ illius, quæ remissio est peccatorum opertio siue tectio, vel deletio: iuxta illud, Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Alii qui textus habet, Saluabit animam suam à morte. Quia qui alium ex charitate admonet, corripit & conuertit, sibi ipsi maximum præmij promeretur, & charitatis suæ feruore quotidiana & propria sua incondit peccata, dimittunturque ei. Imò & præteritorum suorum excessuum obtinet remissionem quantum ad pœnā, omnino aut partim, secundum quod charitatis feruor fuerit in eo maior aut minor. Idcirco in Prouerbis scribitur, Vniuersa delicta operit charitas. Et princeps Apostolorum, Charitas, inquit, operit multitudinem peccatorum. Idcirco de beatissima Magdalena locutus est dominus, Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multū. Veruntamen si quis impiè viuens, non agens quod docet, prædicare presumpserit, & prædicando quosdam quasi conuertens, sua peccata sibi indulgeri non promeretur. Imò grauius peccat, & suas transgressiones multiplicat, prædicationis officium indignè exercens. ¶ Ex præiudicatis demū sancti apostoli Iacobi verbis docemur, quàm salubre & magnum sit apud deum, peccantes fraterne corripere, piè instruere, charitatiuè conuertere. Nam vt D. Dionysius fastus est, Omnium diuinorum diuinissimum est deo cooperari in conuersione iniquorum ad eum. Atque vt asserit August. Ille in charitate dei est perfectior, qui ad eius amorem plures cõuertit. Gratissimūque deo sacrificium, zelus est animarū. Et sicut Christus grauiorē pati non potest persecutionem, quā vt quis verbo aut exemplo animas suo sanguine liberatas, ab ipso auertat: sic ampliorē honorationem ei impedere nō valeamus, quam animas deuiantes cõuertendo ad ipsum. Fraternali ergo correptionem ad quam omnes tenentur, inquantū est charitatis effectus, efficaciter ac discretè cū omni feruore & humilitate exercemus, errantes & lapsos orationum pro posse & informemus, talitèrque viuamus, & tam timoratè ac fructuosè iugiter conuersum, vt alios corripere, informare, conuertere simus idonei. Nec verbis dūtaxat, sed oratione quoque & exemplo, pro aliorum conuersione conemur. Imò pro illis oremus instantius, quos incorrigibiles conspicimus. Deficiente quippe humana virtute, ad omnipotentis auxilium feriosus est confugiendum. ¶ Postremò, vt in Ecclesiastico scriptum est, Vnicuique deus mandauit de proximo suo, vt eripiat eum ab omni iniquo. Errori quoque cui non resistitur, consentitur. Zelo ergo diuini honoris ac fraternæ salutis semper accensi. Cūque anima sit incomparabiliter corpore præstantior, & æterna felicitas omni temporali sanitate inæstimabiliter desiderabilior, infernalisque mors omni corporali presentis vitæ languore formidabilior: propterea incõparabiliter sollicitiores operosioresque simus pro conuersione & salute animarum errantium proximorum, quam pro curatione corporum aut releuamine corporalium incommodorum illorum, vt sit in omnibus nostra charitas ordinata. Nec dubium, quin omnia ista ad prælatos ac præfidentes potissimè spectent. Omni igitur modo possibili pro propria ac proximorum liboremus salute. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Psal. 10. Eccle. 35. Psal. 144. Luc. 18.

3. Re. 19.

3. Reg. 7.

Psal. 34.

Prouer. 10. Luca. 7.

Dionysius August. Gregor.

Eccle. 17.

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN PRIMAM EPISTOLAM BEATI PETRI Apostoli, Enarratio.

Ioan. 21. Galat. 2.



Quamuis princeps pastorum vnigenitus dei Iesus Christus, increata & aeterna sapientia dei patris, gloriosissimum Petrum toti & vniuersali praetulerit militanti ecclesiae, plenum, summum ac generalem suum vicarium constituens eum in terra, dicendo, Pasce oues meas, nihilominus dicitur sacratissimus Petrus specialiter Iudaeorum fuisse apostolus: iuxta illud ad Galatas, Qui operatus est Petro in apostolatus circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Quemadmodum enim Iacobus constitutus est Hierosolymitanorum Christianorum primus episcopus: sic Petrus omnium in Iudaea, Sama-

ria, Galilaea, ac alibi Iudaeorum instructioni, conuersioni, gubernationi fuit specialiter desuper deputatus atque intentus. Hinc, ut apostolatus sui officii dignè prosequeretur, duas conuersis Iudaeis scripsit epistolas. Itaque in prima dicit epistola ait exordio, Petrus apost. Iesu Christi. Porrò in exordio secundae epistolae ait, Symon Petrus. Cur ergo non exprimit nomen suum utrunque in principio huius epistolae, quemadmodum in illius? Et cur in utriusque initio vocat se Petrum, magis quam Symonem? An forsitan quia hoc nomen Petrus dulcius sapuit sibi, & magis gloriabatur de illo in domino, et quod dñs Christus illud proprio sibi imposuerit ore, Tu es (inquiens) Petrus. Tamen, ut in Marco legitur, hoc nomen imposuit ei Christus in monte, quando ordinauit duodecim apostolos. Denique cum Petrus princeps apostolorum esset, hoc humilitatis fuit, quod se simpliciter nominauit apostolus. Itaque Petrus Christi apost. scribit, [Electis aduenis] secundum Bedam, Aduenę latinè, gracè dicitur profelyti, quo nomine appellabant Iudaei eos, qui ex gentilitate ad iudaismum erant conuersi: sicut iam nuncupantur neophyti, qui infidelitate relicta, ad Christianismum conuertuntur. De illorum autè aduenarum seu profelytorum numero fuerunt nonnulli qui in die sacratissimo petecostes, petro predicante, crederunt in Christum. Iuxta illud Actuum, Iudaei quoque & profelyti. His ergo secundum Bedam, scripsit Petrus ambas suas epistolas, quod etiam Glossa ac alii protestantur. Veruntamen verius reor, quod non eis duntaxat, sed vniuersis Iudaeis ad Christum conuersis scripsit: quemadmodum Iacobus: siue ante susceptionem iudaismi fuerunt gentiles, siue non. Omnium namque generaliter habuit curam, charitatem, & praedicationem. Indigneruntque omnes exhortatione, instructione, & consolatione summi Apostoli. Denique aduenae non solum dicitur profelyti, cui. r. paralipomenon sanctus David loquatur ad dñm, peregrini sumus coram te & aduenae, sicut omnes patres nostri. Et psalmista, Ne sileas (inquit) quonia aduenae ego sum apud te. Omnes etenim Christiani viatores & aduenae vocantur, quia ad veram & celestem atque perpetuam patriam tendunt, & in saeculo isto tanquam in exilio, in terra aliena, in via lachrymarumque valle degunt. prout ad Hebraeos loquitur Paulus de veteribus sanctis, Iuxta fidem defuncti sunt omnes, non acceptis re promissionibus: sed eas à longe aspicientes & saluantes & confidentes, quia peregrini & hospites sunt super terram: qui enim haec dicunt, significant se patriam inquirere. Igitur iuxta hanc aduenae significationem, sanctissimus princeps apostolici ordinis, vniuersos eos Iudaismo ad Christum conuersos vocat aduenas. I. in saeculo isto peregrinos, viatores & exules. Iuxta illud ad Hebraeos, Non habemus hic permanentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et rectè sic nominat eos, ut implicitè commoneat eos, non iuxta consuetudinem legis Moisaicae, terrena bona, sed caelestia praemia expectare, appetere, atque accedere. ¶ Vocat quoque eos electos aduenas, quia praeter ceteris ad Euangelicam legis fidem & gratiam erant diuinitus praordinati, vocati, perducti. Erant siquidem de electis illis reliquiis, de quibus Esaias praedixit, Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiae ex eis saluae fient. De quibus ad Romanos inter cetera dicitur, Reliquiae secundum electionem gratiae dei saluae factae sunt. Itaque electis aduenis [Dispersionis Ponti, Galatae, Cappadociae, Asiae, & Bithyniae] id est dispersionis factae per regiones hic nominatas, quae pertinebant ad Graeciam secundum Bedam & Glossam, Iudaei quippe extra fines propriae terrae erant per totum mundum dispersi, quorum multi in praefatis prouinciis, scilicet ponto, Galatia, & ceteris, habitabant, & quidam eorum ad tempus in Hierusalem morabantur. Cumque credidissent, tandem à Iudaeis incredulis sunt expulsi, Stephanò lapidato, ut legitur in Actis. ¶ Porro quod sequitur, secundum praescientiam dei patris, refertur ad illud, electis aduenis: quia electi fuerunt secundum praescientiam, id est praedestinationem dei patris, ut pote omnipotentis ac sapientissimi creatoris, qui est deus vnus ac trinus: de quo in Deuteronomio habetur, Nihilquid non ipse est pater tuus qui possedit te, & fecit & creauit te: Itaque electis aduenis, secundum praescientiam dei, hoc est, secundum quod à deo praedestinati fuerunt, seu praedestinati ad vitam gratiae in praesenti, & ad vitam gloriae in futuro, qui etiam vnus ad maiorem beatitudinem praedestinauit, quam alium. Sumitur ergo hoc loco electio, pro praedestinatione, quemadmodum etiam ad Rom. ubi dicitur, Quos praesciuit & praedestinauit conformes fieri imaginis filij sui. In generali autem modo loquendi praescientia refertur ad reprobos, qui idcirco vocantur praesciti, hoc est ad damnationem seu danari praecogniti. praecognitio enim electorum ad gloriam, proprie praedestinati appellatur. propterea nomen praescientiae reprobis deputatur [I. sanctificationem spiritus] vel, ut aliqui textus habent, in sanctificatione spiritus, [in obedientiam & asperionem sanguinis iesu christi] & condependent haec omnia sibi inuicem & ad superiora, ut sit sensus,

A Electis aduenis secundum praescientiam dei patris tendentem in sanctificationem spiritus id est ad hoc ut electi per gratiam spiritus sancti purgentur ab omni peccato, atque virtutibus decorentur, quod primo fit in baptismo. Ista autem sanctificatio est praedestinationis effectus, & appropriatur spiritui sancto, & quod proprie opus sit charitatis, pietatis, & liberalitatis, quae spiritui sancto appropriantur. Tamen quod dicitur, spiritus, posse referri ad spiritum creatum, ut pote animam rationalem, quae in baptismo sanctificatur, & proprie est gratiae ac virtutis subiectum. Si verò legatur in sanctificatione spiritus, sensus est, quod praescientia dei circa electos in praefata baptismali sanctificatione, tanquam per suum effectum est declarata. Vel sensus est iste, quod praefati aduenae fuerunt electi secundum praescientiam dei in sanctificatione spiritus, id est per hoc quod à spiritu sancto sanctificati sunt in baptismo, manifestata est à deo eorum electio. Et quia sanctificatio baptismalis ordinatur ad hoc, ut baptizati de cetero viuant iuxta euangelium Christi, obediendo eius praecipis: hinc additur, in obedientiam Iesu Christi. Interponitur tamen hoc verbum, & asperionem sanguinis: quia baptismus, sicut & cetera sacramenta, à Christi passione, suam sortitur virtutem: & ita fideles suscipiendo baptismum aut cetera sacramenta, sanguine Christi spiritaliter aspergantur ac perfunduntur, per hoc quod meriti passionis Christi sunt participes, cuius meriti effectus est sanctificatio iam praefata. Vnde per sacramenta ecclesiae meritum passionis Christi dicitur hominibus applicari, hoc est, diuinitus communicari seu imperari. Propter quod in Apocalypsi asseritur, Christus dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Sicque quod Apostolus ait in asperionem, dicit iuxta consuetudinem veteris testamenti: in quo quia sanctificanda erant, hostiarum sanguine aspergebantur. Denique quod ait, in asperionem sanguinis Christi, sic potest intelligi, quoniam Christus praecipit ut fideles suum in sacramento accipiant sanguinem. Ait enim, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. [Gratia vobis et pax multiplicetur.] Duplex ponitur gratia, scilicet gratum faciens, & gratia gratis data. Gratia gratum faciens, est habitus supernaturalis, infusus, essentiam rationalis animae immediate perficiens, & eam in esse supernaturali, deo accepto, atque ad promerendum vitam aeternam idoneo, ponens. Quemadmodum enim ad operationes naturales exercendas, fit homo idoneus per formam substantialem ac naturalem, seu animam rationalem: ita ad actiones meritorias deo esse acceptas, fit homo potens, dignus & aptus per formam hanc supernaturalem, videlicet gratiam gratum facientem. Et sicut necesse est, ut antequam homo operetur naturales operationes, constituatur in esse naturali specificò: sic antequam faciat actiones meritorias, oportet, ut in quodam supernaturali esse ponatur: quod directè ac primo per gratiam gratum facientem efficitur. Est autem haec diuina essentia quadam supernaturalis similitudo, & luminis gloriae inchoatio, ac omnium meritoriarum actionum fontana origo, ramificans in habitus virtutum atque donorum. Quidam verò putant, hanc gratiam realiter idem esse, quod virtutem iustitiam, potissimè charitatem: sed praetacta positio verior subtiliorque censetur, imò & diuini Dionysij documentis conformior, prout Thomas inducit. Indigemus ergo in primis hac gratia, quoniam actiones nostrae deo acceptae & meritoriae nequeunt esse, nisi primo nos ipsi simus deo accepti, quod per gratiam huius infusionem consequimur: per quam & deo supernaturaliter assimilamur atque amabiles reddimur. Idcirco scriptum est, Respexit deus ad Abel, & ad munera eius. ¶ In quibus verbis pensandum est, quod primo dicitur deus respexisse ad Abel, deinde ad munera eius. ¶ Porro gratia gratis data, proprie dicitur supernaturale donum, pro aliorum vtilitate alicui desuper datum, dicente Apostolo Paulo, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Veruntamen gratia gratum faciens & gratia gratis data frequenter extensus, quam nunc dictum est, accipiuntur: ita ut omnis habitus virtuosus, omnis virtus infusa, omne donum spiritus sancti, loquendo de septem donis, omnisque actus meritorius, gratia gratum faciens appelletur, & quicquid ad gratiam sic acceptam atque ad salutem disponit & confert, gratia gratis data vocetur. Orat ergo princeps apostolorum, ut gratia nobis multiplicetur, quod est multipliciter infundatur, augeatur, & conseruetur: quatenus in utraque gratia crescemus, ac perficiamur à domino: cuius directione, ope, & exercitatione, assilientia, & conseruatione, inaccessibiliter indigemus. Non enim sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: sed deus est, qui operatur in nobis & velle & perficere. Cui loquitur Esa. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Si quidem in omni actione meritoria exequenda, seu producenda, egeamus actuali motione spiritus sancti: quae etiam motio, excitatio, siue vibratio nomine gratiae hoc loco potest intelligi. ¶ Praeterea orat archiepiscopus, ut pax nobis multiplicetur, id est abundanter ac multipliciter diuinitus detur, & conseruetur, videlicet pax pectoris, quae est tranquillitas mentis in deo, pax temporis, quae est quies ab exterioribus impugnationibus: & pax aeternitatis, quae est tranquillissima quies beatorum in patria, imperturbatumque gaudium eorum in deo. Quantumcumque autem formis impugnemur aut corporaliter molestemur, semper tamen pro posse conemur pacem pectoris conseruare, ut tranquilliter in deo cor nostrum, & spiritaliter gaudeat in aduersis. De qua pace ait psalmista, Pax multa diligenter legem tuam. Qui enim diuinae legis praecipia amore custodiunt, mentis inquietudinem vincunt in omni euentu, in prosperis scilicet & aduersis in deo se figunt, ac bene agendo gloriantur in domino: si quae in eis corpus subditum animae, sensualitas rationi, ratio deo, ex qua optima ordinatione consurgit, & manet in eius pax pectoris, quae ab Augustino vocatur tranquillitas ordinis. De qua Esaias prophetauit, Erit opus iustitiae pax. Ad quam hortatur nos Paulus ad Romanos dicendo, Iustificati ex fide, pacem habeamus ad deum. ¶ Consequenter beatissimus Petrus incipit epistolae suae narrationem siue tractatum [Benedictus deus, et pater domini nostri iesu christi.] Deus altissimus & aeternus dicitur benedictus, quoniam in seipso verissimè

Apoca. i.

Exod. 12.

Ioan. 6.

Gratiam duplicem esse.

Gene. 4.

1. Cor. 12.

2. Cor. 3.

Esaie. 26.

Pax duplex.

Psal. 118.

Esaie. 12.

Roma. 8.

Epistola.



sanctus, gloriosus, atque perfectus est, omni laude, & honorificentia superdignissimus, totiusque benedictionis, hoc est, omnis gratiae omnisque boni collator & conseruator. Itaque benedictus deus, id est in seipso aeternaliter sanctus est, & benedicatur, laudetur, ac honorificetur ab vniuersis. De quo in Daniele legitur, Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabilis & superexaltatus in saecula, in Ecclesiastico quoque, Benedicentes dominum, exaltate eum quantum potestis. Maior est enim omni laude. Exaltantes eum replemini virtute, ne loboretis. Non enim peruenietis. Praeterea quod ait, benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, ad eandem potest referri personam: vt pater aeternus dicatur deus Christi secundum suam humanitatem, & pater ipse secundum ipsum deitatem, & generationem aeternam. Vnde & Christus post resurrectionem suam locutus est, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, deum meum, & deum vestrum. Rursus quod ait benedictus deus, ad totam superbenedictam potest trinitatem referri, quae est vnus omnium deus, creator, ac dominus [Qui secundum magnam misericordiam suam] quae verè immensa est & naturalis proprietates eius: cui proprium est misereri semper & parcere [Regenerat nos in spem viuam] id est spem aeternae salutis formatam, seu charitate ornatam nobis infundit, quando nos spiritualiter regenerauit in fonte baptismatis, seu in conuersione nostrae mentis ad eum, & infusione gratiae spiritalis. De qua regeneratione ait Christus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Vel sic, Regenerat nos in spem viuam, id est per infusionem gratiae nos spiritualiter regenerando, infundit & contulit nobis efficacem felicitatis aeternae fiduciam. Fides enim, spes, & charitas, infusioni gratiae seu spiritali regenerationi inseparabiliter sunt connexae [Per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis] id est per fidem & manifestationem resurrectionis Christi, quia resurrexit de loco & numero mortuorum. Nempe per hoc quod deus pater suscitauit Christum à morte, & suae resurrectionis fidem, & declarationem nobis donauit, & largitus est cunctis fidelibus spem plenae glorificationis in anima & corpore. Quoniam caput membra sequuntur, & dominum serui. Per resurrectionem etiam Christi recuperata fuit fides in eius discipulis, quam in sua perdidit passione. Hinc ait Albertus Christus est caput nostrum, de ratione autem capitis est influere sensum ac motum in membra. Cum ergo Christus resurrexerit, oportet nos suae resurrectionis esse participes. Cum enim eiusdem naturae sint caput & membra, oportet quòd sicut Adam peccante omnes cecidimus, quoniam ipse fuit principium totius nostrae corporalis originis: sic Christo resurgente omnes resurgamus, cum ipse sit caput atque principium totius nostrae spiritalis regenerationis. Hinc ad Corinthios scribit Apostolus, Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Christo omnes uiuificabuntur. De hac etiam loquitur Thomas in tertia parte Summae suae. In omni genere primum est causa secundorum in eodem genere, sicut primum lucidum est causa lucis in aliis. Cum ergo sit Christus primitiae resurgentium, & primus propria virtute resurgens ex mortuis, constat quòd eius resurrectio causa sit nostrae resurrectionis, causa, inquam, secundaria, instrumentalis, & exemplaris. Passio quoque Christi est causa meritoria nostrae resurrectionis, sed omnipotentia suae diuinitatis est causa prima principalis & essentialis resurrectionis nostrae, tam spiritalis quam corporalis. Hinc dicitur ad Romanos, Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, vt scilicet conuerteremur & crederemus in eum, quòd nisi ipse resurrexisset, non fecissemus. Regenerauit itaque nos in spem viuam, per Christi resurrectionem, [in hereditatem incorruptibilem] id est ad hoc, vt per fidem & spem viuam obtineamus post vitam praesentem hereditatem caelestem, quae est beatitudo aeterna, in quam tendit spes tanquam in obiectum, hereditatem inquam incorruptibilem, quia perpetua est, vt pote beatifica visio dei, ac plena eius fruitio, quae indefinenter permanet vna & eadem numero. Nam quantum ad illam, non erit in beatis cogitationum seu cognitionum aut appetitionum successio, nec volubiles erunt apprehensiones nostrae quantum ad id quod est de essentia felicitatis. De qua ait Psalmista, Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas domini. De qua Esaias & Paulus fatentur, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quae praeparauit deus diligentibus se. Cum enim per Christi incarnationem, & caetera eius mysteria si mus effecti filii dei adoptiui, competit nobis ex gratia dei ius aliquod in participatione hereditatis supernae, iuxta illud ad Romanos, Si autem filij & haeredes, haeredes quidem dei, cohaeredes autem Christi. Vnde ad Corinthios scribit Apostolus. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. [et in continentiam] quoniam nulla impuritas culpae, praefatae felicitati miscetur: nec potest quis caeleste ingredi regnum, nisi plenarie expurgatus, siue in saeculo isto, siue in purgatorio. Propter quod in Apocalypsi asseritur, Non intrabit in illam, videlicet ciuitatem caelestem aliquid coinquinatum. In participatione autem terrenae hereditatis iniustitia saepe contingit. Sic verò in participatione caelestis hereditatis non erit, quia non datur nisi purgatus ac dignus [et in immarcescibilem] nuncquam enim inuenerat, aut sui decoris minorationem illabitur, imò iugiter equè pulcherrima ac splendidissima perseuerat: de qua illud Sapient. verificatur, Clara est, & quae nunquam marcescit sapientia [conseruata in caelis] id est in caelesti paradiso paratam [in vobis] .i. ad vestram remunerationem, vt vobis pro premio meritorum vestrorum communicetur. De qua in Ioann. ait Saluator, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi. In Apocalypsi quoque, Qui vicerit, dabo ei sedere mecum, in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Hinc loquitur Paulus, Reposita est mihi corona iustitiae. In Genesi quoque dominus ait ad Abraham, Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. De qua rursus in euangel. dominus contestatur, Vnde omnia quae habes, & da pauperibus, & veniens sequere me. Et Math. 19. habebis thesaurum in caelo, [Qui in virtute dei] id est ab omnipotentia creatoris [Custodimini] id est

ab aduersariis vestrae salutis protegimini, atque in bonis conseruamini, vt perseueretis vsque in finem. Custodimini autem [Per fidem] quae est fundamentum virtutum, ac totius spiritalis aedificij, ac promerendi principium. Idcirco per eam tanquam per suae omnipotentiae effectum, ac donum & instrumentum custodit nos Deus, ita, quòd Deus est nostrae conseruationis atque protectionis causa efficiens principalis: fides autem causa formalis ac instrumentalis. Nam iustus ex fide viuunt, & sine ea impossibile est placere deo. Fides quoque, (vt Ioannes ait Apostolus) est victoria nostra, quae vincit mundum. Custodimini ergo per fidem [in salutem] adipsam, id est ad hoc vt salutem consequamini sempiternam: sicut ait Apostolus Paulus, Quia qui cepit bonum in vobis, perficiet illud vsque in diem Christi. Et propheta, Custodit, inquit, Deus omnia ossa eorum, [Paratam reuelari] id est nobis ipsi manifestari, ac alius propolari: de qua ad Romanos profertur, Non sunt condignae passionibus, ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis [in nouissimo tempore] id est in die finalis iudicij, quando electi glorificabuntur plenarie, & coram omnibus gloriosi apparebunt in anima & corpore, eorumque gloria reprobis innotescet, vt videntes quid perdidissent, acris affligantur. Tunc enim euidentissime apparebit, quid inter sit inter iustos & impios: & qualiter Deus discernat inter electos ac reprobos. Hinc per Malachiam dominus appertissimè loquitur, Conuertimini, & videbitis quid sit inter iustum, & impium, & inter seruientem Deo, & non seruientem ei. Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus, & omnes superbi & omnes facientes impietatem stipula. Et inflammabit eos dies veniens: & orietur vobis timentibus nomen meum folio iustitiae, & erit sanitas in penis vestris. Et salietis quasi vituli de armento, & calcabitis impios. Praeterea per hoc quod beatissimus Petrus ait, Qui in virtute dei custodimini, innuit, quòd nemo propriis ac naturalibus viribus possit saluari, custodiri, praualere, proficere aut mereri. Propter quod ait Psalmographus, nisi dominus aedificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui aedificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, &c. Itemque, Custodians paruulos dominus. De quo iterum scriptum est, Quonia dextera sua teget eos, brachio suo defender eos. Vnde in Esaiâ fatetur, Ego dominus deus tuus, docens te vtili gubernans te in via qua ambulas. Hinc omni homo cum propheta toto corde oremus, A resistentibus dextere tuae custodi me vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me, a facie impiorum qui me afflixerunt. Nempè vt loquitur Hieremias, Non est in homine via eius, nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. Hoc est etiam quod asserit Paulus, Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei [in quo de] nouissimo [exultabitis] id est tam cordialiter gaudebitis quòd interna iucunditas reddidit copiose in corpora vestra. Vnde per Esaiam loquitur Deus, Ecce ego declino in eos vt flumen pacis: & vt torrens inundans gloriae gentium. Et videbitis & gaudebitis & laetabitur cor vestrum [Modicum nunc, si oportet, contristari]. i. quamuis interim in hac vita oporteat parum affligi, & causas tristitiarum pati [in variis tentationibus] id est in persecutionibus, infestationibus, impugnationibus, quas ab inuisibilibus ac visibilibus hostibus patiuntur electi. Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum. Atque iterum Paulus ait Apostolus, Si sustinuerimus, & cogerabimus. Vnde in Ioanne ait Saluator apostolis, Et vos quidem nunc tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Sed cum in tribulationibus sit gaudendum, iuxta quod Iacobus dixit Apostolus, Omne gaudium existimate, cum in tentiones varias incideritis, Salomon quoque qui dicit, Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit: quomodo nunc ait sacratissimus apostolici agminis signifer, Modicum nunc si oportet contristari? Et respondendum, quòd contristari accipit pro affligi, non pro inordinato mœrore, aut interiori dolore: sed potius pro corporali molestatione, aut etiam interno contra tentamenta conflictu. Rursus cum multae sint tribulationes iustorum: atque (vt tactum est) per multas tribulationes regnum oportet intrare caeleste, cur ait, modicum contristari, praesertim cum in primitiua ecclesia grauissima fuerint Christianorum persecutiones? Respondetur quòd triplici ratione hoc agit. Primò, quia respectu futuri supplicij reproborum, modica est omnis afflictio vitae praesentis, quae etiam comparatione penarum purgatorij parua est. Secundo, quoniam aeternae felicitatis respectu, per modicum est tribulatio praesens, iuxta illud secundae Corinthiorum, Id quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternae gloriae pondus operatur in nobis. Propter quod & Sapient. dicit, Iusti in paucis vexati, in multis bene disponuntur. Tertio, quoniam quicquid in hac vita patimur, modicum reputare debemus, respectu multitudinis, magnitudinisque culparum nostrarum si pro eis secundum diuinam rigorem iustitiam puniamur. Propter quod apud Iob de homine castigato, & desuper illustrato inducitur. Dicit, peccauit, & verè deliquit: & vt eram dignus, non recepi. Et rursus in Iob. 33. eodem, Multo minora exigeris, quam meretur iniquitas tua. Hinc in omni aduersitate patientissimi esse debemus, & deo pro paterna castigatione gratias agere: iuxta illud Iudith, Non vilificamur nos pro his quae patimur, sed reputantur haec ipsa supplicia peccatis nostris esse minora, flagella domini, quasi serui qui corripimur, ac emendationem, & non ad perditionem nostram, euentisse credamus. Denique quam fructuosa sit ista aduersitatum aequanimis longanimitisque perpessio, subditur [vt probatio fidei vestrae] id est fides vestra aduersitatum exercitata, & per eas probata, firma & constant inuenta. Vel, probatio fidei vestrae, id est patientia quam habetis in tribulationibus, per quas fides vestra probatur seu examinatur, an maneat stabilis [Multo preciosior auro, quod per ignem probatur] an verum sit aurum [immutatum] summo iudice [in laudem, et gloriam, et honorem] ita quòd cedat vobis ad laudem & gloriam, ac honorè [in reuelatione Iesu Christi] id est in die iudicij, quo Christus omnibus apparebit, & qualis vnusquisque fuerit declarabit: quem admodum ipse testatur, Non est occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur. Ideo ait Apostolus, Nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat

Abac. 2.  
Hebr. 10.  
Hebr. 11.  
1. Ioan. 3.  
Phil. 1.  
Psalm. 33.  
Roma. 8.  
Malac. 4.  
Psalm. 126.  
Psalm. 114.  
Sapient. 3.  
Esa. 48.  
Psalm. 16.  
Rom. 9.  
Hierem. 10.  
Esa. 66.  
Act. 14.  
2. Tim. 2.  
Ioan. 16.  
Iacob. 1.  
Prou. 12.  
Psalm. 33.  
Act. 14.  
2. Cori. 4.  
Sapient. 3.  
Iob. 33.  
Iob. 11.  
Iudith. 8.  
Luc. 8.  
1. Cori. 4.

1. Cor. 10.

dominus, qui reuelabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Sed quoniam omne bonum quod agimus, ad dei laudem & gloriam ordinare debemus, dicente Apostolo. Omne quodcumque facitis in verbo aut opere, in dei gloriam facite. Sic quippe debemus proprium intendere ac quærere præmium, vt nos ipsos & quicquid boni spectat ad nos, aut conuenit nobis, ad dei gloriam & honorem inaliter ac principaliter referamus: cum ipse creator omnipotens sit vniuersorum vltimus finis, omnique boni principium dator & conseruator & finis. Idcirco passus iste sic potest exponi, Probatio fidei vestræ multò preciosior auro inueniatur in laudem, & gloriam & honorè dei: qui de omni bono, quod procedit ab eo & agitur in hoc mundo, principaliter est laudandus & honorandus. Laudandus, verbis; Glorificandus, admirationibus & magnificentis cordis: Honorandus, operibus, & diuinorū præceptorum executionibus virtuosis. Deus quoque omnipotens laudem, gloriam & honorem fidelibus suis pro eorum patientia, fide, meritisque rependit. Cum in euangelio Christus testetur, Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Itemque, Si quis mihi ministrat, honorificabit eum pater meus, qui est in cælis. In Apoca. quoque, Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. In die verò iudicij dicit, Venite benedicti patris mei, & possidete paratū vobis regnum. Fructuosio quoque seruo diciturum se perhibet, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Simus itaque in omni tentatione & tribulatione constantes: & instar auri ex aduersitate inueniamur in omni sapientia ac virtute splendiores. Quia vt Sapiens ait, Tanquam aurum in fornace, probauit electos dominus: & quasi holocausti hostiam, accipit eos. Ideo fatentur in psalmo, Transiuimus per ignem & aquam, & eduxit nos in refrigerium.

Luca. 6.  
Matth. 8.  
Luca. 12.  
Ioan. 12.  
Apoc. 2.  
Matth. 23.  
Luc. 19.  
Sapient. 3.  
Psalm. 65.

Iacob. 1.

Matth. 5.

Proue. 17.

Præterea secundum glossam ex verbis Bedæ acceptam, patientia electorum & probatio fidei eorum, rectè auro comparatur. Primò, ob eius preciositatem. Nam sicut in metalis auro nihil inuenitur præstantius, sic patientia electorum deo est longè gratissima, & est omni laude apud eum dignissima. Si quidem patientia opus perfectum habet. Secundò, propter auri claritatem. Sicut enim aurum rubigine obfuscatur vile habetur, in ignem autem proiectum & inde eductum fulget, & preciosum censetur, ita bonorum constantia inter pressuras iniquorum contemptibilis reputatur, sed adueniente hora iudicij præclarissima ostenditur, iudice ipso testante, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Tertio, propter auri expurgationem ac probationem. Quia quod facit lima gladio, baculus blado, ignis auro: hoc confert tribulatio homini iusto. Idcirco in Prouer. scriptum est, Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat dominus. Etenim quos in tribulationis igne fideles probauerit, hos in beate remunerationis iucunditate, tanquam placentissimam sibi oblationem, assumit,

¶ Prosequutio huius capitis ab eo loco. [Quem cum non videritis, diligitis.]

Artic. II.



Onsequenter prosequitur gloriosissimus Christianæ religionis vexillifer, sanctissimus Petrus, charissimata gratiæ, fidelibus in præsentia collata, dona quoque glorię eius in futuro præstantia. [Quem] scilicet Iesum Christum [Cum non videritis] ioculo corporali in hoc sæculo conuersantem. Vel si aliqui horum, quibus hæc scripsit, Christum corporaliter conspexerunt: non tamen ipsius deitatem clarè viderunt [Diligitis] amore infuso, qui charitas appellatur. Diligibilis est enim incomparabiliter (imò & infinitè) secundum quod Deus. Deinde potissimè, in quantum Saluator & maximus benefactor. Christus nanque secundum quod deus, sicut infinita est bonitatis, ita & infinita amabilitatis. Et sicut secundum suam assumptam humanitatè, est præ vniuersis creaturis præclarissimæ sanctitatis & perfectionis, sic in quantum huiusmodi est, post suam deitatem præ omnibus eximie diligibilitatis. Deinde summè amandus est nobis, propter sua beneficia ac promissa. Veruntamen nihil potest amari, nisi aliquo modo sit cognitum: cū intellectiui appetitus obiectum sit bonum intellectum, id est per vim intellectiuam apprehensum, & aliquo modo notum. Vnde & isti per fidem & scripturas nouerunt Christum, & beneficia ac promissa ipsius [In quem nunc quæ non videntes] eius humanitatem oculo corporali, nec eius deitatem clarè per speciem oculo interiori [creditis] fide formata, quæ per dilectionem operatur [Credentes autem] Vel (vt alij, vt viderit, melius habent) videntes exultabitis. Credentes quippe exultabunt, quia manendo in fide formata ad beatificam iucunditatem merebuntur pertingere. Quia iucunditate adueniente ac data, excidit fides ac desinet, cùm ei succedat visio clara. Videntes verò Christum, suam deitatem clarè per speciem contemplando, electi exultabunt [Letitia inenarrabili] id est tam ingenti, vt in vita hac comprehendi nequeat aut effari [Et glorificati] id est consummata, quæ desiderium electorum plenariè contentabit: iuxta illud Psalm. Adimplebis me letitia cum vultu tuo. Et, Satiabor, cum apparuerit gloria tua [Reportantes] id est adipiscentes, & pro laborum vestrarum mercede vobiscum ferentes [viam fidei vestræ] vt pote [salutem animarum vestrarum] .i. felicitatem æternam, quæ est catholicæ fidei finis. Quia idcirco incomprehensibilia de deo iam credimus, vt ea in patria clarè intueamur. Sicut etiam ait Aposto. Paulus, Videmus nunc per speculum, prout dicit Saluator, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum.

Gala. 5.

Psalm. 15.  
Psalm. 16

1. Cor. 13.  
Ioan. 17.

Denique deò essentialiter & incircumscribibiliter bonum clarè ac fruiuè videre, ineffabiliter est iucundum. Primò, propter ipsius pulchritudinè penitus infinitam. Nā quod aliquid pulchrius fuerit, eò ipsum videre naturaliter magis est iucundum, Secundo, propter ipsius cõuenientiam incomparabilem. Creator quip-

A

pe omni menti creaturæ bene dispositè incomparabiliter amœnus conueniensque consistit. Tertio, propter immensam ipsius amabilitatem, virtuositatem, honestatem, sanctitatem & perfectionem. Honestum nanque & sanctum propria vi allicit appetitum. Iustificatque cernentem. Imò ex sola fama vehementer diligimus, & videre optamus eos, quos sublimiter virtuosos, probos & sanctos esse percipimus. Incomparabiliter ergo desiderabilis ac delectabilis est, creatorem substantialiter sanctum, virtuosum, probum, honestum, perfectum, clarè inspicere. Quarto, propter ipsius dilectionem, qua à beatis amatur. Quò enim aliquid amatur ardentius, eò videtur iucundius, si prosperè ei succedat. Quomodo modum ergo beati inestimabili charitatis ardore diligunt deum in semetipso infinitè felicem: ita cum indicibili gaudio intuentur eundem, & eius beatitudinè vehementissimè congratulantur. Et sicut eum incomparabiliter amplius diligunt, quam seipso: ita de eius increata felicitate incomparabiliter plus, quàm de collata eis beatitudine gloriantur. Imò mallent seipso & totum vniuersum non esse, atque in nihilum redigi, quàm deum per vnum momentum beatitudine sua carere siue destitui. Quintò, propter ipsius sapientiam infinitam. Naturaliter siquidem cupiunt homines eos videre, qui mirabili sapientia præminent, quànò magis iucundissimum est illum conspiciere in seipso, cuius sapientiæ non est finis. Juxta hunc modum possent & aliæ plurimæ rationes induci, cur inenarrabiliter delitiosum sit, deum clarè per speciem intueri. Vt pote, propter omnimodam & immensam eius excellentiam, in omnipotètia, opulentia, omnique admirabilitate, dignitate, nobilitate, fama & gloria. Mundemus ergo animas nostras, & ad tantam beatitudinem eas insatigabiliter præparemus. Beati etenim mudo corde, quoniam ipsi deum viderunt [De qua] animarum vestrarum [salute exquisierunt atque scrutati sunt propheta]. Sancti enim prophetae ex diuina reuelatione nouerunt genus humanum per Christi incarnationem ac passionem esse saluandum, idcirco diligentissimè exquisierunt, & inuestigauerunt de ista salute & redemptione tunc fienda, nunc facta per Christum, quo loco & tempore, quomodo & ordinè Christus liberaret genus humanum, & animabus fidelium conferret salutem.

B

Exquisierunt autem & inuestigauerunt de his multipliciter. Primò, rogando deum vt eis reuelaret aliquid de Christi mysteriis. Secundo, quæsierunt illuminationem de his ab angelis sanctis. Tertio, postiores prophetae, vel minus illuminati, quæsierunt de his in libris præcedentium prophetarum, vel ab ore vatum magis illuminatorum. Hinc etenim Daniel ait, In anno primo Darij, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo dei ad Hieremiam prophetam, &c. Vnde & Simeon iustus, qui & prophetiæ spiritu splenduit, respõsum à spiritu sancto legitur accepisse: quia videlicet quotidie exorauit de Christi aduètu & tempore eius, certificari. Idcirco responsum est ei, quòd ipò adhuc viuente Christus nasceretur, atque ab ipso corporaliter videretur. Sic igitur sancti prophetae de Christi mysteriis, & salute facta per ipsum exquisierunt ac prophetauerunt, prout diuersis diuersa à deo per angelos reuelata fuerunt. Esaias nanque de Christi incarnatione, deitate, & sui matris virginitate: de Christi quoque miraculis, & passione ipsius, de Iudæorum execratione, gentium illuminatione, Evangelicæ legis per totum mundum diffusionè apertissimè ac copiosissimè prophetauit. Dauid quoque de his omnibus in psalmis inclitè vaticinatus probatur. De quibus & Hieremias multa prædixit. Daniel verò tempus aduentus Christi præ omnibus clarè determinauit ac comparauit. Micheas verò, de loco natiuitatis Christi plenius est locutus pluribus [Quia de futuris in vobis gratia prophetauerunt] .i. de magnitudine gratiæ per Christum concessæ fidelibus. Vnde apud Ioannem habetur, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Propter quod tempus Christi ac Evangelicæ legis, tempus gratiæ appellatur. Hinc ait idem iste archiapostolus, Omnes prophetae à Samuel & deinceps, annunciauerunt dies istos. Et sicut idem sanctus Petrus allegat, Ioël propheta de eminentia gratiæ spiritus sancti per Christum donata, prophetauit [scrutantes] non ratione humana, sed illuminatione diuina [In quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi] id est quo aut quali tempore spiritus sanctus reuelaret eis aduentum Christi esse cõplendū: an scilicet tẽpus illud adhuc longè distaret, & an deberet illud tẽpus esse tẽp' pacis, an preliorum. Dicitur autem spiritus sanctus, spiritus Christi, non solum quia quiescit in eo, sed quoniam verè æternaliterque ab ipso procedit. Quiddam tamen per spiritum Christi intelligunt hic spiritum angelicū, seu angelū bonū. Per angelos enim reuelationes propheticæ factæ sunt, vt diuinus Dionysius docet. Melius tamen per spiritum Christi spiritus sanctus accipitur, qui est principalis & primus reuelationum prophetarum inspirator, doctor & dator.

C

D

Porrò de isto tempore Christi multa in prophetis leguntur, vt per Aggeum loquitur Deus, Adhuc vnum modicum, & ego mouebo cælum & terram, & veniet desideratus cunctis gentibus. Per Malachiã quoque, Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum dominator, quem vultis. Abacuc quoque ait, Apparebit in finem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta eum, &c. Daniel autem clarissimè describit, Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, &c. Quod verò tempore maximæ pacis Christus nasceretur, per Esaiam & Micheam iisdem pene verbis est prophetatum, Conflabunt (inquit) gladios suos in vomeres. Non leuabit gens contra gentem gladium. Vnde & in Hiere. habetur. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter. Quòd verò deficiente Iudæis rege, ac principe propriæ plebis, Christus veniet, Iacob patriarcha in Gen. prædixit. Non auferetur, inquit, sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Et ipse erit expectatio gentium. [Prænuncians eas quæ in Christo sunt passiones] id est spiritus sanctus fuit prophetis prædicens, quæ & quanta pro hominibus pertulit Christus. Cuius passiones seu pœnæ, quas tolerauit, in Esaiã atque in psalmis luce clarius descriptæ sunt. prænunciavit etiam spiritus sanctus passiones, quæ sunt in Christo, id est persecutiones & pœnas quas Christus in suis sustinet membris, hoc est, quas pro ipso sustinent sui fideles [et posteriores glorias] id est spi-

Psalm. 144.

Matth. 5.

Daniel. 9.

Luca. 2.

Esaiã. 7. 9.  
. 11. 35. 28.

Psalm. 18.

21. 45.

Daniel. 9.

Hiere. 25.

31.

Miche. 3.

Ioan. 1.

Actu. 3.

Actu. 2.

Ioël. 2.

Dionysii.

Agg. 2.

Malac. 3.

Esaiã. 52.

Psalm. 22.

ritus sanctus etiam fuit prædicans glorificationes Christi, & suorum membrorum, quæ gloriæ passionem Christi secuta sunt. Nam Christus suæ passionis virtute promeruit sibi ipsi præmium magnum & multiplex accidentale, suis quoque fidelibus meruit glorificationem animarum & corporum. Propter quod ait Apostolus, Humiliauit se, factus obediens usque ad mortem. Propter quod & deus exaltavit illum & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Denique posteriores gloriæ Christi, sunt eius ad mortem resurrectio, in cælum ascensio, suæ maiestatis per totum mundum prædicatio, quæ in Pentecoste fieri cepit, misso desuper spiritu sancto, eius quoque in die finalis iudicii coram omnibus gloriosissima manifestatio. De quibus omnibus prophetauerunt quàm plurima, sancti propheta, vt faciliè esset monstrare. Sed breuitati studendum est. Præsertim cum de his alibi copiosa testimonia sint inducta [Quibus] putata prophetis [Reuelatum est] ab omnipotente [Quia] non sibi ipsi [Vobis autem] id est sed vobis [Ministrabant] id est ministerialiter atque propheticæ prædicebant [Ea que nunc annuntiata sunt nobis] videlicet mysteria Christi, Hoc est, tempus, locum & modum suæ incarnationis, natiuitatis, passionis, &c. Hæc enim non sunt eorum, sed vestris temporibus adimpleta. Nec pro sua, sed pro vestra ad Christum cõuersione, hæc eis diuinitus sunt ostensa. Gratia quoque prophetiæ, cum sit donum gratæ gratis data, ad aliorum ordinatam utilitatem, sicut & cætera huiusmodi dona. Per hoc enim quod ea quæ de Christo prædicauerunt apostoli, prænunderunt prophetæ, patet veritas fidei Christianæ. & multi ad Christum cõuerterunt. Hinc in Actis dixit Beatus Petrus Iudæis, quibus principaliter prædicauit, penitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum, & accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim repromissio hæc, & filij vestris, & omnibus quoscumque aduocauerit dominus deus noster. Et rursus, Vos (inquit) estis filij prophetarum & testamenti, quod disposuit ad patres vestros deus. Itaque ista annũciata sunt vobis annũnciatione certissima [Per eos qui euangelizauerunt vobis] videlicet per me, cæterosque apostolos, ac primo Christi discipulos [ Spiritu sancto misso de celo ] . i. eis in die pentecostes infuso in visibili signo, ita quod non sensu humano, sed spiritus sancti in finctu infallibiliter prædicauerunt [In quem] scilicet spiritum sanctum [ Desiderant angeli prospicere ] per quod spūs sancti deitas vera insinuat, quia in eum tãquam in in felicitatis suæ obiectum, cupiunt angeli intueri. Sed cum desiderium sit appetitus boni futuri nondum adepti, quomodo angeli qui deo sedulo sunt intenti, & eo presentialissimè perfruuntur ac vniuntur, dicuntur spiritus sancti aspectum desiderare? Et respondendum, quod in desiderio solent duo intelligi. Primum est, appetitio boni futuri. Secundum est, fastidium huiusmodi boni iam diu possessi, vel vsq; ad saturitatem obtenti. Dicuntur ergo beati dei presentiam, aspectum inaccessibilem desiderare, non in quatuor desiderium futuri boni appetitum includit, sed prout fastidium omne excludit amor adepti iã boni. Vt enim ait Gregorius, Corporales delitiæ cum non habentur, graue in se desiderium accendunt: cum autè habentur, protinus per satietatem in fastidium vertunt. Spirituales verò delitiæ cum non habentur, in fastidium sunt: cum verò habentur, in desiderium. Sicque in eis appetitus saturitatem, atque saturitas appetitum parit. Augent namque spirituales delitiæ desiderium in mente dum satiant, porro, quod dicitur, in quem desiderant angeli prospicere, Beda & glossa exponunt de Christo secundum suam humanitatem, cuius humanitatis tanta est gloria, vt angeli sancti non solum immortalæ deitatis essentiam, sed & assumptam verbis æterni humanitatem gaudeant intueri. Melius tamen istud de spiritu sancto exponitur: ita, vt sumus Apostolus de spiritu sancto dicens, In quem desiderant angeli prospicere, denotet immensitatem pietatis diuinæ super nos, eò quod deus pater spiritum sanctum, cuius tanta est maiestas vt eum sancti angeli cupiant intueri, misit in terram propter generis humani salutem.

¶ Circa præhabita scribit Albertus, Omnes prophetæ de Christo sunt vaticinati. Christus autem consideratur dupliciter. Primo, secundum se vt est caput totius ecclesiæ. Secundo, quantum ad eius ecclesiã, quæ dicitur mysticum corpus ipsius. Vaticinium ergo maiorum prophetarum totum fuit de christo, vt caput est nostrum. Nam vaticinium Esaiæ fuit de eius incarnatione: vaticinium Hieremiæ, de eius passione: vaticinium Ezechielis, de eius resurrectione: vaticinium Danielis, de ipsius ascensione. prophetæ verò minores vaticinati sunt de corpore eius mystico, quod est ecclesia. Ideo dicti sunt prophetæ ministri, quia de mystico corpore Christi, & non de christo capite prophetauerunt. Sed miror quod tantus doctor, tam que subtilis repostor dicit hæc, quæ stare non valent, nisi forsitan valde piè extenuentur. In primis ergo ait, quod totum vaticiniũ maiorum prophetarum fuit de christo, vt est caput nostrũ, duplicem habet instantiam. priorem, quia de Iudæorum, chaldeorum, philistæorum, Moabitarum Ammonitarum, Aegyptiorum, aliarumque gentium diuersarum excessibus, punitionibus, reparationibus multa prædixerunt prophetæ. posteriorè, quia de mystico christi corpore, vt pote ecclesia, copiosè prophetauerunt. Vnde secundum Hieronymum vnuerſa Christi atque ecclesiæ mysteria, tam diffusè Esaias descripsit, vt non tam propheta, quàm euangelista dicendus sit. Apostolus quoque paulus in epistola ad Romanos multa allegat ex Esaiã de ecclesia ex gentilitate collecta. Insuper ad Galat. allegat ex Esaiã de ipsa ecclesia, Latere sterilis, quæ non parit: erumpet & clama, quæ non parturit. Quæ verba apud Esaiam secundum antiquam translationem habentur. Præterea vltimam visionem Ezechielis de templo difficillimam atque longissimam Hieron. Gregor. alij que doctores communiter exponunt de christi ecclesia. Quod autem secundò ait Albertus, vaticinium Esaiæ esse de incarnatione, Hieremiæ de eius passione, Ezechielis de eius resurrectione, Danielis de eius ascensione, nec præcisè nec appropriatè videtur posse saluari, quoniam Esaias multò diffusius vaticinatus est de christi passione quàm Hieremiã, vt patet in locis multis Esaiæ. Et quod Albertus ex Ezechiele allegat de christi resurrectione, videlicet de accessione ossium ad ossa, de christi resurrectione, nequaquam ad literam dictũ est, nec verificatur de ea: quoniam corpus christi non fuit dissolutum, nec caro eius vidit corruptionem, vt in Actibus docet ac probat princeps Apostolorum. Multa huiusmodi possent cõtra hæc verba Alberti induci.

Philip. 2.

Actu. 2.

Actu. 3.

Actu. 2.

Gregor.

Ephes. 5.

Carpit hic Albertum mag.

Hierony. Roma. 9. 10. 11. 12. Esaiæ. 54.

Esaiæ. 53. Ezech. 37.

Actu. 2.

E

F

G

H

A ¶ Quod demum tertio ait, minores prophetas non prophetasse de corpore Christi vero, seu capite Christi Matth. 2. si, sed solum de corpore mystico, prorsus nil valet, nec canonicis concordat scripturis, cum & Matthæ Mich. 5. us euangelista alleget ad literam illud Micheæ, Et tu Bethleem terra Iudæ, &c. Eodem quoque capitulo Osee 11. allegat sanctus Matthæus illud Osee, Ex Aegypto vocaui filium meum. ¶ Amplius per Zachariam Zecha. 9. de Christo ad literam, apertissimè est prædictum, Exulta satis filia Sion, ecce rex tuus venit tibi, &c. Matth. 21. quod in Matthæo & Ioanne allegatur de Christo. ¶ Iterum de Christi resurrectione prædictum est per Ioan. 12. Sophoniam & Oseam. Paulus quoque apostolus ad Romanos de ecclesia inducit illud Osee, Et erit in Soph. 3. loco vbi dicitur eis, non populus meus vos: dicitur eis, filij dei viuentis. Et rursus illud Osee, Vocabo Osee 6. non plebem meam, plebem meam. Adhuc etiam de Christi aduentu, & representatione eius in templo, Roma. 9. apud Aggeum & Malachiam euidenter legitur prophetatum. ¶ Postremò, cur duodecim prophetæ dicantur minores prophetæ, dictum est alio loco. Nec enim illa est ratio, quam assignat Albertus. Imò si Malach. 3. ritè pensetur, Zacharias de prophetis minoribus vnus, diffusius ac euidentius ad literam vaticinatur de Christo, quàm Ezechiel prophetarum vnus maiorum. ¶ Consequenter princeps apostoli, hortatur fideles, ne gratiam sibi diuinitus oblatam paruipendat aut negligat, sed ea se dignos exhibeat [Propter quod] id est quia prophetae non sibi, sed vobis annũciauerunt de Christo [Succincti lumbos mentis vestre] lumbi carnis, in quibus viget luxuria, partes sunt corporis. Lumbi mentis sunt intellectus, qui generat verbum: & voluntas, quæ parit amorem. Lumbos ergo mentis accingere, est intellectum ad vanarum cogitationum fluxum, ad distractionibus erroribusque reprimere, & eum in captiuatatem redigere in Christi obsequium, vt subiectus sit fidei. Voluntatem quoque ab inordinatis desideriis coartare. Lumbos autem carnis accingere, est carnalia desideria, & eorum carnales foeditates domare. Hinc ait & Christus, Sint lumbi vestri præcincti. Et Paulus ad Ephes. State, inquit, succincti lumbos vestros in veritate. Itaque succincti lumbos mentis vestre, id est rationem & voluntatem reformatas habentes, quatenus iuxta Pauli doctrinam non simus paruuli, fluctuantes, nec circūueniamur omni vento doctrinæ [sobrii] moderantiam in cibo & potu seruantes. Quæ admodum iubet Saluator, Attendite vobis, ne grauentur corda vestra crapula, vel ebrietate. [Et perfecti] non solum amicos in deo, sed & inimicos propter deum sincere diligendo, eisque bona pro malis reddendo: prout in Matthæo loquitur Christus, Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis per factus est. Vel perfecti non solum præcepta, sed euangelica quoque consilia adimplendo: iuxta quod & veritas ait, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Multi autem sunt gradus perfectionis. [Sperate in eam que offertur vobis gratiam] id est dona gratiæ, quæ Christus in vita hæc offert vobis, omnes ad penitentiam & profectum hortando. Dona quoque gloriæ, quæ est gratia consummata, iuxta illud apof. Pauli, Gratia dei vita æterna. Constanter confidite adipisci, eaque obtinere satagite. Vnde & Paulus differuit, Hortamur vos, ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Et rursus, Quomodo estugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Porro spes cum sit theologica virtus directè & immediatè habet deum pro obiecto, secundario verò respicit ea per quæ ad summum bonum perducimur & iuauur. Sperate ergo in gratiam, & eam adipisci confidite [In reuelatione Iesu Christi] id est in manifestata ipsius declaratione, cum se vobis ostenderit intuentum sicuti est. In qua ostensione gratia cõsummata, seu salus vestra, consistit. Vnde apud Ioannem Christus hanc sui manifestationem promittit pro præmio, dicens, Qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Denique, quia plenaria salus in corpore, & anima in die iudicii tribuetur, potest quod dictum est, in reuelatione Iesu Christi, ferri ad natiuitatem, item manifestam apparitionem Christi in die iudicii: quando illud Esaiæ implebitur, Replebitur gloria domini, & videbit omnis caro salutare dei nostri [Quasi filij obedientiæ] id est deo & vestris prælatis humiliter subditi. Obedientia quippe omnem Christi fidelem maximè decet, cum ipsemet Christus testatur, Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Itémque, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Imò factus est obediens patri vsque ad mortem. Idcirco inobedienciæ filij non Christi, sed diaboli sunt ministri. Porro hæc dictio, quasi, notat hinc veritatem, non similitudinem tantum [Non configurati prioribus ignorantia vestre desiderijs] id est non rursus conformantes vobis ipsos vitiosis atque carnalibus affectibus, in quibus tempore vestræ infidelitatis fuistis. Omnes autem inordinati & prauè affectus dici possunt desideria ignorantia, quia ex ignorantia quadam nascuntur: eo modo, quo iuxta philosophum, omnis peccans est ignorans, quoniam male iudicat saltem in particulari, quamuis in generali veritatem agnoscat. Cum enim, diuino Dionysio protelate, nullus respiciens ad malum operetur, quia videlicet malum sub ratione mali non appetitur, cum bonum sit appetitus obiectum, constat quod omnis qui peccat, malum sub ratione boni apparentis apprehendat siue admittat: sicque ignorans & cæcus est, atque ex rationis ignorantia, inaduertentia, defectu aut errore contingit quod peccat, quod affectionem suam non rectificat, quod inordinationem & carnalitatem non reprimat. Idcirco in Prouerb. dicitur, Via stulti recta in oculis eius. Et denuò Salomò loquitur, Stultis illudie peccatum. Et iterũ dictum est, Qui peccat in seipso, piens est, & indoctus [sed secundum eum qui vocauit vos sanctum, & ipsi sancti in omni conuersatione suis] id est quem admodum deus, qui per gratiam suam ad Euangelicæ legis veritatem perduxit vos, in seipso purus & virtuosus consistit, atque in omni operatione sua rectè & sapienter se habet: ita & vos pro modo dulo vestro, mundi & virtuoli sitis in tota vita vestra [scriptum est enim] in Leuitico [sancti eritis quoniam ego sanctus sum] Sic nanque in Leuitico loquitur deus, Nolite contaminare animas vestras. Ego enim sum dominus deus vester. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Denique aliqua in scripturis traduntur non per modum præcepti, & tamen præcepta sunt, vt eũ deus ait per Moſen, Non adorabis deos alienos, nec feruies eis, Et tale est istud quod dicitur hic, Sancti eritis, loquendo de sanctitate secundũ aliquem gradũ. Sanctum quippe in vna significatione, est idè quod firmum, & vnusquisque fidelis tenetur

2. Cor. 10.

1. Cor. 13.

Ioan. 14.

Esa. 40.

Ioan. 5. Ioan. 14. Philip. 2.

Prouer. 12.

Prouer. 14.

Leuit. 12.

Exod. 20.

Eccle. 5. 1. Cor. 15.

Plal. 85.

Leuit. 19.

Luc. 7. Gene. 1. Malac. 1.

Ephe. 5. Matth. 5.

Esaia. 64. Esaia. 14. Iacobi. 3.

Hiere. 10. Iob. 15. Iob. 9. Psalm. 142

Mich. 6. Eccle. 17.

Prouer. 4.

esse in fide, spe & charitate tam firmus, vt proponat pro nulla re mundi se à deo mortale peccatū auertere, aut contra fidem, spem charitatēve agere. Idcirco in Eccle. præcipitur, Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. Paulus quoque Corinth. scribens, Stabiles, inquit, estote & immobiles abundantes in opere domini semper. Rursus, sanctum est idem quod purum, & vnusquisque tenetur ab omni mortali peccato esse immunis. Sicque orauit propheta, Custodi animā meam, quoniam sanctus sum, Propriè autē & cōmuni modo loquendi, sanctus vocatur, qui in charitate & omni virtute perfectus est, vt pote, vir heroicus & diuinus, ad plenā passionem reformationem prouectus; & ita non tenetur quilibet esse sanctus. Præcipit ergo piissimus deus, vt sicut ipse est sanctus, sic serui sui sint sancti. Nam sancti sapientēque domini seruos volūt habere honestos, probos, prudentes, prout eorū excellentiā decet. Denique ad hoc filius dei venit in mundū, vt sine timore de manu inimicorū nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris, vt apud Lucam asseritur. Iterū, quia ad imaginem & similitudinem suam nos cōdidit deus, requirit vt ei virtutibus asimilemur, præsertim cū ipse velit à nobis pater vocari: pater autē vult, vt filij sui suas sequantur virtutes. Et hæc est ingens ac præclarissima dignitas creaturæ, suo creatori sic conformari. Propter quod vā eis, qui per viā suam carnalem bestiis conformantur. Et grauius vā eis, qui per malitiam, crudelitātē, nequitiam ac impiam conuersationem asimulantur dæmonibus. Deo igitur in pietate, charitate, iustitia & sanctitate pro viribus asimilari cōnemur. Sicut & Paulus hortatur, Imitatores dei estote, sicut filij charissimi. Vnde & Christus, Estote, ait, misericordes, sicut & pater vester misericors est. Itemque, Estote perfecti, sicut pater cælestis. Hinc & in Deut. locutus est Moses, Perfectus eris, & absque macula cum domino deo tuo. Præterea quæri potest quomodo intelligenda sint, aut fieri possint ista, cū apud Esaia dicitur, Facti sumus vt immūdi omnes nos, quasi pānus menstruata vniuersa iustitia nostræ. Primūque ille apostata cecidit, quia dixit, Similis ero altissimo. Et respondendum, quod cōparatione diuine iustitiæ dicitur nostrā iustitiā similes panno menstruata. Quia in multis offendimus omnes, & multæ defectuositates ac culpæ nostris bonis actibus admiscetur. Imò respectu puritatis & perfectionis ac sapientiæ creatoris æterni, omnis puritas, perfectio, sapientia nostra nullius momenti est, & tanquā immunditia, imperfectio, & insipientia reputatur: quæ admodum in Hiere. legitur, Stultus factus est omnis homo à sciētia sua. Vnde & in lib. Iob fertur, Quid est homo vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in cōspectu eius. Et rursus sanctus Iob protestatur, Nō iustificatur homo compositus deo. Ideo orat propheta, Nō intres in iudicium cū seruo tuo domine, quia nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. Postremò sanctitas nostra differt ac deficit à sanctitate dei in multis, & infinite, cū deus sit essentialiter, independentē, inuariabiliter, incircumscriptibiliter sanctus. Vt autem iuxta intentionem scripturæ sancti sumus in omni cōuersatione, non solū requiritur, vt mortalia declinemus peccata, sed venialia etiā cum diligentia vitare oportet, & semper coram deo timoratum ac custoditum cōsistere. Cū in Eccle. scriptum sit, Si non in timore domini tenueris te instante, citò subuertetur domus tua. Et in Prouerb. Omni custodia custodi cor tuum.

Elucidatio residuę partis huius cap. ab eo loco quo dicitur, [Et si patrem inuocatis eum.] Artic. III.

Prouer. 14.

Iob. 14. Hiere. 32.



Vniam, Salomone testante, timor dei est fons vite, cōsequenter hortatur gloriosissimus apostolici chori hierarcha, sanctissimus Petrus, vt deum filialiter timeamus. [Et si] pro quia [patrem inuocatis]. i. orando patrem nominatis [Eum, qui sine personarum acceptione iudicat secundum vniuscuiusque opus]. i. quemlibet iudicat secundum opera sua, intelligendo per opera etiā actus interiores & locutiones, debitūque actuum omissiones. Vnde apud Iob inducitur, Absit à deo impietas, & ab omnipotēte iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorū restituet. Et Hiere. ait, Domine deus fortissime, cuius oculi aperti sunt super omnes filios Adam, vt reddas vnicuique secundū vias suas. Qualiter autem personarū acceptio nō competat deo, & quid sit personarum acceptio, & de peccato ipsius, dictum est supra in expositione secūdi capitis epistolæ Iacobi [In timore in colatus vestri tempore conuersamini]. i. tempore quo in hoc seculo subsistitis, viuite in timore filialis, ne tanto patre sitis indigni, & ne in sui iudicij incidatis rigorem propter vestram ignauiā ac periculosam securitatem, ne iudicē districte aliquādō sentiat, quæ nunc pium patrē cōtemnit, & timere ac honorare recusatis. Qui enim sine timore est, iustificari nō potest. Et Christus in Euangelio iubet, Eum time, qui habet potestatem & corpus & animam perdere in gehēnam. Sed in istare quis potest, quia non videtur adaptatio ista petri apostoli cōuenire adaptationi qua apud Malachiam loquitur deus, Filius honorat patrem, & seruus timet dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? Ex quibus verbis elicitur: quod deo debetur timor, in quantum est dominus; & honor, in quantum est pater. Quomodo ergo ait nunc Apōsto. Si patrem inuocatis deum, in timore cōuersamini? Videtur enim debuisse dixisse, si dominum inuocatis, &c. Et respondendum, quod deo debetur timor castus, sanctus & filialis, in quantum est pater, quia hic timor ex magnitudine oritur charitatis: Timor verò seruilis aut initialis impēditur deo, vt domino. Est autem timor filialis, quo vitatur malum culpæ, ne deus pater offendatur aut inhonoretur. Sicque timor filialis realiter est fuga, seu abominatio culpæ. De quo in Ecclesiast. multa scribuntur, videlicet, Timor domini super omnia se superposuit. Beatus, cui datū est habere timorem dei. Timor domini sicut paradus benedictionis. Est autē timor dei omni Christiano præcipue necessarius, quia præseruat à vitis, custodit in bonis, & sollicitū facit timētē, ne cadat in laqueum inimici. Item semper coram deo solliciti esse de-

benus ac pauidi, quia nescimus an digni simus amore vel odio. Hoc est, an simus in charitate & gratia, an nō. Et rursus, quoniam ignoramus quid finaliter erit nobis, an scilicet sempiterna damnatio, an salus perpetua. Et quia ad omne malum firmus tam proni, atque in laqueorum medio ambulamus. Præterea ad conuersandum tam timorātē ac virtuosē nos debet inducere, quod vnigenitus dei verus deus tanta pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit: ideo subditur, [scientes] per fidem, non per naturalem rationem. De qua scientia dixit Iob, Scio quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Martha quoque, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die [Quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis] id est originalis infectionis, seu vitiosæ informationis: quia parentes istorum quibus hæc scripta sunt, filios suos pessimē docuerūt, vt scilicet idola colerent, quantum ad eos qui ex gentibus nati erant. Sacerdotes quoque & scribæ Iudeorum tradiderunt filiis suis ac subditis quedam diuinæ legi contraria: quibus in Euangelio loquitur Christus, Irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram [Sed preciosi sanguine, quasi agni incontaminati & immaculati, Iesu Christi] id est passione & morte filij dei, qui est quasi agnus, quoniam innocentissimo agno, asimilatur: de quo ait Ioannes Baptista, Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Qui & per Hieremiam contestatur, Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. [Estque quasi agnus incontaminatus & immaculatus, propter immunitatem suam ab omni peccato, tam originali quàm personali, iam mortali quàm veniali. Christus quippe quamuis pro originalis peccati deletionem specialiter passus dicatur, sua tamen passione sanctissima, pro cunctis totius humani generis peccatis, quantum in ipso est, satisfecit: iuxta illud Esaia, Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrū. Propter quod angelus dixit ad Ioseph, Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Christi, inquam, [præcogniti quidem ante constitutionem mundi] id est ab æterno ad hoc præordinati ac præuisi à deo patre, secundum naturam assumptam, vt per eum redimeretur genus humanum. Deus nanque ab æterno decreuit per Christi passionem redimere mundum [Manifestati autem in nouissimis temporibus propter vos] id est propter vestram salutem: Christus in vltima mundi ætate per incarnationis mysterium apparuit in hoc mundo: iuxta illud Baruch, Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Hoc est quod ait Ioannes, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hinc ad Ephesios loquitur Paulus, dicendo, Deus elegit in Christo, ante mundi constitutionem, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius. De his demum diebus nouissimis loquitur paulus, Nos sumus in quos fines seculorum deuenerūt [Qui per ipsum fideles estis in deo] id est in virtute & merito passionis Christi, gratiā cōuersionis ac fidei cōsecuti estis à deo, & hucusque fideles manistis in eo. Meritum etenim Christi in sacramento baptismi ac poenitentia applicatur hominibus, & quicquid virtutis & gratiæ eis cōfertur à domino, per Christum & eius passionem ac meritū ipsis donatur, in quantum per Christi mysteria deus proposuit sibi recōciliare atque saluare genus humanū. propter quod ad Ephesios habetur, Deus prædestinavit nos in adoptione filiorum per Iesum Christum in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Vel, per ipsum fideles estis in deo, quoniam Christus suos misit discipulos ad aliorum cōuersionem vbique, & per apostolos dedit hominibus legē salutis: quæ admodum apud Esaia ait, Lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet. Idcirco ait apōst. paulus, In Christo, qui eratis longē, facti estis prop[er] [Qui suscitauit eum a mortuis tercia die] quæ suscitatio toti superbenedictæ trinitati, cuius opera ad extra sunt indiuisa, ascripta. potest tamen patri appropriari, quia diuina virtute effecta est. Virtus autē seu potentia patri appropriatur: imò Christus secundum quod deus est, suscitauit seipsum, vt homo est. propter quod dixit, Soluite tēplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud [Et dedit ei gloriam sempiternam]. i. perpetuam corporis glorificationem accidentalēque præmium, & iudiciariam potestātē, in resurrectione & ascensione. Nā in beatifica dei visione, anima Christi fuit ab exordio suæ creationis & vnionis cū verbo perfecta. Hinc Christus passione sua instante, orauit illud Ioan. pater venit hora, clarifica filium tuum. Et ad Heb. habetur, Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. In Esaia quoque legitur pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur [vt fides vestra et spes esset in domino]. i. si meriter crederetis in deum & speraretis in eo. Ex hoc enim quod deus Christū ita glorificauit per resurrectionem, ascensionem, & sancti spiritus missionem, inducti sunt homines ad Christianam fidem ac spei susceptionem, credentes & sperantes se tandem merito Christi resuscitandos, & plenē glorificandos. [Animas vestras castificantes]. i. caelesti sponso castas & puras exhibentes [in obedientia charitatis] id est obediendo diuini præceptis ex charitate, sine qua nulla est actio meritoria, deo que grata. Omnis siquidem actus meritorius est à charitate elicituus, vt actus qui immediatē & directē procedunt ex charitate: aut imperatiuē, vt actus aliarum virtutum, quibus præcipit charitas [In fraternitatis amore] id est etiam in proximorum spiritali dilectione, sine qua nemo potest saluari: ideo subditur, [simpliciter ex corde] omni duplicitate & fictione excludat [Inuicem diligite attentius] id est valde attentē, cū dicit Saluator, In hoc cognoscunt omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Atque vt asserit Paulus, Qui diligit proximum, legem impleuit. porro de cordis simplicitate & duplicitate dicta sunt multa super canoniam Iacobi. Quoniam autem anima rationalis, aut est sponda dei per fidem & charitatem, aut certē adultera diaboli per infidelitātē, seu quæcunque culpam mortalem. Ideo animas nostras castificare debemus modo prædicto, & omni virtute ornare, sanctis actibus decorare, incessabiliterque fructuosē, timorate ac seruidē cōuersari: præsertim quoniā tanti æstimauit nos dominus deus noster, quod propter nostram recuperandam salutem, nostrā in vnitare personæ assumpsit naturā, & in ea pro nobis tot & tanta fecit ac passus est. Nūcne ex dignitate legati magnitudo causæ pensatur? Cū ergo vnigenitum suum miserit deus pater legatum ad pacificādum nos sibi, quis magnitudinem causæ, quā cum deo habemus;

Iob. 19. Ioan. 11.

Matth. 15. Ioan. 1.

Hiere. 11. Esaia. 53.

Mat. 11.

Baruch. 3. Ioan. 1.

Ephe. 1.

1. Cor. 10.

Ephes. 1.

Matth. 16.

Esa. 50. Ephes. 2.

Ioan. 1.

Ioan. 17. Heb. 2.

Esa. 53

Ioan. 13. Rom. 13.



excellentiāq; beatitudinis ad quā sumus creati, cōcipere valeat aut effari? Hinc & aliā causam, ob quā timorāte vivere debeamus, dignissimus apostolici chori vertex subiungit, [Renati non ex semine corruptibili]. i. deū timere, inuicemq; attentius amare debetis, qui renati estis seu spiritaliter generati per emundationem a culpa, & susceptionem gratiæ ac virtutum, non ex materiali impuroq; semine [sed in corruptibili]. i. virtute cælesti in sacramento baptismatis operāte, seu gratia spiritali & gratum faciente, quæ confert homini esse spiritale, supernaturale, deiforme, idoneum ad promerendū [Per verbum dei viui & permanentis in æternū]. i. per Christū: de quo Ioannes ait, Omnia per ipsum facta sunt. Nā Christus est qui principaliter, interiusq; baptizat, purgat, regenerat. Ipse quoque baptismum instituit, & omnibus dari præcepit, & ipse est verbū increatum, æternū, vnigenitum dei viui & permanentis in æternū, videlicet patris æterni: quæadmodū Petrus differuit, Tu es Christus filius dei viui. Vel per verbū dei viui, intelligit formam verborū sacramentalium, operantiū in baptismo, per quæ dispositiue & suo modo, casualiter fit regeneratio spiritalis. Quoniā accedente verbo ad elementum, fit sacramentum. Vnde Paulus testatur, Quod Christus dilexit ecclesiam, mundās eam laacro aquæ, in verbo vitæ. De hac regeneratione dicta sunt plura super illud Iacobi, Voluntariè genuit nos verbo veritatis. Vnde Ioannes ait, Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex volūtate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt [Quia omnis caro fœnum]. tanquam dicat, Regeneratio spiritalis ex carnali & corruptibili semine esse nequit. Quoniam caro, carnalēve semen, fœno assimilatur, idcirco ad spiritale & supernaturale esse non potest perducere, nec talis generatio semē existeret. Vnde ait Saluator, Quod natum est ex carne, carō est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. [Et omnis gloria eius]. i. viror, vigor, voluptāsque carnis [Quasi flos fœni] citō pertrāit & deficit sicut flos graminis [Exaruit fœnum]. i. gramē postquam viruerit & excreuerit, mox arefcit, [Et flos eius decidit] sic caro in pueritia habet virorem, in adoleſcentia decorem, in iuuentute robur & florem, in senectute deficcationem, in morte corruptionem [Verbum autem domini manet in æternū] Quod primò verum est de verbo increato patris æterni. De quo scriptum est, In principio erat verbum. De quo Damascenus intelligit illud in Psalmo, In æternum domine verbum tuum permanet in celo. Secundo, verificatur de verbo creato, i. diuinę virtutis præcepto, effectu, seu lege qua cuncta subsistunt. De quo verbo cantatur, Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Et rursus, Præceptum posuit, & nō præteribit. Tertio, de verbo sacre scripturæ, quod dicitur nō transire, sed in æternū manere. Nā inuolabilis atque perpetua est veritas scripturarum, quamuis verba vocalia sonando tranſeant ac desinant esse, vtpote de numero successiuorum, quibus idē est esse, & fieri. Ideo loquitur Christus, Cæli & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Quarto, de verbo sacramentali, quod manet in suo effectu. Nā character qui in baptismo imprimitur, indelebilis perhibetur. Et gratia quæ ibi infunditur, ex se nō habet vt corrumpatur, quamuis per accidens desinat esse in transgressore. Quæ etiam gratia arra vitæ æternæ vocatur. Denique locus hic ex Esaiā assumptus est, vbi habetur, Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius, quasi flos agri, &c. [Hoc autem est verbum, quod euangelizatum est in vobis] id est inter vos prædicatum est per Christi apostolos, cæterosque discipulos. Qui Paulo testate, nō prædicauerunt seipsos, sed Iesum Christum, qui est verbum æternum, & eius doctrinam, præcepta ac sacramenta.

Expositio secundi cap. [Deponentes igitur omnem dolum.] Art. IIII.

1. Petri 1. **M** Am circa finē præcedentis cap. docuit princeps apostolorum, quā preciosis sint fideles per Christum redempti, quāque sublimiter regenerati, idcirco nūc plenius instruit eos, quā virtuosē debeant cōuersari, ne tantis beneficiis sint ingrati: quia cui plus datū est, plus requireretur ab eo. Itaq; ait, [Deponentes igitur] id est cum sitis taliter liberati atque renati, idcirco per contritionem seu anticipationē, remouentes à cordibus vestris [Omnem malitiam] id est ex cogitatione ac deliberatam prauitatem, seu omnē habitum vitiosum, cōsuetudinēque peruersam [Et omnem dolum] in verbis & factis. Siquidē virum sanguinū & dolosum abominabitur dominus. Dolus nanq; charitati & iustitiæ atque prudentiæ vix cōtrariatur. Ideo Salomon protestatur, Vir versutus odiosus est [Et simulationes] simulators enim & callidi prouocant iram dei, & [Turuiditas]. i. rancores seu tristitias de prosperitatibus proximorum [Et omnes detractiones] quæ sunt peccata mortifera. Quid autē sit detrahitio, & quot modis contingat, quæ etiam enorme peccatum sit, & quomodo à detrahente sit fugiendū, dictum est supra, circa illud Iaco. Nolite detrahare alterutrum fratres mei [sicut modo geniti infantes]. i. instar paruulorū infantium statim natorum, quantum ad innocentiam, non quantum ad nescientiam: ideo subditur, [Rationabiles]. i. discreti, & iudiciū rectæ rationis sequētes. ¶ Debemus enim infantibus assimilari, quantum ad bonas eorum proprietates, quæ sunt nulli nocere, non concupiscere, non irasci, citō placari, nō superbire. Propter quod ait Saluator, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnum cælorū. Nō autem debemus infantulis cōformari discretionem carendo, instabiliter nos habendo, poma, pira rebus preciosisimis præferendo. Propter quod loquitur Paulus, Nō sumus paruuli fluctuantes. Et denuò, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Et in Prouerb. habetur, Vtque quo paruuli diligitis infantiam? Est ergo bona & virtuosa infantia, quæ vocatur infantia Christianæ simpliciatas, quæ est innocentia atque sinceritas mentis. Ad quæ beatus Petrus hoc loco redire nos admonet, ne alicui simus nociui, imò cūctis pro posse proficiat. Est quoque vituperanda infantia, quæ est afinina simplicitas, & imperitia periculosa. Vnde apud Esaiā asseritur, Puer centū annorum morietur. Quid enim est puer centū annorum, nisi senex puerilis, inſipientis, & incōstantis? Talis morietur morte æternæ miseræ, sicut iam mortuus est morte culpæ. Itaque rationabiles

A [sine dolo] Maledictus enim dolosus, vt in Malachia scriptum est [Lac concupiscite] id est faciliora fidei documenta cum audiat à doctōribus & prelatiis vestris suscipere, vt paulatim proficiatis. Nam neophytis & nouiter baptizatis, incipientibus & imperfectis sunt primò faciliora fidei pabula exhibenda, quia difficiliorum myfteriorū nodum capaces sunt. Talibus quippe loquitur Paulus ad Heb. Indigetis, vt doceamini quæ sunt elementa exordij fermonis dei, & facti estis quibus lacte opus est, non solido cibo. Et alibi, Tanq; paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. Non enim poteratis accipere [Vt in eo crescatis in salutem]. i. per lactis huius spiritale edulium, pertingatis ad charismata meliora: ad vicioria salutem, ad contemplationem cælestiū, atque purissimum diuinitatis amorem, vt de eorum fitis catalogo, de quibus loquitur Paulus, Sapientiam loquimur inter perfectos. Et item, perfectorum est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus. Ideo vas electionis hortatur, A emulami charismata meliora. Cū enim in via dei non proficere sit deficere, debemus quotidie in gratia dei, virtutibūsq; proficere, bonis bona adicere. & omne tempus vitæ presentis fructuosē expendere: quæadmodum ad Ephesios docet Apost. Charitas vestra semper magis ac magis abundet in scientia, vt probetis potiora, & sitis sinceri & sine offensione [si tam gustatis quam dulcis est dominus]. i. tunc præfata documenta poteritis adimplere, si diuinæ bonitatis suauitatem interiori gustatis palato. ¶ Quæadmodum enim homo diu esse non potest sine dilectione, ita nec sine delectatione, quia delectationē naturaliter appetit. Ideo sicut qui spiritalis amoris expertes sunt, carnalibus affectibus detinentur: ita qui in deo nō delectantur, eius dulcedinē degustādo, carnales, viles & exteriorēs delectationes, delicias, cōsolationes requirunt. Nec potest carnalia vitia superare, spiritalibus inhærere, qui nihil diuinæ consolationis ac interioris dulcedinis experitur. ¶ Porro quā dulcis est deus, altqualiter in hac vita gustamus, ipsum per donum sapientiæ, & fidem formatā cognoscēdo seu cōtemplādo, eūmq; feruenter diligendo. In eo nāque quod magis diligimus, magis delectari solemus. Ideo ait Psal. Memor fui dei, & delectatus sum. Et rursus, Delectare in domino. Itemque, Gustate & videte quoniā suauis est dominus. ¶ Sed poteris quoniam interrogare, qualiter poterimus ad diuinæ suauitatis gustū interdum pertingere? Et respondendum, qd oportet successiuē proficere, coram deo sollicitē ambulare, carnalia oblectamēta despiciere, operibus insistere virtuosis, & deo ex charitate propto corde seruire, atque in omnibus dei honorē optare, & zelum habere iustitiæ: charitatis quoque & pietatis redūdare visceribus, sicque ad copiosissimum ac frequentissimum diuinæ suauitatis pertingemus saporē, & dei amici & ei familiaris efficiemur: ita, quod cum propheta ex sentētia proferemus, Quā magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Præterea quoniam vnuquisque in charitate existens, habet donū sapientiæ secundū aliquem gradum: potest quilibet talis aliquiter degustare, quā dulcis est deus in suis orationibus, meditationibus, affectionibūque ad eum, in bonis quoque operibus delectādo: iuxta illud, Seruite domino in lætitia. Deus etiā ex sua pietate immensa, frequēter gratis præuenit homines, etiā imperfectos & insipientes: infundēdo eis suæ bonitatis dulcem saporē, cōsolationem internam, iucundā alacritatis perfusionem: sicq; allicit eos sibi, & ad terrenis carnalibūsq; auerit. Quia gustato spiritu desipit omnis caro. Conemur ergo ad præfectum diuinæ dulcedinis saporē pertingere, vt carnalia cordaliter atque facilius cōtemnamus, & spiritalibus ac diuinis stabilius immoremur, imò pro gratia ista obtinēda deum precemur. Propter quod subditur, [Ad quem accedentes lapidem viuum]. i. dominum Iesum Christum, qui est viuus lapis, spiritaliter accedentes, credendo & desiderando gratiosam assilentiā, & eius illuminationem simpliciter postulando: iuxta illud in psal. Accedite ad eum & illuminamini. Et ad Heb. Ad eum cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur. Ad eum quippe vbique præsentem, nō passibus pedum, sed desideriis cordium, actibus virtutū, accedimus. ¶ Dicitur autem Christus lapis, ratione firmitatis & foundationis. Est etiā lapid viuus, quia secundū deitatem suā, est essentialiter viuens & vita: quemadmodū ait, Ego sum via, veritas & vita. Itemque, Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. ¶ Porro secundū naturam assumptam, viuens est, vita naturę humanæ in optimo gradu, vita gratiæ in summo statu, vita gloriæ ad excellentiā termino, possibili menti creatæ. Omnis quoque vita procedit ab ipso. Accedentes ergo ad lapidē istum [Ab omnibus quidem reprobatum] primò videlicet à Iudæis incredulis, qui multas blasphemias euouerunt in Christum, dicēdo, Dæmonium habet & inſanit, homo vorax, potator vini. In Beelzebub principe dæmoniorum eicit dæmonia. Atque in passione quando dixerunt, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, &c. Deinde reprobatum est à philoſophis & tyrannis, ac aliis perfidis [A deo quem electum] secundum naturam assumptū, vt per eum saluaretur genus humanum. De quo per Esai. loquitur dominus, Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, cōplacuit sibi in illo anima mea. Imò Christus antonomasticè vocatur dei electus, vtpote omnium electorum saluator & caput. Qui spiritum nō ad mensuram accepit, cuius merito alij electionis consequuntur effectum [Et honorificatum] Christum enim deus pater multipliciter honorificauit. i. honore dignū efficit ac demonstrauit: dicēdo ad eū, Tu es filius meus dilectus: eumque omnibus præferendo, eius quoque excellentiam atque apostolos, & per miracula insinuando: in die quoque ascensionis eum super omnes cælos ad suam dexteram collocando, [Et ipse] id est vos ipsi fideles [Tanquam lapides viuus] id est per fidem & charitatem spiritaliter viuentes ac infirmi, qui tempore fidelitatis & impicitatis fuistis tanquam lapides duri ac mortui. Propter quod dominus dixit per Ezechielem, Auferā à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneū [Superedificamini domos spirituales]. i. super Christū qui est verū ecclesiæ fundamentū, ædificamini in domos spirituales, ita vt sitis domus seu habitacula Christi, qui per dona gratiæ suæ demoretur in vobis. Christum nāque per fidē (vt loquitur Paulus) habitat in vobis. Hoc est ita habere vos, vt deus per gratiarū suarū charismata, faciat vos domos seu habitacula suæ: & vos ipsi bene viuēdo facite vos habitacula saluatoris. Imò proficiēdo in omni bono magis ac magis sitis ha-

M alac. 1.  
Heb. 5.  
1. Cor. 3.  
1. Cor. 2.  
Heb. 5.  
1. Cor. 12.  
Bernar.  
Eph. 1.  
Psal. 76.  
Psal. 36.  
Psal. 33.  
Michee. 6.  
Psal. 30.  
Psal. 99.  
Grego.  
Psal. 33.  
Hebr. 4.  
Iob. 14.  
Ioan. 5.  
Ioan. 10.  
Matth. 11.  
Matth. 12.  
Luc. 23.  
Eccle. 24.  
Ioan. 3.  
Matth. 3. 7.  
Matth. 1. 2.  
Luc. 3. 6.  
Ezech. 11.  
1. Cor. 3.  
Eph. 3.

bitacula dei, Christus enim est fundamentum ecclesie, super quod vnusquisque edificare, fundare, & stabilire se habet, per fidem, spem, charitatem, aliaque virtutes & actus ac profectus earum. Propter quod r. ad Corinthios scriptum est, Vnusquisque videat, quomodo superedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quæadmodum autem sunt multæ particularæ ecclesie, quæ omnes sunt vna vniuersalis ecclesia militans, in seculo peregrinans ex omnibus populis constans: ita sunt multæ particularæ spiritualæque domus, quæ omnes sunt vna generalis domus ac ciuitas dei. Vnde ad Heb. legitur, Moses fidelis erat in tota domo dei, tanquam famulus: Christus verò tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos. Atque ad Timotheum loquitur Paulus: Scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei, quæ est ecclesia dei viuus. Superedificamini quoque modo prædicto [sacerdotium sanctum] id est in sacerdotibus sanctos dei, ita, vt fitis spiritualiter dei sacerdotes [Offerre] id est ad offerendum [spiritalis hostias] id est orationes & sanctas affectiones, eleemosynas, bonaque opera, non sacrificia legis carnalia [Acceptabiles deo] .i. ei placentes & meritorias vitæ æternæ, quia ex charitate procedunt. Acceptabiles inquam [Per Iesum Christum] cuius virtute, gratia & merito superedificamur modo præhabito, & opera deo placita operamur. Propter quod asserit Christus, Sicut palme nō potest ferre fructum à semet ipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Et rursus ibidem, Sine me [inquit] nihil potestis facere. Idcirco in fine oblationum & orationum ecclesie communiter dicitur, Per dominum nostrum Iesum Christum, &c. quia per ipsum nostræ oblationes & orationes sunt deo gratæ siue acceptæ, & per ipsius perfectionem ac meritum suppletur imperfectum nostrum, dummodo illud humiliter recognoscamus, & actus nostros merito actuum passionisque Christi, capitis nostri, per fidem & charitatem sapientialiter vniamus, rogando deum, vt virtute ac merito conuersationis passionisque Christi in seculo isto, piè suscipiat actus nostros, & imperfecto nostro indulgeat. ¶ Denique sicut Christus (secundum quod homo) est templum dei, & pontifex seu sacerdos ac hostia: templum, quia in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis, secundum Paulum: sacerdos autem, quia vt dicitur ad Hebræos, ipse per spiritum sanctum obtulit semetipsum immaculatum deo: Ita fideles sunt domus, templum & habitaculum dei, in quantum per gratiam habitat in eisdem. Propter quod ad Corinth. dicitur, Nescitis, quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Sunt etiã sacerdotes & hostia dei, in quantum seipso offerunt deo. Vnde ad Romanos scriptum est, Exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, viuientem, deo placentem. Idcirco quod dictum est, Sacerdotium sanctum, ad vniuersos refertur fideles, in charitate existentes, non ad eos duntaxat, qui sacramento ordinis sacri sunt insigniti, vt quidã exponunt. Propter quod ait venerabilis Beda, Omnem ecclesiam sacerdotium sanctum appellat: quod nomen & officium sola domus Aaron in lege Mosi habuit. Quoniã omnes summi capitis mēbra sumus, & oleo sancto in baptismo vncti consistimus [Propter quod continet scriptura] .i. ob hoc quod Christus est lapis viuus, & quia ad ipsum debetis accedere, deus per Esaiã testatur, [Ecce ponam in sion] id est in ecclesia speculate cælestia. Sion enim speculatio interpretatur. Vnde ad Hebræos scribitur, Accessistis ad mōtem Sion, & ciuitatem dei viuētis [Lapidem summum] Nam inter eos, qui ratione soliditatis siue constantiæ lapides appellantur, est Christus altissimus, qui est omnium rex sanctorum. De quo in Daniele habetur, Quod lapis qui abscessus est de monte sine manibus, factus est mons magnus & impleuit vniuersam superficiem terræ. [Angularem] Christus vocatur lapis angularis, quia sicut in lapide angulari duo concurrunt & connectuntur parietes: sic in Christo duo populi conuenerunt, vniuersique sunt, & vnus populus per fidem & charitatem effectus. Propter quod loquitur Paulus, Christus est pax nostra, qui fecit vtraque vnū, vt duos condidit in semetipso. Hinc in Zacharia de Christo prædictum est, Ecce vir oriens nomen eius, & edificabit templum domino, & consilium pacis erit inter duos illos [Electum] secundum naturam assumptam, in omnium redemptorem. De quo & in Canticis sponsa fatetur, Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus [Preciosum] Imò dignissimum, quoniã Christus secundum quod deus, est dignitatis prorsus incomparabilis & immensa: secundum assumptam verò humanitatem, vt verbo æterno vnitam, & omni gratiarum plenitudine perornatam, dignior est toto vniuerso. [Et qui crediderit in eum] fide formata, & perseuerauerit vsque in finem [Non confundetur] cum fuerit diuino tribunali oblati, id est non reprobabitur à iudice summo, quauis in seculo isto à prauis hominibus confundatur, vtUPERATUR, diuidetur: quemadmodum iusti fatentur in Psal. Postuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea contra me est, & confusio facti meæ cooperuit me. Hinc in alio fertur psalmo, Accedite ad eum illuminamini, & facies vestra non confundentur. Hoc est quod de seipso ait Saluator, Omnis qui videt filium & credit in eum, non morietur in æternum. Vnde Ioannes apostolus in sua hortatur canonica, Manete in eo, vt cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. [Vobis igitur honor creditibus] qui in Christum credendo meremini ad cælestem gloriam promoueri, atque à deo in cælestibus honorari, videlicet angelis sociari. Propterea asserit Christus, Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, Nam honor debetur virtuti. Hinc perdidit, reprobis, & iniqui dicent in die iudicij, Nos in sensati vitam illorum æstimabamus insaniam, quomodo ergo computari sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est? [Non credentibus autem] id est cæteris in incredulitate sua durantibus, eis que nolentibus seu iniuitis [Lapis quem reprobauerunt adificantes] id est Christus, quem doctores & sacerdotes Iudæorum plebem communem instruentes, & eam per hoc spiritualiter adificantes, verbis & factis persequerantur, iuxta illud Hieremię, Negauerunt dominum & dixerunt, Non est ipse. [Hic factus est in caput anguli] id est principium angulare, in quo duo populi conuenerunt, sicut expolitum est. [Et lapis offensionis & petra scandali] factus est Christus, non directè, neque ex culpa sua, sed occasionaliter. [His qui offendunt verbo] id est obstinatis Iudæis, & cunctis incredulis, blasphemantibus Christum [Nec cre-

**A** dum tu quo possis sum] id est scripturis legis & prophetarum, secundū verū earum intellectu nō credūt, cum tamen facti essent & positi ad credendum. Quia scriptura legis & prophetarum fuit disposita ad Christum, & data vt per eam Iudæi præparentur ad Christi fidē ac legē. Propter quod dicitur ad Galat. Galat. 1. Lex pædagogus noster fuit in Christo. His excæcatis Iudæis Christus in euangelio ait, Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Et rursus, Scrutamini scripturas, quia illę sunt quę testimonium perhibent de me. De quibus & per Daniele prædictū est, Nō erit eius (s. Christi) populus, Daniel. 9. qui eum negaturus est. Per Esai. quoque, Quis cæcus, nisi seruus meus? & quis surdus, nisi ad quē nūcius meos misit? [His itaque fuit Christus occasionaliter lapis offensionis, petraque scādali. Nā ex sua perueritate offenderunt & impeerunt in Christū: atque ex eius beneficiis, informationibus, increpationibus, deteriorēs & damnabiliores effecti sunt. Hinc sæpe in Euangelio leguntur scandalizati in Christo. Et in Ioan. loquitur Christus, Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatū non haberent: nunc autem excusatio nem nō habent de peccato suo. ¶ Denique scandalum actiue directè & propriè dictum, est semper peccatum, cum sit dictum vel factum minus rectum, alteri præbēs occasionem ruinæ. Et sic Christus nō fuit lapis offensionis, petra ve scandali. Scādalum verò occasionaliter & indirectè, & quasi passiuè dictū, non est peccatum. Sic enim scandalum est aliquod verbū aut opus bonum, ex quo ex propria auisione & de ordinatione aliqui sumunt occasionem ruinæ & peccati: sicque Christus fuit lapis offensionis & Sapient. 1. petra scandali. Propter quod loquitur Paulus, Nos autem prædicamus Christum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem utilitatem. Vnde & in lib. Sapient. dicitur iniqui, Grauis est nobis, etiam ad videndum, quia dissimilis est aliis vita illius. ¶ Postremò, quod dictum est, lapis offensionis & petra scandali, sumptum est ex Esaiã, vbi habetur, Dominum sanctificate, & erit vobis in sanctificationē. In lapidē autem offensionis, & petram scādali, duabus domibus Israël. ¶ Reprobatis itaque Iudæis incredulis, ponit principes apostolorum, fidelium Iudæorumque in Christum credentium, sublime præconium, [Vos autem] ad Christum conuertis, estis [Genus electum] id est ad specialem gratiã præ cæteris à deo præordinatum, vt pote ad fidem catholicam, cæterasque virtutes, & ecclesiastica sacramenta, vocatum atque perductum. Non enim omnium est fides. Et dici potest de vobis illud ex Psalmo, Non fecit taliter omni nationi [Regale sacerdotium] id est sacerdotēs regij seu regales, videlicet Christo summo regi ac facer. Psal. 147. doti assimilati & incorporati, ac pertinentes ad eum. Siquidem vt dictum est, quemadmodum Christus homo, est templum dei, sacerdos ac hostia: sic Christianus fidelis est templum, sacerdos ac hostia dei. Et quoniam summi regis sacerdos est, & sacerdotium eius ad regnum ordinatur cælestē, meritò regalis sacerdos vocatur. ¶ Denique omnes fideles, reges dicuntur seipso per rationem regendo, passionēs ac vitia superando. Sacerdotes quoque dicuntur, hostiam laudis, sacrificium orationis, munera elemosynarum, & cætera spiritualia exercitia, virtuosaque opera domino offerendo. Propterea in Apocal. fatentur, Christus fecit nos regnum, & sacerdotes deo & patri suo. [Gens sancta] diuino cultui deputata, in baptismo mundata, virtutibus decorata. Quemadmodum autem lex Christi, est lex totius perfectionis: sic veri Christiani, Christi legem splendide obseruantes, rectè præ cunctis populis sancta gēs appellantur. Et tales præcipuè erant Christiani in primitiua ecclesia, quos Paulus in suis epistolis tam frequenter nominat sanctos [Populus acquisitionis] id est Christi sanguine de manu inimicorū humanæ salutis ereptus, liberatus, adeptus. Venit enim filius hominis quærere, & saluare quod perierat, vt ipsemet in Euangelio protestatur: quia iterum ait, Congratulamini mihi, quia inueni ouem quã perdideram. Vnde in Actib. loquitur Paulus, Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit spiritus sanctus episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et ad Hebr. Non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Inductum autem præconium ait Moses ad populum collata. Quod multò excellentius competit plebi Christianorum, cui maiora gratiarum charismata sunt collata. Quiddam exponunt hæc specialiter de sacerdotibus Euangelicæ legis. Qui dicitur genus electum, id est ad consecrationem corporis & sanguinis Christi, præ cæteris consecrati & assumpti: quibus valde singularis dignitas, supernaturalis potestas, admirabilis ordo collata sunt, ad quos ecclesiasticorum sacramentorum consecratio, & administratio pertinent. Cùm enim in Numer. Moses dicit Leuitis, Num parum vobis est, quod separauit vos dominus à populo & iunxit sibi, vt seruireis ei, in cultu tabernaculi? Multò magis istud facerdotibus Christi poterit dici. Sacerdotibus quoque & leuitis veteris testamēti Ezechias rex ait. 2. Paralipomeno. 29. Nolite negligere, vos elegit dominus, vt steter coram eo, & ministretis ei: colatis eum, & cremetis ei incensum. Multò ergo sublimius constituti in sacris ordinibus Euangelicæ legis dici possunt genus electum, qui etiam sunt regale sacerdotium, id est sacerdotēs Christi regis altissimi. Et gens sancta, quia ad eos præcipuè pertinet vita perfecta, conuersatio exemplaris. Quod autē sequitur, ad vtranque expositionem congruè applicatur [Vt virtutes annuncietis eum] id est dei omnipotentis charitatem, pietatem, sapientiam, iustitiam potestatem laudetis ac prædicetis, sed inuicem enarretis. 1. Timo. 6. [Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen] id est de caligine ignorantie & peccati atque perditionis, ad splendorem fidei lucemque gratiæ ac virtutum vos transtulit, imò ad lumen gloriæ & increati luminis sui (quod ipse est, qui lumen habitat inaccessibilem) beatificam visionem inuitauit. Hanc enim Christus fuis promittit fidelibus, qui ad patrem suum ait, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, & videant claritatem meam. Et alibi, Manifestabo ei meipsum [Qui aliquando non populus, nunc autem populus dei] id est ante conuersionem vestri ad fidei veritatem, fuisistis non populus dei, secundum præsentem iustitiam: quia non pertinuisistis ad deum per charitatem & gratiam ac debitam subiectionem, sed auersi fuistis ab eo, & ratione peccati attinebatis diabolo, cuius membra ac ministri fuistis.

¶ Veruntamen per prædestinationem æternam omnes electi, quantumcunque ad tempus iniqui sunt,

Galat. 1.

Ioan. 8.

Ioan. 5.

Daniel. 9.

Esai. 42.

Matth. 15.

Lucæ. 7.

Ioan. 15.

1. Cor. 1.

Sapient. 1.

Esai. 8.

2. Thef. 3.

Psal. 147.

Apoc. 1.

Roma. 12.

1. Cor. 37.

2. Tim. 1.

1. Timo. 6.

Ioan. 17.

Ioan. 14.

semper sunt populus dei. Sed & reprobi, omnesque communiter homines sunt populus dei, per creationem ac providentiam. Nam & de talibus loquitur deus apud Esaiam, Populus meus non intellexit. In Aetis quoque Paulus de bonis & malis communiter protestatur, Genus dei sumus. Fideles autem & iusti sunt specialiter populus dei: iuxta illud Psalmi, Nos autem populus eius, & oves pascuae eius. Quia per charitatem & gratiam deo coniuncti & subditi sunt [qui non misericordiam consecuti], i. ante conversionem vestri nondum fuistis adepti misericordiam hanc magnam, qua facti estis membra & milites Christi. Nullus tamen in saeculo isto expers est penitus misericordiae dei. Nam & infideles ac impij misericorditer tolerantur, & expectantur a deo, ut convertantur, atque per angelos eorum custodes retrahantur a diversis periculis & peccatis, quotidianis quoque beneficiis dei vitur. Propter quod saluator ait, Altissimus benignus est super ingratos & malos. Et alibi, Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Dammati etiam in inferno aliquid misericordiae fortiuntur, quia citra condignum torquentur. Imo in omni opere dei misericordia & iustitia eius relucet: iuxta quod scriptum est, Vniuersa viae domini misericordia & veritas. Electi tamen specialiter dicuntur misericordiam consecuti, unde & vasa misericordiae appellantur, non autem iniqui & reprobi, qui vasa irae vocantur. Ideo subditur, [nunc autem misericordiam consecuti], i. gratiose a deo vocati & conuersi. Donum enim dei est, non ex operibus; istud ex Osea sumptum est, ubi dominus ait, Vocabo non plebem meam, plebem meam & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Quod & paulus ad Rom. de gentium conversione allegat, quia de ea ad litteram loquitur Osea propheta. Inter eos vero, quibus beatis, princeps apostolorum hanc scripsit epistolam, aliqui erant ex gentilitate conuersi, ad quos istud specialiter applicatur. Praeterea quoniam tantum spiritualiter debet esse Christi fidelium vita, quantum praecleariora gratiarum charismata eis, sunt condonata, ideo recte subiungit, & hortatur nos summus apostolus [Charissimi obsecro vos] hoc suae fuit profundis, humilitatis, quod eos tam affectuose rogauit, quod cum auctoritate precipere potuit. Sic & Paulus philemoni scribens, Fiduciam, inquit, habens imperandi tibi, quod ad re pertinere, propter charitatem magis obsecro. Multi nanque facilius vincuntur, flectuntur, alliciuntur, humilitate & pietate quam rigore & seueritate. Obsecro quoque est potissima species orationis. Est enim Obsecratio, per sacra rogatio. Fitque interdum per sacrum increatum, ut cum ait propheta, Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine. Et Paulus ad Rom. Obsecro vos fratres per misericordiam dei. Interdum per sacrum creatum, ut cum dicimus, Per passionem & crucem tuam libera nos domine. Et fieri potest pariter per vtrunque, ut si dicamus, Propter infinitam pietatem tuam miserere mei deus, per omne meritum Christi. Fit autem per sacrum increatum, tanquam per principale & superdignissimum inducium: per sacrum autem creatum, tanquam per inducium & medium secundarium instrumentale ac meritorium. Et quando fit per sacrum vtrunque simul, tunc est efficacissima prorsus oratio. Itaque obsecro vos [Tanquam aduenas et peregrinos], fideles dicuntur aduenas, inquantum degunt in terra non sua. Sunt enim in mundo isto quasi in exilio & peregrini: quia ad caelestem patriam gradiuntur, prout in exordio expositionis huius epistolae dictum est [Abstinete vos a carnalibus desideriis, quae militent aduersus animam] id est ad concupiscentias prauas animam impugnantibus. Quia inclinat ad illicita, quae sunt animarum salutis contraria: iuxta illud ad Gal. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Haec enim sibi inuicem aduersantur. Unde quo lex Christi diuini spiritualiorque consistit, eo carnalia desideria, eorumque opera magis dedecent Christianos. Quia brutis assimilantur hominem, ratione prorsus obtinebrant, & turpitudine maxima est in eis. Pariunt quoque fastidium diuinorum, & spiritualia bona facient homini esse inipida. Idcirco in Ecclesiastico legitur, Vinum & mulieres apostatatae faciunt etiam sapientes. Et in Osea habetur, Fornicatio, & ebrietas, & vinum auferunt cor. Sed posset quis dicere, Si a carnalibus desideriis abstinere oportet, ergo ad desiderio ciborum & potuum erit cauendum, nec libebit coniugatis seinuicem cognoscere, cum hoc sine carnalibus desideriis fieri nequeat. Et respondendum, quod carnalia desideria proprie nominantur concupiscentiae inordinatae, seu irrefrenatae appetitiones sensualitatis. Desideria vero gustus & tactus sub rationis ordine posita, licita sunt, & quodammodo spiritualia, utpote moderata atque ad debitum spiritualemque sine relata. Ideo hortatur paulus, Curam carnis ne feceritis in desideriis. Et denuo, Debitores, inquit, sumus non carnis, ut secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Carnales igitur affectus, & eorum effectus, oscula & amplexus, ludos, iocos, cachinnos, voluptates, vanitates, vilescuntque consolationes despiciamus: neque in rebus seculi huius mentem figamus, sed ad patriam felicitatis aeternae totis properemus praecordiis. Quoadmodum peregrini non quareant in via morari aut delituri, sed ad patriam properant & aspirant. Istud ad omnem pertinet Christianum, cum dicat saluator, Vae vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Vae vobis qui saturati estis, quia esurietis. Vae vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis. Unde ad Gal. inducit, Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis. Itaque in cibo, potu, somno, vestitu, & ceteris ad corpus spectantibus, non superfluitate aut voluptatem, sed necessitatem quaeramus: quodmodum vas electionis hortatur, Habentes alimeta & quibus tegamur, ceteri sumus. propter quod sapiens deprecat, Tribue tantum vitium meo necessaria. cum igitur regali ac sacerdotali sumis nomine inliguiti, vitiorem iugo subici dedignemur, ne a condonata gratia nobilitate, promissaque gloria sublimitate degeneremus. Nepe, ut assent Beda, hoc in vita hac inter electos & reprobos soler distare, quod electi tantum minus gaudiis delectantur caducis, quantum plus perpetua gaudia praestolantur: reprobi vero hic patriam habent, quia terrenis & carnalibus magis quam spiritualibus inhiant. Ideo post hanc vitam in perpetuum relegantur exilium [conuersationem vestram inter gentes] sitis. [Habentes bonam] id est virtuosam & exemplarem [ut in eo quod detrahant de vobis tanquam de malefactoribus] Carnales enim & impii vituperant iustos, & detrahunt eis quorum virtutes assequi nolunt,

Esaiæ. 1.  
Actu. 17.  
Psalm. 78.

Lucæ. 6.  
Matth. 5.

Psalm. 24.  
Roma. 9.  
Roma. 5.  
Osee. 2.  
Roma. 9.

Epistola.  
Ad philemonem.

Psalm. 24.  
Roma. 12.

Eccle. 19.  
Osee. 4.

Roma. 13.  
Roma. 8.

Lucæ. 6.  
Gala. 5.

1. Titum. 6.  
Prouc. 30.

Beda.

A quemadmodum in Prouerb. legitur, Ambulans recto itinere & timens deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. Et rursus Salomon contestatur, Viri sanguinum oderunt simplicem. Iob quoque ait, Videretur iusti simplicitas. Et in Eccl. scriptum est, Abominatio superbo humilitas [Ex bonis operibus vos considerantes], i. opera vestra euidenter excellenterque virtuosa pensantes, & ex eis ipsa veritate conuicti, bonos vos esse recognoscetes [glorificet deum in die visitationis], i. deum in suis seruis collaudent, atque ex puritate & eminentia vitae seruorum, sanctitatem domini pensent ac fateantur, in die visitationis cum corda eorum irradiauerit ac visitauerit gratia spiritus sancti, dum. s. exprædicta consideratione compuncti fuerint & conuersi. Vel in die iudicij, cum viderint remunerationem iustorum, & velint nolint, fateantur sanctitatem atque iustitiam dei. Hoc est, quod Christus docet ac iubet, Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Proximis enim debemus bonum exemplum, & deo conscientiam mundam: quia tenemur proximos spiritualiter semper diligere, idcirco tenemur eorum scandalizationem vitare, & ipsos edificare. Deum quoque tenemur pro viribus honorare in nobis ipsis ac alijs. Ideo debemus alios pro posse ad dei venerationem verbis & factis inducere, quod agendo, ipsum sanctificare, magnificareque dicimus. Qui vero alios scandalizant, & impie conuersantur, deum, quantum in ipsis est, vilificare & maculare feruntur. Propter quod deus per Ezechiel. chielem ait Iudeis, Commaculatis nomen sanctum meum. Et iterum, Poluistis nomen meum in gentibus. Denique omnia, videlicet a carnalibus desideriis abstinere, exemplariter conuersari, deum in se ac alijs honorare, ad praelatos & sacerdotes, ad religiosos & praedicatorum potissime pertinent.

Prou. 14.  
Prouc. 30.  
Iob. 12.  
Eccle. 13.

Matth. 5.  
Matth. 22.

Ezec. 28.  
Psalm. 3.  
Ezec. 39.

Eodem.

Explanatio residui huius capituli. [Subiecti ergo estote.] Artic. v.

Hucusque introduxit sacratissimus Petrus documenta ad vniuersos fideles spectantia, nunc certis personis ac diuersis suppositis, speciales tradit doctrinas ac iusiones, quatenus vnusquisque secundum suam exigentiam vocationis ambulet dignè deo. Diuersi nanque ad diuersa sunt obligati, secundum varias conditiones & proprietates, quae eis conueniunt. Itaque ait, [Subiecti estote omni humanae creaturae propter deum] hoc dupliciter explanatur. Primum, per omnem humanam creaturam intelligendo omnem hominem. Nam omnis homo, inquantum ad dei imaginem factus est, ad aeternam felicitatem creatus, & Christi passione redemptus, aliquo modo est honorandus. Praesertim, quia humana natura in dei vniuersitate ad esse super substantialia verbi aeterni assumpta est in vnitatem personae. Quilibet etiam, secundum aliquam sui considerationem, potest se alio quolibet, secundum aliquam illius considerationem reputare inferiorè. Sicque alteri quilibet se potest esse humiliter aliquo modo subiacere, & hoc propter deum, & propter ipsius honorem, & quia hoc cõplacet ei, & quoniam eius imago respendet in homine. Hinc loquitur paul. Honore inuicè praueinietis. Et rursus, per charitatem seruite inuicè. Ad phil. quoque, Nihil trantes. Hinc & Christus ait, Si ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Et alibi, Qui maior est vestrum, sit vester minister. Propterea quoque in Eccl. scriptum est. Quantum magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Secundò, exponunt intelligendo per omnem humanam creaturam, omnem praesidentem, sicque Beda exponit, dicendo, omni humanae creaturae, dicit omni hominum dignitati, omni principatui, quam expositione sequitur Glossa. Illis ergo debet se omnis inferior subdere propter deum, inquantum eius repraesentant personam seu eius vicarium in terra, & quoniam deus id exigit, atque ut bonum aeternum consequamur finaliter pro beatitudine obligati, hoc est, propter deum fructuè ac aeternaliter possidendum, & item propter eum nunc honorandum, ut scilicet, eum in suis veneremur ministris, quibus locutus est, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ideo ad Rom. dicitur, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi a deo. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi dationem acquirunt [Sicut Regi quasi praecellenti], i. regi tanquam eminenti principi debent se subditi eius subiacere, eique obedire in his; cathedram suam concernunt, seu suum respiciunt principatum: quae vti que non sunt contra dei honorem, nec contra bonum iustitiae [Sicut Ducibus tanquam a deo missis] id est, inferioribus principibus officiatisque regum debet se homo subiacere, & eis parere in his quae eis rite commissae sunt, nec eorum potestatem seu iurisdictionem excedunt: idcirco subiungitur [Ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum], i. ad hoc a rege directis, ut prauorum vitia vilescantur. iustisque laudem ac dignam mercedem rependant. Ad hoc enim mittendi sunt, quamuis frequenter ad alia dirigantur agenda. Quia multoties reges potestate abutuntur collata: quae tamen eis collata est, ut malos per peccata coercerent, peccata extirperent, subditos ad virtutes inducant, & bonum cõseruent commune. propter quod ad Roma. fertur, principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem, fac bonum, & habebis laudem ex illa: dei enim minister est, tibi in bonum. Si male egeris, time. Non enim sine causa gladium portat: dei enim minister est, vindex in iram ei, qui male agit [Quasi est voluntas] id est deo contra ac iusio [Dei, ut benefaciantes] id est praefato modo obedientes [Obnuocere faciat imprudentium hominum ignorantiam] id est peruersos ac perfidos seu impios praesidentes per vestram obedientiam virtuosamque vitam reprimatis a detractione ac ceteris vitis: quae inciderent, sivos inobedientes terrenae potestati cõspicerent. Unde bene agendo subtrahitis eis obloquendi materiam, & vestra bonitate ac sapientia eorum improbitatem insipientiamque cõuincitis, quantum in vobis est, ita quod rationabiliter contradicere nequeunt. Quamobrem ad Tit. loquitur paulus, In omnibus temetipsum praeb exemplum bonorum operum, verbum sanum sit & irreprehensibile, ut is qui ex aduerso est, vereatur, nihil mali habens loqui de nobis. Ad Ephesios quoque, Sitis (inquit) sine querela, simplices sicut dei,

Collo. 1.

Genes. 1

\* personae.

Roma. 12.

Gala. 5.

Philip. 2.

Ioan. 12.

Matth. 1.

Eccle. 3.

Lucæ. 10.

Roma. 1.

Roma. 13.

Titum. 2.

Ephes. 2.

2. Cor. 6. in medio nationis prauæ atque peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria mundi, verbum vitæ continet. Et alibi, Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum [Quasi liberi]. i. ea quæ dicta sunt adimplete, quasi verè liberi libertate spiritali, quæ est immunitas à iugo diaboli & seruitute peccati, à quibus per Christi gratiam estis erepti. Propter quod ipsemet Christus de se ipso fateatur, Si filius vos liberavit, verè liberi eritis [Et non quasi velamen habentes malitiæ libertatem]. Iordoverbori & sensus sunt, Non quasi habentes libertatem, velamen malitiæ, hoc est, libertatem præfatam non veritatis, nec assumatis in velamen seu excusatione, aut palliationem erroris ad prauitatis: putando quòd i deo non debeatis esse subiecti terrenis aut infidelibus dominis, quia à Christo constituti estis in libertate. Hæc enim libertas prædictæ subiectioni non derogat, sed seruituti peccati atque diaboli. ¶ Quidam verò dixerunt se non obligatos dare tributum aut perdidis terrenis ve principibus subiacere, quoniã filij dei & liberi facti fuerunt per Christi baptismum. Quod fuit erroneum, cum dicat Saluator, Reddite quæ sunt Cæsari Cæsari, & quæ sunt dei deo. ¶ De hac libertate dicta sunt multa super illud Iacobi, Qui autè perpexerit in lege perfectæ libertatis, & cætera. [sed sicut serui dei]. i. sicut deo veraciter subditi, Deus nanque requirit, ut potestati ab ipso collatæ rectè obediatur. ¶ Denique libertatem suam in velamen assumunt malitiæ, qui tantò irrefrenatius peccant, quò minus humana potestati subdunt, ut prauiprælati, principesque iniqui faciunt, in quibus non est timor dei: nec penitent illud Sapientia, Altissimus citò & horrendè apparebit vobis: quia iudicium durissimum in his qui præfunt, fiet. Qui autè verè sapientes & timorati sunt, tantò virtuosius conuersantur, quò minus se vident hominibus subditos, ac magis diuino iudicio referuatos, quò etiam pluribus præfident, atque pro pluribus daturunt rationem. Hinc loquitur Paulus, Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatè in occasionem carnis detis [Omnes honorate] in quantum ad dei imaginem sunt creati & propter alias rationes iam tactas. Impij tamen, secundum quod tales, sunt contemnendi, sicut de iusto ait propheta, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Et in Prouerb. habetur, Abominantur iusti virum impij. Verumtamen iudicando de aliis, an sint tales, necesse est gradù diu discretione, atque custodia [Præuentionem diligite]. i. fratres seu proximos, præferim Christi fideles ac virtuosos: cù asserat Christus, Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicè, sicut dilexi vos, [Deum time] filiãli timore, ne eum offendatis, in honoretis, & ne ab eo separemini, cù ipse sit summum, & incòparabile bonum. Propter quod ait Saluator, Eum time qui habet potestatem corpus & animam perdere in gehennam. Et apud Esaiam inducitur. Dñm exercituum sanctificatè, ipse pauor vester, & ipse terror vester. Hoc sanctus Iob eminèter impleuit, qui factus est, Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere potest. Idcirco considerans eum timore sollicitor, Et rursus, Semper (inquit) quasi tumentes super me fluctus timui deũ. Et certè si consideremus quàm terribilis sit deus in consilijs super filios hominum, & incòparabilis sint iudicia eius, quò horrendù sit incidere in manus eius, timebimus eum timore ingenti, incòparabili, incessatim [Regem]. i. terrenum principem [Honorificatè] ei obediendo in his que sui sunt officij. Quæmadmodum autem deus honorandus est cultu latræ, sic homines honorificentia dulciæ. Hæc autem iam dicta ab exordio huius articuli, secundum Bedam intelliguntur de Christianis liberis seruos sub se trahentibus, tamen principi terreno & ducibus subiectis. Quæ autem sequuntur, exponenda sunt de seruis dicitaxat[serui] dõ vos miniltri conductitij siue emptitij [subditi estote in omni timore]. i. perfectæ & filiali formidinet [Dominij] temporalibus [Non tantum bonis] id est virtuosius interioris [et modestus] id est ordinatis & exemplaribus foris [sed etiam discipulis] id est indisciplinatis & iniquis, quandiu non iubeat vltra quæ se extendit eorù iurisdicctio, siue dñum vnicuique nanque obediendù est in his, quæ præfidentur eorù respiciunt cathedræ ¶ Sed his obici potest illud Prou. Qui timet hominem, citò corruet. Et quod rursus Salo. fateatur, Fili honora deum, & valebis: præter eum verò ne timueris alienum. Ex quibus sequi videtur, quòd nò sit hominibus cù timore obediendù aut seruiendù. Et respondendù, quòd timere hominem secundum se, nò per respectù ad deũ, & secundò ordinè æquitatis, vituperabile existit, & diuersorù occasio vitiorù. Homines verò time- re in deo, secundò deũ, & ppter deũ, in quantum sunt eius vicarij, aut aliquod diuinæ proprietatis participantes, est laudandù. Sicq; intendit princeps apostolorum vt dominis temporalibus obediatur cù timore dei filiali & casto, non cù timore carnali humano. Illud enim meritò est, nò istud. Omnia quippe cù hu- iusmodi timore dei agenda sunt, ne. sc. eum in aliquo offendamus. Vnde hanc ipsam sententiã Paul. ad Ephes. clarius exprimit dicens, Serui obedite dominis carnalibus, cù timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, nò ad oculù seruientes quasi hominibus placentes, sed vt serui christi, faciè- tes voluntatè dei ex animo, cù bonavoluntate, seruientes sicut dño, & nò quasi hominib⁹: sciètes quã vnus- quisque quod fecerit bonũ, hoc percipiet à dño, siue seruus, siue liber. Ex quibus ostenditur, quòd tẽporalibus dominis obediendù ac seruiendù est, principaliter atq; finaliter ppter cælestem felicitatè & dei honorè, ex charitate cù diuino timore. Deinde subditur ratio, cur etiam sit discipulis dominis ppter deũ formidolosè obediendù. [Hæc est enim gratia] i. res deo grata, accepta & gratiosa [si propter conscientiam dei]. i. propter bonam coram deo conscientiam habendã [sufficit quis tristitias]. i. perfectiones, pœnas, iniurias, quæ solent inferre tristitias patienti [Patiens iniuste] id est eas æquanimiter tolerans, absque suis demeritis. [Quæ est enim gratia] id est quod meritum vobis debetur, vel quid deo acceptum peragitis Deute. 15. [Si peccantes et colaphizati sufferitis?] id est si correctionem pro vestris peccatis patimini à dominis vestris? q. d. nihil. Quia de iure pœna debetur culpæ [sed si benefacientes patienter sustineatis] tribulatio- nes vobis iniuste inflictas [Hæc est gratia] id est res valde accepta [Apud deum] talis nanque sustentia satisfactoria est pro peccatis in deum commissis, & meritoria gratiæ amplioris in via, ac gloriæ plenioris in patria. Per eam quoque conformantur homines Christo iustissimè passo. Ideo subditur, [In hoc enim vocati estis] id est ad fidem & legem euangelij gratiosè adducti, vt sitis in aduersitatibus iniuste inflictis

A patientes, propter quod Christus ait discipulis, Si me persecuti sunt, & vos persecuentur. Quia non est seruus maior domino suo. Et denuo protestatur, Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Tanquam dicat, Sicut à patre diligor, & nihilominus aduersis in sæculo isto affligor: ita vos diligo, & tamen tribulationibus vos expono. Hinc Paul. fateatur, Omnes qui volūt piè viuere in Christo, persecutionè patiuntur. Sed præinductis obici potest quia pro peccatis propriis in hac vita puniri, meritò esse videtur, cù nò puniat deus bis in idipsum, vt secundò antiquã traslationè habetur apud Naum prophetam, vbi no- stra habet traslatio. Nò confurget duplex tribulatio. Alioquin pœnitentia, seu emedatio in confessio- ne iustia, non esset satisfactoria ac meritoria, cù tamen omne quod ex charitate quis agit ac sustinet, me- ritorium asseratur. Respondetur quòd secundò rigorè iustitiæ pati debità pœnã pro ppria culpa, nò est meritòriũ, habendo respectù ad cohabitudinè pœnæ & culpæ inter se. Veruntamen in quantum quis pœnam illam pro suis culpis, sponte ex charitate cù contritione acceperat, ac suffert ad dei honorè, in illatè ei iniuriæ recòpensam, meritòriũ phibetur. Cù itaque tam acceptũ sit deo iniuriis absque propria culpa æquanimiter ferre, meritò obediendum est etiã discipulis dominis cù timore, quamuis non ita mollelli & iniurijs sint suis ministris. Denique triplex est patientiæ gradus. Primus, pro ppria culpa cor- reptiones & correctiones patienter sustinere. Sicut religiosi interdum à suis patribus corripuntur, vt p- bentur, exerceantur, perfecti que fiant. Secundus, absq; propria culpa pati libenter aduersa: non tamè p iustitia. Tertius, absque propria culpa pro iustitia ea æquanimiter tolerare. Primus, gradus est bonus, se- cundus melior, tertius optimus & perfectus. Còsequèter exemplo Christi docet beatissimus Petrus pa- tientiam plenam, & beneficia Christi commemorat [Quia et Christus passus est pro nobis]. i. pro nostra lute pro nostris peccatis delendis, pro gratia multiplici nobis promerenda, pro gloria nobis impartieda. Propter quod ait apud Ioannem, Animam meam pono pro ouibus meis. Et per Esaiã loquitur deus pa- ter. Propter scelus populi mei percussit eum [Vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius]. i. eius intuitu & amore sustinens libenter aduersa, quoniam serui membra suo capiti ac domino debet se cõ- formare. Propter quod ipsemet ait, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã quotidie, & sequatur me. Et rursus, Qui non baiulat crucem suã & sequitur me, non est me dignus. Hinc ait Ioannes Apost. Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambu- lare. Cùm dixisset sanctus Petrus, Christus passus est pro nobis, cur adiecit vobis, & nò potius nobis nisi forsitan vt exhortatio sua cordibus eorũ quibus scripsit, fortius inculcetur. [Qui peccatum non fecit, nec iniuriam est dolus in ore eius] Hoc idem apud Esa. scriptum est. Fuit enim deus & homo omniumque sal- uator. Idcirco nequaquam deuit culpam esse in eo. Fuitque eius humanitas ab incarnationis exordio pfectissimè confirmata in bono. [Qui cum malediceretur] à Iudæis dicebatur, Blasphemauit, reus est mor- tis: & crucigatur [Non maledicebat eis, cum pateretur, non comminabatur] imò pro crucifixoribus suis ora- uit, & tanquam agnus coram tondeute obmutuit [Tradebat autem iudicanti se iniuste]. i. Pilato, qui ipsum iniuste adiuudicauit morti dirisimæ, permisit se tradi à Iudæis. Imò & sponte ac libentissimè iuit ad ip- sum ex ardentissima charitate & obedientia summa, qua pro nobis pati optauit, prout deus pater dispo- suit. Ideo loquitur Esaias, Tradidit in mortem animam suã. Et ipsemet loquitur, Nemo tollit animam meã à me, sed ego pono eam [Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum] id est pœnam amarissimam pro nostris peccatis in cruce sustinuit, in proprio corpore immaculatissimo, tennerrimo ac nobilissimè complexionato, ideò que maximè perceptiuo doloris & summè passiuo. Hoc est quod lo- quitur Esaias, Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & deus posuit in eo ini- quitatem omnium nostrorũ [vt peccatis mortui]. i. à vitijs expurgati [iustitie viuamus]. i. virtuosius actibus simus intenti ac subditi. Et Christo, qui est iustitia vera, in omnibus obsequamur. Ipse enim factus est nobis à deo iustitia, & sanctificatio & redemptio, vt asserit Paul. De quo & per Esaiã loquitur dominus, Prope est iustitia mea vt reueletur [Cuius inuore sanati sumus] à vitijs, quæ sunt animarũ infirmitates. [Eras enim aliquando sicut oues errantes] scilicet ante conuerisionem vestram ad Christum. Omnia autem ver- ba ista quasi ex Esaiã sumpta sunt, vbi & legitur, Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viã suã declinauit. Palsimista quoque, Errauit (inquit) sicut ouis quæ periit [sed conuersi estis nunc ad pasto- rem] ex episcopum animarum vestrarum [id est ad Christũ qui multiplici alimento animas vestras alit ac ro- borat, videlicet proprio corpore & sanguine, pane bonæ operationis, pane lacrimarum & cõpunctio- nis, refectioe cõtèlationis, dulcedine internè cõsolationis. Qui etiã episcopus animarũ vocatur. i. earũ saluti intendens, seu superintètor salutis eorũ Episcopus quippe superintètor interpretatur, ab epi, quod i. est supra & scopos intentio. Alia litera habet ad pastore & visitatore animarũ vestrarũ. Nam Christus vi- sitauit nos oriens ex alto. Qui & quotidie visitat animas electorum luce gratiæ ac miserationum suarũ. Ipse quoque Saluator est rex & pontifex noster, aduocatus interpellans pro nobis. De quo ad Hebr. ser- tur, Christus eò quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare potest in- perpetuum, accedens per semetipsum ad deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.

¶ Expositio IIII Cap. [Similiter et mulieres subditæ sint viris suis.]

Arti. vi. 1. Cor. 8.

Ost instructionem dominorum, & seruorum, iam informantur coniugati [similiter et mulieres subditæ sint viris suis] Vir enim (vt asserit Paulus) caput est mulieris. Idcirco spectat ad virum regere mulierem. In rebus domesticis, & in regimine domus, ac dispen- satione possessionum est vir principalis. Nam & naturaliter, atque vt plurimùm, viri sunt mulieribus prudentiores, constantiores, & fortiores in raione. Mulieres au- tem plerumque molles sunt & mente instabiles, ac inopes in consulendo. in Genesi dictum est mulieri, Gene. 3. E iij



Subviri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Veruntamen subiectio vxoris sub marito non est penitus talis, qualis ferui sub domino suo, sed inter talē subiectionem & equalitatem medio modo se habet, vt etiā docet Philosophus. In quibusdam namque equalitas sunt, præsertim ad debiti petitionē & redditionē. Propter quod deus in exordio fecit mulierem non de capite aut pede viri, sed de latere eius, vt eam habeat pro foca, & iuxta se collocaret in lecto & mensa. Hinc femina sine virorū consensu non possunt magnas elemosynas facere, aut multum abstinere & vouere vel peregrinari. Debent ergo viris esse subiectæ in licitis & honestis, prout ius matrimonij exigit. quantum ad ea in quibus superioritas viri super suam cōiugem se extendit, puta in pertinentibus ad regimen domus. ¶ Deniq; subditur ratio huius subiectionis, vt puta fructus inde proueniens. [ *Vt si qui non credunt verbo* ]. i. si aliqui viri verbo euangelicæ prædicationis non credunt, nec per prædicationem couerti possunt. [ *Per mulierum conuersationem sine verbo lucristant* ]. i. per virtuosam suarum vxorum vitam, sine prædicatione conuertantur ad Christum. [ *considerantes in timore sanctam conuersationem vestram* ]. i. videntētes sanctam vitā vestram, quā in dei timore filiali habetis, o mulieres. Sicque ex consideratione virtuosæ conuersationis perpendant veritatē fidei Christianæ, ac puritatem euangelicæ legis. Quoniam sicut operatio arguit formam, sic conuersatio fidem ac legem. Possent hęc alia introduci de cohabitatione coniugatorū disparis cultus, an licita sit. Ad quod ex dictis doctorū est respondendum, quod dispar cultus impedit matrimonium, ita quod impedit contrahendū, dirimiq; contractū. Qui autē in infidelitate pariter cōtraxerunt, ita quod tempore contractus coniugalis ambo infideles fuerunt, in ecclesia primitiua simul habitare permittebatur, quāuis alter eorū, vir aut mulier, conuertebatur ad Christum. Et hoc ex spe alliciendi cōparē ad fidei veritatem, dūmodo infidelis cōpar seu coniūx sine blasphemia Christi voluit cōmanere. Tamen fidelis cōiunx nō fuit præcepto astricta ad cōmanendū: sed fuit consiliū, præsertim quādiu fuit spes de cōparis cōuersione. Si verō infidelis asseruit se velle conuerti, nō licuit fideli coniugi contoralē infidelē relinquere intra tempus determinatū. Nunc autē obduratis Iudæis atque gentilibus, sacri canones prohibent cohabitationē coniugū disparis cultus, præsertim dū non est certitudo nec spe smultri probabilis de infidelis contoralis conuersione, si autē esset certitudo aut spes multum probabilis, possent sustineri simul ad aliquantulū tēpus. De hac re scribit ad Cor. Paulus multa, inter cætera dicens, Si quis frater. i. Christianus vxorē habet infidelē, & hęc consentit habitare cū illo, nō dimittat illam. Et si que mulier (supple fidelis) virū habet infidelē, & hic consentit habitare cū illa, nō dimittat. Sanctificatus est enim. i. ad fidē cōuersus) vir infidelis per mulierē fidelē. Et sanctificata est mulier infidelis. i. cōuersa) per virum fidelē. [ *Quarum sit non extrinsecus capillatura* ]. i. crinium cōpositio, seu conuolutio aut circūligatio foris appars ad oculum. Cūm hoc sit pompe & curiositatis indicium, ac libidinis prouocatiuum [ *Aut circūdatio auri* ]. i. decoratio ex auro, argento, aut margaritis. Quæ humilitati & simplicitati Christianæ religionis non consonat. Quia vt sanctus ait Basilius, Quicquid in talibus ad necessitatem vel vtilitatē non attinet, vanum superfluumque censetur. Ideo subdit [ *Aut indumenti vestimentorum cultus* ]. i. mulieres nō habeant cultum, hoc est, immoderatum ornatum indumenti, id est tegumenti vestimentorum quæ induunt. ¶ Circa hoc venerabilis Beda allegat verba sancti Cypriani dicentis, Serico & purpura induta, Christum induere non possunt. Auro & margaritis & monilibus decoratæ, ornamenta cordis & pectoris perdidērunt. Quod si beatus Petrus mulieres admonet cōcedendas, atque ad ecclesiasticam disciplinam religiosa obseruatione moderandas, quæ excusare cultus suos solent per suos maritos, quāto plus id obseruare virginem fas est, cui nulla ornatus sui cōpetit venia, nec deturari in alterum possit mendacium culpæ, sed sola ipsa remaneat in crimine? [ *Sed qui absconditus est cordis homo* ] id est homo interior, videlicet anima rationalis. Vnde & Paulus fatetur, Licet is qui foris est, i. noster homo corruptur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Hic, inquam, homo interior, ornetur [ *in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus* ] id est in parte sua superiori, videlicet intellectuāli, quæ incorruptibilis est atque perpetua: ita vt mēs spiritualiter pura & integra sit, atque per fidē, spem, & charitatem virgo & spōsa sit Christi. Virginitas siquidem mentis potest quotidie recuperari: vt quæ adultera fuit diaboli per peccata, sponfa fiat dei per virtutes & dona, quæ faciunt animā spiritualem incorruptā, virginālē & integram. De qua incorruptio scriptum est, Incorruptio facit proximum esse deo [ *Qui spiritus rationalis in conspectu dei est locuples* ]. i. verē & spiritaliter diues, quando præactō modo virtutibus earumque ac tibus perornatur. Veræ namque diuitiæ hominis sunt, gratia, sapientia, virtutes, dona & actus copiosi procedentes ex illis. Quæ diuitiæ homini inuito auferri non valent. Vnde Corinth. loquitur Paulus. In omnibus diuites facti estis in Christo, & in omni verbo, & in omni sapientia. Hinc aliter diuiti (puta homini virtuoso) dicitur in Apoca. Scio tribulationem & pauperatē tuam, sed diues es. Similiter ad Corinth. habetur, Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Econtrario hominī defecuofo rursus in Apoca. dicitur, Dicitis quia diues sum, & nullius egeō: & nescis, quia tu es miser & miserabilis, pauper, cæcus, & nudus. ¶ Porro spiritus hominis rationalis, seu animus, est quietus, quādo tumultu caret passionem ac strepitu vitiorū, vt pote virtutibus moralibus decoratus ac reformatus. Dicitur quoq; quietus, inquantū est diuinorum contemplatiuus, atque in deo fixus ac stabilis, Nā vita cōtemplatiua vocatur vita quieta & secreta. ¶ Dicitur itē modestus, quādo in actibus suis discretione obseruat, & moderatē se habet, quæadmodū admonet paulus, Omnia (in quibus) decenter, & secundū ordinem fiant in vobis. Qui iterum exhortatur, Modestia vestra nota fit omnibus. Denique hęc ipsam principis Apostolorum doctrinam ponit & vas electionis, cum ait Timotheum, Volo mulieres esse in habitu ordinato (id est humilī & decenti) cūm verecundia & sobrietate, ornantes se, non in tortis crinibus aut auro aut margaritis, vel veste preciosa: sed quod decet mulieres, promittentes pietatē per opera bona. Hinc & pythagoras philosophus dixit, Vera matronarum ornamenta pudicitiam esse, non

vestes. Præterea quādam detestanda sint præacta feminarum ac virginum decora, constat ex eo quod apud Esaiam legitur. In die illa auferet deus ornamenta calcamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & perischelides, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gēmas, in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & specula, & teristra. Et erit pro suaui odore fetor, & pro zona funicular, & pro crispante crine caluicium, & pro fascia pectorali cilicium. ¶ Circa præhabita quæritur, an mulieres mortaliter peccent in ornamentis præfatis, & preciosis curiosisque vestibus? Ad hoc respondet Albertus. Quædam mulieres se ornant exterius atque interius, & excusantur quatuor modis. Primò, si ornent se quatenus viros suos ab adulterio retrahant. Secundò, si ornent se quatenus viros suos præcis complacent. Tertiò, si ornent se propter decetiam status maritorum suorum, ne viri sui reputent viliores. Quartò, si ornent se propter commune bonum, sicut ornaui se Iudith, quatenus populum Israëliticum de manibus erueret Holofernis. Quædam verò mulieres se ornant interius, quarum magna est virtus & laus. Quædam autem se ornant solum exterius, quæ in præfatis ornamentis & vestimentis non excusantur à culpa. Quoniam negligunt ad quæ tenentur, nec ad debitum finem referunt suos ornatus, atque carnaliter complacere, & alios prouocare intendunt. ¶ In super secundum albertum, in prædictis conuigit peccare quinque modis. Primò, in nimia preciositate, dicente Gregorio, Nemo puter in studio preciosarum vestium deesse peccatum. Secundò, in mollitie & suauitate, eò quod vita hominis debeat esse in pœnitentia & ploratu. Hinc veritas protestatur, Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Tertiò, in nimia speciositate. Quartò, in nimia curiositate. Propter quod ait beatissimus Ioannes Baptista, Qui habet duas tunicas, det non habenti. Potest autem addi & sextus modus, puta in exquisita nouitate, cūm per Sophoniam dominus dicit, Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina. Imò sunt & alij modi diuersi, quibus peccat in vestibus, puta in nimia longitudine, similiter in nimia breuitate. Item in amplitudine immoderata, atque in constrictione valde arcta: sed & in coloribus exquisitis aut mixtis seu variis, & in lacinis, aliisque scilicet furis seu fissuris. ¶ Nec putandum, quod solis fœminis ista prohibeantur, imò prohibentur & viris ac iuuenibus, etiam magis quam fœminis, quoniam in eis magis peccant, quàm mulieres aut virgines, quæ admodum in cæteris: cūm sint fortiores in ratione quàm fœminæ: & plura à deo sortiti sint dona, quàm fœminæ, tenenturque fœminis esse in omnibus exemplares, tanquam caput earum. Idcirco vt ait Gregorius, Pensate, quæ culpa fit hoc viros appetere, à quo pastor ecclesiæ curauit fœminas prohibere. Imò vniuersaliter omnibus Christianis, vtriusque sexus, vitandæ sunt omnes immoderatæ curiositates, pompositates, preciositates, superfluitates in ornatis ac vestibus: cūm dicat Hieronymus, Si vir aut mulier se ornauerit, & vultus hominum in se prouocauerit, quamuis nullum malum inde sequatur: tamen æternum supplicium patietur. Quia venenum propinauit si fuisset qui biberet. Ex quo innotescit, quod sit mortale peccatum. Nam talis discrimini se committit, nec veretur quod ait Saluator, Væ homini, per quem scandalum venit. Non ergo quærat Christianus vestibus complacere, sed moribus. Cūm in Ecclesia scriptum sit, In vestitu nō glorioris vnquam. Qui autem se ornant aut liniunt, intentione ac desiderio complacendi hominibus, aut quempiam prouocandi, animas suas diabolo offerunt. Spiritualiter ergo ornent se fœminæ decore virtutum. Nam subditur, [ *Sic enim aliquando* ] vt pote tempore legis naturæ [ *et sanctæ mulieres, sperantes in domino* ] non in ornatu vanissimo, aut diuitiarū incerto [ *ornabant* ] virtuosis operibus [ *subiecta propriis viris* ] iuxta sensum expositionis inducitur [ *sicut sara obedebat Abrahæ, dominum cum vocans* ], dicens, Postquam consensui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? [ *Cuius estis filia* ] per imitationem virtutum: id eo sequitur, [ *Benefacientes, et non times illam perturbationem* ] id est per vos orituram in domibus vestris, eò quod pacificæ, virtuosæ & discretæ, inftar Saræ, habeatis vos cum maritis vestris ac cæteris. Vel, non immoderatè formidantes perturbationes, quæ ab aliis poterunt concitari. Nec tribulationes quæ vobis possunt inferri: cūm multæ sint tribulationes iustorum, & omnes in Christo piè viuentes patientur interdum persecutiones. Contra quas debemus clypeo patientiæ semper esse armati. Si ergo in lege naturæ tam virtuosè habebant se fœminæ, multò magis in lege gratiæ ita se habere debent. Legitur quoque secundo Regum: quod filia Dauid regis vestibus utebantur talibus. Consequenter docet princeps apostolorum maritos, qualiter ad suas se habeat coniuges [ *Viri similiter* ] id est virtuosè [ *cobabitantes secundum scientiam* ] id est cum vxoribus demorantes discretè & circumspectè, ne eos scandalizetis, quia ad malum procliuēs sunt [ *quasi infirmiori vasculo mulieribus* ] id est mulieribus vestris, tãquam vasculis naturaliter fragilioribus & imperfectioribus in donis naturæ, quàm sunt viri. Nam & corpore sunt communiter viris debiliores propter mollitiem complexionis [ *impartientes honorem* ] non solum quia eiusdem secum sunt speciei, vt pote ad dei imaginem similitudinēque productæ, sed etiam [ *Tanquam coheredibus gratiæ vitæ* ] id est participibus gratiæ vobis collatæ, & ad eandem beatitudinem ordinatis. ¶ Ad eandem namque felicitatem creati sunt viri & fœminæ, eademq; gratiarum charismata vtriusque sunt præfata. Sed & honorandæ sunt fœminæ intuitu & amore virginis gloriosæ, ex qua deus verus incarnari dignatus est. Sūt itaque coheredes gratiæ vitæ. i. gratiæ per quam verè spiritaliter viuunt atque ad vitam gloriæ perueniunt. Quāto itaque sexus fœmineus fragilior verecundiorque consistit, tantò à viris magis virtus fœminæ honorandæ: saluo tamen ordine disciplinæ, & charitatiue correptione seruata. Quia à viris fuit instruendæ, & dum excedunt corripiendæ, à fœmineis quoque leuitatibus & loquacitatibus compescendæ. Istud sacratissimus Petrus inducit, docet, & præcipit: quoniam viri fœminas suas tempore precedente faciliter solent contemnere, durè affari, & quasi ancillas tractare, quod pessimum est; Debent etiam viri vxoribus suis honorem impendere, eis moderatè vtendo, & eas reuerentē solo ma-

Gen. 2.

Simile de fide.

1. Cor. 7.

Cyprianus

2. Cori. 4.

Sapien. 6.

1. Cor. 1.

Apoca. 2.

2. Cori. 1.

Apoc. 3.

1. Cor. 4.

Phil. 4.

1. Tim. 2.

pythago.

Iudith 10.

Grego.

Matth. 11.

Eccle. 9.

Luc. 3.

Sopho. 1.

Gregor.

Hierony.

Matth. 18.

Eccle. 11.

Gene. 18.

2. Reg. 3.

Gene. 2.

ritali affectu, ex causa rationabili accedendo, nec impudicè eas tangendo, aut cum eis turpiter lasciuendo: quæ omnia obseruando, merentur frequenter copiosam bonamque sobolem ex coniuge procreare. Veruntamen non debet maritus coniugi suæ nimiam contribuere libertatem, cum in Ecclesiastico scriptum sit, Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo. Sic ergo ò coniugati vos simul habere debetis, tam decenter, charitatiuè atque concorditer [ *Vt non impediatur orationes vestrae* ] id est ne à deo iustè desistant, & suo priuenter effectu. Nam qui impiè conuersantur, exaudiri indigni sunt: iuxta illud, Peccatores deus non audit. Sed si quis cultor est dei, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Salomon quoque faterur, Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Vel, non impediantur orationes, id est ne ab actu orandi impediamini. Quia vt ait Saluator, Oportet semper orare, & non deficere. Ab oratione autem frequenti, cõtina & deuota, impedit hominem carnalium uocatio voluptatum: non solum tempore commixtionis, sed & postmodum vsque ad tempus, eò quòd obtusum, & grauem efficiat sensum. Propter quod scribit Corinthiis Paulus, Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Tam post specialia documenta ad speciales personas spectantia, introducit sanctissimus Petrus generales doctrinas, ad vniuersos fideles pertinentes [ *In fide autem omnes vnanimis* ] id est in his quæ sunt fidei Christianæ estote concordēs, acquiescentes sacræ scripturæ, secundum expositionem ecclesiæ. Fides nãque est totius spiritalis structuræ ac vitæ fundamentum. Idcirco necesse est, vt fideles sint in fide valde vnanimis & constantes, ne modicus error in principio paulatim inualecat, & grandis fiat in fine. Ideo ad Romanos loquitur Paulus, Deus det vobis id ipsum sapere in alterutrum, secundum Iesum Christum, vt vnanimis vno ore honorificetis deum. Et ad Corinthios, id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Quòd vtrò in aliquibus libris hîc additur, In oratione estote, non est de textu. [ *Compatientes* ] id est mutuò condolentes, prout charitas exigit. Vnde sanctus Iob protestatur, Flebam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Paulus quoque, Alter, inquit, alterius onera portate. Et rursus, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Errantibus ergo & lapsis cordialiter compatiatur, orantes pro eis. Similiter in quacunque tribulatione & angustia constitutus, tentatis, afflictis, oppressis, intimè condoleamus. Et sicut incomparabiliter maius malum est culpa, quàm pœna: sic multò plus compatiatur proximis peccato deiectis, quàm temporali pœna afflictis. Denique sicut corporale graue pondus ferè releuatur, si alter secum onus supportat: sic afflicti & miser releuamur fortitur, si alterum sibi conspiciat condolare. Cùmque, iuxta Pauli doctrinam, fideles sint vnum mylticum corpus, cuius caput est Christus, ita quòd sumus inuicem membra, idcirco debemus inuicem compati, sicut in corpore naturali vno membro patiente, alia compatiuntur [ *Fraternitatis amatores* ] id est proximorum, seu boni communis, socialisque vitæ dilectores sinceri [ *Misericordes* ] id est tam corporalia, quàm spiritalia misericordiam opera pro viribus exequentes. Quia, vt Salomon ait, Qui pronus est ad misericordiam, benedictur. Et Christus, Beati, inquit, misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et denuò, Estote misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. Non igitur in alterius lapsu quis rideat, nec de aliorum diffensione quis gratuletur. Quia, vt ait scriptura, Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus [ *Modesti* ] id est disciplinati, exemplares, discreti, prout admonet Paulus, Honestè & in sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt [ *Humiles* ] vt suis parui & viles in oculis vestris. Non enim superbiorum, sed mansuetorum & humilium, vita, mens, oratio, placet deo. Et Christus in Euangelio iubet, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. [ *Non reddemus malum pro malo* ] id est iniuria: opus pro illata iniuria [ *Nec maledictum pro maledicto* ] id est verbum maledictorium pro verbo maledico. Hoc est, non vindicetis vos ipsos inordinate. Quòd interdù secundù processum & ordinè iuris fit inferenda vindicta ex charitate & zelo iustitiæ, propter bonũ cõmune, atque vt impij reserentur, & ne supplantetur iustitia. Sed hoc nõ est reddere malũ pro malo, sed potius bonũ pro malo. Quòdoque tamè laudabiliter est pœnã & culpam propter deũ dimittere, quòdo videlicet hoc non credit in derogationem iustitiæ, nec aduersatur paci communi, & malefactor ex hoc non fit ad peccandum procliuior. [ *sed e contrario* ] sitis [ *Benedicentes* ] maledicentibus vobis, id est bonum eis cupientes & deprecantes. Sicut dominus loquitur, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vobis. Et alio loco, Benedicite maledicentibus. Hinc in Prouerbiis scriptum est, Ne dicas reddam malum pro malo: expecta dominum, & liberabit te. Et denuò Salomon loquitur, Ne dicas quomodo fecit mihi, sic faciam ei. Sed & in Leuitico præcipitur, Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ citium tuorum. propterea Dauid dixit. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Itaque non in ferre iniuriam alteri, bonum est: illatam æquanimiter pati, melius: pro iniuria reddere gratiam, optimum. Ad quod nos paulus hortans, Noli, inquit, vinci à malo: sed vince in bono malum. Quid ad hæc dicent, qui nec vnum verbum durum volunt propter deum sufferre, nec pro suis excessibus corrigi, nec contenti sunt pro malo malum rependere: sed pro modica forsitan iniuria, magnam retribuunt aut retribuere cupiunt vltionem? Aduertant miseri isti, quàm longè distent à doctrina Christi, seque emendent [ *Quia in hoc vocati estis* ] id est idcirco ad legem & fidem Christi editis perducti, quatenus ista adimpleatis. Quæ nisi impleueritis, infidelibus damnabiliores eritis. Ideo autem ad hæc implenda estis vocati [ *Vt benedictionem hereditate possideatis* ] id est à deo benedicamini in æternum, percipiendo ab eo dona gratiæ in præsentibus, & munera gloriæ in futuro. Benedictio etenim dei est collatio munerum eius, & multiplicatio eorundem. Vnde & ad Ephesios paulus faterur, Deus benedixit nos omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo Iesu. Deinde cõfirmat ista archiepiscopus testimonio prophetali. Ait quippe psalmista quantum ad sensum, [ *Qui enim vult vitam diligere* ] id est qui voluntate imperatiua & efficaciter diligit vitam gratiæ in hoc mundo, cupitque vitam beatam obtine-

A re in celo [ *Et videre dies bonos* ] id est æternitatis gloriam experiri. Dies nanque dicuntur boni aut mali, sicut & tempus, propter ea quæ sunt aut fiunt in eis. Ideo dies huius vitæ dicuntur mali & tempus malum vocatur, propter mala culpæ & pœnæ, quibus repletur hæc vita. Interdum tamen tempus bonum asserit [ iuxta illud, Ecce nunc tempus acceptabile ] propter dona gratiæ dei in eo. Dies verò æternitatis in patria simpliciter boni & optimi sunt: quia in eis nulla vnquã inuenitur admixtio pœnæ aut culpæ [ *Coerceat linguam suam a malo* ] id est ab omni verbo illicito, præsertim in verbis dolosis, quæ non solum loquenti, sed aliis quoque nociua sunt [ *Et labia eius ne loquantur dolium* ] id est labia sua à dolosis reprimat verbis. Quia vt in Esaia habetur, Fraudulenti vasa pessima sunt. Et psalmista, Virum, inquit, sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Vitanda ergo sunt omnia verba iniqua, detractoria, mendosa, pungitiua, derisoria, vana, scurrilia, nociua, fraudulenta, iuramenta, periuria, falsa testimonia, imò & verba otiosa. De quibus reddenda est ratio in die nouissimo: Quantum igitur magis de verbis præfatis, iniquis, mortalibus? Vnde loquitur Augustinus, Quomodo irasceris alteri, quando de te malè loquitur: ita irascere tibi, quando de altero malè loqueris. Itémque, Non aliud cor tegat, & aliud lingua proferat. Necessaria igitur ad salutem est refrenatio linguæ, Salomone dicente, Qui custodit os suum & linguam, custodit ab angustiis animam suam. Qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala [ *Declinet autem a malo* ] id est peccata in opere vitet [ *Et faciat bonum* ] implendo præcepta. Et ista sunt duæ quasi integrales partes iustitiæ. Nam primò oportet à malo recedere, dein de bonum accedere [ *Inquirat pacem* ] id est pacem pectoris nunc cum deo, & pacem temporis cum proximo habere conetur [ *Et persequatur eam* ] id est eam perfectè sequatur & conseruet: quatenus per pacem pectoris ac temporis pertingat ad pacem æternitatis. Hinc loquitur Paulus, Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Et rursus, Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Denique cum pax pectoris sit tranquillitas ordinis, & quies mentis in deo: non potest quis hanc pacem habere, nisi in primis declinet à vitiiis. Quia vt loquitur Esaia, Non est pax impiis. Secundò, oportet bona pergere ex dilectione, cum promptitudine & delectatione. Propter quod ait psalmista, Pax multa diligentibus legem tuam. Hæc etenim pax, realiter est gaudium imperturbatum operationi virtutis annexum. Tertio necesse est, vt in homine sit debita subiectio carnis sub anima, sensualitatis sub ratione & voluntate, rationis quoque & voluntatis sub deo, per obedientiam & obseruantiam legis diuinæ. Hinc mali pacem istam non habent, quoniam saluti propriæ aduersantur & dissidēt, dissentiantque à seipsis, atque inordinatum cor habent. Quia ergo pax ista difficulter acquiritur, faciliusque amittitur: necesse est eam inquirere, & adeptam diligentissimè custodire. [ *Quia oculi domini super iustos* ] ideo aduersa æquanimiter sustinere, & dona strenuè debent implere, quia à summo iudice indefinenter aspiciuntur, qui iustum eis aget iudicium. Et rectè oculi dei super iustos esse dicuntur: quia vbi amor, ibi oculi. Idcirco ad rem dilectam dirigitur visus. Iustos autem deus specialiter diligit, cum similitudo amoris sit ratio, propter quod ait scriptura, Iustus dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Hinc sanctus Iob contestatur, Nunc deus considerat viam meam, & omnes gressus meos dinumerat. Et iustus deus ait in psalmo, In via hac gradieris, firmabo super te oculos meos. Porro oculi domini sunt intellectus & sapientia eius, [ *Et aures eius in preces eorum* ] id est ad exaudiendum preces iustorum paratæ sunt, dum orant salubriter & instant. Idcirco in Ecclesiastico scriptum est, Oratio iusti penetrat caelos. In Prouerbiis quoque, Longè est deus ab impiis, & orationes iustorum exaudit. Iusti etenim sunt amici dei. A micorum autem est, eadem velle & nolle [ *Vultus autem domini* ] id est respectus diuinæ iustitiæ est [ *super facientes mala* ] & similiter super omittentes bona fieri iusta: quia eorũ peccata vlticini paratus est, nisi poeniteant. Vnde fertur in psalmo, Pones eos vt cilibanum ignis in tempore vultus tui. Et alio in psalmo, vbi præallegata verba conscripta sunt, semiuersiculo huic adiicitur, Vt perdat de terra memoriam eorum. Memoria enim iusti cum laudibus, nomè verò impiorum putrescet. postremò præiudicis cõsonat illud Deuteronomij, Dominus deus tuus, est deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericors deus. Iustus autem diligens se, & iis qui custodit præcepta eius, & reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos & ultra non differat, protinus eis restituens quod merentur.

D Profecutio expositionis huius capitis ab eo loco [ *Et quis est qui vobis nocet.* ]  
Articulus VII.



Bundavit in primitiua ecclesia Christianorum persecutio copiosa, ferocis, assidua: idcirco cõuersi ad fidem indigebant cõfortatione & informatione ad patientiam. Et hoc nunc agit apostolorum dignissimus vertex. [ *Et quis est qui vobis nocet, si boni amulatores fueritis?* ] Tanquam dicat, Nullus vobis potest nocere, si amulatores, hoc est, amatores seu imitatores estis boni, hoc est dei seu Christi essentialiter boni, vel boni. i. virtutis. Nam qui huiusmodi boni est amulatores, non deiicitur per aduersa, sed deo firmiter est inherens. Idcirco tribulatio cooperatur ei in meritorũ augmentum: & si ledatur in corpore, si spoliatur substantia, si diffametur, nõ ei hæc nocet: sed mirabiliter profunt, si ea æquanimiter ferat. Quæ admodum ægro non nocet amara potio, sectio, siue adustio. Ideo dictum est, Nulla nocet aduersitas, si nulla dinometur iniquitas. Eis verò qui inferunt ista iustis, maxime nocet horum illatio, cū peccet mortaliter. Vniuscuiusque siquidè malum in proprium redundat auctorem. Et cui hæc nocet, ex propria impatientia, ira, seu alia culpa nocent. Ideo Ecclesiasti. 10. dicitur, Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.

Beda.

Matth. 5.  
Ibidem.

Matth. 10.  
Prouer. 18.  
Esa. 51  
Matth. 26.

Matth. 6.  
Pfal. 33.  
Ezech. 29.  
Esa. 8.

¶ Sed his obiici potest, Quoniam, vt videtur, impiissimi hæresiarachæ valde nocuerunt multis bonis catholicis, quorum fidem persuasionibus euerterunt. Nunc sacrilegus & damnatissimus Arius totum pene orbem infecit? Vnde & Beda hic ait, Constat plurimos boni æmulatores lætos esse ab aliis, dum in veritatis, quam diligunt cognitione, malè instructi sunt. Quatos enim in deum catholicè credere & rectè in ecclesia viuere cupientes Arii vesania, à quantos Sabellij aliorumvè hæreticorum nequitia nescientes seduxit? Lege Ioannis Chrysofomi librum, quem scripsit de eo videlicet, Neminem posse lædi ab alio, nisi à semetipso. Hæc Beda. Verùm de isto longa posset disputatio induci. Sed breuitati studendum est & breuiter respondendum. Quod sicut dibabolus tentando inclinat, non compellit homines ad peccata, ipsi verò liberè cõsentiendo tentant, seipsos præcipitant: sic hæresiarachæ potuerunt inclinare, non cogere ad errores: nec persecutores, absolute loquendo, compulerunt fideles ad sacrificandum: sed qui sacrificauerunt ex pœnis inducti, ex propria infirmitate & imperfectione, cesserunt & perierunt. Hinc subditur, [sed ex siquid patimini propter iustitiam, beati] estis nunc in merito & spe, beati futuri in præmio & re: sicut ait Saluator, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et rursus loquens diffusius, & iustus plenissimè recreans ac consolans, ait ibidem, Beati estis, cum maledixerit vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete in illa hora, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Patiendò nanque æquanimitè aspera propter iustitiam, purgamur à culpis, implemur potioribus gratiæ donis, Christo assimilamur, à futuris eripimur pœnis, purgquamur ad regnum & gloriæ promeremur augmentum. Denique qui correptionem & correctionem pro suis peccatis grantanter suscipiunt, vt in vita præsentis purgentur, ac deo complacent, quamuis pro suis patiuntur demeritis: tamen aliquo modo, puta finaliter, propter iustitiam pati dicuntur, & reputatur eis hoc ipsum ad meritum, suntque beati. Miseri verò sunt, & miseri vehementer, qui corripit ac corrigi dedignantur. [Timorem autem] id est causam timoris, videlicet crudelitatem & perfectionem [Eorum] qui aduersa infligunt [Ne timueritis] immoderato timore, à virtutum constantia retrahente. Ideo subditur, [vt non conturbemini] id est ne ordinationem rationis, tranquillitatemque mentis perdati, & ita aliorum prauitate vincamini. Hinc iubet Saluator, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Et in Prouerbiis habetur, Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Et in Esaia, Quis tu, vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi scenum arefecit?

¶ Veruntamen timor aduersitatum & mortis, naturalis duntaxat, excusatur à culpa, cum & Christus timuerit mortem, ex præuio rationis iudicio. Aliqui verò timent, se formidaturos tribulatione instante, qui quod euadere cupiunt, ante tempus assumunt: quibus cõsultitur, vt dominum deprecentur, quatenus eos ab omni inordinato expurget pauore, cum Psalmista orâtes, A timore inimici eripe animam meam. Non vt me non occidat inimicus, sed vt non timeam occidentem inimicum.

¶ Considerent etiam, quàm salubre sit pati aduersa, quàmque proficuum, & quàm breuis sit omnis tribulatio vitæ præsentis, & quanta sustinuerunt Christus & sancti. Ex quorum omnium intuitione constantes ac fortes, imò & læti sint in tribulationibus & tormentis. [Dominum autem Christum sanctificat] id est magnificè honorate, firmiterque tenete, & sanctum esse sentite. [in cordibus vestris] videlicet in intellectu & voluntate, eum firmiter contemplando, seruè diligendo, & totis viribus honorâdo. Iuxta hunc sensum oramus assiduè, Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Et propheta hortatur, Magnificatè dominum mecum. Per Ezechielem quoque dominus fatetur, Cum sanctificatus fuero in vobis. Et Esaia ait, Dominum exercituum sanctificate. [Parati semper ad sanctificationem omni pœnitenti vos rationem de ea que in vobis est, fide & spe] id est tam instructi & sapientes in euangelica lege sitis, vt iugiter prompti sitis ad dandam rationabilem responsionem, & causam vniuersis à vobis quærentibus rationes fidei vestræ ac spei. Cur scilicet tam incomprehensibilia credatis, tamque supernaturalem beatitudinem, & secreta ac inuisibilia bona adipisci speretis? ¶ Potest autem quis rationem fidei ac spei interrogare à Christiano dupliciter. Primum fideliter. Secundo infideliter. Qui fideliter quærit, charitativè informandus est, & potest faciliter contentari. Qui verò infideliter sciscitatur, non ita faciliter contentatur, sed opponit & arguit, quousque vincatur. Vtrisque tamen eadem rationes fidei ac spei sunt assignandæ. Quod scilicet ita credimus & speramus, quoniam deus altissimus, omnipotens, verax, qui nec fallere potest nec falli, huic nostræ fidei & spei testimonium perhibuit. Primum per Christum. Deinde per sanctos apostolos, ceterosque Christi discipulos & viros sanctos. Imò per vtriusque sexus personas innumerabiles, vsque in præsens, per innumera & præclara miracula solius omnipotentis suæ possibilitatis. Quæ partim in scripturis canonicis sunt descripta, partim in chronicis aliisque historiis & legendis authenticis. Secundo, quoniam quicquid de Christo credimus & speramus in euangelica legis scripturis, in veteris testamenti scripturis per Moysen, & beatos prophetas copiosè legimus prophetatū. Tertio, quia lex Christi est lex totius sanctitatis, ac perfectionis. Quarto, per finalem istam Iudæorum relictionem probamus Christum venisse. Quinto, ostenditur veritas fidei per hoc, quod quæto aduersarij & tyrani atrocius nitebatur fidem Christianam proferre extinguere, tanto plus creuit atque inualuit. ¶ Ex quibus omnibus, multisque aliis rationibus, sufficiet & certò probatur, quæ fidei nostræ ac spei deus sit author ac testis: quæuis per ea fidei veritates supernaturales ita probari nõ queat, vt cõprehendatur per rationem, certitudinemque; euidentiæ habeant. Veruntamen fidem cõtra aduersarios disputatõne defendere, & eâ diuersis argumetationibus rationabiliter persuadere ac declarare, nõ est omnium, sed specialiter eruditorum. Nec est præceptum, vt vnusquisque fidelis paratus sit ad satisfaciendum quærentibus rationem fidei ac spei, cum multi sint idiotæ, & penitus simplices: sed istud est magis consiliū, prælati, tamen & superiores atque doctores, seu prædicatores tenentur aliquo modo esse parati ad satisfaci-

A ctionem huiusmodi. Cum apud Malachiam dicatur, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius, quia angelus domini exercituum est. In primitiua quoque Ecclesia, præparatio & erudito ista ad satisfaciendum talem magis necessaria fuit, quàm nunc: quia tunc fideles inter perfidos aduersarios eius defendere [sed cum modestia & timore] id est postulantibus à vobis rationem fidei vestræ ac spei, respondebat modè, id est timorâtè, humiliter & decenter: ne interrogatores scandalizentur in vobis: & se despici arbitrantur, contra fidem & eius professores grauius accendantur. Hinc ad Romanos loquitur Paulus, Infirmum in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Timoth. quoque scribens, Noli, inquit, verbis contendere. Ad nihil enim vile est, nisi ad subuersionem audientium. Itémque, Seruum domini non oportet litigare: sed patientem esse, & cum modestia corripientem eos qui resistunt. Denique cum ea quæ fidei sunt, sint tam sublimia, incomprehensibilissima ac profunda: non nisi cum casto dei timore de eis loqui & disputare debemus, ne forsitan dominum offendamus, irreuerenter & præsumptuosè loquendo de ipso, & mysteriis eius. Quia, vt in Prouerbiis asseritur, sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum: sic qui percrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Propter quod & diuinus Dionysius & Damascenus affirmant, Non est audendum aliquid dicere de sù peressenti deitate præter ea quæ nobis sunt in sacris eloquiis tradita [conscientiam habentes bonam] ita, vt vobis non sitis conscij de aliqua simulatione, nequitia, aut culpa occulta. Quemadmodum ad Corinthios asserit Paulus, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ, quod in simplicitate & sinceritate dei, non in sapientia carnali, conuersi sumus in hoc mundo. [vt in eo quod detrahunt de vobis confundantur, qui calumniantur vestram bonam conuersationem] id est detractores vestri, vobis incautè obloquentes, ex vestra rationabili responsione, quam eis assignatis de fide & spe vestra, atque ex sancta vita vestra, confundantur, ipsa euidentia veritatis ac virtutis conuicti. Aut etiam tandem cõuersi. Vel, confundantur in die iudicij: quando iusti stabunt in magna constantia aduersus persecutores, irrisores, detractoresque suos. Vnde per Hieremiam ait vir iustus. Confundantur qui persequuntur me, & nõ confundar ego. Paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis. Hinc ad Titum habetur, Verbum sanum sit & irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil mali habens loqui de nobis. Hæc igitur agite cum bona conscientia, nec ex timore persecutionem omittite ea. [Melius est enim] id est magis laudabile, magisque meritorium [Benefacientes (si velit voluntas dei) pati] aduersa [quam malefacientes] hoc est virtuosus fuerit, vt absque demerito vestro, vt pote bene viuentes, sustineatis aduersa, quàm vt ea pro vestris demeritis sustineatis, vt pote malè viuentes.

¶ Quemadmodum Iob & Tobias amplius commendat pro eo, quod tanta perpessi sunt, non pro suis excessibus, sed pro sua exercitatione, & coronatione gloriosè, atque vt aliis in exemplum patientiæ ponerentur, quàm Eliinàs magus & Ioram, qui pro suis criminibus sunt plagati.

¶ Hac quoque autoritate, secundum Bedam, reprehenditur eorum stulticia, qui æquanimitè ferunt correptionem & correctionem, quando culpabiles sunt: si verò absque culpa sua patienter aduersa aut arguantur, ægrè accipiunt: & qui haec videntur innoxii, per propriam iram, impatientiam, murmurationem se noxios reddunt. Porro quod virtuosus sit absque proprio demerito pati, probat exemplo Christi. [Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est] sicut ait in psalmo, Quæ non rapui, tunc exolebam. Et Hieremias in Tere, testatur, Spiritus oris nostri Christus dominus, captus est in peccatis nostris. Mortuus ergo est pro peccatis nostris tollendis, sicut prædixit sanctissimus Ioannes Baptista, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Crucifixus est enim, vt merito suæ acerbissimæ passionis, in quantum illam ex feruentissima charitate atque plenissima obedientia acceptauit ac pertulit, pro nostris satisfaceret culpis, & copiosissimam nobis gratiam plenamque beatitudinem promeretur: iuxta illud ad Hebræos, Sanguis Christi, qui semetipsum per spiritum sanctum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruicium deo viuenti. Et rursus. Semel oblatum est multorum exhaurienda peccata. Rectèque additur semel, Quia vt Paulus fatetur, Christus resurgens ex mortuis, iam nõ moritur, mors illi ultra nõ dominabitur. quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel. Itaque mortuus est pro nobis. [Iustus pro iniustis] videlicet ipse sanctus & innocens pro nobis transgressoribus [vt nos offerret deo] id est ei reconciliaret, & ad caelestè introduceret patriam. Quemadmodum ipse dixit, passione in stante, Vado parare vobis locum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Christus iuppe est, qui fortem armatum, puta diabolum, ligauit, & spolia eius distribuit, auferens ei quos ille dec epit, & ad deum eos reducens. Atque in altum ascendens captiuum duxit captiuitatè, propter quod per Esaia, deus pater ait de homine Christo, In scientia sua iustificabit ipse seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispersit eam plurimos, & fortium diuidet spolia. Etenim spolia fortium erant peccatores, à dæmonibus victi & captiuorum multos, omnes, sanctos Christus sua passione nõ solum sufficiet, sed & efficiet saluauit. Hinc scriptum est ad Ephesios 5, Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum per ea, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, nõ habentem maculam neque rugam. Offerret, inquam, nos deo [Mortificatos quidem carne] id est à carnalibus desiderijs & inquinamentis abstractos, & spiritaliter mortuos [vniuersos autem spiritu] id est mente, viuentes in charitate & gratia: vel, viuificatos spiritu, id est à spiritu sancto, per dona gratiæ eius spiritaliter viuos effectos. ¶ Hanc enim mortificationem viuificam merito passionis Christi à deo consequimur, nec sine ea finalem fructum dominicæ passionis, videlicet æternam salutem, adipiscemur. Qui enim sunt Christi, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigunt, vt loquitur paulus ad Galatas, Qui denuo ad Corinth. fatetur, pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt, iam non sibi viuunt: sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque qui tribulationes & persecutiones absque suis demeritis sibi illatas æquanimitè fertit, Christo

Malac. 2.  
Roma. 14.  
2. Tim. 2.  
Ibidem.

Prouer. 25.  
Dionysius  
2. Cor. 1.

Sap. 5.  
Hier. 17.  
Tit. 2.

Iob. 14.  
Iob. 11.  
Act. 13.

3. Re. 22.

Epist.

Psal. 85.

Hebr. 9.  
Ibidem.

Rom. 6.

Ioan. 14.  
Matth. 32.  
Marc. 3.  
Psal. 97.  
Esa. 53.

Galat. 5.  
2. Cor. 5.

afsimilantur. Qui verò eas pro suis peccatis tolerant patienter, cōformantur latroni ad dexteram Christi suspiro, qui dixit, Digna factis recepimus: qui & cum Christo paradifum de cruce introiuit. Qui verò nec pro suis excessibus corripit corrigique dignantur, latroni ad finiftram Saluatoris fufpenfo æquatur. ¶ Confequenter commemorat princeps apoftolorum antiquum opus misericordie Chrifti, quod tempore Noë fecit, per quod præfigurauit effectum pietatis, quem post suam incarnationem in mundo hoc viuens, per feipsum ac suos difcipulos, impendit hominibus. Est autem locus hic intricatus, & satis obfcurus, ac variis modis translatus. Nam Beda ponit hunc textum, In quo & eis qui in carne cōclufi erant, fpiritu veniens prædicauit. Quem textum fequitur & exponit Albertus. Alia verò translatio, teste Beda, fic habet, In quo fpiritu & eis qui in carne erant, prædicauit, &c. Communiter verò ita habemus, In quo & his qui in carcere erant, fpiritu adueniens, vel, fpiritualiter adueniens, prædicauit. Exponendo ergo hanc literam, primò ille est fenfus, in quo, id est ad hoc, vt homines à fe conuerfos deo offerret. Vel in quo, id est in fpiritu fancto, de quo fecundum vnam expofitionem, immediatè præmifit, viuificatos fpiritu. Itaque in quo & his qui in carcere erant fpiritu veniens, id est Chriftus verus deus per fpiritu fancti immiffionem feu in fpirationem, adueniens, eis qui erant in carcere. i. in profundo vitorum & ignorantiarum, & confuetudine vitiofa erant ligati, propriifque iniquitatibus quasi custodia carcerali detenti, prout in Prouerbiis habetur, Iniquitates fuæ capient impium, & finibus peccatorum fuorum constringentur. Vnde & Paulus loquens de impiis, Refipifcant, inquit, à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur. His ergo Chriftus per fuæ miferationis effectum fpiritualiter veniens, & fpiritu fancto operante adueniens prædicauit per Noë, vt infra innuitur. Quem Noë Chriftus per in fpirationem fpiritus fancti infliguit ad prædicandum verbis & factis, futurum esse diluuium propter scelera hominum, quia tunc omnis caro corruerat viam suam, vt dicitur in Genefi, [Qui increduli fuerant aliquando] feilicet tempore Noë, cuius prædicationi non crediderunt, nec à suis cellauerunt criminibus [Quando expectabat dei patientia] id est deus diu & patienter expectauit pœnitentiam, emendationemque hominum: quia per centum annos & amplius deus prænuuciauit diluuium esse futurum. Nam & Noë centum annis occupatus fuit cum suis in arcæ fabricatione, sicut ex Genefi trahitur. Hinc fubditur, [In diebus Noe cū fabricaretur arca] deo dicente ad Noë, Fac tibi arcam de lignis læuigatis. Quidam textus habent, quando expectabant dei patientiam: quia iniqui illi diftulerunt & neglexerunt fe emendare, videntes comminationem dei de aduentu diluuii tam diu differri. Sicque expectabant patientiam dei, non defiderando gratiam emendationis, fed diu manendo in suis peccatis, putantes quòd pius & patiens deus non efferet eis diluuium inducturus. Sicque vnicuique eorum dici poterat illud ad Romanos. Existimas, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis dei & patientiæ & longanimitatis contemnif? Ignoras, quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam, & impœnitens cor tuum, thefaurizas tibi iram in die iufti iudicij dei tui.

Prouer. 5.  
2. Tim. 2.

Gene. 6.

Ibidem.

E  
F  
G  
H

A filij Noë, & tres eorum vxores [salua factæ sunt]. i. à periculo diluuij, feilicet fubmerfione & morte [Per aquam] id est per hoc quòd aqua diluuij eleuauit arcam in altum ne mergerentur. Sumitur autem in fcripturis multoties pars pro toto. Sicut in psalmo, Ad te omnis caro veniet. Et in Actis, Eramus omnes animi in naui ducente sexaginta sex. [Quod et vos nunc fimilis formæ saluos facit baptifma] Ordo verborum in constructione hic est, Quod, fupple dico, quia baptifma fimilis formæ. i. sacramentum baptifmatis Chrifti existens fimilis formæ. i. comparis modi cum aquis diluuij. Nam ficut per aquam diluuij falui facti funt valde pauci, comparatione eorum qui perierunt diluuiio: ita electi qui per baptifmum foluuntur pauci funt, comparatione fidelium reproborum, & aliorum incredulorum. Propterea ait Saluator, Arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Et rufus, Nolite, inquit, timere puillus grex, quia complacuit patri dare vobis regnum. Rufus, ficut aqua diluuij eleuando arcam, faluauit exiftetes in ea: fic aqua baptifmi faluat leuando ad cælum. Itaque baptifma fimilis formæ faluos vos facit, id est, purgat à vitijs, atque ad alia fagramenta deducit. Est enim primùm inter fagramenta ianua ad alia. [Non carnis depofito fordam] id est, corporalium feudatium feu immunditiarum depofitio non vos faluat, fed fpiritalis interiorque ablutio. Ideo fubditur [sed confcientiæ bonæ interrogatio in deum] id est, interrogatio quæ fit à baptizando adulto. Interrogatio, inquam, bonæ confcientiæ in deum, id est inquisitio an habeat confcientiam bonam in deo: ita vt non fictus accedat, fed catholicè credens, & boni propofiti: hæc interrogatio faluat. i. per eam fit baptizandi faluatio. Aliter enim fit baptifmatis effectum. si adultus exiftat, Tunc enim ab ipfo fit interrogatio, perfonaliter refpondet. Si autem fit infans, patrinus refpondet pro eo [Per refurrectionem Iefu Chrifti] id est an habeat confcientiam bonam in deo per refurrectionem Iefu Chrifti. i. per viam & formatam fidem refurrectionis Iefu Chrifti, rectè credendo in eum. Qui enim credit Chriftum refurrexiffe à mortuis, alia eius myfteria facilius credere poteft: ficque refurrectio Chrifti valde fpecielem habet difficultatem credendi. Ideo fcriptum est Actuum quarto Virtute magna reddebant Apoftoli teftimonium refurrectionis Iefu Chrifti domini noftri [Qui est ad dexteram dei patris.] Iuxta illud Marci. 16. Dominus Iefus, postquam locutus est eis, affumptus est in cælum, & fedet à dextris dei. ¶ Dicitur autem Chriftus ad dei patris dexteram esse dupliciter. Primò in quantum est deus, & fedet & regnat deo patri æqualis: fed in quantum homo, dicitur ad patris dexteram refidere, id est in posterioribus eius bonis confidere: quia præ vniuerfis electis fruitur deitate fublimiter, & omni felicitate impletus est, quantum capere poteft natura creat. [De glutiens mortem] quia in primis fua benedicta paffione fibi ipfi plenam corporis immortalitatem promeruit: deinde genus humanum à morte culpæ redemit, imò & à morte æternæ damnationis faluauit. Plenam quoque animæ & corporis beatitudinem, que omnem mortalitatè excludit, promeruit nobis: quam virtute & merito Chrifti tandem fortientur electi, puta in die iudicij: quòd mortale hoc induerit immortalitatè, & iuxta quod loquitur Paulus, implebitur fermo qui fcriptus est, Abforpfa est mors in victoria. Hinc fubditur [vt vitæ æternæ hæredes efficiemur]. i. æternam falutem hæreditate confequamur. Vnde per Ofeam propheta decimote Math. 25. tio capitulo ait Saluator, De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua ô mors, ero mortuus tuus inferne. [Profectus in cælum] in die afcenfionis. Per quod nobis dedit fiduciam, præbuitque exemplum beatificæ afcenfionis in cælum cū corpore glorificato & anima, obtinendè in die iudicij: quòd dicit, Venite benedicti patris mei, percipite regnū. [subiectis sibi angelis, poteftatibus et virtutibus.] Quia fuper omnium angelicorum ordinum dignitatem, hierarchiam, & excellentiam eleuatus est Chriftus in afcenfione, fecundum naturam affumptam. ¶ Quocirca sciendum, quòd eo ipfo quo Chrifti humanitas in incarnatione verbi æterni vnita est verbo hypoftatica vnione, videlicet ad perfonale & increatum esse verbi affumpta in vnitate perfonæ, prælata est omni creaturæ, & toto vniuerfo dignior fublimiorque effecta. Tamen in quantum mortalitati & paffibilitati fuit fubiecta, erat quodammodo angelis fanctis inferior, sed quia in immortalitate vitam furrexit, & fuper omnes cælos vfque ad dexteram patris afcendit, idcirco in afcenfione dicuntur angeli & cæteri chori celestes ei fubiecti. Et exprimitur hic tres chori angelici, feu tres ordines angelorum, per quos cæteri dantur intelligi. ¶ Quocirca penfanctū quòd gloriofiffim⁹ apoftolici agminis vertex paulatim afcendèdo, primò exprimit angelos, deinde poteftates, & tertio loco virtutes. Ex quo sumitur argumentum, quòd virtutes pertineant ad iecundā hierarchiam angelicam, & fupra poteftates exiftant, prout diuinus Dionyfius à Paulo apoftolo informatus edocuit. Quamquam Gregorius & Bernardus ponant virtutes in infima hierarchia chorum fupremum.

Actu. 27.

Lucæ. 12.

1. Corin. 15.

Eodem.

Math. 25.

Expositio IIII cap. [Chrifto igitur paffo in carne.]

Artic. VIII.



Vm in imitatione cōuerfationis paffionisq; Chrifti tota noftra cōfiftat perfectio, vberim princeps Apoftolorū ad dñicæ paffionis imitationē nos admonet, per aduerfitatem & tribulationū te leratiam virtuoſam. Idcirco nunc loquitur [Chrifto igitur paffo in carne]. i. quia Chriftus in carne propria paffus est, non in deitate ſua, que fuit impaffibilis prorfus. Nec ſolū in carne ſua patiebatur ſaluator, ſed in anima quoque. Habuitque corporales & ſpirituales, exteriores & interiores dolores, ita quòd in omnibus exterioribus & interioribus ſuis ſenſibus affligebatur: atque in appetitu ſenſituo tam concupiſcibili q̄ irraſcibili. Nam & timorem & triftitiā habuit. Cæpit quippe contriftari, & pauere, & tædere: dixitque, Triftis eſt anima mea: ſque ad mortem, Lucæ. 22. Nec ſolū in prædictis organicis viribus, ſed in potētis quoque ſuperioribus intellectiuis grauioriter patiebatur, videlicet intellectu & voluntate. Quamuis enim anima eius, quantum ad ſuperiores has vires, Math. 26. fuerat tempore paffionis in gaudio beatificæ fruitionis, ita, quòd non patiebatur in potētis iſtis ad



in creatu obiectum relatis: tamen in quantum potentia illa erant fundata in essentia anima, & respectum habebant ad obiectum creatum afflictivum, sic erat in grandi afflictione, prout Thomas in prima parte Summa sua hac plenius docet. Imo, vt Bonauetura & alij bene deducunt, in Christo tempore passionis dolor corporis excessit passionis dolore: sicque tota Christi humanitas vehementissimè patiebatur, & tota natura humana in ipso fuit in dolore summo ac maximo: quia tenerrimè erat complexionis, & summè perceptiva doloris: & erat maximè recens, viuax, nobilis, ac robusta. Nec fuit tunc in ea superioribus viribus in inferiores redundantia, cõsolatoria, doloris releuatiua. Meritò ergo debemus compati christo, tantum & tanta propter nos passio, & eius passioni nos conformare. Propter quod subditur [Et vos eadem cogitatione armamini] .i. meditatione dominicæ passionis armate vos contra impugnationem deliciarum, seu concupiscentiarum & vitiorum, & clypeo penitentiæ vos munite: passionemque Christi sequi proponite, carnem vestram cum vitis & concupiscentiis crucifigendo [Quia qui passus est in carne, desit a peccatis]. Si desinere accipiatur pro cessare ab actu præterito seu incepto, certum est, istud de Christo nõ posse exponi, eò quod nunquam peccauerit. Si autem desinere accipiatur pro abstinere, potest de Christo intelligi. Nã ipse Christus in carne propter nos passus abstinuit semper a culpis. Communiter verò exponitur istud de imitatoribus dominicæ passionis, vt sit sensus, Quia qui passus est in carne .i. tribulationes corporales patienter sustinuit, & carnem suam affigendo per abstinencias, ieiunia, disciplina, vigilias, eam in anime seruitutem redegit: iuxta illud, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigodesit a peccatis. i. a præteritis vitis penituit, & se emendauit, nec carnalibus inquinamentis se cõdat. Vnde sponsa in Canticis, Laui (inquit) pedes meos: quomodo inquinabo illos? [Vt iam non hominum desideris]. i. de cætero nõ carnalibus & humanis inordinatis affectibus [Sed volumini dei]. i. obseruationi diuinorum præceptorum ad gloriã creatoris [Quod reliquum est in carne viuat temporis]. i. residuum temporis vitæ presentis in hac carne mortali viuat & obediat, hoc est vos ipsi de cætero per omne tempus vitæ vestræ seruiatis obediatisque deo. Tempus quippe dicitur agere vel pati, quod existens in tempore agerit aut patiatur: sicut in euangelio ait Saluator, Crastinus dies sibi ipsi erit sollicitus. Et primò Machabæorum habetur, Videns Ionathas, quia tempus eum iuuat [sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam]. i. satis & plusquam satis est, quod elapsis temporibus vixisset carnaliter, & irrationabili hominum voluntatibus acquieuit. Idcirco de reliquo nõ solum à consuetis peccatis cessetis, sed præteritorum quoque temporum negligentias recuperetis, & vitia deplorate, semperque fructuosè viuatis [Qui ambulauerunt] ad interitum [in luxuriis, desideris, irrefrenatis, violentiis]. i. a suis uis & superfluis vini potationibus, quæ non solum animæ sed & corpori maximè nocent: quibus dicitur apud Esaiam, Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam [Comestationibus, potationibus] quantum ad aliorum poculorum sumptionem immoderatam [Et illicitis idolorum cultibus]. i. idolatriæ maximè vitiosus. Hæc nanque & consimilia scelera in gentibus regnauerunt. Prout in lib. Sapientiæ diffusè scriptum est: ubi inter cetera fertur, Omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio, infidelitas, turbatio, peritium, tumultus, bonorum domini immemoratio, animarum iniquitatio, inordinatio mœchiæ & impudicitia [In quibus nunc admirantur non concurrere vobis vobis in eandem luxuriæ confusionem]. i. dum vitia ista exercent, mirantur quod vos qui olim fuistis socij eorum in talibus, nunc abstrahitis vos ab eis [Blasthemantes] Christum & fidem quam accepistis. Non enim cognoscunt viam iustitiæ, ideo iustos reputant fatuos. De talibus scriptum est per Sapientem, Dixerunt impij, cogitantes non rectè, Venite, fruamur bonis quæ sunt: & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino precioso & vnguentis impleamus nos. Nullum pratum sit, quod nõ pertransit luxuria nostra. Denique multi sunt Christiani ita carnales & excecati, vt mirentur si quis ad vitam claustralem & penitentialem confugiat, & ipsorum vitæ consortia. Admiratio quippe confugit ex hoc, quod in insolitus effectus conspicitur, cuius causa ignoratur. Hi autem obtenebrati prauj non sciunt nec pensant, quid moueat iustos, & qualiter inspicientur à deo. Propter quod ad Corinth. habetur, Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere [Qui reddem] id est reddere exigentur [Rationem ei qui paratus est iudicare viuos et mortuos] vt ipse Christo de quo scriptum est, Ipse est, qui cõstitutus est à deo iudex viuorum, & mortuorum. Siquidem pater omne iudicium dedit filio. Salomon quoque protestatur, Cuncta quæ sunt adducet deus in iudicium pro omni creato, siue boni sit siue mali [Propter hoc enim ex mortuis euangelizatum est] id est existentibus in peccatis, & perdidit prædicata est lex Christi ab eius discipulis. De taliter mortuis ait in euangelio Christus, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et Paul. Vidua, inquit, quæ in delictis viuuit, viuens mortua est. Et rursus, Surge qui iam ad Christum conuersi, & impiorum consortia deuitantes, diiudicentur & reprobentur ab ipsis carnalibus excecatis hominibus, secundum hominum huius sæculi sensum iudicantibus, quorum iudicia vultu peruersa. Ita tamen diiudicatio conuersorum ab impijs est præter intentionem prædicantium, & ex eorum prædicatione occasionaliter sequitur: sicque quod ait, vt, tenetur concomitante, non casualiter. Sicut in psalmo, Tibi soli peccauit, & c. vt iustificeris in sermonibus tuis, & c. [Viuant autem secundum deum] id est in obseruantia præceptorum [In spiritu]. i. recta mentis intentione, & ex charitatis affectione, ad quod prædicatio directè ordinabatur. Vnde ad Galatas fertur, Spiritu ambulate, & desideria carnis non persequeris. Et meritò sic viuendum est [Omnium enim finis appropinquabit] id est dies iudicij ineffabiliter appropinquat. Vel, omnium hominum finis, id est mors indefinenter propinquat. Cum tota hæc vita sit quasi cursus ad mortem. [Et cetera, que prouidentur] id est discreti, circumspici, & prouidi. Quia horrendum est, incidere in manus dei viuentis. Atque in medio laqueorum & iniuribilium hostium omnium ferocitate, calliditate, inuidia repletorum ambulatis: qui tam fortitudine, quam experientia & astutia

A nos valde excedunt, nec aliud machinantur, nisi vt æterna felicitate, quã perdiderunt, nos spoliarent, infernalibusque nos secũ inuolunt supplicijs. Idcirco oportet nos iugiter esse maximè circumspectos, timoratos, cultoditos, sollicitos, prout in Deuter. 5. Moses exhortatur, Custodi temetipsum & animam tuam sollicitè, ne obliuiscaris verborum domini: & ne excidat de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Sed quia nõ sufficit diligentia nostra sine continua diuinæ subuentionis assistentia, rectè subiungitur [et vigilate in orationibus]. Quod dupliciter potest intelligi, & debet impleri. Primò, vt orando vigilemus. i. cum cordis vigili attentione oremus. Non enim corde hinc inde vagante inuocandus est deus, sed animo recollecto, aduerterente & custodito, cum omni reuerentia, humilitate, & sancto timore. Propter quod in Eccl. scriptum est, Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo tentans deum. Secundo, vt protrahamus vigilias in orando, non solum in die, sed nocturnis quoque tẽporibus orationibus insistendo. Iuxta illud in psalmo, Media nocte surgebam ad cõsuetudinem tibi. Et rursus, In die tribulationis nostræ deum exquisiui manibus meis nocte contra eũ, Huius siquidem rei Christus (cuius omnis actio nostra est instructio) nobis dedit exemplũ, de quo scriptũ est, Exiit Iesus in montem solus orare, & erat pernoctans in oratione dei. Hanc doctrinam etiã Christus expressit apud Marcum loquens, Vigilate, nescitis enim quãdo dominus veniat, sero, an media nocte, an gallicantu, an manẽne cũ venerit repente, inueniat vos dormientes. Videte, vigilate, & orate. Sed quoniam absque charitate nihil est meritorium, subditur [ante omnia autem]. i. potissimè & in primis ante exercitia cuncta, [Mutuam in vobismetipsis charitatem conseruam habentes]. i. charitatè fraternã indefinentem, & quãtũ possibile est, etiam actiuam, vt tam interiores quam exteriores charitatis actus assidue procedamus: cum signum charitatis sit exercitio actus. Vnde & dominus ait, Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Sed cum primum maximumque præceptum sit, vt deus toto corde ametur, quid est quod princeps apostolorũ hortatur, vt ante omnia mutuo diligamus? Et respondendum, quod eadem est charitas habitualis, qua deum proximumque diligimus, eò quod deus sit ratio proximis diligendi. Sicq; dilectio dei & proximi se mutuo complectuntur. Idcirco in eo quod ante omnia ad mutuam charitatem monemur, datur intelligi, vt super omnia & ante omnia deum amemus, sicq; ad fraternã charitatè ante omnia nos hortatur scriptura, in quantum ista dilectio fraterna charitatem dei includit, ac præsupponit [Quia charitas operit multitudinem peccatorum]. i. vniuersa peccata ignis sanctæ dilectionis consumit & delet, non solum quantum ad culpam, sed etiam quantum ad poenam, in toto aut in parte, secundũ quod feruor amoris intensior fuerit siue remissior. Propter quod Christus dixit de beatissima Maria Magdalena, Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. in Prouerb. quoque Salomon ait, Vniuersa delicta operit charitas. De huius autem verbi expositione dicta sunt plura super illud Iacobi, Qui cõuerterit fecerit peccatorẽ ab errore vitæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorũ [Hospitalis inuicem] esto eundem. Præsertim autem religiosi peregrini & pauperes sunt hospitandi & taliter repulandi. Istud nanq; est vnũ de operibus misericordiar, quæ ad Christianos precipuè pertinet, & ad quæ charitas mutua specialiter obligat, vt. s. vnusquisque faciat alteri, prout vult fieri sibi. Vnde istud nõ obseruãtibus christus in die iudicij est dicturus, Hospes fui, & non collegistis me. Hinc ad Hebr. dicitur, Caritas fraternitatis maneat vobiscum, & hospitalitatè nolite obliuisci. Et Esaias, Egenos, inquit, vagosq; induc in domum tuã. Quod fãctus Iob implese se pandit. Foris (inquit) nõ masit peregrinus. Ostiũ meum viatori patuit. Nec solũ hospitalitatè debet quilibet exercere, sed cetera quoq; beneficia, sibi à deo collata, proximis communicare pro posse. Ideo sequitur [vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterum illam administrans]. i. quilibet vestrũ dona sibi desuper præstita proximis suis piè & charitatiuè diffundat, impèdat, cõmunicet: vt per ea fructificet deo, impleatq; quod dñs ait, Negotiamini dum venio. Et sic talenta sibi tradita virtuosè multiplicet, & ita se habeat circa proximũ, quẽadmodũ deus se habuit circa ipsum. Hoc totũ est, vt opera misericordiar, tam spiritualia quã corporalia, proximis impendat vnusquisq; pro posse. Cui ergo à deo collata est maior sapientia, aut maior gratia exhortandi, aut maior virtutum perfectio libenter informet ac moueat alios, & eos conetur conuertere. Propter quod ait scriptura, Sapientiã abscondita, & thesaurus occultus, quæ vilitas in vtriusq; Vnde ad Colossenses dicitur, Docentes & commoentes vosmetipsos in hymnis & psalmis. In Apoc. quoque scriptũ est, Qui audit dicat. Veni. Hæc itaque agite sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. i. amorosi erogatores & communicatores multipliciũ charitatum aut donorum spiritus sancti: quo vni datur sermo sapientiæ, alteri sermo scientiæ, alij gratia sanitatum, alij discretio spirituum, &c. prout ad Corin. dicitur. Propter quod denuo loquitur Paulus, Vnusquisque propriũ donum habet à deo. Ad hanc cõmunicationem hortatur nos Salomon dicens, Diriuentur fontes tui foras. Et Christus, luceat (inquit) lux vestra coram hominibus. Est itaque dei gratia multiformis. i. varia ac diuersa multipliciterque distincta. Et potest per gratiã dei hic intelligi omne donum gratis à deo impensum, per quod vnus potest alteri aliquo modo prodesse. Specialiter tamẽ potest hic locus exponi de donis gratiæ gratis datæ, quæ ad aliorum datur vilitatè. Specialiter quoq; administratio seu communicatio ista ad prælatos, prædicatores, doctoresque pertinet: vt cũ psalmista dicere valeant deo, Iustitiam tuã non abscondi in corde meo. Veritatem tuam & salutare tuum dixi. Et illud Sapientiæ, Nõ abscondam à vobis sacramenta dei, neq; cũ inuidia tabescẽte iter habebõ: sed dona dei cõmunico vobis. [si quis loquitur quasi sermones dei]. i. non nisi de deo loquatur, ita, vt ad minus verba sua ad dei referat gloriam & honorem, sintque vitia: iuxta illud ad Ephes. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed qui vnus est ad adificationem, vt det gratiam audienti. Vel, quasi sermones dei, id est, Nõ aliud quis loquatur aut doceat quã consonũ est scripturis vel cõtinetur in eis. Propter quod Timotheo scripsit aposto. Paulus, Prophanas vocum nouitates deuita. Vel, quasi sermones dei, id est deo

Deute. 4.

Ecclesi. 18.

Psal. 118.

Psal. 76.

Lucæ. 6.

Marc. 22.

Ioan. 15.

Matth. 22.

Lucæ. 7.

Proue. 10.

Iacobi. 5.

Matth. 25.

Matth. 7.

Hebr. 16.

Esaiæ. 38.

Iob. 31.

Lucæ. 19.

Ecclesi. 20.

Collos. 3.

Apoca. 22.

1. Cor. 12.

1. Corin. 7.

Proue. 5.

1. Cor. 5.

psalm. 39.

Sapient. 7.

Ephes. 4.

1. Tim. 6.

ascribat, quicquid boni aut salubriter dixerit. Non enim sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Hinc scriptum, In manu dei sumus, & nos & sermones nostri [si quis ministrat]. i. bonum quodecunque alteri exhibet, seu impendit [Tanquam ex virtute, quam administrat deus]. i. non propria virtute, sed virtute sibi à deo collata id se facere arbitretur: & omne bonum quod habet, aut aliis impartitur, deo rāquam superdignissimo fonti liberalissimōque datori grata ac humiliter mente attribuat. Cum dicat Saluator, Sine me nihil potestis facere. Et Paul. Quid habes quod non accepisti? [Vt in omnibus honorificetur]. i. debito modo à vobis ac aliis honoretur [Deus] trinitas [Per Iesum Christum] dei & hominum mediatorem, hominem verum, [Dominum nostrum] cuius virtute & merito gratiarum charismata nobis de super infunduntur: hoc est, quod ait Saluator, Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Vas quoque electionis Corinthiis scribens, Omnia in nomine domini agite, gratias agentes deo. [Cui est gloria et imperium in secula seculorum, Amen.] De quo ait Apost. Paulus, Regi sæculorum immortalis, inuisibili, soli deo honor & gloria. Ipse est enim rex omnipotens, in cuius ditione cuncta sunt posita. Est autem deo gloria, i. infinita lætitia, clara quoque cū laude notitia, & immensa maiestas. Præterea denuo redit archiapoſtolus ad exhortandum fideles, vt habeant insuperabilem patientiam in aduersis [charissimi nolite peregrinari]. i. à fide fieri alieni, aut à deo alienatos & exterius vos putare [in feruore]. i. persecutionum impetu vehementi, seu furioso. [Qui ad tentationem vobis fit]. i. vobis ab incredulis ac peruerſis, deo permittente, infligitur ad vestri probationem & coronationem: quamuis impij alia intentione vos persequantur. Sed deo disponente, omnia cooperantur electis in bonum. De hoc dicta sunt multa super illud Iacobi, Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, &c. Itaque ex hac re nolite peregrinari, Vel (vt alia litera, qua vitur Beda habet) nolite mirari [Quasi noui aliquid vobis contingat]. Istud enim uouum non est, sed vt dixit Iudith, Omnes qui deo placuerunt per multas tribulationes transierunt fideles. Et Sapiens, Tanquam aurum in fornace, probauit electos dominus. Psalmista quoque, Multa, inquit, tribulationes iustorum. Hoc est, quod in Prouerbijs scribitur, Sicut igne probatur argentum, & aurum in camino: ita corda probat dominus. Hinc ait venerabilis Beda, In ecclesia à protomartyre Abel, vsque ad vltimum, qui in fine mundi nascetur electum, nunquā perſecutio deest. Imò vt electionis vas protestetur, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. ¶ Sed cum secunda ad Corinth. dicatur, Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino, quid est quod princeps nūc ait apſtolorum, Nolite peregrinari in feruore. &c. cū feruore istis nisi in corpore isto mortali eueniat? Ad hoc respondetur ex verbis Alberti, quòd aliquis dicitur peregrinari quatuor modis. Primò, propter distantiam loci. Et isto modo in sæculo dicimur peregrinari, quoniam multū distamus à cælo empyreo, quod est locus & patria electorū. Hinc ait propheta, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Secundò, propter corporis huius corruptibilitatem & statum mortalem ac corpulentum. Sicque loquitur Paulus, Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. Verius tamen intelligitur peregrinatio ista propter spiritalem distantiam cognitionis huius imperfectæ à perfectâ notitia dei, quam habent beati. Propter quod præallegatis verbis protinus addit Aposto. Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Tertio, propter temporis elongationem. Propter quod in Genesi ait Iacob patriarcha, Dies peregrinationis meæ super terram, centum triginta anni sunt. Quarto, propter carentiam gratiæ ac providentiæ dei. Et sic nullus fidelis debet se reputare peregrinari à deo propter tribulationes quas patitur, quasi ob hoc sit à deo relictus, & quasi deus prouidentiam actū nō habeat humanorum, quoniam iustos ab impijs tribulari permittit. Imò hoc ipsum est præcipuū signum suę prouidentię ac prædestinationis circa electos. Cū per Zachariā protestetur, Ducam eos per ignem, & vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum. Quidam hunc locum ita exponunt, Nolite peregrinari. i. ad alia loca vos transferre, in feruore, &c. id est ex timore perfectionum. Nam quamuis interdum liceat fugere, Christo dicente, Cū perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam: tamen perfectius est manere, nisi sit persecutio certæ personæ, cuius fuga vitior est Ecclesiæ, quæ eius festinatium martyrium, & propter maius bonum Ecclesiæ, non ex mortis timore ineat fugam: sicut Paulus de Damasco clam fugit, Sequitur [sed communicantes Christi passionibus, gaudente]. i. imitatione, intuitu, & amore Christi propter vos passi, patiendū aduersa gaudent in domino, propter multiplicem fructum vobis inde proueniendem. Imò potissimè, quia hoc complacet deo in vobis, & quia hoc dignū & iustum est, vt suo capiti membra assimilentur. Propter quod ait ipse, Gaudente in illa hora & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælo. Et Iacobus, Omne inquit gaudium existimate, cum in diuersas tentationes incidieritis [Vt in reuelatione gloriæ eius]. i. in aperta vilione excellentiæ Christi [Gaudetis exultantes]. i. tam vehementer gaudentes interiori, vt redundet illud gaudium in æternum in corpus post resurrectionem futuram. propter quod ait psalmista, Satiabor, cum apparuerit gloria tua. ¶ Præterea Christi passionibus, quas pro nobis sustinuit, debemus variis modis communicare. primò, eas in nostro corpore per imitationem assidue deferendo. Corpus proprium in operibus penitentię assidendo, seu aliis tribulationibus propter deum viriliter exponendo. Vnde. 2. ad Corinthios fassus est paulus, In omnibus tribulationem patimur, sed nō angustiamur. Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Et ad Epheſi. In omni (ait) fiducia magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Secundo de eis gaudente propter summos & multiplices fructus earum: quia per eas placatus est deus, & liberatum est genus humanū à morte æterna, purgatum quoque à morte peccati: & particeps factus est hominibus gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Spiritusque maligni sunt victi. Idcirco ad Galat. locutus est paul. Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi. Tertio, de imitatione cruciformi earū latèdo.

Ioan. 15. I. Cor. 4.

Heister. 13.

Roma. 8. Iacobi. 1.

Iudith. 8. Sapien. 4. Psalm. 33. prou. 7. Beda. Act. 14. I. Cor. 5.

Psalm. 119. I. Corin. 5.

Genes. 47.

Zacha. 12.

Matth. 20.

2. Cor. 11.

Matth. 5. Iacobi. 1.

Psalm. 16.

2. Corin. 5.

Epheſi. 1.

Galat. 6.

A Sicut apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, vt scribitur in Actibus. Quarto, de merito passionis Christi & imitatione eiusdem, beatitudinē expectando, quæ admodum secunda ad Corinth. inducitur, Scitote quoniam sicut focij passionum estis, sic 2. Cor. 1. eritis & consolationis. Secunda quoque ad Timot. Si commortui sumus & conuiuemus. Si sustinemus, & 2. Tim. 2. conregnabimus. Quintò, dominicâ passionē quotidie cū pia & intima cōpensione reminiscendo: secūdū illud ad Heb. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionem. Hebr. 12. Et in Trenis scriptū est, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Sextò, pro Christo martyrium sustinendo, qui tamen modus cōprehendi potest sub primo. Cū ergo non sit feruus maior domino suo, nō reuamur exemplo Christi, & eius intuitu ac amore, tribulationibus aduersus exerceri, aduersa pati, castigari ac corripri. Imò gaudeamus in talibus, sicut in omnibus diuitis, vt cū Paulo dicere valeamus, Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Et item, Christo cōfixus sum cruci [sed estis exprobramini]. i. per verba contumeliosa & iniuriosa vituperamini à perfidis & iniquis hominibus [In nomine Christi] idcirco quia in Christum creditis, aut secundum eius doctrinam præceptaque viuitis [Beati eritis] nunc in spe & merito, deinde in re & præmio: dum modo æquanimiter ex charitate sustineatis, & vsque in finē in bonis perseueretis. Hoc est quod Christus affirmat, Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum se parauerint vos, & exprobauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filij hominis. B Gaudente in illa hora. ecce enim merces vestra multa est in cælo. Hinc loquitur August. Socij contumeliæ, erunt & focij gloriæ. Idcirco nunc subditur, [Quoniam quod est honoris gloriæ et virtutis dei]. i. honor quē deus retribuit iustis pro eorū actibus virtuosus. Nam honor debetur virtuti: & gloria seu beatitudo, quæ eorum meritis correspondet, in quantum ex charitate procedunt: & virtus seu constantia aut fortitudo, qua deus suos in aduersis confortat [Et qui est spiritus eius]. id est spiritus sanctus, qui est spiritus Christi, sicut & patris: quoniam à patre & filio, tanquam ex vno fonte, atque eodem principio, est procedens, quemadmodum filius ait de spiritu sancto, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Paulus quoque fatetur, Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius [super vos requisit]. i. in cordibus vestris est vnumquodque istorum. Nam honor & gloria, quæ in patria præstabitur electis fidelibus, sunt modo in eis per inchoationem & spem ac meritū, & radicaliter atque casualiter. Est itē in eis formaliter virtus à deo infusa, & dei confortatio gratioſa. Sed & spiritus sanctus in omni virtuoso humili & quieto quiescere perhibetur, prout apud Elaiam loquitur deus, Super quē requiescet spiritus meus, nisi super quietum & humilē. ¶ Potest & ita intelligi, quod est honoris gloriæ & virtutis. i. quod deus reputat honorabile, gloriosum & virtuosum, seu triumphale, videlicet si inuicta patientia in aduersis requiescit in vobis. ¶ Requiescit etiam spiritus sanctus super electos & iustos, tanquā pius cessor & ductor eorū, dirigēs eos quomodo vult. Luxta illud, Iustū deduxit dominus per vias rectas. Propter quod loquitur Paul. Quicunque spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei [Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus]. i. conuicioſa verba in alium proferens, seu maledicens [Aut alienorum appetitor]. i. res aliorum auferere desiderans. Hoc est, Nolite hæc & consilia vitia perpetrare, nec per ea temporalē afflictionē & mortē mereri. Præsertim quia in primitiua ecclesia hoc fuisse valde derogatum iustorum fidelium, & causa derisionis fidei Christianæ à perfidis, blasphemationisque Christi. Si tamen (quod absit) quis iusta ista commiserit, debet debitam punitionē pro eis patienter sufferre, vt in futuro misericordiam cōsequatur [si autem vt Christianus]. i. si patiatur quia in Christum credit, & ei obedit [Non erubescat] cū non sit inhonestū, seu erubescibile: sed iustum & honore dignissimum taliter pati. Ideo subditur [Glorificet autem deum in isto nomine]. i. deum collaudet, & ei regratiatur, quòd concessit hanc gratiam, vt scilicet pro inſtitia patiatur, & Christo sic conformetur. Nam in Christum credere, & bona agere, ac pro iustitia pati, dona sunt dei. Prout ad philippenses afferitur, Vobis donatum est pro Christo, non solum vt credatis in eum, sed etiam vt pro illo pati mini [Quoniam tempus est vt incipiat iudicium a domo dei] id est in sæculo isto electi & iusti, qui sunt vera & viua membra domus dei, puta ecclesiæ militantis, variis modis exercetur aduersis, secundum ordinationem oculi iudicij dei, qui interdum per angelos sanctos castigat electos, interdum permittit eis à prauis hominibus atque dæmonibus flagellari, siue occidi. In primitiua quoque Ecclesia tempus fuit persecutionis grauiſimæ Christianorum, qui ab impijs morti adiudicabantur quotidie & trucidabantur. Propter quod ait Saluator, Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo, Et alibi, Ego, inquit, quos amo arguo & castigo. Per Ezechielem etiam loquitur dominus, A sanctuario meo incipite percutere [si autem primum a nobis] id est si iusti fideles electi in primis ita quotidie patiuntur aduersa & diiudicantur ab impijs [Quis finis eorum qui non credunt dei euangelio?] id est qualis & quanta erit incredulorum & reproborum damnatio, super quos non est virga dei in vita præſenti, sed eorum vita est impunita nequitia, & tantum cum malefecerint. Quasi dicat, Valde dura erit illorum punitio in futuro, & quantò nunc diutius tolerantur, tantò tunc grauius dānabuntur. Vnde in Ioanue legitur, Qui non credit, iam iudicatus est, quia nō credit in nomine vnigeniti filij dei. Hinc secūda ad Theſſalo. habetur, Gloriamur pro patientia vestra in omnibus persecutionibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei. Si tamen iustum est apud deum, retribuere tribulationem his qui vos tribulant, in reuelatione domini Iesu Christi de cælo, cum angelis, in flamma ignis dantis vindictam his qui nō obediunt Euangelio, qui penas dabunt in interitu æternas à facie domini & gloria virtutis eius cum venerit glorificari in sanctis suis Denique ex his sumitur euidentis argumentum veritatis fidei Christianæ, Videmus enim homines pessimos sanitate & prosperitate vsque ad senectutem potiri: homines verò timoratos, iustos ac deuotissimos omni tempore tribulationibus & aduersitatibus exerceri. Si ergo non est vita post præſentem alia, in qua fiat retributio iusta, vbi est iustitia dei aut prouidentia eius? Hanc rationem tangit Salomon in Eccle. vbi ait, Peccator ex eo quod contempsit peccat, & per patientiam

Hebr. 12. Treno. 3. Ioan. 13.

Lucæ. 6.

Ioan. 16. Roma. 8.

Esaiæ. 66.

Sapien. 16. Rom. 8.

Philip. 1.

Ioan. 16. Apoca. 3.

Iob. 21. Prou. 2. Ioan. 3. 1. Theſſ. 1.

Eccle. 8.

fulsentatur. Ego cognoui, quod erit bonum timentibus deum, qui querunt faciem eius. De qua re subtilissimè sator, disputatque psalmista dicendo, Dixerunt, quomodo scit deus, & si est scientia in excessu? Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo. Deinde subdit in personam iusti fidelis, Et dixi, ergo sine causa iustificauit cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Tãquã dicat, Si iniqui sic prosperabuntur nec iudicabuntur à deo, ergo inaniter iustè innocetèrque vixi. Quod quã ab absurdò sit dicere, inuit subdend, Si dicebam, narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui, & c. Et alia multa profunda addit de isto ibidem [Et si iustus vix saluabitur]. i. difficulter ad salutem pertinet finaliter: cù arcta sit via salutis atque per multas tribulationes oporteat non saluari: difficilè quoque sit perseuerare vsque in finem, hostiumque eadere laqueos, & vincere tentaciones, & in extremis acris sæuiat [impius]. i. infidelis [Et peccator]. i. malus Christianus, [Vbi parebunt]. i. quo modo à vultu dei & à rigore sui iudicij se abscondere poterunt? Parebunt vtique in iudicio à sinistris, sed in malum ipsorum: & malent non apparere. Et statim in lacum proiciuntur tartareum, vbi manebunt in æternum absconditi. ¶ Porro, vt asserit Prouc. 11. Beda, hanc sententiam princeps apostolorum ex prouerbis Salomonis, secundum antiquam translationè, accepit. Pro quo sanctus Hiero. transtulit, Si iustus in terra recipit, quantò magis impius & peccator? Hoc est si iustus in præsentis vita affligitur, quantò magis iniqui, qui hinc non castigantur nec emendantur post vitam hanc damnabuntur. ¶ Verutamen certum est iustos vsque in finem perseuerantes saluari. Idcirco quod ait, si iustus vix saluabitur, accipi potest per modum hyperbolice locutionis, qua aliquid dicitur per excessum, ad designandum magnitudinem rei insolitam. Sicque per verba ista in sinuatur, quò difficilè sit hominem mortalem saluari, non ex parte omnipotentis dei, in cuius manu sunt omnium corda: & quocunque voluerit, vertit ea absque omni difficultate ex parte sua, cum infinitæ eius virtuti omnia sint equè facilia: sed ex humana fragilitate, & multitudine impugnationum atque tentationum oritur difficultas. Et quamuis deus in hominis saluatione præsupponit liberum arbitrium, quod non cogitur: non tamen ex parte dei est difficultas, vt aliqui somniant. Quoniam deus omnipotens superfacilè, quando vult infundit gratiam quãdam, quæ omnem cordis duritiam, obicemque: repellit ac tollit, vt sanctus loquitur Augulsi & Thomas in Sûma cõtra gentiles allegat. Cùm igitur iustus vix saluetur ob rigorem diuini iudicij, in quo quæ homini iusta videntur, sæpe iniusta reperiuntur, congruè subditur [itaque et hi, qui patiuntur secundum voluntatem dei]. i. pro iustitia patiuntur aduersa piè, æquanimiter, & constanter, secundum quod complacet deo. Vel etiam correptiones & correctiones pro suis peccatis modò libenter suscipiunt [Fideli creatori commendant animas suas]. i. seipfos deo humiliter fiducialiterque committunt, non præsumendo de propriis viribus aut meritis, sed deo omne bonum attribuentes, cuius dona sunt merita nostra. Idcirco subiungitur [In benefactis]. i. in virtuosius suis operibus, quæ cupiunt piè acceptari à deo, in quo totam suam figunt fiduciam, & eius subuentionis, conseruationis, protectionis iugiter inherentes. De quo ad Corinth. loquitur Paulus, Fidelis deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum. ¶ Dicitur autè deus fidelis à fidelitate, quæ est pars iustitiæ, quia fidelibus suis seruat fidelitatem, prout in scripturis testatur. Propter quod ait propheta, Fidelis deus in omnibus verbis suis. De quo in Deuter. scribitur, Deus fidelis & fortis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se. Non autem vocatur fidelis à fide, quæ est theologica virtus: quæ ei nõ conuenit.

Explanatio .v. Capitis [seniores ergo qui in vobis sunt.] Arti. ix.

Ntroducis documentis ac iusionibus ad quosdam specialiter pertinentibus, scilicet ad conuigatos ac seruos nunc specialiter instruit prælatos, ac subditos [seniores ergo qui in vobis sunt]. i. maiores, videlicet prælatos & aliorum instructores siue presbyteros, qui in primitiua Ecclesia communiter etiam corporali ætate fuerant seniores [Obseruo] quia officio & senio\* confor[Et testis Christi passionum]. i. testificator suppliciorum quæ pro nobis sustinuit Christus: quæ partim propriis oculis vidit, idcirco de eis possum testari. Hinc ait Christus apostolis, Vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis [Et eius, que in futuro reuelanda est, glorie communicator]. i. annunciator seu prædicator felicitatis ac gloriæ sempiternæ, in futuro sæculo electis propalandæ & dandæ: quam instrumentally vos communico, ad eius adoptionem vobis cooperando meis prædicationibus, orationibus, meritis, & exemplis. Vnde dicitur sanctissimus Petrus communicator gloriæ Christi, quia in monte Thabor interfuit transfigurationi ipsius: in quauultu Christi instar solis resplenduit, & qualis nunc est in celo empyreo, qualis etiam apparebit in iudicio, demonstrauit. Vidit quoque Christum post resurrectionem & ascendentem in celum conspexit [Pasce qui in vobis est gregem dei]. i. vnusquisque vestrum plebem sibi commissam diligenter spiritualibus alimoniis nutriat, vt pote sapientia, quæ est cognitio diuinorum: & scientia, quæ est rerum notitia creaturarum: vel morali peritia. Pascenda est quoque plebs virtutum exemplis, fama laudabili, oratione assidua, prædicatione continua, ecclesiasticis sacramentis. De talibus pastoribus loquitur dominus per Hieremiam, Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientiæ & doctrina. Paulus quoque in actis Episcopis loquitur, Attendite vobis, & vniverso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam. Paterea ducit fuit in ore sanctissimi Petri verbum hoc, pascite, quoniam Christus dixerat ei, Pasce agnos meos. Et sicut Christus præfecit Petrum vniuersali Ecclesiæ & populo vniverso: sic Petrus fuit sollicitus pro totius salute Ecclesiæ, hortando, cum infirmos, tum prælatos, vt vnusquisque dignè exequatur suum officium [Prouidentes] id est salubria procurantes subditis vestris, & prouidè vos habentes ad illos, futura pericula præcauendo pro posse [Non coactè sed spontaneè] id est charitatiuè & liberè, non ex necessitate, aut sola indigentia rei terrænæ. Coactè enim hæc agit, qui aliunde non habens quo sustentetur, propter temporale commodum sustentat populo prædicat, ac spiritualia alimèta impendit. Hinc loquitur Paulus, Si volens hoc ago, mer-

A cedem habeo, Si autem inuitus dispensatio mihi credita est. Prouidendum est ergo spontaneè [scundum deum]. i. recta intentione ad dei honorem, vestra ac subditorum salute [Neque turpis lucri gratia] non inuitu proprio quaestus [sed voluntariè] propter commodum spiritale [Neque vt dominantes in clero]. i. non ex fastu superbiæ, sed ex humilitate Nempe prælati qui ex cõsideratione suæ dignitatis, seu prædientie extolluntur, & pòpaticè iubent, atque faciliter indignantur, ac subditos spernunt, hi tales sunt vt dominantes in clero, qui magis proprium quàm dei honorem respiciunt, nec curat de dei in honorem, dùmmodo ipsi à subditis honorentur. Nõ enim habent syncerum zelum iustitiæ, sed ad seipfos vitiosè reflexi sunt. E istud prohibuit Christus in cæna nouissima. Quia vt apud Lucam habetur, Cùm facta fuisset inter discipulos contentio, quis eorum videretur maior: respondit Saluator, Reges gètium dominantur eorum: vos autem nõ sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior. Et qui præfatus est, sicut ministrator. ¶ Denique duplex est dominium. Vnum ordinatum, videlicet dignitas principatus, siue prælatio ad inferiorum profectum relata. Et istud dominium competit prædientibus, sicque domini possunt vocari. Vnde & Iosue dixit, Domine mi Moses prohibe eos. Et Aaron ad Mosen, Ne indignetur, inquit, dominus meus. Cui & tribus Ruben & Gad loquebantur, Serui tui sumus. Sic sanctus Clemens vocauit beatissimum Petrum dominum suum, vt in itinerario Clementis habetur. Et filij Israël dixerunt ad Gedeonem, Domine tu nostri. In Act. quoque apostolorum custos carceris dixit Paulo arxer Silez, Domini quid me oportet facere, vt saluus fiam? Sic & Anselmus in epistola de incarnatione verbi scribit Romano pòtifici, Domino & patri vniersæ ecclesiæ peregrinatis in terra. Aliud est dominium inordinatum, vt pote præsidat ad proprium cõmodum ex fastu relata, quæ prælati atque principibus prohibetur. Cù in Deut. dominus dicat de rege, Nõ eleuetur cor eius in superbiã super fratres suos, neque declinet in partem dexteram, vel sinistram. In Eccle. quoque habetur, Rectorem te pofuerunt, noli extolli. Esto in illis quasi vnus ex eis. Curam illorum habe, & ita cõsidera. De hac re multa scribit Bernardus in lib. de cõsideratione. ¶ Per hanc quoque distinctionem multa verba sanctorum adinuicem concordantur, quæ inter se repugnantiam quandam habere videntur. ¶ Præterea quia ordinatum dominium, & recta prælatio, nõ ad proprium cõmodum seu honorem, sed ad subditorum vtilitatem referuntur: idcirco prælationes & dignitates ecclesiasticæ, seruitutes vocantur. Et ipsi qui præsent, seruos fe veraciter reputat eorũ, qui sũ gubernationi cõmissi sunt. Vnde & pòtifex summus appellat se seruũ seruorũ dei. Propterea prælati & principes debet tãtò humiliores, timoratiore & custoditiore cõsistere: quãtò pluribus prædient, vt pote discretius iudicadi, atque pro pluribus rationè datur [sed forma sabii gregis]. i. grege vobis credito exèplares effectũ. Nempe cù vnusquisque debeat proximorũ scandala deuitare, eosque ædificare, dicente Apostolo, Quæ ædificationis sunt in inuicem custodiamus. Et item, Hoc iudicate, ne ponatis fratri offendiculum vel scandalum, multò magis ista ad prælatos superiorè que pertinet, qui ex officio specialiter obligantur subditos à vitiiis expurgare, & ad virtutes inducere. propter quod Timotheo antistiti præcipit paulus, Esto exemplum fidelium in verbo, in cõuersatione, in charitate. Et rursus, Sollicitè cura te ipsum probabilem exhibere deo, operarium incõfufibilem, rectè tractatè verbum veritatis. Tito quoque archiepiscopo scribens, In omnibus, inquit, te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. T este quippe Gregor. cùm pastor per abrupta gradiatur, grex eius in præcipitum labitur. Et cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio cõtèmnatur. Ex virtuosaf siquidem & exemplari cõuersatione, ac informatione superiorum, intantũ dependet profectus & salus inferiorum, vt per Hieremiã dominus protestetur, Quoniam stultè egerũt pastores, & dominium nõ exquifiserunt, propterea omnis grex eorum dissipatus est. In Eccle. etiam dicitur, Secũdum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Vã ergo, & vã aternũ atque grauissimum præfiditibus, vitam carnalem, negligentem, scandalofam ducentibus: quoniam vniersa subditorum peccata in eos redundant [Et ex animo]. i. integro corde, prompto effectu, recta intentione, firmo proposito, pastore officium adimplete, cù omni diligentia & seruore. Cũ hi vobis commissi sint, pro quibus sanguinem suum dei filius fudit: qui his (quorũ negligentis & vitiiis tam preciosissimè à se redemptos amittit) im placabiliter & supergrauissimè irascetur: iuxta illud Sapient. Citò & horredè apparebit vobis altissimus, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur [vt cum apparuerit princeps pastorum] videlicet Christus, qui est princeps pastorum supremus & principalis. Romanus verò pontifex est princeps pastorum, & totius vniersalis militatiæ ecclesiæ prælatos, ac præsal vicalialis [Pericipitatis immarcescibilem glorie coronam] id est æternam & indeficientem felicitatis remunerationem, beatitudinis brauium, salutis triumphum. Apparebit autem Christum non solum in finali iudicio, sed in particulari iudicio quoque singulariorum, quos suo sisti præcipit tribunali. propter quod ait, Vigilate, quia nescitis diem neque horam. ¶ Quomadmodum autem grauissimã est negligentia, carnaliumque pastorũ damnatio: sic fidelium diligentium, exemplariũque præfiditum copiosissima erit felicitas, & præmium inæstimabiliter gloriosum. Quia non solum pro suis actibus virtuosius, sed pro subditorum etiam meritis coronabuntur. propter quod ad Thesalio. loquitur paulus, Quæ est enim spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ, nõnne vos ante dominum nostrum Iesum Christum, in aduentu eius? [similiter adolescentes subditi estote senioribus] id est superioribus vestris obedite, quomodo eis præcepi vobis præesse, videlicet non coactè, sed spontaneè, secundum deum, sincera intentione & ex animo: quemadmodum ad Hebræos dicitur, Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim perugilat, quasi rationè reddituri pro animabus vestris: vt cũ gaudio hoc faciant, & non gementes. Subditi itaque circa suos superiores habere se debent reueretèr, obedienter, pacificè & amorosè. Hinc ad Thes. loquitur Paulus, Rõgam⁹ vos fratres, vt noueritis eos qui laborat inter vos, & præsent vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorũ, & pacem habete cum eis.





nis interpretationem: quoniam Babylon interpretatur confusio, & in Roma fuit vitiorum omniumque idolatriarum ingens confusio. Omnium enim deorum colebatur Romani porteta. Atque, ut asserit Leo papa, magnam sibi Roma videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuerat falsitatem. Secundo, propter conformitatem eius cum Babylone. Quemadmodum enim Babylon illa Caldaica fuit suo tempore urbs possidens monarchiam, & magna valde, ac idolis plena, in qua pauci congregatio fuit Israelitica plebis, illuc translata: sic Roma tempore consecrationis huius epistolae fuit metropolis mundi, civitasque monarchica idolatriis plena. in qua ad huc modica fuit Ecclesia, quae subiungitur [Coelestis] Vel, ut aliqui textus habent, collecta. Fuit enim instar aliarum ecclesiarum particularium, simul cum eis deo electa: quae & per fidem ac charitatem fuit collecta, unumque in deo effecta [Et Marcus filius meus] iste est Marcus Euangelista baptizatus a beatis. Petro, & instructus ab eo. Ex hoc loco elicit Beda, quod archi-episcopus hanc scripsit epistolam antequam misit Marcum ad Alexandriam, utpote Claudio imperante: sub cuius imperio beatissimus Petrus & Marcus Romam venerunt. [salutate inuicem in osculo sancto] Hoc in suis epistolis saepe scripsit & Paulus. Fuit siquidem in primitiua Ecclesia, charitate adhuc abundante ac superfluente, consuetudo, quod fideles se inuicem cum osculo receperunt ac salutauerunt. Quia & Christus suos discipulos sic osculari solitus fuit. Unde & proditor, Quemcumque, inquit, osculatus fuerit, ipse est. Itaque salutate in osculo, sancto, spiritali, charitativo, pacifico: non carnali, blando, facili, iniquo: quemadmodum Ioab oscularus est Amasam, proditor Saluatorum, Salomon alienigenas mulieres. Quidam vero sub specie osculi spiritualis suam palliant carnalitatem, & osculo vitium carnali: quod propter suum caudum est [gratia omnibus vobis] sicut [Qui estis in Christo Iesu]. i. e. per fidem & charitatem estis uniti, & incorporati, quemadmodum ipse Ioannes fateatur cap. 17. Omnes unum sint, sicut tu pater in me & ego in te: & ipsi in nobis unum sint. Sed cum isti essent in gratia, sicut iam paulo superius dixit, contentans hanc esse veram gratiam in qua stas: cur eis nunc gratiam imprecatur? Sed respondendum, quod gratiam communicantem & consummantem eis exoptat, atque assiduum diuinorum charismatum incrementum. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus.

Rom. 16.  
1. Cor. 16.  
2. Cor. 13.  
1. Thess. 5.

Matth. 26.  
3. Reg. 11.

D. DIONYSII CARTHUSIANI

in secundam Petri Epistolam, Enarratio.

Cap. 1.

[Symon Petrus apostolus Iesu Christi.]

Artic. 1.



Rimitiuam Ecclesiam impugnabat tyranni gladio materiali, persecutionibusque diuersis heretici autem doctrinis pestiferis. Quemadmodum ergo in prima epist. excellentissimus apostolici chori vertex hortatus est fideles ad patientiam in aduersis, ne persecutionibus cederent: ita in hac eos hortatur epist. ne hereticorum decipiantur figmentis. Itaque ait, [symon petrus seruus] seruitute filialis, non seruilis timoris. Quemadmodum enim duplex est timor, ita duplex est seruitus. Puta seruilis, & filialis. De seruo seruitute seruilis timoris fertur in Ioan. Seruus non manet in domo in aeternum. Et alibi, Iam non dicam vos seruos. De seruo autem seruitute filialis timoris dicitur apud Matth. Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui [Et apost. Iesu Christi] quem Christus ascensus ad patrem, reliquit sui amoris & suae auctoritatis vicarium, dans ei plenitudinem ecclesiasticae potestatis super vniuersalem ecclesiam [Hisque aequalem nobiscum sortiti sunt fidem]. i. e. eandem a deo per infusionem acceperunt fidem, quam & nos a deo suscepimus. Quia ut dicitur ad Ephes. 4. Vnus dominus, vna fides, vnum baptismum. Dicitur autem fides vna unitate specifica, a suo obiecto: sed ex parte subiectorum numeraliter multiplicatur. Denique princeps apostolorum de se, & alijs ad fidem conuersis in generali iam loquitur. Nam ipsi gloriosi Apostoli habuerunt fidem perfectiorem, seu magis illuminatam, & feruentiorem dilectione formatam ac firmiterem, quam ceteri Christiani. Quia primitias spiritus acceperunt, atque in omni virtute mirabiliter praefulgebant. Nihilominus multi eorum, quibus haec scripsit, habuerunt fidem valde illuminatam, & aequalem in perfectione fidei plurimorum, qui cum beatissimo erant Petro [in iustitia dei et saluatoris nostri Iesu Christi]. i. e. cum iustitia nobis per creationem a deo saluatore infusa, Quia non fidem duntaxat, sed & alias quoque virtutes deus infudit fidelibus. Et possunt ceterae virtutes illae infusae sub iustitiae appellatione intelligi, prout iustitia est virtus communis, & omnis virtus quaedam iustitia est, quia per eam habet se homo recte atque debet. Porro quod ait, dei & saluatoris nostri, quomodo referri possit ad eandem increatam personam, & quomodo ad distinctas personas, dictum est in expositione praecedentis epistolae. Vel quod ait in iustitia dei, exponendum est de increata iustitia dei, ut sit sensus, His qui aequalem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia dei, ita quod iusto iudicio fides illorum reputata est aequalis fidei nostrae. Sicque quod ait, in iustitia, determinat quod dixerat, coaequalem. Potest etiam indeterminare participium istud sortiti sunt, ita, quod sensus est, Quod iusto iudicio data est eis fides talis ac tanta. Quamvis enim ex misericordia dei principaliter data sit eis fides tanta, tamen in quantum se praepararunt ad eam, faciendo quod in ipsis fuit, iustum quodammodo fuit seu decens & congruum, ut deus qui dat unicuique secundum propriam virtutem, dispositionem seu capacitatē, infunderet eis fidem tam magnam. [Gratia vobis et pax adimpleatur] id est perfecta gratiam, plenamque pacem deus vobis largiri dignetur: ut quantum possibile est, habeatis in vita ista pacem perfectam, loquendo de pace mentis. Sicut enim quis dicitur in vita hac esse aliquo modo perfectus in contemplatione, sapientia, charitate, ita & in pace interna. Non tamen potest pax

Ioan. 8.  
Ioan. 5.  
Matth. 5.  
Ioan. 5.

Roma. 10.

Matth. 5.

A vita praesentis esse in deo finitatem, actualiterque continua. Ideo optat sanctissimus Petrus, ut gratia & pax nobis adimpleatur: quatenus per gratiam & pacem viam ad gloriam patris, quae est gratia consummata: atque ad pacem Christi, quae exuperat omnem sensum, quae est pax continua nunquam finienda: post vitam hanc perducamur. Adimpleatur, inquam [in cognitione domini nostri Iesu Christi] id est, in contemplatione ipsius. Pax enim (quae est gaudium imperturbatum) in contemplatione fundatur, & ex ea causatur: sicut & gaudium mediante tamen dilectione: cuius gaudium & pax immediati affectus & fructus dicitur. Siquidem deum contemplan-do, non in eo gaudemus, nec in ipso mente quiescimus: nisi eum sinceriter diligamus. Vel gratia & pax adimpleatur in cognitione, id est per cognitionem [Christi] ut per eam, tanquam per medium directiuum, ad pacem patriae pertingatis. Iuxta illud Lucae, Illuminare his, id est eos illumina qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes, id est affectus nostros in viam pacis. Scripsit autem beatissimus Petrus istam epistolam eis, quibus & praecedentem. Nam infra ait, Hanc vobis charissimi secundam scribo epistolam. Insuper quae sequuntur ad verba iam habita coe-pedent: ut sit sensus, Pax vobis in Christi cognitione adimpleatur, ita, ut Christo vos illustrante, etiam cognoscatis [Quomodo omnia vobis diuina virtutis] supple dona siue gratiarum charismata [Quae ad vitam] gratiae iam habendam, & vitam gloriae in futuro obtinendam [Et pietatem] id est, dei cultum, seu benignitatem, vel misericordiam (de qua loquitur Paulus. Pietas ad omnia utilis est) supple necessaria sunt. Donata sunt. Hoc est cognoscatis, quatenus, quam gratiosae, quam liberaliter deus vobis donauit omnia dona gratiae ac virtutum, quae sunt dona ipsius diuinae virtutis. i. omnipotentiae eius; quae ea per creationem infundit ac tribuit, quae requiruntur & nobis sufficiunt ad bene viuendum in saeculo isto, atque ad vitam beatam adipiscendam in caelo, & ad pietatem in omnibus exercendam. Iuxta illud, Exerce te ipsum ad pietatem. Donata sunt autem [Per cognitionem Christi] id est, per fidem ipsius, & per fidelem ipsius notitiam. Quia per fidem creuerunt ad tantam perfectionem & Christum cognoscendo ac inuocando, adepti sunt charismata meliora. Vel quod ait per cognitionem eius, referunt ad id quod dixerat, quae ad vitam & pietatem supple sufficiunt, aut necessaria sunt. Quia non nisi per Christi fidelem cognitionem dona illa sufficiunt ad salutem. Oportet namque in primis fidei veritatem, & Christum per fidem cognoscere: sicque ex vera notitia ad actus virtuosos procedere [Qui vocauit vos] id est, ad statum salutis, apicemque virtutum perduxit [Propria gloria et virtute] id est simplicis excellentissima maiestate & omnipotentia, seu in propria persona gloriosa ac omnipotente. Siquidem non legatum, non angelum, ad redimendum nos misit: sed ipsemet venit, & saluos nos fecit. Et hoc per assumptionem humanitatem quae saluandi efficaciam habuit ad virtute increata diuina: cui totum est principaliter ascribendum. Iuxta illud Esai. 33. Dominus iudex noster, dominus legifer noster: ipse venit, & saluabit nos. De quo loquitur euangelicus Zacharias, Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suae. [Per quem] scilicet Iesum Christum. Vel (ut alij habent) per quam, videlicet Christi fidelem cognitionem [Maxima et preciosa nobis promissa donauit] id est, excellentissima dona spiritus sancti & munera praerlarissima, tam gratiae gratis datae quam gratiae gratum facientis. Praesertim in die Pentecostes, quando in visibili signo copiosissimè datus est spiritus sanctus per infusionem numerus eius: quae Christus tam in veteri testamento per prophetas, quam per seipsum in sermone quem fecit post conceptionem carnem, & prophetauit filij vestri & filiae vestrae. Et in Psal. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Accepisti dona in hominibus. Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suae. Christus quoque ait, Paracletus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ipse vos docebit & suggeret vobis omnia, quaecumque dixerit vobis. Ascensus autem ad caelum dixit eis, Sedete in ciuitate, quoaduisque induamini virtute ex alto, & ego mittam promissum patris in vos [ut per haec efficiamini diuinae confortes naturae] id est per haec supernaturalia gratiae dona deo supernaturaliter conformamini, & tandem ad plenam cum deo assimilationem pertingatis in patria. Cum enim sit homo ad summam trinitatis imaginem similitudinemque productus, & per consequens per dona naturae aliquid cofors diuinae naturae, seu particeps perfectionis ac bonitatis proprii creatoris, certum est, quod per dona gratiae altiori perfectionem quam modo deo assimilatur. Quia dona naturae perficiuntur a donis gratiae. Et quod dono gratiae fuerint eminentiora, eo sublimius dicuntur hominem deo conformare, eumque dedicare seu diuinum ac deiforme efficiere. Non quod esse creatum amittat, & inducat esse increatum: sed quia per dona virtutes ac habitus supernaturales, eminentes, perfectos, eorumque actus assiduos & praerlos valde supernaturaliter, mirabiliter ac gratiosissimè creatori reddatur conformis. Et istud fit maximè per charitatem ardentem & sapientiam donum, & actus ex eis procedentes. Deinde per alia dona ac virtutes eorumque actus, secundum quod infunt viris heroicis & perfectis. Vnquodque siquid dicitur ei potissime conformari atque cum illo quasi sociatè & comunione habere, cuius opera magis exequitur, & cui in actibus suis amplius assimilatur. Propter quod homines carnales dicuntur brutales: & luxuriosi dicuntur porcini. Merito igitur qui a Sibus virtuosus insunt, qui in actionibus intellectualium virum (in quibus summa trinitatis inago respundet) intenti sunt, qui contemplan-do, seruenter amando, pietatè & iustitiam exercendo se deo conformant, & spiritalem, internam, caelestemque vitam ducunt in terra: dicitur diuinae naturae cofortes, siue participes effici, dei quoque amici ac filij fieri. Filiorum namque est suo patri assimilari. Et amicitia in quadam comunione fundatur. Et illi comunione, confortium, seu societatem quandam habent cum domino, cui familiales effecti sunt. Habent, inquam societatem cum deo, quia hoc agunt quod ipse veritate amando, ac contemplan-do, aliosque actus diuinos ac deo placitos exercendo, & ei intenti sunt, eiusque perfectionem & beatitudinem aliquo modo participantes, per quae omnia deo assimilantur. Haec verò comunio, assimilatio, atque coniunctio, confortium seu societatem efficiunt. Propter quod in Eccl. dicitur, Omnis homo simili sibi associabitur. Et prima Ioannis habetur, Societas vestra sit cum patre, & filio eius Iesu Christo. Et quia I. Ioan. 3.

Quibus scripserit hanc Epistolam. 2. Pet. 3. 1. Timo. 4. Titum. 3.

Luc. 1. Actu. 2. Ioan. 14. 15. 16. Ioel. 2. Psal. 67.

Ioan. 14. Luc. 24.

Eccl. 13. I. Ioan. 3.

communio asimilatio & vnio iam præfatæ cū deo, multo perfectius habentur in patria, quàm in viad. B  
 1. Ioanis. 3. circo electi & sancti dicuntur deo in cælo perfectè asimilari, & confociari. Propter quod in prima sua ca  
 Ioannis. 1. nonica scribit Ioannes, Similes ei erimus, quia videbimus eum. Quod est. Et alio loco idem Ioan. afferit,  
 Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quod exponitur de filiatione perfectæ, que  
 habetur per similitudinē gloriæ, per quā electi fiunt præcipuè cōsortes diuinæ naturæ, & societate for  
 titiuntur cū deo eius beatitudine vsque ad societate participantes, & ipsomet deo beatificè perfuuetes: quo  
 & nūc per dona gratiæ aliquid fruimur, ei propter se inhæredō, atque ad eū alia cuncta finit: iter refe  
 rēdo. Sic ergo efficiamur diuinæ cōsortes naturæ. Denique præinductam hanc beatissimam Petri sententiam  
 Ephes. 1. de maximis & preciosis donis desuper nobis collatis, & cognitione, ponit & Paul. ad Eph. dicens, Pater  
 gloriæ det vobis spiritum sapientiæ, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ heredita  
 tis eius in sanctis, & quæ sit supereminēs magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus. *Fugientes eius,*  
*que in mundo est, concupiscentiæ corruptionem* id est, vitiositatem & infectionem mūdā ac carnalis con  
 cupiscentiæ, cupiditatis, libidinis, & omnis inordinatæ affectionis, quæ spiritaliter corruptit, ac destruit  
 hominem. Sed & cætera peccata mortalia, quoniam omni spiritali esse gratiæ ac virtutum spoliant eum,  
 huius cōcupiscentiæ corruptionē fugimus, cōcupiscentiæ nō consentiendo, sed eam frenando ac repel  
 lendo. Iuxta illud Eccl. Quasi a facie colubri fuge peccata. Nam sicut fugimus serpentes inficere nos vo  
 lentes: sic fugere nos oportet cōcupiscentias corruptantes: imō eo plus, quod deterior est spiritalis, quàm  
 Eccl. 2. 1. corporalis interitus. Hæc corruptio opponitur sanitati interiori, seu integritati virtutum: qua homo tota  
 mēte deo adhæret absque diuisione, ita quod nō partim mūdo. Præterea rectè ait, eius quæ in mūdo est  
 cōcupiscentiæ corruptionem. Est enim & alia cōcupiscentiæ spiritalis & munda, videlicet desiderium dei  
 & sapientiæ, ac virtutum: quæ non est in mundo. i. mundanis hominibus, sed in virtuosis. De quibus ait  
 Ioannis. 17. Saluator, De mūdo nō es. De qua cōcupiscentiā in Ecclesiastico scriptum est, Auris bona cum omni  
 Eccl. 3. cōcupiscentiā audiet sapientiā. Et psal. Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Et Sap. Con  
 psalm. 83. cupiscentia, inquit, sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Hæc concupiscentiā parit incorruptionē,  
 Sapient. 6. de qua fertur ibidem, Incorruptio facit esse proximū deo. Sed quia in vita præfenti oportet semper pro  
 ficere, ociositatem vitare, tempus omne fructuosè expendere, rectè subiungitur [ Vos autem curam omnem  
 subinferentes ] id est, omnem spiritalem sollicitudinem, seu diligentiam apponētis, & ab intimo corde in  
 Iob. 1. 1. troducētis, ac assumētis ad virtuosè viuēdum [ Ministrare ] id est, ministerialiter exercete. Deus enim est  
 author principalis omnis operis boni: homo autem tanquam dei minister & instrumentum agit siue exe  
 cutur id, ad quod à deo mouetur. Propter quod loquitur Paulus, Deus operatur in vobis velle & perficere.  
 Ibidem. Item quæ, Dei cooperatores sumus. Quia tamen liberè facimus istud, reputatur nobis in meritum:  
 quāuis sit dei donū. Itaque ministrare & facite [ in fide vestra virtutem ] id est, opera virtuosa. Quoniam fides  
 sine operibus mortua est in seipsa. Et istud cum omni agēdum est cura. Quoniam Salomone testate, Qui  
 molis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipatis. Apud Hier. Quoque inducitur, Male  
 dictus, qui facit opus dei negligēt. Ideo admonet Paul. Seruiamus deo cum metu & reuerētia. Et rur  
 sus, Cum timore (inquit) & tremore vestrā salutē operemini. [ in virtute autem scientiam ] i. discretionem,  
 quæ est directrix & auriga virtutū, docēs obseruare moderamen, cōgruum locum tēpūque aptū: vt om  
 nia ordinatè agantur, & regia via tēdamus: vt sit rationabile obsequium nostrum. Ideo dicitur in Esaiā,  
 Roma. 12. Discite bene agere. [ in scientia autem ] habete, ministrare, seu exercete [ abstinentiam ] à carnalib⁹ voluptati  
 Esaiē. 1. bus vos reprimendo. Præsertim à delectabilibus gustus & tactus, & vitia gula atque luxuriæ fugiatis.  
 Iuxta illud prima ad Thesal. 4. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatio  
 ne: vt sciat vnusquisque vestrum suum vas, id est proprium corpus, possidere in sanctificatione, & hono  
 rem: nō in passione desiderij sicut & gentes, quæ ignorāt deum [ in abstinentia autem patientiam ] quæ castis  
 & sobriis suumque corpus castigantibus valde est necessaria: ne ex corporali afflictione ad impatientiam,  
 Matth. 6. siue tristitiam moueatur. Propter quod ait Saluator, Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tris  
 Hebr. 10. tes. Tu autē cū ieiunas, vnge caput tuum, & faciē tuam laua. Hinc ad Hebræos fertur, Patientiū vobis ne  
 cessaria est, vt voluntatem dei facientes reportetis promissionem [ in patientia autem pietatem ] ne sitis cir  
 ca alios nimium rigidi, sed cōdescēdentes. Solent enim nōnulli, qui sibi ipsi rigorosi sunt, etiam aliis du  
 Matth. 5. ri esse, nō satis compassiui & succurrētis. Rursus, non sufficit aduersa illata ab alijs patienter sufferre, nisi  
 & illis charitatis ac pietatis impēdamus affectum, & oremus pro ipsis. Cum dicat Saluator, Benefacite  
 his, qui oderit vos: & orate pro persequentibus, & calumniatibus vos [ in pietate autem amorem fraternitatis ]  
 id est fraternam dilectionē habete, quatenus opera pietatis ex vera & fr. ternali exhibeatis dilectione  
 [ in amore autem fraternitatis charitatem ] id est, dei dilectionem habeatis synceram. Quoniam charitas est ei,  
 cæterarum virtutum vita & forma, vertex & finis, regina & motrix est. Et amor fraternus dei amor est  
 Coloss. 3. condiciendus, formandus, ac perficiendus, atque ad dei actuale dilectionem finaliter referendus. propter  
 quod ad Colossenses dicitur, Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. His octo  
 Ezech. 40 virtutibus, tanquam per octo gradus ad felicitatem & cælestem Hierusalem ascendit ac peruenit. Ad  
 psalm. 83. quod præsignādum in visione Ezechielis de templo aseritur, Quod per octo gradus ascēdebat ad eā.  
 Et psalmista loquitur deo de homine virtuoso, Beatus vir cuius est auxilium abste, affectiones in corde  
 suo disposuit. Et subditur ibi, Ibit de virtute in virtute: videbitur deus deorū in sio. [ Hæc enim ] id est,  
 hæc præfatæ octo virtutes ] i. vobiscum adisti ] id est, cordibus vestris semper inhæreat [ Et superent ] id est,  
 vitia sibi opposita vincant. Vel superent, id est inualescant atque abundent [ non vacuos nec sine fructu vos  
 Ioannis. 17. consuetum in domini nostri iesu christi cognitione ] Minus dicit & maius significat: vt sit sensus, prædicta vir  
 Ioannis. 14. tutes plenos meritoris actibus vos efficiant, & in regno cælesti vos exaltabunt, in aperta ac beatifica di  
 uinitatis Christi visione. De qua idem ait, Hæc est vita æterna, vt cognoscāt te verū deū, & quæ missi

A Iesum Christum. Et alibi, Manifestabo ei meipsum [ cui enim non præsto sunt hæc ] id est cui præfatæ vir  
 tutes præsentis non sunt [ cæcus est ] id est mente obtenebratus, vt pote infidelis & indifcretus [ Et manu  
 remans ] id est quo eat ignorans, nec qualiter ad beatitudinem progredi debeat, sciens. Ideo similis est cæ  
 co, qui manu extenta tentat, & scire conatur quod tendere debeat. Idcirco mox cadit in præceptis & peccat  
 ac perit. Præterea teste Ambrosio, Ignorantia est maximum vitiorum: non vitique magnitudine enor  
 mitatis, sed periculo sitatis: cum in primis scire oporteat, qualiter sit viuēdum. Propter quod ait & Paul.  
 Qui ignorat, ignorabitur. Et apud Baruch scriptum est, Disce vbi sit sapientia, vbi sit virtus, vbi sit in  
 1. corin. 14. tellectus: vt scias vbi sit longiuitas vitæ, vbi sit lumen oculorum & pax [ Obluionem accipiens purga  
 Baruch. 3. tionis veterum suorum delictorum ]. i. peccata sua pristina & antiqua purgare & emendare obliuiscitur, neg  
 ligit, seu omittit: & si baptizatus est, per negligentiam suam, ostendit se esse oblitum purgationis, quam  
 in baptismo accepit: quoniam tantum dei beneficium non attendit, nec gratias agit deo. [ Quapropter o  
 fraves magis satagne ]. i. diligentius insitite & studete. [ Vt per opera bona certam vestram vocationem et ele  
 ctionem faciatis ]. i. vobis ipsos in primis, & quodammodo alios certificetis, vos esse à deo ad statum gratiæ  
 ac salutis vocatos, deductos atque ab ipso electos, seu æternaliter prædestinatos.  
 ¶ Hoc enim suo modo agnoscitur, si quis creatori seruiat diligenter, peccata abhorreat, deo semper in  
 tendat, desideret, & conetur, ac perseueret in bonis. Possit hinc quæri, An quis in vita hac certitudinali  
 ter scire valeat, se esse in charitate & gratia, seu esse electum. Et possent pro vtraque parte multa: ex scri  
 pturis authoritates, & ex verbis sanctorum allegari: sed prolixitate vitando (quia hæc questio alibi co  
 piosè inuenitur discussa) in hoc stat vs responsonis, secundum doctores præcipuos. Quod tanta est cō  
 B formitas amoris naturalis acquisiti, & amoris infusi, cæterarumque virtutum infusarum & acquisita  
 rum, inter se & in actibus suis: quod nemo absque diuina reuelatione certitudinaliter scire potest, ex qui  
 buscuque actibus suis se esse in charitate & gratia: quamuis coniecturaliter possit hoc scire, & proba  
 biliter valde. Alioquin periculosè agerent sacerdotes deuoti assiduè celebrando, & quāto quis in vir  
 tutibus amplius proficit, tantò probabilius potest cognoscere se esse in charitate. Sed & spiritus sanctus  
 testimonium perhibet spiritui nostro, quod filij dei sumus. Quod tamen testimonium diuersimodè po  
 test intelligi, & multipliciter perhiberi.  
 ¶ Nec verū est quod quidā scribit hoc loco, dicens, Eo ipso quod aliquis est in gratia, oportet, quod sit  
 vocatus & electus: si de electo fit proprie sermo. Secundum quod ait Sal. Multi vocati, pauci electi. Mul  
 ti etenim reprobi & præficti sunt ad tempus in gratia. Vnde quod princeps apost. hinc ait, per bona opera  
 certam faciatis vocationem vestrā & electionem, valde pefandum est. Quia videtur inuenire, quod per  
 bona opera possit quis certificare se, quod sit electus. ¶ Quocirca sciendū, quod eo modo quo per quo  
 tidiana opera bona certi efficiuntur, quod sumus de facto vel impræfentiarū in gratia: ita per seuerādo in  
 eis certificamur de nostra electione. Sed vtraque certificatio intelligenda est, non de certitudine absolu  
 C ta qualis habetur in mathematicis, sed de certitudine verisimili, coniecturali, probabili, quæ habetur in  
 moralibus. Vnde Aristoteles Boëtiusque affirmant, quod sensati ac disciplinati viri est, in omni materia  
 certitudinem quærere, prout materia sustinet, & natura rei admittit. Idcirco & sapientissimus archia  
 postolus loquitur modò de certitudine huiusmodi, quæ in genere seu proposito isto, atque materia hac  
 potest haberi. [ Hæc enim faciatis ]. i. per opera virtuosa certam vestram vocationem, electionem que faci  
 entes [ non peccabitis aliquando ]. hoc tripliciter potest intelligi. Primò, quia sic cōuersando ad æternā  
 beatitudinem pertinetis, in qua nunquam peccabitis. Secundò, quia manēdo in gratia, nō peccabitis: cū  
 peccatum cōtingat, gratiam amittendo vel ab eius perfectione deficiēdo. Sicque in Ioan. fertur, Qui ma  
 1. Ioan. 3. net in eo, non peccat. Tertiò, quia hæc faciendo homo meditatur nouissima sua, quorum meditatio fre  
 quēs expellit peccata: secundum illud Eccl. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in  
 Eccl. 7. æternū non peccabis. Itaque non peccabitis, loquendo de peccatis mortalibus. Nam venialia prorsus vitare  
 nō potest homo in vita hac fragili. Quorū est singula, nō tamē omnia queūt vitari. Eo quod cū ho  
 mo intentus est vitare vnum, subito ex fragilitate & instabilitate propriæ mentis, incidat in aliud. Pro  
 3. Reg. 8. pter quod 3. Reg. habetur, Non est homo super terram qui faciat bonum, & non peccet. Quoniam ipsis  
 bonis operibus venialia se commiscet. Deinde subiungitur alia ratio, cur sic agere debeamus. [ sic enim  
 D abundanter ministrabitur vobis introitus ]. i. promptè & copiosè præstabitur vobis à iudice summo facultas  
 intrandi [ in æternum regnum dei et saluatoris nostri iesu christi ] cuius regni nō erit finis. De quo in Daniele  
 scribitur, Potestas eius potestas æterna, quæ nō auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. At  
 que in psalm. Regnum tuum regnum omnium sæculorum. Vbi, ministrabitur vobis abundanter introi  
 tus in regnum Christi: quia sic faciēdo proficietis quotidie in omni gratia ac virtute, & abundabitis me  
 ritis, per quæ habebitis causam intrandi regnum cælestē. ¶ Quæ admodum enim vnū peccatū trahit ad  
 aliud: sic vna actio virtuosa disponit, & trahit ad aliam. Et quāto quis diligentius ac frequentius bonis in  
 sistit operibus, tantò fit ei facilius & delectabilius talibus immorari [ Propter quod incipiam vos semper con  
 mone re de his ] id est quia tam fructuosum est & salubre, taliter conuersari: idcirco indefinenter exh  
 hortor vos, vti agatis. Quoniam enim beatissimus Petrus corporaliter præfens non fuerit eis, quibus  
 hæc scripturæ tamen per hæc sua scripta & per discipulos suos, assiduè eos de his adimplendis admonuit.  
 Rectèque ait, incipiam semper, quia quotidie desiderauit eos ista perpendere, & quali de nouo cum re  
 centu feruore implerè. Ipse quoque affectuosissimus ac feruentissimus petrus tam feruenter hæc egit,  
 quasi iugiter in facti huius principio fuisset. Siquidem principium feruet. Vnde in Ecclesiast. legitur,  
 Cum consummauerit homo, tunc incipiet, propter quod sanctus Franciscus dicere consueuit, Fratres  
 incipiamus deo seruire [ Et quidem scientes et confirmatos in præfentii veritate ] id est incipiam vos hor  
 tari qui estis scientes ea quæ sunt legis diuinæ, & estis iam radicati per exercitia diuturna in hac ipsa

Ambros.

1. corin. 14. Baruch. 3.

Boëtius.

1. Ioan. 3.

Eccl. 7.

3. Reg. 8.

Luc. 7. Danic. 7. Psalm. 144

Eccl. 18.

Roma. 7. fidei veritate quam doceo & tenetis. Sic & Paulus, Scientibus (inquit) legem loquor. Et Ioannes in prima sua canonica, Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam. Sed si ista noverunt & habitaturi erant in bonis, cur indefinenter voluit eos hortari de istis: nisi ut ea quæ nouerunt factis exequerentur, & fortius accenderentur, copiosius quoque illuminarentur, & actualiter considerando quæ habitualiter cognoscebant, & ne à bonis torperent aut laborerent? Hinc enim in prouerbiis inducitur, Audiens sapiens sapientior erit. Et rursus Salomon ait, Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Si igitur prædicator molestum non est salubria sæpe repetere, non pigeat subditos ea frequenter audire. Si quidem beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud [iustum autem arboris quandiu sum in hoc tabernaculo]. i. in mortali hoc corpore dego [suscitare vos in cõmonitione]. i. per exhortationem vos prouocare ad opera virtuosa. Ad hoc quippe electissimus Petrus ratione pastoralis tenebatur officij. Et quia Christus præceperat ei, pascite oues meas. Et alibi, Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quod etiam ex feruissimâ dilectione strenuissimè adimpleuit. Nam (vt sanctus Clemens testatur) in mensa charitate erat repletus, Vnusquisque quoque proximum suum loco & tempore opportuno debet hortari, corripere, informare, pro posse. Iuxta illud Ecclesi. Vnicuique mandauit deus de proximo suo, Vt vtique faciat ei, sicut velit sibi fieri [Certe quod velox est depositio tabernaculi mei]. i. quod citò recedat à corpore isto ingressurus regnum celeste [Secundum quod dominus nobis Iesus Christus significauit mihi] per reuelationem, siue per angelum, siue immediatè per seipsum. ¶ Circa hunc locum scribit venerabilis Beda, Tabernaculo solent homines in itinere aut in prægio vti: idcirco fideles, quandiu sunt in corpore & peregrinantur à domino, ac contra veritatis aduersarios certant, in tabernaculis se esse ritè restantur. Pulcherrimè quoque sanctus Petrus obitum suum non mortem, sed depositionem tabernaculi sui dicit. Quoniam sic est perfectus dei famulus mortalem carnem exuere, sicut viatoribus completo itinere, propriam domum pro tabernaculi habitatione adire, & sicut bellatoribus hoste prostrato, ad patriam regredi: quia non nisi in cælis, reputant sibi esse domum ac patriam. [Dabo autem operam] id est diligentiam, efficaciamque impendam [et frequenter vos habere post obitum meum] id est vt ita vos habeatis post recessum meum à corpore [vt horum memoriam faciatis] id est ea quæ scribo, doceo, ac in libro, memoriter teneatis, & opere completis. Si quidem felicissimus Petrus tam virtuosissimè in sua fe habuit vitam, tam constantissimè in passione, tam seruenter in prædicando, tam sapienter in scribendo, tam potenter in miraculis quæ in vita, in morte, & post martyrij palmam peregit, quod omni memoria & imitatione fuit dignissimus.

¶ Præterea (sicut in fine expositionis præcedentis epistolæ tactum est) gloriosissimus Petrus primâ scripsit epistolam Claudio imperante, antequam sanctum Marcum euangelistam misit Alexandriam. Hæc verò (vt ipse iam inuit) scripsisse videtur passio propinquus: sicque longum fuit temporis intervalum inter harum conscriptionem epistolarum.

¶ Consequenter tangit Christianæ fidei fundamenta, seu argumenta: & quàm digna sit eius doctrina omni memoria [Non enim indoctus] id est falsas & imperitas [Fabulas sequuntur, notamus vobis fecimus domini nostri Iesu Christi virtutem] id est omnipotentiam & deitatem [et præscientiam] id est æternam eius scientiam, qua inuariabiliter ac æternaliter vniuersa intuetur, præterita, præsentia & futura: imò & infinita quæ nec fuerunt, nec sunt, nec erunt. ¶ Christus quoque secundum assumptam humanitatem, omnia ab incarnatione exordio nouit, quæ scit secundum quod deus scientia visionis, vt pote vniuersa quæ fuerunt, sunt aut erunt. Hæc autem summus apostolus notificauit fidelibus prædicando, miracula faciendo, scripturas allegando, & ea quæ vidit atque audiuit narrando. pagani autem indoctos poetarum fabulas sequentes, varia deorum portenta finxerunt. Similiter Manichei, & alij quidam hæretici, diuersas, inanissimas & mendacissimas fabulas sunt sequuti, [sed speculatores facti illius magnitudinis] id est nos effecti contemplatores maiestatis & excellentiæ Christi, notificamus virtutem & præscientiam eius. Vnde in Ioanne habetur, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Viderunt sancti apostoli oculo corporali Christi humanitatem, atque miracula: interiorque oculo per fidem illuminatam & sapientiæ donum, conspexerunt eius diuinæ excellentiam maiestatis. Similiter post resurrectionem viderunt eminentiam Christi in multis, quomodo ianuis clausis ad eos ingressus est, & spiritum sanctum per insufflationem contulit eis. Ipsi quoque videntibus ascendit in cælum: deinde in signo visibili, & abundantissima gratiæ copia misit eis spiritum sanctum. Hinc in Actis præstantissimus loquitur Petrus, Non possumus ea quæ audiimus & vidimus, non loqui [Accepit enim a patre honorem et gloriam]. i. honorificam & gloriosam attestationem, seu testimonium honorabilitatis & gloriæ [Voce delapsi]. i. desuper veniente [Ad eum a magnifica gloria] id est magnificentia & excellentia dei patris. Et quæ fuerit illa vox. i. complexio vocum, subiungitur [Hic est filius meus dilectus] id est naturalis & vnitus, consubstantialis, coæqualis, cõternus, non adoptiuus: quem, secundum quod deus est, diligo non minus quàm meipsum, vt pote dilectione intensiua, immensa: cum infinitæ sit bonitatis, & mihi verè æqualis. Porò in quantum est homo, prout eius humanitas vnita est hypostatica vnione verbo æterno, diligo eum magis quàm totū vniversum. Sic enim pater contulit Christi humanitati in eodem esse personali subsistere, in quo consistit verbum æternum. Quod subsistere reliquum omne bonum creatum excedit [in quo mihi complacuit], id est beneplacitum fuit mihi. Si enim beneplacitum est domino in populo suo, & lætatur dominus in operibus suis: quantò magis in vnigenito filio suo, in quo vtique pater habet complacentiam penitus infinitam? In seipso quoque pater complacentiam habet prorsus immensam. Et complacet sibi in filio suo, id est de hoc pater sibi ipsi complacet infinite, quod talem ac tantum genuit filium, & quod in seipso tantæ bonitatis ac fecunditatis consistit, vt consubstantiali sibi pepererit natū, & sibi omnino simillimū, in nullo à se discordem: cum eiusdem secum sit voluntatis, quemadmodum & vnus essentij. Fertur au-

A rem hæc vox ministerio prolata angelico, in dei patris persona [ipsum audite] auribus cordis & corporis, & credite obediteque ei. Vnde ipse Christus testatur, Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam [Et hæc vocem nos audimus de celo allatam]. i. cælesti virtute formatam atque in cælo aëre factam [Cum essemus cum ipso in monte sancto] hæc enim vox facta est in Christi transfiguratione, in monte Thabor: quæ propter transfigurationem Christi in eo peractam, vocatur mons sanctus. Cui transfigurationi interfuerunt apostoli præclari Petrus, Iacobus & Ioannes filij Zebedei. De qua transfiguratione & apparitione super Matthæum & Lucam diffusius scripsi: idcirco nunc transeo.

¶ Consequenter Christi diuinitatem probat testimonio prophetalis irrefragabili [et habemus firmiorem]. i. Matt. 17. valde firmum [sermonem propheticum]. i. testimonium David regis de Christi diuinitate in psal. vbi loquitur filius, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Imò in pluribus psalmis loquitur David inde, vt est illud, Ex vtero ante luciferum genui te. Et, Eructauit cor meum verbum bonum. psal. 2. Quamuis autem testimonio principis apostolorum de Christo non sit, absolute loquendo, firmius ac magis authenticum testimonium David prophetæ, aut cuiuslibet in veteri testamento, sed magis econtra quoniam gloriosi apostoli magis illuminati fuerunt de Christo quàm prophetæ veteris testamenti, & maiori gratia erant repleti: Christi quoque mysteria clarius conspexerunt, multipliciūque nouerunt quæ vates Mosæicæ legis. Propter quod præferuntur prophetis in sapientia, virtute, fructuositate, sanctitate, miraculis, gratia & gloria) nihilominus quantum ad aliquos firmius fuit testimonium David de Christo, quàm testimonium beatissimi Petri, quantum ad Iudæos & cauillatores qui dicere potuerunt, quod Petrus magister suum zelo immoderate præferre conat<sup>9</sup> est. Et ea quæ narrat, vel ficta sunt, vel in secreto audita: ideo minus credibilia quàm David prophetæ oracula. Cum tamen sanctissimus Petrus per plura & eminentiora miracula ostenderit, se esse loquutum ex spiritu sancto, quàm David [cui benefaciis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco] Ordo verborum est, Cui sermone prophético tantam lucernæ lucenti in tenebrosos loco attendentes & fidem adhibentes benefacitis, quia hoc bonum ac meritorium est. Locus autem tenebrosus iste mundus iste, seu genus humanum, ignorantiarum & vitiorum tenebris obfuscatum. Est autem attendendum sermone prophético [Donec dies illucescat]. i. dies æternitatis vobis respicendat, atque ad claram ac beatificam dei visionem perueniat. De quo scriptum est in Zacha. In die illa erit dominus vnus, & nomen eius vnus [Et lucifer]. i. Christus [Oriatur in cordibus vestris]. i. per speciem se vobis facie ad faciem manifestet. Vel lucifer. i. lumen gloriæ vobis infundatur, & cognoscatis deum sicut & cogniti estis ab eo. Dicitur autem Christus Lucifer, cum ipse sit oris lucis æternæ candor, & splendor gloriæ, sapientia patris, cui lux, sapientia, ars, id est, species, pulchritudo, appropriantur. [Hoc primum intelligentes]. i. in primis agnoscentes [Quod omnis propheta scriptura]. i. omnis scriptura prophetica. Vel vt alij textus habent, omnis prophetia scripturæ, i. omnis prophetia in sacra scriptura contenta [Propria interpretatione non ire]. i. humana adinventione nõ patuit, nec sensu proprio prophetarum inuenta est. [Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia]. i. prophetæ ex propria sua libertate & potestate non habuerunt notitiam ac gratiam prophetalem, vel quod spiritus sanctus eorum tangeret corda, quia futurorum purè contingentium certa præcognitio, eorum quoque quæ soli deo patefunt, & ex eius libertate dependent, notitia ipsi omnipotenti supersapientissimo creatori est propria: nec aliis nisi eo reuelante patet. Propter quod per Esaiam scriptum est, Quæ ventura sunt annuntiaue nobis: & sciemus, quia diu estis vos, [sed spiritu sancto in spirati]. i. instincti & illuminati [Loquitur sanctis dei homines]. i. sancti propheta vaticinati. Propter quod loquitur & Paulus, Alij per spiritum Iob. 32. datur gratia prophetiæ. In libro Iob quoque habetur, Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Dicunt item doctores, quod gratia prophetiæ dicit actum nõ habitum. Idcirco in potestate prophetarum non est vaticinari ad libitum, aut de quibuscunque, sed tunc quando à spiritu sancto tanguntur, & de quibus ab ipso illuminantur.

Explanatio ii. cap. [Fuerunt vero et pseudopropheta, etc.]  
 Articulus ii.

**D**ostquam præcedenti capitulo gloriosus apostolici ordinis vertex moralia documenta induxit, & dei beneficia commemorauit: nunc contra hæreticorum errores pestiferos armat & præmunet fideles. Nam ait [Fuerunt vero et pseudoprophetae in populo] veteris testamenti. De quibus in Hieremia, Ezechiele, Michea, aliisque locis scripturarum veteris testamenti, frequenter fit mentio. Et parum ante Christi prædicationem fuerunt Theudas & Iudas galileus. De quibus in Actis scribitur [sicut et in vobis erunt magistrum mendaces] puta Hærefiarum: [Qui inducent in vos] ad æternam damnationem tendentes [et eum qui emit eos, dominum] id est Christum, qui non corruptibilibus auro vel argento, sed proprio sanguine eos redemit. De quo ait vas electiois, Empti estis pretio magno [Negabunt] id est præuè de ipso sentient, & nõ credent, nec prædicabunt eum, sicut in veritate consistit: sed talem, qualem eum esse cõfingent [superinducentes sibi celerem perditionem] id est festinatam damnationem, seu damnationis causam, sibi ipsi accumulantes. De talibus ait & Christus, Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et Paulus in Actis, Scio, inquit, quia post descensionem meam intrabunt in vos lupi graues, non parcentes gregi: & ex vobis ipsi surgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se [Et multi sequentur eorum luxurias] id est tam corporales quàm spirituales eorum fornicationes. Nam multi illorum hærefiarum quatenus plures sibi allicerent, concupiscentiis frenas laxabant, qui etiam spiritualiter for-

nicando cor suum attererunt à deo, & animas suas dæmonum fecerunt adulteras, verbúmque dei adulterauerunt false exponendo scripturas: in quibus omnibus innumera sibi atraxerunt perditionis discipulos. *[Per quos via veritatis id est Christus: qui ait, Ego sum via, veritas, & vita. Vel via veritatis est fides catholica, sana doctrina, conuersatio veraciter Christiana. De qua loquitur dominus, Arctia est via quæ ducit ad vitam. Vnde & Esaias ait, Hæc via, ambulata in ea: & non declinetis, neque ad dexteram neque ad sinistram.]* Blaphemabitur quia & ipsi eam blaphemauerunt, hæreses & schismata inducendo, & fidos infelices discipulos ad idem alliciendo. Infidelibus quoque dando occasionem blaphemandi Christum, eiusque legem ac fidem. Videntes nanque infideles turpem vitam & varias abusiones hæreticorum, putauerunt Christum talia docuisse, & omnes Christianos huiusmodi esse. Ideo Christum & eius cultores, fidem catholicam, legemque Evangelicam blaphemauerunt *[Et in auaritia fidei verbis de vobis negotiabuntur]* id est ex cupiditate per callida & adulatoria verba vos fallent, & quasi contractum quendam de vobis efficiunt, temporalia bona vestra à vobis fallaciter auferendo, non violenter, sed fraudulenter. Quia, vt asserit Paulus, Per benedictiones & dulces sermones decipiunt innocentium corda. Et Christus, Hi sunt, qui deuorant domos viduarum. Itemque, Huiusmodi operari subdoli non seruiunt Christo, sed suo ventri. *[Quibus iudicium iam olim non cessat]* id est reprobationis iudicium dudum de eis prænunciatum in sanctis scripturis, non est reuocatum, neque finitum; quoniam pena eis instans ac debita est æterna, & in perpetuum reprobi manebunt. *[Et perditio eorum non dormitat,]* quia eorum damnatio non quiescit, & nunc in vita hac perditii sunt per demerita propria. De his peruersis hæreticisque magistris multa in beati Pauli leguntur epistolis: vt cum ait ad Galatas, Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi. De quibus & secunda ad Timotheum multa effatur.

Roma. 16. Lucæ. 20. Rom. 16.

Galat. 6. 2. Timo. 3. Hæreticorum aliquot nomina recensentur.

Iob. 4.

Prover. 5.

*[Denique tempore apostolorum cœperunt exurgere, vt Paulus testatur. Inter quos fuerunt Ebion & Cherintus, qui Christi deitatem negabant. Et Marcion qui cum phantasticum corpus asseruit assumptissimum perfidiam postmodum auxit sacrilegus Manichæus. Arius quoque & Fotinus atque Nestorius negabant Christum esse verum deum. Sabellius verò mentitus est eandem personam esse patrem & filium ac spiritum sanctum. Apollinaris rudissimus negabat Christum animam habuisse rationalem. Itaque isti & eis consimiles, Christum & eius fidem atque doctrinam blaphemauerunt. Insuper per exempla ostendit hos esse acriter puniendos. [si] pro quia [Deus angelis peccantibus non pepercit]* de quibus in libro Iob habetur, In angelis suis reperit prauitatem *[sed rudentibus inferni detractis in tartarum tradidit in iudicium cruciandos reseruari]* littera hæc intricata, sic ordinanda est, & exponenda. Sed ipsos angelos qui peccauerunt detractos rudentibus inferni, id est infernalibus funibus seu vinculis, quæ sunt eorum peccata: iuxta quod in Proverbiis asseritur, Iniquitates suæ capient impij, & funibus peccatorum suorum constringentur. His, inquam, funibus angelos detractos, id est deorsum proiectos & tractos à rigore diuinæ iustitiæ in tartarum, vt pote in aërem caliginosum, qui quibusdam illorum pro carcere infernali est deputatus ad exercitium hominum. Vel in tartarum, id est infernum inferiorem sub terra situm, in quem multi proiecti sunt. Illuc ergo detractos tradidit. i. præcepit vias disposuit vel dedit eos reseruari cruciandos, quia ignem suum secum ferunt vbique. In iudicium, id est vsque in diem iudicij. Quia tam diu referuntur hinc inde in aëre siue infernis, & in die iudicij grauius affligentur, ad iudicij deducti præsentiam, qui tunc eos inferno inferiori sine fine adiiciet. Tuncque augebitur poena eorum accidentalis ex infelicitium societate, & condemnatione quos deceperunt quemadmodum accidentale premium angelorum sanctorum tunc crescet ex eorum consortio quos custodierunt. Quemadmodum ergo angelis peccantibus dominus non pepercit, ita nec hæreticis parceret: quamuis omnes citra condignum torqueatur. Tamen si enim angeli boni & mali sint in termino, nec mereantur quantum ad essentialem felicitatem siue calamitatem: tamen quantum ad accidentale premium seu tormentum, possunt interim mereri, aut demereri. Deinde inducit secundum exemplum, in quo euidenter terribilitæque apparuit rigor diuinæ iustitiæ. *[Et originali mundo]* id est generi humano, quod, sicut in prima mundi ætate, puta hominibus, qui ante diluuium extiterunt, *[Non pepercit, sed octauum Noe præconem iustitiæ custodiu]* In canonica sancti Iudæ apostoli sic scriptum est, Prophetauit septimus ab Adam Enoch. Possit itaque aliquis forsitan opinari, quod sicut Enoch fuit in ordine genealogiæ septimus ab Adam: sic Noë vocetur octauus, quasi ab Adam octauus in ordine habeatur: quod dici non potest. quia decimus fuit ab Adam. Si quidem in Gene. fertur, quod Enoch genuit Metusalem, de quo natus est Lamech pater istius Noë. Dicitur ergo Noë octauus, quia inter eos qui erant in arca, fuit octauus, incipiendo numerationem ab inferiori vsque ad supremum, videlicet ipsum Noë. Fuerunt nanque in arca tres filij eius cum tribus vxoribus, vxor quoque Noë & ipse.

Iudas.

Gene. 5.

1. Petr. 3.

Gene. 5.

Gene. 19.

Deute. 29.

*[Vocatur quoque prece iustitiæ, quia iustitiam dei & pœnitentiam, veritatisque viam hominibus illius temporis denunciavit. Sicut in expositione præcedentis epistolæ patuit. Custodiuit verò deus Noë, quia à subuersione diluuij eum eripuit, [Diluuium mundo impiorum inducens] id est hominibus impijs tunc in mundo morantibus, qui viam suam corruperunt. Quorum tanta fuit malitia, vt in Gene. dicatur, Videns deus quia multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis humani intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quod fecisset hominem in terra, & præcauens in futurum, tactus dolore corde intrinsecus, Delebo, inquit, hominem quem creavi, à facie terræ. Quemadmodum ergo illis deus non pepercit, ita nec hæreticis parceret.]* Deinceps exemplum tertium subditur *[Et ciuitates Sodomorum & Gomorreorum in cinerem redigens]* id est, Sodomam & Gomorram redexit in puluerem: quoniam ignem & sulphur abundantissimè pluit super eas & habitatores, imò super totam pentapolim, cuius ciuitates in Deuteronomio exprimuntur, videlicet, Sodomam, Adama & Semothim, quinta vrbs fuit Segor. Quibus in puluerem ex sul-

A phureo igne redactis cum adiacentibus terris, operuit terram illam mari mortuo, in quo nihil viuere potest. Suntque ibi arbores poma apparatu pulcherrima deferentes: quæ pomali manu tractentur, in cisternam resoluuntur, & fumum emittunt quasi adhuc essent ardentia. Vnde in Sapient. libro legitur, Hæc iustum à pereuntibus impijs liberauit fugientem, descendente igne in Pentapolim, cuius in testimonium nequitia fumigabunda constat deferta terra, & in certo tempore fructus habentes arbores *[Euerione dæ nauit]* id est præfatas vrbes ita evertens seu destruens, habitatores eius sic puniuit, & condēnauit. *[Exemplum eorum quæ impie adluta sunt ponens]* id est per illam combustionem & euerisionem exemplariter patiens, qualiter igne æternali sunt puniendi iniqui, præsertim haritici *[Et iustum Loth]* cuius iustitiam inuenit Paulus ad Hebræos, Hospitalitatem, inquit, nolite obliuisci: per hanc enim placuerunt quidem *[videlicet Abraham & Loth]* angelis hospirio susceptis, vt patet in Gene. *[A nefandorum iniuria]* id est violentia *[Et luxuriosa conuersatione crispit,]* id est à turpissimis Sodomitarum iniquitamentis præseruauit, atque per angelos ex Sodoma duxit. Et rectè Sodomitæ (qui vitis contra naturam sordabant) vocantur nefandi, ranquam penitus detestabiles & inhumani, qui verbis & factis iniuriam intulerunt beato Loth. Iuxta illud Genesis, Ingressus es, inquit, vt aduena, nunquid vt iudicess? Te ipsum ergo magis quam hos affligemus. Vmque faciebant Loth vehementissimè. *[Aspectu enim ex auditu iustus erat]* quod dupliciter potest intelligi. Primò, quòd Loth tã custoditè se habuit quòd nec visis, nec ex auditu Sodomitarum flagitijs à sua puritate & æquitate collapsus est. Cũ tamè dicat scripturæ, Cũ peruerit Iudith. 8.

Sapient. 10. Hebr. 13. Gene. 18. Gene. 19. Eodem. Psal. 17. Iudith. 8.

B peruerterit. Secundo, quòd tã virtuosè vixit, quòd impij illi nihil iniquũ viderunt in eo, nec perceperunt de ipso. Sicut de Iudith vidua fertur, Metuebat dominũ valde, nec erat qui loqueretur de ea verbũcũlum. De beatissimi quoque Ioannis Baptistæ parentibus venerandis ac sanctis scriptum est, Incedebant in omnibus iustificationibus domini sine querela. Sic & S. Iob de seipso fateatur, Auis audiens benedificabat me, & oculus videns testimonium perhibuit mihi. Denique istud arduum fuit & magnæ perfectionis iudicium in Loth, quoniam (teste Gregorio) inter imperfectos perfectè conuersari, & inter iniquos iuste se habere, est valde laudabile. Et quoniam iustus graue est iniustitiam ceruere, subditur *[Habitans apud eos]* id est Loth habitans inter Sodomitas *[Qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant,]* i. quotidie ipsum Loth suis prauissimis afflixerunt sceleribus.

Lucæ. 1. Tob. 26. Gregor.

*[Iustus nanque tam ex dei amore, quam ex proximorum dilectione atque ex zelo suæ iustitiæ, de impiorum vitijs contristatur: præsertim cum ea emendare non potest, & dicere potest domino cum propheta. Tabeſcere me fecit zelus meus, qui oblitus sum verba tua inimici mei. Ex quibus concludit archiapoſtolus, [noui deus pius de temptatione eripere]* id est de omni tribulatione eruere: cum dicat in psal. Cũ ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.

Psal. 113.

*[Eripit autem eos loco, modo & tempore sibi placente, & prout salutari expedit electorum. Idcirco in tribulationibus & tentationibus constituti, patienter & longanimiter ferre debent: & dominum exorare, vt eos indefinenter roboret & conseruet, atque cum ei placuerit ipsisque expedit finem tribulationi dignetur imponere. Vnde cũ Ozias princeps Iudæorũ dixisset, quòd nisi infra quinque dies veniret eis à deo auxilium, vrberem traderet in manus Assyriorum: virtuosa ac sapiens Iudith dixit, Qui estis vos qui tentatis deum? Posuistis vos tempus miserationi domini, & in arbitrio vestro diem constituistis eis? [iniquos vero in diem iudicij cruciandos reseruare.]* Non est hoc ita intelligendum, quasi iniqui ante diem generalis iudicij non sint damandi & cruciandi: sed quia tunc in corpore & anima damnabuntur. Qui interim in die particularis sui iudicij condemnantur in anima. Grauiſsimè verò puniantur hæresiarchæ, sicut subiungitur *[Magis autem eos]* reseruet in iudicio cruciandos *[Qui post carnem in concupiscentiis immunditie ambulauit]* id est carnales & fœdas concupiscentias assequuntur *[Dominationemque contemnunt]* id est tam Christo omnium dominatori, quàm eius vicariis sanctis Apostolis, imò & summo antistiti reuenter obedire *[Audaces]* id est temerarij, ac præsumptuos, confingendo dogmata noua *[sibi placentes]* id est magni & sapientes in oculis suis. Quo contra ad Romanos dicitur, Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere: & non nobis placere. Vnusquisque proximo suo placeat in bonum, ad edificationem. Etenim Christus sibi non placuit. Et apud Elaiam ait scriptura, Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Idcirco in Proverbijs Salomon loquitur, Ne sis sapiens apud teipsum, & ne innitaris prudentiæ tuæ, *[Sectas non metuum introducere]* id est hæreticas prauitates & schismata inuenire, ac spargere: quia scripturas secundum proprium ingenium præsumunt exponere, & de sua subtilitate atque peritia stultè impijſimèque confidunt: cũ scripturæ eo spiritus sint intelligendæ, quo & primum sunt reuelatæ *[Blaphemantes]* (vt dictum est) Christum & eius doctrinam *[vbi]* id est in eo quod dominationem contemnunt, & audaces sibi met placent *[Angeli]* scilicet mali *[fortitudine]* naturæ *[et virtute]* potentia *[Cum sint maiores]* hominibus, id est naturaliter altiores. Sunt enim speciei eminentioris quàm homo, & per consequens naturaliter fortiores naturæ, vt pote incorruptibiliores & in naturalibus viribus vigorosiores, puta in intellectu & voluntate: præsertim cum (diuino Dionysio teste) naturalia in demonibus manserint integra *[Non portant]* id est sufferre vix valent *[Aduersus se execrabile iudicium]* id est districtum dei iudicium, contra eas iam datum: quod quamuis sit in seipso iustum & sanctum, tamen patientibus durum est & execrandum videtur. Similiter supplicium eis inflictum execrabile eis est. Si ergo angelis tam potentibus, ac potenti oribus ipsis hominibus, tam intolerabilia sunt inflicta tormenta: sequitur quod intolerabilia erunt impijs, hæreticisque hominibus, maximè hæresiarchis, de quibus ad litteram agitur.

Rom. 15. Esa. 5. Proue. 5.

*[Itaque ex prædictis sequi apparet, quòd maior dænatio sit hæresiarcharũ, quàm corũ qui perierũt diluuiò & Sodomitarũ, imò & demonũ saltè quorũdam. Nã & ipse Christus in Euangelio protelatur, quòd in*

Dionysii.



Lucæ. 10. die iudicij remissus erit terræ Sodomorum, quàm ciuitatibus quæ prædicationem eius non receperunt, nec per eius miracula sunt conuersi. per Ezechielem dominus quoque testatur, quod Sodoma non peccauit dimidium peccatorum quæ perpetraverunt Iudæi. Dæmones etiam non sunt omnes æquè iniqui, cum de singulis ordinibus aliqui credantur iuisse. Et sicut homines electi ad singulos angelorum ordines assumuntur, & eis parificatur in gloria: sic probabiliter creditur, quod diuersi reprobi secundum suorum diuersitatem ac gradum demeritorum, singulorum chororum dæmonibus coæquabuntur in pœnis. Præterea loquendo in genere, peccata spiritalia grauiora sunt peccatis carnalibus: & peccata in deum, peccata in proximum. peccata autem hæresiarum sunt inter spiritalia vitia & inter facinora in deum grauisima, præsertim quia & tot homines inuoluunt erroribus, quorum omnia peccata & tormenta redundant in hæresiarum. Peccata autem Sodomitarum & diluuii euerforum fuerunt carnalia atque in proximum. Interim dæmones vna transgressione positi fuerunt in termino, nec interim demeruerunt. Sicut nec angeli post primam ad deum conuersionem (qua positi fuerunt in termino) promeruerunt, loquendo de merito ac demerito quantum ad præmium essentielle, seu calamitatem principalem. Hæresiarum verò plurimis & quasi innumeris transgressionibus demeruerunt, & ad sui cursus terminum perueniunt. (Hi vero hæresiarum qui sectas inducunt) *Velut irrationabilia pecora naturaliter in captiorem & in perniciem* id est sicut bruta naturaliter omni ratione carentia faciliter seducuntur, ita quod cadunt in locum quo capiuntur & occiduntur: sic & hæretici *[in his quæ ignorant blasphemantes]* id est in his quæ fidei sunt, quæ non intelligunt, committunt blasphemias, Christi diuinitatem, seu alias fidei veritates, negando *[in corruptione sua peribunt]*, id est propter suos errores & excessus (per quos eorum intellectus & voluntas spiritaliter corrumpuntur, inficiuntur, necantur) condemnabuntur *[Percipientes mercedem iniustitiarum]*, id est debitam punitionem suæ peruerfitatis *[Voluptatem existimantes diei delicias, coinquinantionis & maculæ]*, id est hæretici isti intantum obtrebantur, quod delicias coinquinantionis & maculæ, id est delectationes carnales, fœdas, venereas (præsertim ad tactum & gustum pertinentes) reputant esse voluptatem diei, id est tam licitas & honestas, quasi alia & melior voluptas haberi non possit in die.

¶ Sicque per voluptatem diei designatur voluptas licita & sincera. Quemadmodum enim duplex est concupiscentia, ut pote carnalis & inordinata, & spiritalis ac ordinata (ut dictum est) sic duplex est voluptas, vel delectatio sequens eam. Voluptas bona & licita, est delectatio actui virtuosæ annexa. Quilibet etenim virtus propriam habet delectationem operationi suæ coniunctam, quemadmodum Proverb. vicifimoprimo scriptum est, Gaudium est iusto facere iustitiam. Et Aristoteles ait, Signum virtutis est delectatio contingens in opere. De hac voluptate ait propheta, Delectasti me domine in factura tua. Et, Torrente voluptatis tuæ potabis eos.

¶ Voluptas praua & vitiosa est, omnis delectatio actui illicito iuncta. De qua in Ecclesiaste asseritur, Adolescentia & voluptas vana sunt. Et in Ecclesiast. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluptate tua auertere. Cum ergo passiones & vitia, præsertim perfidia & delectationes venereæ, mentem obtrebant: quidam his vitis sic excæcantur, ut de sua turpitudine non verecundentur: sed potius gloriantur, & quasi licitas & honestas reputent delectationes impuras ac sordidas. De quibus scriptum est, Exultant in rebus pessimis. Et in Esaiâ, Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt. Itaque per voluptatem diei intelligitur lucis voluptas. Lux enim significatur appellatione diei, ut cum asserit Paulus, Nos qui diei sumus, sobrii simus. Nam (ut ait Saluator) Qui facit veritatem, venit ad lucem *[Delectationis]* carnalibus & vitiosis. *[Assuantes]* Tales nanque non solum in venereis, sed in suis quoque perfidis documentis, adinventionibusque vanissimis delectantur *[in conuiuiis suis luxuriantes vobiscum]* iuxta vos corporaliter commemorando, aut prauè agendo, aut vos ad eadem attrahendo pro posse *[Oculos habentes plenos adulterij, et incessabilis delicti]* id est, signis & incitamentis adulterationis. Quia in oculis la sciua mentis præsertim apparet: & per corporalem intuitum prouocatur libido.

¶ Quæ incessabilis dicitur, quia quod amplius peruagatur seu exercetur, et plus incitatur & in frenis ac vaga efficitur. Hinc impudicus oculus impudicæ mentis est nuncius. Et in Ecclesiastico habetur, Virginem ne cõspicias, ne scandalizeris in decore eius. Noli circumspicere in vicis ciuitatis. Auerte faciem tuam à muliere compta. Propter speciem mulieris multi perierunt. Idcirco timoratus & sanctus Iob dixit, p̄pigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine *[Pelliciemus animas instabiles]* secundum Bedam pellices dicuntur meretrices, sumpto vocabulo à pollutione, vel à pellis suæ formositate, qua incautos alliciunt. pelliciant ergo animas instabiles, qui homines in fidei veritate & virtutum constantia non bene fundatos pestiferè instruunt, ac seducunt. Quo contra loquitur paulus, Non circumferamur omni vento doctrinæ. Et in Ecclesiastico præcipitur, Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. Et in prouerb. Filij nisi te lactauerint peccatores, ne acquiescas illis. *[Cor exercitatum]* id est habitatum *[in auaritia habentes]* quia assidue cogitant, qualiter temporalia sibi accumulent. Quo contra in Ecclesiastico fertur, Nihil iniquius, quàm amare pecuniam. Et auaro nihil est celestius. Hic enim animam suam habet vanalem *[Maledictionis filij]* id est maledictione digni, quemadmodum primò Regum David ait ad Abner, Filij mortis estis vos, qui non custoditis dominum vestrum regem, id est mortè digni. *[Derelinquentes rectam viam]* id est diuina præcepta, scripturarum documenta, fidem & legem Christi, exercitia virtuosa, per quæ omnia itur ad deum, & recto tramite pertingitur ad salutem. *[Errauerunt]* per vitiorum abrupta, iuxta illud Prouerb. 2. Relinquitur iter rectum, & ambulat per vias tenebrosas. De quibus vas electionis fatetur, Impij proficiunt in peius, errantes, & in errorum mittentes *[Sequuntur viam]* id est iniquitatem *[Balaam ex Bosor]* id est ex vrbe sic dicta venientem, ut tangit Beda. *[Qui mercedem iniquitatis amant]* quoniam propter munera dedit regis Balach con-

A filium decipiendi filios Israël. Iuxta illud Numerorum, Perges ad populum meum, dabo cõsilium, quod Num. 24. populus tuus faciat populo huic *[Correptionem vero habuit sua vesania]*. i. pro sua insipientissima impietate est debite punitus. Fuit enim occisus à filiis Israël. Correptus quoque fuit ab angelo, atque ab asina, ut Num. 32. subditur *[Subingale mutum animal]* cui scilicet asina infidebat, loquendi facultatem ex natura sua non habens *[Voce hominis loquens prohibuit propheta in sapientiam]* A sua quippe virtute diuina insipientiam ipsius Balaam (qui fuit propheta aliqua ex diuina reuelatione prænunciando) redarguit, & eum à cæpto itinere quantum in se erat compescuit, dicens, Cur percussit me ecce iam tertio. quæ omnia in Numerorum lib. plenius sunt descripta. ¶ Creditur autem, quod angelus dei per os asinæ verba illa formauit, nec asina verba Num. 22. ba illa intellexit: cum & numerare opem sit rationis, & in verbis illis numeratio fuit, cum dixit, tertio. Vnde de asserit Auicenna, Gallina numerum pullorum suorum nõ noscit, sed multitudine percipit. Dicitur tamen asina reprehendisse Balaam, quoniam verba reprehensoria protulit. *[Hi sunt fontes sine aqua]*. i. doctores sicuti carentes vera doctrina, quia doctores se esse præsumunt & iactant, cum deceptoribus existant, sicque assimilantur fonti siccatõ *[Et nebule turbidibus agitæ]*. i. similes nebulis à ventis hinc inde commotis. quoniam dæmonum suggestionibus & vitiorum impulsibus circũferuntur *[Quibus caligo tenebrarum reseruatior]* quia, ut ait Saluator, proiciuntur in tenebras exteriores, ut de tenebris vitiorum præcipitentur in tenebras tormentorum. Et rectè obscuritas infernalis caligo tenebrarum, quasi caligo caliginum, appellatur, cum sit vehementissima: quemadmodum rosa flos florum vocatur *[superba enim vanitatis loquentes]*. i. verba falsitatis, pomposa. Vel vt alij legunt, superbia vanitatis. i. ex arrogantia proprie vanitatis loquentes *[Pelliciant in desiderijs carnis luxurie]*. i. per concessionem & approbationem concupiscentiarum carnalium fallunt *[Eos qui paululum effugiunt]*. i. imperfectos, qui aliquid se ab erroribus peccatis cosperit abstrahere *[Qui]* deceptores *[in errore conuersi]*. i. assuefacti *[Liberatam illis promittunt]*. i. deceptis à se affirmant, quod liberè sine peccato possint carnalia desideria adimplere. per quod illos ad talia pronos facilius fallunt *[cum ipsi]* hæretici & iniqui *[serui sunt corruptionis]* id est fallitati ac impietati subiecti *[A quo enim quis superatus est, huius est seruus est]* ipsi autem à vitijs & à diabolo victi sunt, idcirco vitiorum ac dæmonum serui censentur. propter quod loquitur paulus, Respiciat à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur. Et apud Ioan. asserit Christus, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. *[Si enim refugientes in cogitatione mundi]* id est mundana & carnalia vitia euitantes *[in cognitione]* id est per veram fidem & fidelem notitiam *[Dominus nostri iesu Christi his vris implicati superantur]* id est recidiuando & post recidiuum commiserunt aut inciderunt, enormiora sunt peccatis ante recidiuum commissis aut per omissionem contractis. Nam vulnera repetita sunt magis periculosa. Et recidiuatio ista propter ingratitude in sibi annexam, qua quis de priore remissione, illuminatione & gratia, deo ingratus est, & propter præhabitam veritatis notitiam, valde auget & grauat peccata sequentia. propterea subditur *[Melius enim]* id est minus malum siue culpabile *[erat eis non cognoscere viam iustitiæ]*. i. diuina præcepta, & ea quæ necessaria sunt salutis *[Quam post agnitionem retrorsum conuerri ab eo, quod illis radium est, sancto mandato]*. i. ab obseruantia legis ac fidei Christianæ defertere. Nempe quod quis plura à deo beneficia est sortitus, eò plus obligatus est deo gratus esse, ac deseruire. Idcirco doctus grauius peccat quam indoctus, cæteri paribus: præsertim qui viam agnoscit iustitiæ, nec tamen obseruat, plus videtur deum contemnere, quàm iustitiæ viam ignorans. propter quod Christus deseruit, Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit, plaga vapulabit multis. Qui autem non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Hinc dictum est per Iacobum, Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Imò quàm enorme fit iustid constat ex eo quod ad Hebræos legitur, Voluntariè peccantibus post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Et rursus ad Hebr. terribiliter loquitur paul. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cælestis, & participes facti sunt spiritus sancti, & prolapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam, rursus crucifigentes in sibi metipsis filij dei, & ostentui habentes. Hinc etiam veritas conuenit. Si cæci esletis, non haberetis peccatum: nunc autem dicitis quia videmus peccatum vestrum manet. ¶ Sed si ista ita se habent, videtur ignorantia hominem excusare. Imò apparet quod cum homo sit fragilis, tutius sit non discernere neque agnoscere viam iustitiæ, quàm eam cognoscere: reme fortè post eius cognitionem contingat peccare, & grauiorem reatum incurrere. Respondeatur, quod ignorantia iuris, quod quis scire tenetur, nõ excusat à culpa, nec ignorantia crassa, seu affectata: sed ignorantia facti adhibita diligentiâ bona, ignorantia quoque inuincibilis, prorsus excusat. ¶ Et quoniam ignorantia fit post veritatis notitiam cadere, ipsa tamè notitia in se bona est & optada, & frequenter à variis malis præseruat, & cõfert ad hoc vt homo resurgat celerius. porro qui viam nescit iustitiæ, sine retinaculo errat, nec surgit. Cur autem enormius fit post iustitiæ agnitionem peccare, subiungitur *[Contingit enim illis]* scilicet recidiuibus *[id veri prouerbij]* Idcirco ait veri prouerbij, quia quod sequitur ex libro prouerbiorum Salomonis acceptum est *[Canis reuersus ad vomitum suum]*. Sic siquidem Salomon in prouerbis loquitur. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, ita stultus qui iterat stultitiam suam. Nam sicut id quod per vomitum est eiecitur resumeret, est valde abominabile, fœdens, ac turpe: sic peccata penitendo deleta reiterant. Quod verò adiungitur *[Et sus lotam volutabro hui]* princeps apostolorum de suo ap postuit, valdè que aptè. Nam sicut ex tali lotione efficitur porca sordidior, quàm fuerat ante: ita ex recidiuo grauius homo coinquinatur. Itaque sicut vomes superfluum eiecit materiam qua premebatur, sic peccator confitendo ostendit mentis venenum, quod animam presens: dum verò post penitentiam reciduat, instar canis redit ad vomitum, id est quod salubriter euomit, damnabiliter repetit. postremò in scripturis per stultum designatur quicunque in mortali est vitio, & per stultitiam omnis mortalis intelligitur culpa. Sic in ecclesiaste asseritur, Stultorum infinitus est numerus.



Ulcimo capitulo gloriosissimus apostolici chori hierarcha plenius destruit hareticas prauitates, & fideles in fide confortat [Hanc ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus] prima & secunda epistolis [Vestram ex cito in communitone] id est per hanc charitativam exhortationem [syncceram mentem] a vitis expurgatam [Vt memores sint] memoria virtuosos actionibus iuncta [Eorum que predicti verborum prophetarum, & apostolorum sanctorum] id est verborum a sanctis prophetis apostolisque prolatorum, videlicet documentorum & mandatorum que tradiderunt. Aliqui textus habet verborum a prophetis, & redit in idem. Nam sensus est, Verborum dictorum a prophetis. Memores quoque estote

[Preceptorum Domini & saluatoris nostri] id est preceptorum que Christus dominus & saluator in euangelio dedit, qui decem preceptis aliqua addidit. Hæc memoria ad executionem operis est ordinanda: iuxta illud in psalm. Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea [Hoc primum scientes] inter ea que iam scienda commemoro [Quod veniet in nouissimis diebus] præsertim circa Antichristi aduentum [In deceptionem] id est ad introducendum deceptionem [Iuliores] scripturarum ac fidei Christianæ atque fidelium [iuxta proprias concupiscentias ambulantes] id est vitiosè carnaliterque viuentes [Et dicentes, Vbi est promissio, aut aduentus eius?] id est vbi manent, aut quando apparebunt & implebuntur, que Iesus Nazareus promisit suis cultoribus? Et quando ad iudicium veniet ipse, prout prædixit: tanquam dicant, Omnia vana sunt & conficta, nec erit iudicium, nec resurrectio mortuorum. [Ex quo enim patres] nostri Dormierunt, omnia sic perseverant ab initio] id est ab exordio seculi, & generationis humane, & a temporibus antiquissimis, in quibus obierunt progenitores nostri primæui, mundus iuxta solitum cursum naturæ processit, duravit, nec notabiliter est mutatus: ergo nec in futuro mutabitur, nec generationum cessabit successio. Quemadmodum ergo Paulus secunda ad Thesalonicenses redarguit eos, qui tunc secundum aduentum Christi de proximo imminere asseruerunt. Non terreamini, iniqui, quasi insit dies domini: sic princeps apostolorum nunc eos condemnat, qui de nimia dilatione secundi aduentus domini causabantur. Præinductis demum sanctissimi Petri verbis consonant, que 2. ad Timotheum scripta sunt. Vbi vas electionis fatetur, In nouissimis diebus insitabunt tempora periculosa, & erunt homines amantes seipsos, &c. Consequenter probat summus apostolus falsum esse quod illi dicent, omnia à principio creaturæ sic perseverare [Latet enim eos hoc volentes] id est qui illud dicturi sunt nesciunt. [Quod cæli erant prius, et terra de aqua, et per aquam consistens dei verbo, per que ille tunc mundus in unum datus perijt] Oportet aduertere, quod beatissimus Petrus non loquitur hic de superioribus cælis, supra sphaeram actionis & passionis subsistentibus, qui ex natura sua sunt incorruptibiles, quantum ad suum esse substantiali: sed loquitur de cælis aëris, id est partibus aëris superiori & inferiori. Vnde per Hieremiam dominus loquitur, Miluus in cælo cognouit tempus suum. Et quarto Regum asseritur, Ascendit Helias per turbinem in cælum. Hinc & aues cæli vocantur, quia in aëre volant.

[Porro] quod de his cælis solummodo iam loquatur sacratissimus Petrus, hinc constat, quia intendit probare quod mundus semel per diluuium perijt, & rursus in fine igne peribit. Idcirco non loquitur nisi de cælis quas attingit aqua, & ignis attingit. Certumque est, quod aqua sphaeram lunæ non attingit, nec ignis conflagrationis creditur altius ascensus, quam illa ascenderat aqua. Et istud Thomas super quartum affirmat Sententiarum. Beda quoque, Albertus, & alij expositores concordant in isto. Est igitur sensus, Cæli erant prius, id est ab exordio ante diluuium fuerunt cæli aërei, quantum ad suam substantiam, utpote inferior pars aëris & pars eius superior, que est supra cacumina montium. Quam superiores aëris partem aqua diluuii partim occupauit, quoniam quindecim cubitis altior fuit altissimis montibus terræ, vt scribitur in Genesi, Et terra etiam prius scilicet ante diluuium fuit. De aqua, id est per separationem aquarum à superficie terræ apparuit terra: iuxta illud Genesim, Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida, & factum est ita. Et hæc eadem terra est per aquam consistens dei verbo, id est ex omnipotentis dei decreto siue præcepto terra subsistit, & permanet in esse per hoc quod partibus eius vndique supra superficiem eius, & intra viscera eius aqua miscetur, vt partes terræ sibi cohæreant, aliter redigerentur in puluerem. Propter quod asserit Auicenna, Ex terra pura non fit lapis, quia requiritur aqua, per quam fit continuatio partium terræ. Hinc loquitur Beda, Diuina dispositione venis aquarum terra tota intrinsecus plena est, quemadmodum corpus animalium sanguinis venis repletur, ne ariditate terra deficiat, si aquarum cesset rigatio. Videmus nanque æstatis calore terras consumptum eorum humore flaccentes, atque in puluerem quem proiciit ventus, esse redactas. Per quas, hoc est per cælos præfatos aëreos & per terram, ille tunc mundus inundatus, id est inferior regio mundialis aquis perfusa operta & occupata perijt, quantum ad viua contenta in terra & aëre, præter ea que erant in arca. Nam omnia mortua tunc fuerunt. Perijt etiam ille mundus, videlicet terra, aqua & aër, scilicet regio illa elementaris, quantum ad multa. Nam pristinum fructificandi vigorem perdidit terra, atque in variis locis ac partibus aliam dispositionem accepit. Sed & magna pars aëris corruptebatur & vertebatur in aquas. Tunc quoque rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, puta Oceani [Cæli autem qui nunc sunt] id est præacti cæli aërei [Et terra] que nunc est, id est iam in rerum natura subsistunt [Eodem verbo reposita sunt] id est ex diuino præcepto ad conuenientem naturalemque formam & statum, quos nunc habent, reducta sunt: per hoc quod aquæ diluuii cessauerunt, & terra & ignis ad pristinum statum ac modum, quantum ad multa, tunc redierunt [Igni reseruari in diem ultimum] & perditionis iniquorum

Psalm. 102

2. Thef. 1.

2. Tim. 3.

Hiere. 8. & Re. 4.

Gene. 7.

Ibidem. Gene. 1.

Gene. 7.

A hominum] id est igne conflagrationis sunt exurendi atque purgandi in die iudicii, qui est dies perditionis Iob. 21. seu condemnationis hominum iniquorum. De quo die scriptum est, In diem perditionis seruaturo max. Proue. 16. In prouerbis quoque, Omnia propter seipsum operatus est dominus, impitū quoque ad diē malū. Consequenter princeps apostolorum breuiter probat, quod propter dilationem futuri iudicii æstimare nequaquam debemus, futurū nō esse iudicium illud, cum omnis dilatio ista sit modica in dei conspectu, & comparatione perpetuæ durationis eam sequentis. Nam subditur [vnum vero hoc non lateat vos clarissimi,] & quid sit hoc vnum, subiungitur [Quia vnus dies apud dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies vnus] id est spatium, quod deus comparatione suæ æternitatis atque futuræ retributionis reputat quasi vnum diem, est sicut mille anni, id est, spatium multo longissimum secundum nostram computationem ac apparentiam: & mille anni apud nos, id est, spatia temporum quantumlibet diuturna, sunt curam deo quasi dies vnus, quia suæ æternitatis respectu quasi momentum est. Propter quod ait Psalmista, Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternæ quæ præterit. Vel sensus verborum istorum esse potest, quod super sapientissimus deus conspiciens omnia in sua æternitate nunc seu momento ita cōtemplatur vnum diem, vt mille annos, & mille annos, vt diem vnum: quoniam cū cta præterita, præsentia, & futura simul inuariabiliter intructur. Porro (vt Beda refert) quidam præacta verba sic intelligenda putarūt, quasi dies iudicii per mille annos sit duraturus: nō attendentes, quod nō simpliciter ait, erit vnus dies mille anni: sed vnus dies apud dominum vt mille anni. Si autem dicere vellet, quod iudicii vnus annorum spatio tederetur, non opus fuisset ponere apud dominum, quoniam dies illa etiam apud homines tantæ lōgitudinis esset. Vult ergo beatissimus petrus in sinuare, quod omnium dierum & annorum finem certissime noscat deus, certissime quoque prænouerit quando aduentus sit adimplendus, & quando præmissa præmia sint sanctis reddenda. Idcirco subiungitur [non tardat dominus promissum] id est, promissa sua implere non differt ultra tempus præfixum ac debitum. Sic & in Abacuc habetur, Apparebit dominus in sinem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit [Sed patienter agit] id est, loti ganimitur prætolatur, & differt iudicium [Propter vos] id est, propter melius vestrum [Nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiā reuerti.] Sic & Christus testatur, Nō est voluntas ante patrē, vt pereat vnus ex his pusillis. Et ad Timotheo. asseritur, Deus omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. In Ezechiele quoque habetur, Nūquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus, & non vt conuertatur à viis suis, & viuat? Sed quomodo possunt hæc stare, cum per Esaiam deus testetur, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Cum enim dei voluntas omnipotens sit, vtique adimplebitur. Propter quod in libro Hester legitur, Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui tua resistere possit voluntati. Denique si tanta est felicitas ciuium supernorum, vt quicquid velint præsto sit eis, quantum magis superbeatissimi dei infinita exigit beatitudo, vt nil diuinæ voluntati contrarium possit accidere? Ad hæc duplex est responsio. Prima, quod deus quātum in se est, non vult quenquam perire, sed omnes saluari. Nam omnes ad pœnitentiā ac salutem hortatur, & pœnitentibus semper paratus est indulgere, nec alicui quod in se est facienti, denegat gratiam: imò per angelos sanctos custodit ac dirigit homines, nec ex parte dei est defectus salutis cuiuscunque pereuntis: cum deus variis modis homines ad meliora inuitet. Secunda responsio est, quod deus nō vult quæquam perire, sed omnes saluari, loquendo de voluntate antecedente, hoc est, considerando homines secundum quod homines sunt, utpote rationalis naturæ felicitatis capaces: non autem loquendo de voluntate consequente, utpote considerando eos, vt tales aut tales. Quemadmodum rex terrenus vult omnes subditos suos prosperari ac viuere, in quantum sunt subditi sui: non autem, in quantum quidam eorum malefici sunt, & rebelles, fures, homicidæ, latrones. Insuper (vt recitat Beda) qui dixerunt diem iudicii per mille annos duraturum, ideo hoc dixerunt, quia putabant necesse, vt electi qui in fine mundi in peccatis aliquibus morietur, intra spacium tantum purgentur: non attendentes quantum sit impudentia dicere, quod cæteri vniuersi electi & iusti suis corporibus in oculi ictu resumptis, per tot annos in terra aut aëre prætolabuntur finem iudicii, atque à præparata ac debita eis beatitudine differenter. Quod cū ita sit quam facile agitur, & mendosum est, quod sceleratissimus asserit Machometus in scripturis suis, diem iudicii per quingenta milium annorum spatium duraturum. Itaque deus differt iudicii diem, vt interim compleatur numerus defectorum, & homines per pœnitentiā se expurgent. Quemadmodum ad Hebreos scribitur, Iuxta electum desunēt sint omnes isti, nō acceptis repromissionibus, deo melius aliquid prouidete de nobis, vt non sine nobis cōsumarētur. Vnde vt in Apoc. inducitur, animabus martyrum die vltionis optatibus, respōdetur diuinitus, vt requirāt tempus adhuc modicum, donec compleatur numerus conseruorum eorum. [Aduentum autem dies domini] .i. dies iudicii, qui specialiter dicitur domini, seu Christi iudicis summi; qui est dominus sabbati & temporis vniuersi. Dies inquam, iudicii specialiter dicitur dies domini, quia in eo ipse præcipue suam omnipotentiam, sapientiam, iustitiam, declarabit. suam operationem efficiet, suam voluntatem complebit [Tanquam fur] .i. repente & improvisè: paulo testante, Cū dixerit pax & securitas tunc repentinus eis superueniet interitus. Et rursus, Dies domini, tanquam fur in nocte, ita veniet. Ideo ait Saluator, De die illa & hora nemo scit. Et in Actis, Nō est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate [in quo cæli magno impetu transibunt] id est cæli aërei, de quibus iam locutus est, grandi impulsu per ignem conflagrationis alterabuntur, atque à statu quæ nunc habent deficient. Alique etiam partes aëris illo igne tunc corruptentur. Denique aër terrę proximus in scripturis interdum vocatur cælum. Cū in Iob dicatur, Amici Iob sparserunt puluerem super capita sua in cælum [Elementa vero calore] ignis, quo conflagabitur & purgabitur mundus inferior [soluentur] eo modo, quo cæli tunc transibunt. Elementa nanque transibunt & soluentur: primò, quo ad

Epistola.

Psalm. 89.

Abac. 2.

Matth. 18.

1. Timo. 2.

Ezech. 18.

Esai. 46.

Hester. 13.

Hebr. 11.

Apoca. 6.

Matth. 12.

1. Thef. 5.

Matth. 24.

Actu. 1.

Iob. 2.

cessationē motus & operationis eorū : quia nō mouebuntur vt modo, nec erit in eis generatio siue corruptio. Secundo, quantum ad mutā transmutationē, quia per qualitates suas cōtrarias nō alterabit se inuicē, nec in se mutū agēt vt nūc. Quia cessante primi mobilis motu, cessabunt ista in inferioribus. Tertio, quantum ad innoationē, quia tunc transferretur ad dispositionē nobiliorē, & claritatem mirificam fortientur. Quia, vt creditur, terra splendebit vā autū, aqua sicut crystallus, ac̄r vt cælum, ignis vt astra. [Terra autē et que in ipsa sunt opera, exurentur] quia non solum terra ignē purgabitur, partimque caloris vehementia consumeretur: sed & plantæ, ac̄bruta, ac̄ cætera mixta, secundum se tota corruptibilia penitus corrumpentur. Elementa verō, quia secundum se tota corruptibilia non sunt, secundum substantiam & modo præfato manebunt, præsertim eum sint de integritate consistentē, ac ordinis vniuersi. Quamuis Beda videatur aliter hīc sentire. Nam ait, Quatuor sunt elementa, quibus mundus iste consistit, ignis, aer, aqua, & terra: quæ cuncta ignis maximus ille absorbet. Nec cuncta tantum consumet, vt funditus non fiet, sed duo in totum cōsumet; duo verō in meliōrē restituitur faciem. Duo autē, quæ dicitur penitus cōsumēda, sunt ignis & aqua. Aug. quoque in lib: de ciuitate relinquit sub dubio de aqua, cum in Apocal. legatur, Mare iam non est. Sed doctores scholasticī,asserūt, elemēta omnia secundū substantiam permāntura, præsertim cū ignis & aqua nobiliora sint terrā. Porro quod dicitur, mare iā non est, intelligitur sicut & illud, Cælum & terra trāsibunt [cū ergo hāc omnia iam prædicāda [Solucūda sim]. i. corumpenda seu alteranda, vel immutanda, iuxta sensum præhabitu[m] Quales] id est quā diligenter, assiduos, & constantes [oportet nos esse in sanctis conuersationibus?] id est, virtuosos operibus, præsertim in operibus misericordiæ, tam corporalibus quā spiritalibus. De quibus specialiter fiet iudiciū, vt in Mathæo habetur. Ideo additur, [et pietatibus] quod etiam potest exponi de duplici pietate. Vt pote de ea, quæ est virtus moralis, & subuenit proximo in quantum est indigēns: & ea quæ est vnum de septem donis spiritus sancti, & subuenit proximo in quantum ad Dei imaginē & similitudinē est creatus: vt quidam distinguunt [expectantes] districtum dei iudiciū [et operantes in aduentum] id est celeriter ac feruenter vos præparantes ad secundum aduentum, qui erit in fine. Aduentum inquam [ Domini nostri Iesu Christi, per quē] id est cuius imperio ac virtute [cæli ardentis] id est cæli ærei igne qualificati [soluentur] secundum sensum inductum [et elementa] videlicet aqua & terra [ignis ardore tabescent] id est à suo statu & modo deficient, partimque desinent, sicut expositum est. Quasi diceret, Valde virtuosos, timoratos, exemplares oportet vos esse: consideratione rigoris diuini iudicij. Si enim tam horribilia signa illud præcedent, & si tantam horribilitatem ac districtiōnem omnipotēns, iustus, metuendus creator in rebus inanimatis monstrabit: certum est, quod illud iudiciū in seipso incomparabiliter ineffabiliterque durissimum erit. Et in ipsis hominibus impiis ineffabilem deus ostendit feruenter: tantō certē maiore, quantum nunc clementius diuturniusque expectat. Propter quod sanctus Iob loquitur, Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & cōstituas mihi tempus in quo recorderis mei? Et psal. Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudiciū correctio sedis eius. Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Apud Esaiam quoque fertur. Ecce nomen domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione. Spiritus eius velut torrens inundans ad perdendas gentes [ Nouos vero cælos, et nouam terram, et promissa ipsius expectamus] Non ait alios cælos & aliam terram, sed nouos, id est quantum ad modum & proprietates innoouatos ac meliores effectos, & similiter terram nouam & meliorem effectam. Cætera quoque dei promissa, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, doctores corporum glorificatorum, & animarum feliciū præstolamur. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei, vt dicitur ad Rom. Hinc apud Esaiam dominus contestatur, Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam. In Apoc. quoque ait Ioan. apost. Vidi cælum & terram nouā, & dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia [in quibus iustitia habitabit] id est habitabit, vt sit sermo propheticus, de futuro per modum præsentis, propter certitudinem prophetiæ, loquens. Tunc enim in corporeis illis cælis ac terra diuina, præclarissimē relucebit iustitia, vniuersis tunc tribuens quod promeruerunt, & electorum gloriam augens in celorum ac elementorū innoatione, in quorum inspectione gaudebunt. Habitabit etiam in illis iustitia. Quia vt in Apoc. habetur, Non intrabit in ciuitatem celestem ac patriam beatorum aliquid coinquinatum: sed soli iusti, in quibus nūquam iniustitia locum poterit obtinere. Quia confirmati erunt in bono, & erunt tunc omnia ad iustitiæ æqualitatem plenē redacta. Ex quibus inferunt salubris monitū, dum subditur, [ Propter quod charissimi hæc expectantes satagite immaculati et inuolati] i. mente & corpore purificati, fide & opere integri, à mortalibus, & venialibus vitijs emundati [ Ei inueniri] i. ad dei honorem ac gloriam veraciter apparere. Tanta enim felicitas omni diligentia & labore est dignissima, nec vt deo cerneret nisi à purgatissimis mētibus. Propter quod loquitur Iudeis, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et ad Hebræos dicitur, Pacem sequimini & sanctimoniam, sine qua nemo deum videbit. Hanc sententiam introduxit vas electiōnis secunda ad Corinth. Has, inquiens, habentes promissiones mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore domini. Itaque beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum. Hinc ait Saluator, Beati ferui illi quos cum venerit dominus, inuenit vigilantes [et domini nostri Iesu Christi longanimitatem] id est diuturnam seu piā præstolationem, ac dilationem suæ remunerationis [salutem arbitramini] id est salutarem esse vobis sentite, quia confert vobis ad gloriæ incrementum, vt & interim quotidie proficiatis, & plures salutem [sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam] id est cui infusam in raptu suo vsque ad tertium cælum, quando vidit deum per speciem secundum Augustin.

Augustin.

Apoc. 17.

Math. 24.

Marc. 13.

Luc. 21.

Math. 5.

Genesi. 1.

Iob. 14.

psalm. 96.

Esaie. 30.

Esaie. 64.

1. Corin. 2.

Roma. 8.

Esaie. 65.

Apoca. 21.

Ibidem.

Math. 5.

Hebr. 12.

2. Cor. 6.

psalm. 118.

psalm. 31.

Luc. 12.

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

2. Corin. 12

A omnibus scripsit. Quemadmodum Christus in Euangelio ait, Quod vobis vel vni dico, omnibus dico. Marc. 13. Et quia beatissimus Petrus ambas suas scripsit epistolas electis aduenis dispersionis Ponti, Galatia, A- 1. Petri 1. Et quia eisdem scripsit & Paulus, qui Galati Asiaticusque scripsit: vt certū est, quod & vtriusque sequentia videntur prætere. Nam subditur, [sicut & in omnibus epistolis] id est cæteris vniuersis [Loquens in eis de his] de quibus ego iam scripsi vobis, vt pote primo & secundo Christi aduentu, innoationeque mundi, moralibus documentis, salutaribus præceptis, & de vitandis hæreticis, de patientia quoque & constantia ad martyrium [in quibus] pauli epistolis [sunt quedam difficulta intellectu] id est ad intelligentiam. Quia in singulis eius epistolis sunt talia multa, ea que Philemoni scripta est, exempta. Præsertim in epistola ad Rom. aliquot locos reperis quouis labyrintho magis extricata difficultes [que indoliti & instabiles] præsertim hæretici [deprauant] i. falsè exponunt, malè intelligunt, percutunt, corrumpunt: addendo, subtrahendo, seu aliis modis [sicut & cæteræ scripturæ, ad suam ipsorum perditionem] i. ad propriam cōdemnationem grauissimam. Quia non Paulo, sed sibi ipsis enormiter nocuerunt, sic faciendo. Qui rectè in doctis vocantur, quoniam veris atque catholicis caruerunt doctrinis. Et erant instabiles, quoniam suis erroribus, vitiijs & passionibus vndique fluctuabant, nec in deo, nec in ratione, nec in virtutibus fixi. De quibus ait propheta. In circuitu impij ambulat. Et, Impij tanquam puluis ante faciem venti. Vnde in prouerbijs fertur, Quasi tempestas transiens impius non erit, iustus autem quasi fundamentum æternum. Denique beatissimus & sapientissimus princeps apostolorum epistolas pauli specialiter commendat & approbat: tum, quia tam Iudæi obstinati quā hæretici detraxerunt paulo, & epistolis eius. Secundo, quoniam paulus diffusius ac difficiliter scripsit, idcirco de suarum deprauatione epistolarum maius fuit periculum. Præterea in his resplendet profundissima archiapoſtoli petri humilitas, qui paulū tam excellentem collaudat, quā paulus in sua ad Galatas epistola reprehenderit petrum, quod cum non laudat. Sancti etenim vni nō proprias quæruunt aur diligunt laudes, sed veritatis præconia, virtutum sublimitia, iustitiæ zelum, dei honorē, animarum salutem, propriā quoque reprehensionem beneficium arbitrantur præcipuum. Nō enim ad seipſos reflectuntur inordinatè, sed in deum firmiter sunt cōuersi. Deinde finalis exhortatio subijfertur. [ Vos ergo fratres præſcientes] Christum iudicē esse venturum, hæreticos quoque diuersa falsitatum portenta esse docturos [custodite] i. ea quæ scripsi memoriter retinete, & opere adimplete. Iuxta illud psalmi. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Quod autem aliqui libri habent, vosmetipsos, non est de essentia veri textus, sed additus [sic insipientium errore tradidit] i. hæreticorum aut aliorum prauis doctrinis infecti atque extra veritatis limites ad falsa translati [excidatis a propria firmitate] i. à fidei ac virtutum cōstantia deficiatis. Hinc ad Thessal. loquitur paulus, Ne quis vos seducat vilo modo. Item que, Stabiles, inquit, & immobiles estote, abundantes in opere domini semper. Vnde & Christus hortatur, Videte ne quis vos seducat. Surgent enim pseudoprophetae & pseudochristi, & dabunt signa magna & prodigia, ita, vt in errorem ducantur (si fieri potest) etiam electi [Crescite vero in gratia] bene agendo, viriliter laborando, mentem assidue custodiendo, proficite in omni virtute ac dono spiritus sancti: præsertim cū nō crescere sit decrescere. [Et cognitione domini nostri Iesu Christi] i. in formata ipsius notitia, & in contemplatione suæ diuinitatis sincera, in intelligentia mysteriorū ipsius, & in omnibus quæ sacra scriptura docet de eo. In quorū cognitione proficite homo legēdo, ab alijs audiēdo, per se diligētē cōsiderando, præsertim diuinam illuminationē suscipiendo, in dono sapiētiae, donoque intellectus proficiedo, angelicam instructionem sumendo. Hinc ad Coloss. loquitur sanctus paulus, postulamus vt impleamini agnitione voluntatis dei, in omni sapiētia & intellectu spirituali, per omnia crescentes in scientia dei. Ad philippenses quoque, Existimo omnia detrimētum esse propter eminentē scientiā domini nostri Iesu Christi. per Oseam quoque ait deus, Scientiam dei volo plus quā holocausta. Siquid hæc est vita æterna, vt cognoscamus patrem verū deum, & quē misit Iesum Christum [ipsi gloria] i. maiestas, beatitudo, lætitia, & clara cum laude fama [Nunc & in die æternitatis] id est in militanti & triumphanti ecclesia, in præsentī & in futuro, in via ac patria: qui cum patre & spiritu sancto vnus est deus super omnia sublimis & benedictus, Amen.

Psalm. 118. Prouer. 10

Psalm. 118.

Galat. 2.

2. Thes. 2.

1. Cor. 15.

Math. 24.

Coloss. 1.

Philip. 3.

Oseam 6.

Ioan. 17.

Psalm. 144

D. DIONYSII CARTHYSIANI IN PRIMAM SANCTI IOANNIS APOSTOLI Epistolam, Enarratio.

Cap. 1.

[Quod fuit ab initio.]

Articulus 1.



Vblimis Euangelista Ioannes multis & magnis à Christo priuilegijs decoratus, Ezech. 2. atque per aquilā volantem designatus, præ cæteris de Christi diuinitate scripsit Ioan. 1. profundius. Et sicut in principio euangelij sui destruit Ebionis ac Cherinti, Christum purum hominem esse dicentium, hæresim: Marcionis quoque, Christum verum corpus assumpsisse negantis, perfidiam: sic & in huius suæ epistolæ primè initio eorundem perditissimorum hæreticarum proletricit venas, dicens, [Quod fuit ab initio] id est verbum æternum increatum ac genitum: de quo alibi habetur, In principio erat verbum. pater enim, cuius sapientia non est Ibidem.

finis, seipsum intruendo ac intelligendo quod de se & in se videt atque intelligit, hoc intra se intelle-

Actualiter profert ac gignit, utpote sui ipsius conceptum ac verbum, quod est vnigenitus filius eius, in quo est quicquid patris est, plenissimè splendet. Estque verbum hoc patri æquale, cum sit naturalis & perfecta eius imago. Ex quo cõsequens est, quod tota dietatis plenitudo in ipso cõsistit, idcirco cõsubstantialis est patri. Hoc verbum est æterna ac genita sapientia patris, quæ in Prouerbiis de sua intellectuãli æternali generatione apertissimè protestatur, Dominus possedit me initio viarum suarum: antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinata sum [Quod audiui] Dupliciter audierunt homines verbum hoc dei æternum. Primò percipiendo aurius sermocinationè, loquentè de verbo ipso: & ita qui nõ viderunt Christum in carne, audierunt eum. De quibus loquitur Paulus, Nunquid non audierunt? Et rursus, Fides (inquit) est ex audita. Secundo, audiendo verba immediatè ex ore Christi. Sicque Ioannes iste, ceteri quoque apostoli cum Christo in terris conuersati, audierunt hoc verbum, non in deitatis suæ natura, sed in humanitate assumpta. Ex cuius ore verba cælestia audiendo, verbum æternum audierunt, propter vnitate personæ in Christo, quæ in duabus subsistit naturis, diuina scilicet & humana [Quod vidimus oculis nostris] corporalibus per assumptam naturam. Siquidem verbum hoc caro factum, inter apostolos visibiliter habitauit, & cõuersatum est. Iuxta illud Baruch, In terris illud Baruch, & cum hominibus conuersatus est. Vnde per Esaiam testatur, Propter hoc sciet populus meus nomè meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum. Apud Zachariam quoque ait, Lauda & lætare filia sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui [Quod perspeximus] id est, clarè inspeximus, quia vidimus gloriã eius gloriã qua si vnigeniti à patre [Et manus nostræ contrectauerunt, de verbo vitæ] id est, ipsum verbum æternum, quod est verbum vitæ, à quo omnis vita naturæ & gratiæ ac gloriæ profluit. Est etiam verbum vitæ, id est, patris viuents. Vel verbum vitæ, id est, verbum quod est vita. Nam ait, Ego sum via, veritas & vita. Hoc verbum incarnatum apostoli tractauerunt, quia sensibiliter ipsum tetigerunt, palpauerunt, & osculati sunt. Quibus & post passionem suam ac resurrectionem locutus est, Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere. Ioannes quoque in cœna recubuit in sinu Iesu, & super pectus ipsius. Ex quibus verbis vera diuinitas Christi, & vera incarnatio eius euidentissimè comprobatur. Atque hæreticæ prauitates, Ebionis, Cherinthi, Fotini, Nestorij, Marcionis, Manichæi, Valentini, Apellis, atque similibus hæreticorum penitus confutantur [Et vita manifestata est] id est, verbu istud æternum, quod est vera vita, quæ secundum suam deitatem incomprehensibilis fuit & latuit homines, & non nisi per paucos per explicitam fidem innotuit. Hæc vita per naturam (quam assumpsit) humanam manifestauit seipsum, docendo, miracula faciendo, suos discipulos per totum mundu ad prædicandum mittendo. De qua scriptum habetur, Vita erat lux hominibus, & lux in tenebris lucet. De qua etiam alio loco asseritur, Hoc fecit initium signorum Iesus, & manifestauit gloriã suam. De quo ab Esaiã prædictum est, Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt. Itemque, Parauit dominus brachiũ sanctum suu, in oculis omniũ gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Et rursus loquitur Esaiã. Reuelabitur gloria domini. Atque psalmista, Notu fecit dominus salutare suum. Et denuo, In sole (inquit) posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo [Et vidimus] verbum hoc interiori exteriorique oculo [Et testamur] de eo quæ vidimus & cognouimus. Vnde passione instate distulit nobis, Vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis [Et annunciamus vobis vitam æternã] id est, Christum vobis prædicamus: qui, Ego sum, ait, resurrectio & vita. Est enim essentialiter viuens & vita, utpote sapientia ipsa increata, immentis. Propter quod ipsemet ait, Sicut habet pater vitam in semet ipso, sic dedit & filio vitam habere in semet ipso [Quæ erat apud patrem] id est, secundum diuinitatem suam fuit æternaliter in patre & cum ipso, quia personaliter à patre distinguitur: immanenter ab ipso egreditur, substantialiter idem cum ipso censetur. De quo in Ioanne habetur, Verbu erat apud deum. Vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et in psalmista. Apud te est locus vitæ [Et apparuit nobis] visibiliter per corpus assumptum. Post resurrectionem quoque apostolis frequenter apparuit [Quod vidimus et audiuius annunciamus vobis] sicut expositum est. Frequenter autem & euidenter hæc repetit, vt nullum hæreticis locum latendi aut effugiendi relinqueret [Vt vos societatem habeatis nobiscum] id est, communionem in fide, spe, & charitate, & sacramentis ecclesiæ [Et societas vestra sit cum patre et filio eius iesu christo] id est, etiam cum patre & filio, vnionem & assimilationem supernaturalem habeatis per charitatem & gratiam, ceteraque charismata spiritus sancti, qui nominato patre & filio dantur intelligi, cum sit amor & nexus amborum, inseparabilis ab eisdem: & verè patri ac filio consubstantialis, æqualis, & sempiternus. Pro qua societate Christus post cenam orauit: iuxta illud, Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dediisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. Et rursus, Non pro his, puta apostolis rogo tantum: sed pro eis, qui creduri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint sicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipsi in vobis vnum sint. Ex præinductis patet certitudo veritatis fidei christianæ, de qua hoc loco scribit Albertus, Vna cognitio redditur certior alia, ex quatuor. Primò, ex parte sensus per quam accipitur. Cum enim cognitio intellectiua ex notitia sensitiua dependeat, illa cognitio sit certior, quæ euidentius ex sensu aut ex pluribus sensibus habetur. Ea autem quæ apostoli prædicauerunt de Christo, per visum, auditum, & tactum, nouerunt. Secundo, ex parte obiecti. Cum teste philosopho secundo primè philosophiè, Vnquodque se habeat ad veritatè sicut & entitatem, cõstat, quod sicut deus est purissima essentia, & perfectissimum esse: sic est purissima veritas, & natura rei de ipso veritas habetur certissima. Tertio, ex parte luminis cui innitur. Cumque veritas fidei increata, infallibilis, & supernaturali luminis innitur, certior est omni sciẽtia alia quæ creato innitur lumini. Quarto, ex parte doctis. Cũ ergo apostoli cũ Christo sint cõuersati, tanta sanctitate & sapientia perornati, tã supernaturaliter à spiritu sancto edocti, tam præclara miracula, soli omnipotenti deo possibilia, in attestatiõne fidei operati, palam quod eorum doctrinæ credendum sit, propter quod in sine Euãgelij sui sanctus ait Ioannes

A de semetipso. Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia verum est testimonium eius, Paulus quoque ad Galatas fatetur, Licet angelus de celo euangelizet vobis Galat. 1. terquam euangelizauimus, anathema sit. Porro quod de fidei certitudine dixi, intelligendum est de certitudine adhærentiæ magis quàm de certitudine euidentie. Et quia societas viæ, inchoatio ac præparatio est ad societatem felicitatis & gloriæ, ritè subiungitur [Et hæc scribimus vobis, vt gaudeatis] in domino gaudio spiritali, de quo loquitur Paulus, Gaudete in domino semper. Et, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Vnde & apud Hieremiam dominus ait, De hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me. Est autem & gaudium inordinatum carnale & seculare, quo quis gloriatur in actu illicito, & de re prohibita aut non licita eo modo quo de ea gaudetur. de quo in Ecclesia. fertur, Cor stultorum, vbi laudanda. Porro homo naturaliter appetit gaudium: sed ne gaudeat inordinate, diligentia magna est adhibenda. Omnis autem delectatio actui annexa illicito, est inordinata. Similiter si quis de actu in se bono vanam concipiat gloriã, in seipso non in domino gloriando, aut de tali actu gaudento in quantum est aut esse putatur seu potest causa siue occasio propriè laudis, propriè commodi, seu honoris. Denique omne gaudium inordinatum, utpote actui virtuoso annexum, dici potest spiritale, & haberi in domino, quia aut est de deo, & in deo, tanquam de immediato obiecto: aut est de obiecto creato, ad deum finaliter relato. Sicque dupliciter gaudemus in deo. Primò, tanquam in obiecto immediato, vt quando in eius contemplatione seu dilectione gaudemus. Secundo, tanquam in fine omnis boni actus, & mediato obiecto. Hoc est, quando gaudemus in actu virtutis circa creatum obiectum versante, secundo beneplacitum dei, & per reuelationè ad ipsum: sicut qui gloriatur elemosynam dando, aut castè & sobriè se habendo, in quantum deo hoc placet, seu ab ipso præceptum est. Vt ergo sic gaudeamus in vita presenti, hæc scripsit Ioannes. Hoc est, vt virtuosè viuamus, & virtuosè viuendo spiritaliter iucudemur. Sed quantum vitæ præsentis gaudium nec plenum esse potest, neque continuum, imò multis tribulationibus, mœroribus, interpellationibusque miscetur & obfuscatur, idcirco subiungitur [Et gaudium vestrum sit plenum] id est ad cælestem iucunditatem, æternamque gloriã plenariè contentam & quietantem omnino creatæ mentis desiderium pertingatis: iuxta illud psalmistæ, Adimplebis me letitia cum vultu tuo. Et, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sic & Christus fatetur, Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Sed cum omnia ad beatitudinem sint ordinanda, & beatitudo essentialiter sita sit, non in gaudio, sed in actu perfectò cui adiungitur gaudium [puta in contemplatione, sicut ait Saluator, Psal. 16. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum] cur Christus & eius apostolus hortantur nos ad opera bona, vt plene gaudeamus, & non potius vt beatificè contemplerur, seu bene fruamur? Et respondendum, quod loquuntur de gaudio pleno secundum quod optimam operationem cui vnitur includit. Sicque loquuntur, quatenus ab inordinatis delectationibus nos auertant, ad bene agendum accendant, atque vt in vitæ præsentis afflictionibus consolemur, audiendo quod ad plenum gaudium perducemur. præterea cum gaudium sit diffusiuo animi in conceptu boni, & oriatur ex vnione potentiæ cum obiecto conuenienti, tunc gaudium intellectualis creaturæ est plenum, dum summo bono clarè & immediatè vnitur, & eo ad libitum fruatur, ipsumque securè & inamissibiliter possidet. Et ita gaudiũ ciuium supernorum est plenum, quoniã deum in se ipso clarè per speciem contemplantur, eo ad libitum fruuntur, ac tunc possident ipsum. Sicque eorũ capacitas est repleta, auiditas satiata, affectio contentata, & potentialitas ad actum reducta, quod totum in sanctis animabus post resurrectionem glorificatis resumptis corporibus, perfectè erit impletum, quando non solum in essentiali, sed in accidentalibus quoque præmio erunt perfectæ. Idcirco erit in eis tunc omnis potentialitas ad actum perfectè reducta, [Et hæc est annunciatio] id est prædicatio [quam audiuius ab eo] puta à Christo [Quoniam deus] trinitatis, & vnaquæque diuina ac increata persona [Lux est] lux utique spiritalis, & pulchritudo immensa. Deus nanque est ipsa sapientia, ipsa veritas, ipsa puritas simplicissima, sanctitas infinita. Sapientia autem & veritas lux est mentis: & sicut solus deus essentialiter sapiens, & ipsa sapientia sua: sic ipse solus substantialiter lucens est, & lux sua. Denique si in corporalibus lux vocatur, quod alia immediatè manifestat atque clarificat, quantum magis deus lux est, qui cuncta illuminat, & abscondita manifestat? Hinc alio loco ait idem Ioannes de Christo, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hanc autem prædicationem apostoli audierunt à Christo frequenter cum ait, Ego sum lux mundi. Et rursus, Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Deus ergo est lux superessentialis, pura, & infinita. viua, sapientialis, munificentissima, & superpulcherrima, ideo subditur [Et tenebræ in eo non sunt vllæ] Ioan. 9. Si per tenebras, errores, & ignorantia ac vitia intelligantur, quis nesciat nullas in deo tenebras esse? De quo ait psalmista, Quoniã reclus dominus deus noster, & non est iniquitas in eo. De quo & Job. 34. He liu contestatur, Abiit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Imò hoc modo in beatis tenebræ nõ sunt vllæ, nisi quis quamdam nescientiam in eis esse affirmet, quia non omnia sciunt quæ deus, cuius sapientia non est numerus, loquendo de sciẽtia intelligentiæ simplicis, qua deus scit penitus infinita, quæ nunquam fuerunt, nec sunt, nec erunt. Veritatem potest illud subtilius explanari, vt per tenebras intelligatur quæcunque defectuositas seu defectibilitas, aut imperfectio à qua nulla creatura inuenitur immunita. Propter quod in Ecclesia. asseritur, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. In omni etenim creatura est dependentia, qua indefinenter dependet à creatore, eiusque conseruatione tam ineffabiliter eget, quod nec ad momentum sine illius manutentione queat subsistere aut durare, sed protinus redigeretur in nihilum, si relinquere tur à deo altissimo per momentum. Hæc itaque depedẽtia est defectuositas quædam. Est item in omni creatura imperfectio aliqua, quia cum sit finita, utpote in numero, pondere, & mensura constituta, ibi incipit eius imperfectio, vbi finitur eius perfectio. Hinc quoque in ea est vanitas id est, quædam cõmutabilitas & defectibilitas, atque distantia à vero, pleno & incommutabili esse, quod deo est

Philip. 4. 1. Corin. 13. 2. Cor. 10. Hier. 9. Ecclesia. 7

2. Cor. 10.

Psal. 15.

Psal. 16.

Ioan. 17.

Ioan. 1.

1. Corin. 1.

Ioan. 8.

Ioan. 9.

Psal. 146.

Ecclesia. 4.

Sapient. x.



proprium. Iuxta hanc expositionem deo proprium perhibetur, tenebras in se nullas habere. [si dixerimus quia societatem habemus cum illo] puta cum deo [Et in tenebris ambulamus] id est in peccato quocunque mortali, & ignorantia iuris quod scire tenemur, conuersamur, & ad inferos gradimur, [Mentimur] qui enim societatem habet cum deo, charitatem habet & gratiam, quibus caret qui in praesatis ambulat tenebris. [Et non facimus veritatem] vitae & diuinae praecepta non adimplemus. De qua veritate loquitur dominus per Esaiam, Dabo opus eorum in veritate. Et apostolus, Diuitibus huius seculi praeceptum non sublimè sapere, diuites fieri in operibus bonis, vt apprehendant veram vitam. [si autem in luce ambulamus] id est virtuosè sapienterque viuimus, perseuerando in fide & gratia virtuosaeque vita, [sicut et ipse est in luce] id est in sui ipsius supersplendidi. veritate atque iustitia inuariabiliter manet. Et etenim competit in luce incommutabiliter esse ac permanere, qui in se ipso immobiliter est consistens, & in seipso prorsus perfectus existens, non potest, imò potius non eget proficere. De quo ait propheta, Tu autem idem ipse es. Et apostolus ad Timotheum contestatur, Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Boni verò fideles in luce ambulant, quibus incumbit de virtute in virtutem procedere, in gratiarum donis proficere, meliora & viciniora salutis exquirere, quibus ait & Paulus, Vt filij lucis ambulate [societatem habemus ad inuicem] id est charitate connectimur atque per fidem & charitatem concorditer conuersamur, in sacramentis ecclesiae, & virtutum operibus communicamus. Sicque per hanc socialiter inuicem viuimus, & deo vniformiter assimilamur, fumusque ciues ciuitatis dei, vt potè militantis ecclesiae. Quamuis autem haec de qualibet diuina intelligi possint persona, tamen hoc loco de persona patris aeterni introducuntur. Nam subditur [Et sanguis Iesu Christi filij eius, emundat nos ab omni peccato] id est dominicae passionis fructum consequitur, ita quòd virtus & meritum passionis Christi operatur in nobis. ¶ Si quidem virtute & merito passionis Christi dantur hominibus charismata gratiae, per sacramenta ecclesiae realiter aut effectualiter, seu in voto accepta, per quae meritum passionis Christi applicatur hominibus, tanquam per medicinalia vasa. Vnde in Apoc. habetur, Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et in Actibus Iudaeis loquitur Paulus, Per Iesum remisio peccatorum vobis annuntiat ab omnibus, à quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. Ad Hebraeos quoque habetur, Si sanguis hircorum & vitulorum inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum obtulit semetipsum immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum deo viuenti? At verò qualiter fidelibus virtuosis conueniat societatem habere cum deo, atque consortes esse diuinæ naturae, diligenter & diffusè expositum est in elucidatione. 2. canonice beatissimi Petri, super illud, Maxima & preciosa nobis promissa donauit, vt per hanc efficiamini diuinæ confortes naturae, &c. Nihilominus de hac ipsa materia, quia subtilis est ac deuota, nunc aliqua addam. Et quia ex creaturis ad creatoris cognitionem ascendimus, saltem in multis, pensemus quid ad societatem pertineat in rationalibus creaturis, vt sic charius innotescat, qualiter cum deo societatem habeat Christianus deuotus. ¶ Socij appellantur, qui libenter sunt simul & familiariter colloquantur, separationis quoque sunt impatientes, atque ad specialem vniionem aspirant: qui & secreta sua sibi inuicem pandunt, fidelitatem simul conseruant, de mutua iucundantur praesentia, & in actibus suis communicant: quoniam eadem libenter efficiunt, imò sibi inuicem cooperantur, & mutuo opem impèdunt, & vnus prosperitatem cupit alterius. Ita reuera verus & deuotus Christianus libentissimè est cū deo, cum Psalmista protestans, Mibi adhærere deo bonū est. Et item, Adhæsit anima mea post te. Et inter deum ac talem Christianum fidelem est familiare assiduūque colloquium. Ipse quidem vbertim affatur deum orando ac meditando salubria: sciens Christum dixisse, Oportet semper orare, & non deficere. Atque apostolum Paulum, Sine intermissione orate. Deus quoque alloquitur eum, per diuinos instinctus, per illuminationes, & vñctiones internas, per sacras scripturas, & per inspirationes angelicas. Talis demum Christianus fideles se parationis à deo est impatiens. Mallet namque totum mundum amittere & occidi, quam per peccatum à domino separari. Quia incomparabiliter super omnia toto corde diligit deum. Imò dum gratiosam dei praesentiam, dum alloquutionem internam & diuinæ familiaritatis signa non experitur, ingemiscit & animo consternatur, ne forte dum offenderit & ab ipso relictus sit. Idcirco ad vniionem cum deo aspirat, & ei semper vicinius vniri molitur. Deus quoque multis modis allicit eum sibi. Insuper benignissimus deus & deuotus Christianus fideles secretissima sibi inuicem manifestat. Christianus namque, iuxta Hieremiam oraculum, Effundit sicut aquam cor suum in conspectu domini dei sui, & deus per vñctionem suam de omnibus edocet eum, ac saepe incerta & occulta sapientiae suae ei reuelat: cum & Christus discipulis dixerit, Omnia quaecunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Talis quoque Christianus fideles deo fidelitatem conseruat, cum apostolo Paulo exclamans, Quis me separabit à charitate dei? Vitat enim carnales & mundanas affectiones, & animam suam custodit, ne per mortale peccatum prostituat diabolo, & eius fiat adultera, sed caelestis sponsi permaneat sponsa aeterna. Deus verò eum nequam relinquit, nisi prius relinquatur ab eo. Deus item & talis Christianus fideles de mutua gloriantur praesentia. Si quidem deliciae dei sunt, esse cum tali hominis filio, qui & ipse delectatur in domino, & renuit consolari anima eius nisi in illo. Insuper agendo communicant, id est, libenter eadem agunt. Quemadmodum enim deus seipsum ineffabiliter intuetur ac diligit, iustitiam amat, pietatem exercet, bonitatem suam communicat alijs, vniuersos ad salutem hortatur, inimicis beneficia multa largitur: sic talis Christianus fideles summae & increatae veritatis contemplationi, & infinitae bonitatis dilectioni libenter intentus est, iustitiamque zelatur, pius ac liberalis cōstitit, dona gratiae sibi collata alijs munificenter impartit, omnium cupit salutem, aduersarios diligit, & bona repedit pro malis. Amplius, deus & talis Christianus fideles sibi inuicem cooperantur. Nam deus operatur per eum, opem ei impedit, & cum tuetur. Ipse quoque est deo

cooperans dupliciter. Primo, in seipso, quia diuinæ aspirationi acquiescens iuxta eius viuunt directionem. Secundo in alijs, eos ad cōsentientium obediendumque deo exhortans. Propter quod asserit Paul. Dei cooperatores sumus. Postremò deo huiusmodi Christianus fideles cupit verè prosperitatem beatitudinemque perpetuam esse etiam deum ab omnibus honorari atque glorificari totis optat precordijs. Ecce quanta est dignitas charitatis in infusa, quam admirabiles excellentissimosque effectus causat in anima. Nec mirum, cū ipsa sit supernaturalis similitudo increati amoris, videlicet spiritus sancti. O quanta est rationalis creaturae ista nobilitas, habere cū diuina natura cōfortiū, atque cū proprio creatore societate fortiri ac possidere. Sed heu homo cū in honore esset, nō intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & per spiritalia atque carnalia vitia plurimi se dæmonibus bestiisque associat & cōformāt. Quorum vanitate vilitate & peruersitatem vitates, studeamus modis praectis societate habere cū deo. Qui sicut in Genesi legitur, dixit ad Iacob, Ego socius itineris tui. Ceterū ne quis incaute praesumat se societate habere cū deo, subiungitur] si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Hoc cōmuniter de venialibus culpis exponitur, sine quibus praesens vita nō agit, cū in Prouerb. dicitur, Iustus septies in die cadit. Et iterū Salomō cōtestatur, Nō est homo super terrā, qui faciat bonum; & nō peccet. Vnde & Iacobus ait apostolus, In multis offendimus oēs. Aug. quoque de venialibus exponit hunc locū. Aliqui verò exponunt de mortali peccato, quia & si quis iustus existat, tamen sine reuelatione diuina non valet certitudinaliter scire se esse absque mortali. Idcirco si asserat se illo carere, peccatum incurrit superbiae atque iactantiae, imò & falsitatis, si se asserat scire mortale vitium nō habere. Sed huic expositioni cōtrariari videtur quod loquitur Aug. Excepta virgine gloriosa, si omnes sancti & sanctae essent collecti, & quaereretur an peccatū haberent, quid responderet, nisi quod ait Ioan. Si dixerimus quia peccatū non habemus, &c. Hoc autē de mortali nō videtur posse intelligi, cū multi sanctorū ex reuelatione agnouerint, se mortali nō subiacere. Insuper sanctus Ioan. apostolus per haec verba intendit insinuare, quòd omnes habemus peccatū. Propter quòd post verba haec protinus subdit, Si cōfiteamur peccata nostra, &c. Non autē omnes habent mortale peccatū, cum in Ecclesia dei semper sint aliqui virtuosissimi. Item sanctus Ioan. tam generaliter loquitur, secundum sanctos doctores, vt seipsum quoque sub ista cōprehendat sententia. Et tamē ipse se nouerat esse in charitate, postremò, si is qui in charitate est dicat simpliciter absque meraria assertionem, cō probabili cōfidentia, se esse sine mortali, nō mentitur. Itaque qui dicit se esse sine peccato omnimode, fallit se, nec veritas est in eo, quantum ad hoc quòd id dicit, quāuis quo ad alia multa in eo sit veritas, quia adhuc potest esse in vera fide informi, & multa veraciter noscere. Deinde inducitur contra quotidiana, imò & cōtra vniuersa peccata remediū [si confiteamur peccata nostra] In nouo enim testamento necesse est, si quis sciat, cōfiteri peccata confessione sacramentali, sacerdoti iurisdictionem habenti. Nec sufficit cōtritio aut cōfessio deo facta, nisi cū desiderio atque proposito sacramentaliter cōfitendi, si possibilis superpetat. Porro in lege naturae & lege scripta sufficiebat cōtritio & confessio deo facta. Si ergo peccata nostra ritè confessi fuerimus deo, & eius vicario sacerdoti [Fidelis et iustus est] de] vt remittat nobis peccata nostra] id est in hoc se ostendit fidelem & iustum, quòd peccatis nostris ignoscet. Hoc enim praedixit atque promisit, quòd consentibus indulgebit. Idcirco sic faciet, iuxta illud in psalmo, Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Et iustum est, vt sic agat, cum promissum aliquo modo cadat in debitum [Et emundet nos ab omni iniquitate] per sacramentum poenitentiae, quòd est secunda post naufragium tabula. Omnia enim in confessione lauantur, nec vnū mortale dimittitur sine alio, si assint. Non enim dimittitur mortale, nec ab illo quis emundatur, nisi per charitatis & gratiae infusionem, sine qua nullus sit deo acceptus. Charitas autem cum mortali nō potest stare peccato. Ideo dicitur, larga dei pietas veniam non dimidiabit. Aut nihil, aut totum te lacrymante dabit. Haec itaque Christus denuntiavit dicendo, Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. ¶ Poenitentia autem sacramentalis tres partes habet, quae sunt contritio cordis, cōfessio oris, satisfactio operis. Vnusquisque ergo coram deo quotidie humiliter se accuset, castiget, despiciat, opportunoque tēpore confiteatur. Et dum quis à proximo suo fraternè corripitur, aut à superiori suo charitatiuè increpatur, nequaquam aegrè, sed gratanter accipiat, & coram deo se culpabilem fateatur, vt misericordiam consequatur. Iuxta illud in psalmo, Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. D propter quod in prouerbijs asseritur, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autē confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Hinc sanctus Iob, Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit saluator meus. Denique quā periculosum, superbum, & stultum sit se indebitè excusare, constat ex eo quod subditur [si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum] id est cōtradicimus deo, qui in scripturis testatur oppositum: & sic quantum in nobis est, facimus deum in verbis suis mendosum. Vnde cum propheta dixisset, Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam domino: addidit, pro hac orabit ad te omnis sanctorum in tempore opportuno. Et in Iob habetur, Si voluerit homo cum deo cōtendere, non poterit responderere vnus pro mille. Esaias quoque inducit, Facti sumus vt immundi omnes nos, quasi pannus menstruat: vniuersa iustitia nostra. Et rursus, Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinavit. Itemque, Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Et omnes peccato sumus obnoxii. Quod etiam Esdras in sua oratione & confessione testatur. ¶ Quidam verò allegant ad istud Iob, Quid est homo vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Vbi antiqua translatio habet, Nemo mundus à sordē, neque infans cuius est vnus diei vita super terram. Sed hanc allegationem reprobat quidam, eò quòd verbum non est verbum dei, nec verbū beati Iob: sed Elephat Themanitis, qui falsam conclusionem intendit. Idcirco verbū eius non videtur deo attribendum. Cui obiectiōni multa obiici possunt, primò, quoniam sancti doctores, Aug. Greg. & alij verba ista tanquā authentica & diuina allegant. Secundo, quoniam teste Ambrosio, Omne verum à quocunque proferatur

Esaiæ. 61.  
 i. Timo. 6.  
 psalm. 101.  
 i. Timo. 6.  
 Hebr. 6.  
 Ephe. 5.  
 Apoc. 1.  
 Act. 13.  
 2. Petr. 1.  
 psalm. 2.  
 psalm. 61.  
 Luc. 18.  
 i. Thef. 5.  
 Treno. 3.  
 i. Ioan. 2.  
 psalm. 5.  
 Ioan. 5.  
 Roma. 8.  
 prouer. 8.  
 psal. 76.

philipp. 2.  
 psalm. 48.  
 Gene. 33.  
 prouer. 24.  
 2. Reg. 8.  
 Iaco. 3.  
 Auguſt.  
 psal. 144.  
 psalm. 31.  
 prouer. 28.  
 Iob. 12.  
 psalm. 31.  
 Iob. 15.  
 Esa. 64.  
 Esaie. 53.  
 Ambrosio.

Job. 18. **A** deo est, & deo attribuendum est. Tertio, quonia Helui Buzites etiã falsã cõtra Iob cõclusionem intẽr debat, nihilominus deus verba ipsius Helui sententiã esse testabatur, dicẽdo, **Q**uis est iste qui inuoluit sentẽtas sermonibus imperitis? Simili ratione, in quibus deus seu scriptura aliorum trium cum Iob disputatũ verba nõ reprobat, ea intelligitur approbasse. Quarto, quoniam de philosophis ait apostolus Paulus, Deus illis reuelauit. Non minus ergo & Elephat suo modo est reuelatum à deo, quicquid veraciter protulit. Itaque si dixerimus, quia nõ peccauimus, mendacem facimus deum. **E**t verbum eius non est in nobis] .i. sacra scriptura nõ verẽ intelligimus, nec sermo dei effectum salubrem sortitur in nobis, nec increatum dei verbum per charitatem & gratiam corda nostra inhabitat. Necessẽ est ergo vt semper nos humiliemus, accusemus, discutiamus, & emendemus. Si tamen alicui culpa notabilis obiectiatur, de qua sibi cõsciũ nõ est, potest se humiliter excusare, præsertim ne alijs scãdalizentur in eo. Sed præiudicis obiecti potest illud beati Iob, Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. Et quod in fine secũdi paralipomenon in oratione Manassẽs habetur, Tu domine nõ posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, Isaac, & Iacob, his qui tibi nõ peccauerunt. Denique aliqui ita perfecti sunt, vt euolent id est, à corpore sine pœna post hãc vitam sequente beatitudinẽ intrent. Ad quod respondendum, quod sanctus Iob nõ intẽdit se à venialibus penitus excusare, cum ipsẽmet deo loquatur, Signasti quasi in sacco delicta mea. Et rursus, Peccaui. Item que, Tu quidẽ gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Item dicendum ad verba illa Manassẽs, q̃ scilicet nõ intendit patriarchas à venialibus immunes asserere. Ad vltimum respondetur, q̃ licet viri sancti quotidie venialiter peccet, tamẽ pro eisẽdem quotidie satisfaciunt, & cũ hoc in virtutibus valde crescũt, in omni puritate & perfectione miro modo proficiũt: q̃ ita nõ solum non desinunt esse sancti, sed & sanctiores redduntur, atque ad horulam possunt omni culpa carere.

Expositio secundi cap. [Filioli mei.] Articulus 11.



Vãuis in vita hac fragili sine quotidianis & venialibus culpis esse nõ valeamus, saltem per tẽpus notabile: nihilominus diligentia omnem adhibere debemus, vt auxiliante domino peccata mortalia ac venialia, quãtũm fragilitati nostrã possibile est, euitemus. Nam etsi venialia omnia vitare nequimus, tamen singularia possumus. Idcirco sanctus Ioãnes nũc ait, **F**ilioli hæc scribo vobis vt nõ peccetis] .i. peccata cũ diligẽtia omni vitetis. Nã, vt asserit Esa. propheta, Hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum. Porrò quod ait, filioli, non ex suis ipsius magnificatione, & discipulorũ parupõsione: sed ex charitatis magnitudine, atque dulcissima affectione processit. Ob quam causã etiam nos interdũ dimittimus nominibus vt mur.

Epistola. Esaiã. 27.

Psal. 36.

Matth. 6.

Esaiã. 53.

1. Timo. 2.

1. Corin. 2.

2. Corin. 5.

**H**oc quoque sciendum, quod non peccare non solum dicit cessationem ab actu illicito seu culpabili omissione: sed etiam executionem operum debitorum seu obseruantiam præceptorum, quã sine peccato omitti non valent. Quid ergo est dicere, hæc scribo vobis vt non peccetis, nisi hæc scribo vobis, vt virtuosẽ viuatis? Quatenus nec omittenda committatis, nec committenda omittatis. Hoc est, quod ait Psal. Declina à malo, & fac bonum. Declinare quippe à malo, est omittenda seu illicita nõ committere: & facere bonum, est committenda non omittere] .i. sed et si quis peccauerit] nõ tamen desperet [Aduocatum habemus] id est patronum & oratorem] Apud patrem] id est æterni patris personã. Vel apud patrem. i. deũ trinitatem seu deum vnum ac trinum: cui quotidie dicimus, Pater noster qui es in cœlis. Christus secundum q̃ homo, aduocatus & orator noster est etiam apud semetipsum, in quantum est deus. Quonia tota superbenedicta trinitas, cuius indiuisa sunt opera, est vnus deus qui inuocatur, qui exaudit, indulget, confortat, & saluat] Iesum Christum iustum] qui secundum vt rante naturam suã iustus est. Quia vt deus, essentialiter iustus est: secundum assumptam quoque humanitã, antonomasticẽ iustus vocatur. De quo apud Esa. fertur, Peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Imò tanta fuit in eo iustitia, quod natura creata maioris iustitiã nõ est capax] Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris] secundum Bedã, Christus, qui per humanitãtẽ aduocatus noster est interpellans patrẽ pro nobis, ipse secundum diuinitatem propitiator est peccatorũ nostrorũ, quia propitiatur seu ignoscit nobis cũ patre. Et hoc dicit Beda Augustinũ sequẽdo, qui vtitur litera ista, Ipse est propitiator peccatorũ nostrorũ.] Sed quonia textus noster habet, ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nõ potest de Christo exponi secundum diuinitatis naturã, sed secundum naturã humanã, secundum quã est propitiatio pro peccatis nostris, in quantum obtulit semetipsum pro nostra expiatione, & genus humanũ deo reconciliauit suã passionis virtute ac merito Iuxta illud Esa. Cuius liuore sanati sumus. Est itaque propitiatio pro peccatis nostris. i. causã remissionis vitorũ nostrorũ. Causã vtique meritãria & instrumẽtalis, in quãtũm homo redẽptor, dei ac hominum mediator. Iuxta quẽ sensum loquitur Paulus ad Cor. Christus factus est nobis à deo sapiẽtia, & iustitia, sanctificatio, & redemptio. Alibi quoque, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: in quantum videlicet per Christum hominem fecit hanc reconciliationem] Non pro nostris autem tantum] id est non solum Christum pro peccatis nostris eorum, quibus hæc primò scriptus sanctus Ioãnes [ Sed et pro totius mundi] peccatis. i. pro culpis totius Ecclesiã, toto orbe terrarũ diffusã. Imò pro viris vniuersi generis humani sufficienter, quãuis pro solis electis efficienter. Humanitas etenim Christi ex vnica sibi deitate habuit idoneitatem satisfaciendi quodammodo infinitã. Ex eminentia quoque virtutũ quas habuit, ineffabile habuit efficaciam promerendi ac reconciliandi. Circa verbum illud prahabitu, Iesum Christum iustum, ait quidam. Quasi diceret, non interpellat pro quibuscũque peccatoribus, sed solum pro verẽ pœnitẽtib; Christus vt homo veraciter interpellat. Et tales merito Christi, suã interpellationis virtute, & efficaciam conuersionis gratiam consequuntur. Alibertus etiam dicit hæc, quod filius dei est aduocatus noster interpellando pro peccatorum conseruatione, & pro offendentium reconciliatione.

**A**liquis quoque affirmãt, q̃ Christus orat pro nobis miseratione, nõ voce cũ tamen ad Hebr. scriptum

**A** sit, Christus sempiternum habet sacerdotiũ. Vnde & saluare potest in perpetuũ, accedens per semetipsum ad deũ, semper ad interpellandũ pro nobis. Verẽ igitur interpellat pro nobis, siue hoc facere asseratur voce metali duntaxat, siue etiã voce oris. Denique Christus electorũ salutẽ desiderat etiam pro omnibus sanctis. Oratio autem est desiderij expressio, & voluntatis interpretat, ac nunciũ. Verẽ igitur orat & pro eis. Præsertim cum teste Bernardo, sicut mater ostendit filio pectus & vbera, sic filius patri latus & vulnera. Hinc etiam ad Rom. habetur, q̃ Christus interpellat pro nobis. Cũ ergo tot beneficia nobis largitus sit Christus, propter quod omnes Christiani gloriantur se Christũ cognoscere, cõsequenter ostendit sanctus Apostolus, quis verẽ atque salubriter eũ agnoscat. Nam subditur. [Et in hoc scimus quoniam cum cognoscimus] Vel, vt aliqui textus habet cognouimus eum] si mandata eius obseruamus] Duplex est cognitio dei, vna informis & nuda seu speculatiua duntaxat, quã nec charitati, nec virtuosã conuersioni coniuncta est. Et ita iniuri deum cognoscunt. Quemadmodum ad Roma. de talibus dicitur. Cũ cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis. Alia est cognitio dei formata seu affectiua approbatũque boni, vt pote charitate ornata, de qua nunc fatur Ioan. Et hæc dei cognitio actus est doni sapientiã. De qua sapiens, In maliuolam animam non intrabit sapientia. Talis ergo cognitio malis non inest, cum apud Micheam scriptum sit, Nunquid vestrum est scire iudiciũ qui os domini habetis bonum? Sed cum ista cognitio dei & charitas sint cõnexa, videtur quod aliqui scire possint se esse in charitate, quemadmodum scire potest se deum cognoscere ista cognitiõ. Quoniam scire potest se dei prœcepta seruare: sicut in Euangelio adolescens loquitur saluatori, Hæc omnia obseruaui ad iuuentute meã. Ad hoc quidã respondens, q̃ beatus Ioan. hinc loquitur de scientia probabilis cõiecturã, non de scientia certitudinis absolutã. Potest autem & aliter responderi. Solẽt enim doctores questionem mouere, An homo possit prœcepta decalogi ex naturalibus suis implere, videlicet absque auxilio gratiã gratificantis. Et videtur q̃ imò, quia prœcepta decalogi sunt de naturalis dictamine rationis, ergo per naturalẽ rationẽ possunt seruari. Oppositũ videtur ex eo quod dominus loquitur, Si vis intrare ad vitam, serua mandata. Ergo mandatorum obseruantia sufficit ad salutẽ. Si ergo ex naturalibus queũt viribus obseruari mandata, consequens erit vt absque supernaturalibus donis gratiã ac virtutum possit quis adipisci salutẽ, quod est hæresis condemnati, sacrilegi, & presumptuosi Pelagi. Ad hoc communiter respondetur, q̃ prœcepta decalogi quantum ad substantiam facti seu operis, possunt ex naturalibus viribus adimpleri, non autem quantum ad intentionẽ legislatoris. nõ eo modo quo deus summus præceptor ac legislator iussit ea adimpleri, & corũ obseruationẽ requirit. Intentio etenim dei precipientis fuit & est, vt prœcepta decalogi implerentur ex vera & spiritali dilectione, ad dei honorem, & ppter eternã salutẽ: cum nihil sit meritoriu nisi taliter fiat, certũq; est ea ita nõ posse absq; charitate & gratia adimpleri. Idcirco sciendum, in q̃ ex præiudicis sancti Ioannis verbis probari nõ potest, scire nos posse absq; reuelatione, q̃ scimus in charitate: cum sine reuelatione scire non valeamus, q̃ dei seruemus prœcepta, eo modo quo deus ea iussit seruari [ Qui dicit se nosse deum] cognitione formata, vt tactum est [Et mandata eius non custodit] memoria & effectũ, Iuxta illud, Memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea. [Mendax est] hoc ipsum dicendo, & non est in eo veritas vitã, sed vanitas atq; mendacium veritati vitã contrarium] Et veritas in eo non est]. i. quantum ad hoc quodd sic loquitur, mentitur, nec increata veritas (quã deus est) per gratiam eum inhabitat. Quãuis in eo sit veritas entis, seu naturã, veritas quoque scientiarum ac propositionum, quantum ad alia multa, quã verẽ potest cognoscere, quãuis in isto sit mendax. De hac dei formata notitia ipse ait in Psalmo, Protegam eum, quoniam cognouit nomen meũ [ Qui autem] fruat verbum eius] .i. verba dei custodit & implet, eredo & operando que præcepit deus credi ac fieri, per se & suos vicarios, [ Vere, in hoc charitas dei perfecta est] .i. talis deum perfecte ac spiritaliter diligit. Ex quo sequi videtur, quod quicũque implet prœcepta, perfectã habeat charitatem. Ergo superfluum est euangelicã obseruare consilia, quatenus per eorum obseruantiam ad charitatem pertingatur perfectã. Et respondendum, quodd deum perfectẽ diligere, est eum toto corde amare: ad quod omnes tenentur secundum aliquem gradum. Idcirco secundum aliquem gradum, quicunq; seruat prœcepta, perfectẽ diligit deum. Sed aduertendum, quod charitas dei perhibetur perfectã dupliciter. Vno modo ex parte obiecti, vt pote dei, & sic perfectã habet charitatem, qui tantũ diligit deum quantum ex propria bonitate est amabilis. Sicque solus deus perfectẽ se diligit, & vnaquaque increata diuina persona perfectã seu infinitam habet charitatem ad aliã & etiam ad seipsã. Et ita vniuersa mẽtis creatã charitas distat in infinitũ à perfectione charitatis dei, cuius amabilitas est prorsus immensã. Secundõ charitas appellatur perfectã ex parte subiecti, scilicet diligentis. Et huius perfectionis triplex est gradus. Primus, dum quis tantũ diligit deum quantum tenetur. Et sic, quicunq; seruat præcepta, perfectã habet ad deũ dilectionem, quia præ vniuersis & singulis, seu super omnia incomparabiliter diligit eũ saltem appreciativẽ, quãuis non intensiue. Si enim intusa dilectione diligit deum, oportet plus diligit eum, q̃ totum mundum. Propter quod asserit August. quodd charitas minima est maior, q̃ cupiditas maxima. Secundus gradus perfectionis charitatis est, dum intantum diligit deum, quod etiam illa quã solent dilectionem dei minuere, relinquuntur, vt in charitate proficiatur. Sicque euangelicã cõsilia obseruantes dicitur in charitate perfecti, quanquã ex specialĩ auxilio gratiã: aliqui nõ obseruantes consilia illa, possint perfectiores esse in charitate, quã eadem obseruantes. Tertius gradus est, dũ quis totis præcordiis, secundum extremũ virium suarum posse, actualiter & indefinenter fertur in deum. Et ita beati in patria charitatẽ habent perfectã. Veruntamen gradus charitatis aliter possunt distingui secundũ tres status, vt pote incipientium, proficientiũ, perfectiorũ, vt infra forsã dicitur [in hoc scimus quoniam in ipso sumus] quibus verbis in aliquibus libris additur, si in ipso perfectũ fuerimus: quodd tamen (vt dicitur) nõ est de textu. Veruntamen Augustinus vtitur litera verbum hoc continẽte. Sed siue sit de textu:

Bernard. Roma. 8

Roma. i.

Sapient. i. Mich. 13.

Matth. 19.

Eodem.

psal. 104

psal. 66.

Deut. 6. Matth. 22.

Augusti.

tu siue non est, tamen quasi expositio eius, quod ait, In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Iam quippe præmisit, *Qui seruat verbum eius, verè in hoc charitas dei perfectæ est. Protinusque subiūxit, Et in hoc scimus, i. si charitas dei in nobis perfectæ est, quod non est aliud quàm si in ipso scilicet deo perfectæ fuerimus, per hoc cognoscimus quod in deo sumus, quia per charitatē in deo esse asserimur, prout infra habetur, Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Sed ex isto rursus sequi videtur, quod habens charitatem præfato modo perfectam sciat se esse in deo, & per cōsequens in charitate. Ad quod cōmuniter respondetur, quod sanctus Ioannes nunc loquitur de scientia verisimilis atque probabilis coniecturæ, seu probabilitatis præcipuè. ¶ Insuper contemplandum, quod creatura multipliciter dicitur esse in deo. Primò, sicut in causa prima efficiēte. Secundò, sicut in causa exemplari ac ideali. Tertiò, sicut in causa finali. Propter quod loquitur Paul. Apost. Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt oīa. Quartò, sicut in causa cōseruante, quæadmodum in libro Sapient. legitur, Quomodo posset aliquid permanere, nisi tu domine voluisses: aut quod à te vocatum nō esset, cōseruaretur? Quintò, sicut in obiectu fidei, spei, & charitatis, seu contemplationis & dilectionis. Sicque boni fideles in deo sunt, quia ad ipsum sunt mente conuersi, & ei inhaerent. Impij verò ab ipso auersi sunt. Vnde iuxta hūc modum extra ipsum, & longè ab eo esse dicuntur. Propter quod in Proverb. fertur, Lōgè est dominus ab impiis. Cōsequēter docet apost. quid ad omnem pertineat, Christianum [ *Qui se dicit in Christo manere* ] . i. Christianum existerē, & Christo per fidem adherere [ *Debet sicut ille ambulauit, et ipse ambulare* ] . i. Christi vestigia sequi, eius virtutes sectari, eius legem implere. Alioqui inaniter à Christo nomē sortitur, atque ad grauiorem suam damnationem Christianus vocatur. Hinc ipse Saluator ait, Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et alibi, Quod vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? Itemque, Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Itaque qui se dicit in Christo manere, qui gloriatur Christianum se esse, discedat à Christo, quoniam mitis est & humilis corde: Christi charitatē sectetur, vt aduersarios etiā amet, & pro ipsis cordialiter deprecetur, iniurias & aduersa æquanimiter ferat, corpus suū castiget, carnē suā cū vitii & cōcupiscentiis crucifigat. Cūm Christus testetur, Qui nō baiulat crucē suā & venit post me, non est me dignus. Opera quoque misericordia; tā corporalia quàm spūalia, toties exerceat viribus in patiētia sua possideat animā suā. Et per arctam incedens viā salutis, dei & ecclesiæ seruaus præcepta, perseueret vsque in finē. [ *Charissimi non mandatum nouum scribo vobis* ] non est hoc intelligendum, quasi in euangelica lege non sint à Christo & ab eius apostolis aliqua noua præcepta fidelibus tradita: cum præcepta de suscepcione baptismi, & de faciēda cōfessione, ac cōmuniōne sacra, de multis quoque felix ieiunijsque seruandis, sint à Christo seu eius discipulis nouiter instituta. Sed sanctus Ioan. iā loquitur de principali præcepto, in quo cætera virtualiter cōtinētur, & ad quod finaliter ordinatur, vtpote de præcepto charitatis. Ideo subditur [ *sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio* ] id est ab exordio quo Christiani estis effecti. Christi enim iussit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. In his duobus præceptis tota lex pendet & propheta. Præceptū autē dilectionis Christi, certum est ordinari ad dilectionem dei. Istud quoque mādatū geminæ charitatis, est de naturalis dictamine rationis: & ita fuit à principio generis humani naturaliter cordibus insitum. Fuit etiā in lege scripta renouatum, vtpote in Deuterio, vbi legitur, Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo, &c. Naturalis quoque dicitur ratio, vt homo proximum diligat: cum similitudo sit causa amoris: & omne animal diligit simile sibi. [ *Mandatum vetus est, verbum quod audistis* ] id est antiquum præceptum charitatis est verbum quod euangelizauimus vobis. Quia hoc verbum, diliges dominum deum, &c. prædicauimus vobis primò ac maximè obseruandum [ *verum mandatum nouum scribo vobis* ]. Videtur in verbis his contradictio esse. Si quidem iam præmisit, non mandatum nouum scribo vobis: nunc verò mandatum (inquit) nouum scribo vobis. Respondetur, quod idem mandatum est vetus propter causam præhabitam: & nouum, quia in lege euangelica renouatum & clariù explanatum, spiritalisque innoationis introductum. De qua etiā ad Ephesios præcipitur, Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est. Hinc loquitur & Christus, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Exponit quoque Christus præceptum istud apud Mattheum dicendo, Audistis, quia dictum est antiquis, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Ego nunc dico vobis, Diligite inimicos vestros, &c. Itaque mandatum nouū scribo vobis [ *quod verum est* ] . i. verè iustum veraciterque impletum est [ *Et in ipso* ] Christo, qui præceptum charitatis perfectissimè adimpleuit, quemadmodū profertur, Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et rursus, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio [ *Et in vobis* ] id est vos quoque præceptum hoc charitatis veraciter adimplestis, deum totis amando præcordiis, & proximis vt volipfos. Vel quod ait, quod verum est & in ipso & in vobis, refertur ad illud quod præmisit, mandatum nouum: vt sit sensus, Mandatum hoc nouum est verè, tam in Christo quàm in vobis. Quoniam Christus illud inaudita & incomparabili nouitate, ac recentissimo modo impleuit, tam ex dei patris ardentissima dilectione, quàm ex humani generis admirabili atque profunda charitate, amarissimam mortem ferendo, non solum modo pro amicis, imò etiā pro inimicis. Iuxta illud ad Rom. Commendat autem charitatem suam in nobis deus, quoniam cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Vos quoque insolita & noua perfectione implestis idem præceptum, multa pro deo & fide catholica sustinentes: aut etiā euāgelica obseruādo cōsilia ex charitate, desiderio obtinēdi charitatē perfectam. Sicque impletus illud, Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Hinc subditur [ *Quoniam tenebræ transferunt* ] . i. infidelitatis ignorantia & vitiorum caligo in vobis multisque aliis sunt extinctæ. Quomodo modum quibusdam scripsit Paulus, Fuit aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino [ *Et verum lumen iam lucebat* ] id est Christus, qui secundum diuinitatem suam essentialiter lux est & veritas ipsa. Iuxta illud Ioannis, Erat lux vera. Christus*

Rom. 11.  
Sapient. 11.

Prou. 13.

Ioan. 13.  
Matt. 7.  
Lucæ 6.  
Ioan. 13.  
Matt. 11.  
Matt. 5.  
Galat. 5.  
Luc. 14.  
Matt. 7.  
Matt. 20.  
Matt. 3.  
Marc. 8.  
Ioan. 6.  
Matt. 6.  
Matt. 22.

Deut. 6.  
Eccle. 13.

Ephes. 4.  
Ioan. 13.  
Matt. 5.

Ioan. 15.  
Ioan. 14.

Rom. 4.

Ephes. 5.  
Eodem.

Ioan. 1.

A inquā in mentibus vestris nunc fulget, corda vestra illuminat, & per apostolorum ac aliorum discipulorum prædicationē, homines hinc inde innumerabiles docet, cōuertit, illustrat: iuxta illud Actuum. Tempora prioris ignorantie despiciens deus, nunc annunciat hominibus, vt vbi que penitentiam agat. Vnde per Esaiam pater loquitur Christo, Dedi te in scædus populi in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum. Et rursus ab Esaiā prædictum est, Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnā. Atque populus est in tenebris lumen reccis. Vel sic, tenebræ transferunt, obfcuritas figurarum veteris testamēti, vmbra legis, inuolutio prophetarum visionum finem nunc acceperunt. Et lumen iam lucebat, id est euāgelica veritas publicè iam prædicatur, in qua omnia illa exponuntur & esse impleta doceantur. Propter quod fertur in Ioan. Lex per Moſen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Paulus quoque Apostolus ad Romanos, Nox, inquit, præcessit, dies autem appropinquauit. Hinc Christus in cruce morti iam proximus dixit, Consummatum est. Cūmque inclinato capite spiritum traiderit, postquam ait, Quis se dicit in luce esse, id est in plenitudine gratiæ gratum facientis consistere, in fide formata & veritate euāgelicæ legis manere ac viuere [ *Et fratrem suum* ] id est proximum quem cūctis, siue amicum siue inimicum, [ *Quid in tenebris est vsque adhuc* ] Est enim in falsitatis caligine, quia mentitur & errat circa notitiam veritatis, ac mortali subiacet culpæ: cūm odium sit mortale peccatum. Propter quod cum charitate & gratia stare non potest. Idcirco qui vnum hominem odit, nec deum neque seipsum, nec aliuem alium, veraciter diligit. Sed impletur in eo quod scriptum est, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam [ *Qui diligit fratrem suum* ] id est proximum spiritali charitatis affectu, [ *in lumine manet* ] id est in Christo ac gratia eius: secundum quod ipse monet, Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis [ *Et scandalum in eo non est* ] . i. nec alios scandalizat, quantum ad hoc quod diligit, lumineque inhaeret: cū scandalum sit dictum a factum minus rectum alteri præbens occasionem ruinæ. Nec scandalizatur ab aliis secundum quod talis, sed constans manet in rectitudine & virtute, estque sollicitus seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: & impletur in eo illud Psalmographi, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Hinc asserit Paulus ad Romanos, Si propter cibum frater tuus contristatur, iam nō secundum charitatem ambulas. Veruntamen non est sic intelligendum, quod omnis homo in charitate existens sit tantæ perfectiois, vt nec actiuum neque passiuum scandalum in eo habeat locum, aut quod omnis in quo scandalum est careat charitate, nisi agatur de scandalo illo quod est mortale peccatum: sed ideo dicta sunt hæc, vt sciamus quid competat homini, in quantum charitati virtutibusque adheret: quid item, in quantum inde deficit, aut aequaliter elongatur, quia secundum hoc scandalizat & scandalizatur. Quocirca tangendum, quia vt in secunda secunda: Thomas declarat, Scandalum passiuum interdum est veniale peccatum, vt dum quis ex alterius dicto vel factò ad venialis peccati motum impingitur. Quandoque mortale, vt si inde ad culpam ruat mortalem. Similiter scandalum actiuum per accidens est veniale peccatum, quando quis alicui venialis peccati, vel qui solum habet speciem mali cōmittit. Quandoque verò est mortale peccatū, vel quia mortale peccatū cōmittit, aut quoniam proximi salutem cōtemnit, nolens propter eam omittere quod complacet sibi, & sine periculo potest dimittere. Porro scandalum actiuum per se est intentione agentis tunc extat mortale, quando quis alium ad peccandum mortaliter conatur inducere. Si verò ad veniale velit inducere, erit veniale peccatum. [ *Qui autem odit fratrem suum* ], iuxta sensum præhabitum [ *in tenebris est* ] omne enim peccatum est tenebræ, humiliter omnis error & ignorantia: cū sint recessus lumine sapientiæ ac puritate virtutum.

¶ Denique in scripturis per tenebras designantur interdum errores & vitia, sicut hoc loco & 2. ad Corinth. Quæ est societas luci ad tenebras? Atque in psalmo, Fiat via illorum tenebræ & lubricatio. Interdum per tenebras significatur temporalis aduersitas, seu corporalis afflictio, seu quæuis tribulatio magna. Vt cū Esaias loquitur de seipso, Tenebræ obstupefecerunt me. Et Sophronias, Dies iræ dies illa, dies tenebrarū & caliginis. Quandoque homine vitiosus, sicut in Ioanne, Tenebræ eam non comprehendunt. Et ad Ephesios, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus recciores mundi tenebrarū harum. Aliquando demones. Et sic accipi potest illud Matthæi vbi ait Saluator, Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Nonnunquam infernus vt cū de impiis dicitur, proficiunt in tenebris exteriores. Interdū tenebræ accipiunt in bono, puta pro superabundantiā & inuisibili abundantia lucis diuinæ: iuxta illud psalm. posuit tenebras latibulum suum. Moſes quoque in Exodo legitur intrasse caliginem, in qua erat deus. Similiter 2. Paralipomenon loquutus est Salomon, Dominus dixit, vt habitaret in caligine. Frequentius autē tenebræ accipiuntur in malo, videlicet pro erroribus & peccatis. De quibus subiungitur, [ *Et in tenebris ambulat* ] . i. vitiosè viuunt, & per errores ac vitia pergit ad inferni suplicia. Nec tamen ritè aduertit hoc ipsum secundum quod subditur, [ *Et nescit quo eat* ] id est quantam damnationem mereatur, non pensat, & quantum propinquet gehennæ non intuetur [ *Quoniam tenebræ obcaecauerunt oculos eius* ] id est intellectum eius atque memoriam, errores & vitia impleuerunt, ita quod nihil salubriter videt. Sicut de talibus loquitur Hieremias. 4. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. De quibus & sapiētia. 2. asseritur, Excæcauit eos malitia eorū. Et ad Romanos primo, Obfcuratum est in fideiis cor eorum. Hinc prouerbiorum. 4. habetur, Via impiorum tenebrosa nesciunt vbi corrumpunt. ¶ Et si obiciatur, quod quidam ex certa scientia peccant, qui peccando sciunt se cadere in foueam perditionis. Respondetur, quod quamuis in generali atque informiter sciant hoc, non tamen cognitione formata. Propter quod omnis peccans fertur ignorans. Et in prouerbis in dicitur, Omnis via viri recta sibi videtur. Non enim malum nisi sub specie boni expetitur, cū bonum sit

Act. 17.  
Esa. 42.  
Esa. 9.  
Psalm. 111.

Ioan. 1.  
Rom. 13.  
Ioan. 19.  
Matt. 27.  
1. Cor. 3.

Psalm. 10.

Ioan. 11.

Ephes. 4.  
Psalm. 118.  
Rom. 14.

2. Cor. 6.  
Psalm. 14.

Esa. 21.  
Sopho. 1.  
Ioan. 1.  
Ephes. 6.  
Matth. 26.  
Matth. 22.  
Psalm. 117.  
Exod. 20.  
2. Par. 6.

Prouer. 4.

Prouer. 21.

Galat. 4.  
1. Cor. 4.

appetitus obiectum. Consequenter tangit sanctus Ioannes distinctionem eorum quibus scribit, & causas diuersas, propter quas scripsit diuersis [*scribo vobis filioli.*] filios suos specialiter nominat, quos personaliter conuertit, instruxit seu baptizauit, quemadmodum talibus loquitur Paulus Galatis scribens, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Corinthiis quoque, In Christo, inquit, per euangelium ego vos genui. Vel filiolos vocat pueros ac tenellos, in fide recentes. Itaque scribo vobis filioli [*Quoniam remittuntur vobis peccata*] vestra [*propter nomen eius*] id est virtute & merito Christi, atque per inuocationem ipsius consequi estis remissionem plenariam peccatorum vestrorum primitus in baptismo, deinde (si opus fuit) in poenitentia sacramento. Etenim ecclesiastica sacramenta, ut saepe dictum est, virtutem & gratiam suam fortiuntur à merito Saluatoris [*scribo vobis patres*] qui estis aliorum praelati, magistri, aut superiores [*quoniam cognouistis eum, qui ab initio est*] id est deum verum eternum, vnum ac trinum præ cæteris nostris, ita quod doctiores sapientioresque estis. Propter quod debetis alios informare, dirigere corripere, castigare, & tantò virtuosiores exemplarioreque esse, quantò ex hoc maior consequitur honor dei, ac copiosior proximorum utilitas, quantò etiam peccata vestra vobis ipsis ac aliis grauius nocent [*scribo vobis adolescentes, quoniam vicissis malignum*] id est diabolus, specialiter fornicationis spiritum: qui malo igne, hoc est concupiscentia flamma accedere vos conatur, contra quem adolescentibus specialior pugna inflat. Ideo illi magna laude fuerant digni, qui iam carnem suam cum vitis & concupiscentiis crucifixerunt. [*scribo vobis infantes, quoniam cognouistis patrem*] id est deum creatorem iam per fidem aliquantulum cognouistis: cui quotidie dicitis, Pater noster qui es in caelis. Hoc de infantibus aliquantulum adultis & aliquid rationis participantibus, est intelligendum. Vnde per Hieremiam loquitur deus, Omnes cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum. Vel per infantes intelligit humiles. De quibus ait propheta, Testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Et Saluator, Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. De quibus Christus ait per Esaiam, Ecce ego & pueri mei. De infantibus verò secundum primam expositionem ait in Euangelio, Sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnum caelorum [*scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis*] id est corpore validi, atque per hoc ad exercitia virtuosius magis dispositi [*Et verbum dei in vobis manet*] id est proceptorum documentorumque dei habetis memoriam & effectum. Increatum etiam verbum dei vnigenitus patris per charitatem & gratiam corda vestra inhabitat [*Et vicissis malignum*] id est diabolo efficaciter restitit sic ac prauauit, vitia illa vincendo ad quæ iuuenilis ætas est prouior.

Galat. 5.

Matth. 6.

Hiere. 31.

Psal. 18.

Matth. 11.

Esa. 8.

Marc. 12.

Prosequutio huius capituli ab illo loco, [*Nolite diligere mundum.*] Articulus III.



**S**anctus Ioannes postquam distinctis per gradus ætatum hominibus, propter distinctas rationes se scripsisse testatus est: nunc ponit documenta moralia, quæ vniuersis & singulis communiter scribit ac præcipit: quia ad cunctos pertinent Christianos. Itaque ait, [*Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in eo*] Quomodo intelligendum est hoc, cum non solum amicos ac virtuosos, sed etiam inimicos ac vitiosos iubemur diligere, & teste Apost. Omnis creatura dei bona est. Imò teste scriptura, Vidit deus cuncta quæ fecit, & erat valde bona. Diligit etiam deus vniuersa quæ condidit, & nihil odit eorum quæ fecit. Denique in mundo sunt multi iusti, in mundo sunt animæ rationales, & nos omnes in mundo sumus, & omnia ista amare præcipimur. Quomodo igitur ait, nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt? ¶ Est itaque aduertendum, quod mundus in scripturis præsertim in euangelio sancti Ioannis, atque in ista eius epistola, variis modis accipitur. Primò, pro toto vniuerso, sicut alibi idem Ioannes, Mundus, inquit, per ipsum factus est. Et Christus loquitur deo patri, Dilexisti me ante constitutionem mundi. Sic & apud Matt. effatur, Venite benedicti patris mei, possidete paratam vobis regnum à constitutione mundi. Secundò, accipitur mundus pro cunctis hominibus in terra morantibus, tam bonis quam malis: ut dum ad Corinth. loquitur paulus, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Tertio, pro electis & bonis: iuxta illud, Sic deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret. Quarto, pro vitiosis ac reprobis: ut cum ait deo patri Saluator, Non pro mundo rogo. Quintò, pro creatura corporali sub orbe lunæ contenta, hoc est pro regione elementorum atque mixtorum. Iuxta quem modum ait philosophus, Oportet hunc mundum cõtinuum esse latioribus superiorum, ut tota virtus eius inde gubernetur. Et isto modo loquuntur theologi de conflagratione mundi per ignem. Et beatissimus princeps apostolorum asserit mandum diluuiò inundatum perisse, quãuis diluuium illud spheram ignis elementaris nõ attingit. Sed nec ignis conflagrationis eam attingit. Sed ignis ille, ut dictum est, attingit aquam, terram & aërem, elementaque omnia. Sextò, pro habitabili terra: ut cum ait Saluator, Prædicabitur euangelium in vniuerso mundo. Sicque dicunt Astronomi, quod minima stella visibilis maior est toto mundo. Septimò, pro vanitate & impietate mundana. Et ita nunc accipi potest. Potest quoque nunc accipi pro carnalibus ac mundanis hominibus, de quibus fertur alio loco, Mundus eum non cognouit. Qui quãuis sint diligendi, quantò ad id quod habent à deo, secundum quod etiam diliguntur ab eo, tamen in quantum sunt vitiosi, odendi sunt, non amandi: iuxta illud, Iniquos odio habui. Et, perfectio odio oderam eos. Sic quippe & deus odit eos: secundum illud psal. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Et illud Sapientis, Odio sunt deo impius, & impietas eius. Odit, inquam, eos deus, ut tales, secundum præsentem iustitiam: quãuis multi huiusmodi sint electi & dilecti, secundum prædestinationem æter-

Matth. 5.  
1. Tim. 4.

Gene. 1.  
Sap. 11.  
Ioan. 17.  
Matt. 25.

2. Cor. 5.  
Ioan. 3.  
Ioan. 17.

Ioan. 1.  
Psal. 11.  
Psal. 138.  
Psal. 5.  
Sap. 14.

**A** odit patrem suum & matrem, & vxorem & filios, ille non potest meus esse discipulus. Insuper non diligamus ea quæ in mundo sunt, id est vanitates & vitiositates mundanas. De quibus paulò post subditur, Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, &c. Certum est autem, quod si quis præfacto modo dilexerit mundum, non esse charitatem dei patris in eo. Sic enim diligere mundum, est carnalis, sensualis, vitiosa dilectio. De qua ad Timot. loquitur Paulus, Erunt homines amantes seipos, elati, cupidi, quæ cum spiritali dilectione simul stare non valent. Sicut per Esaiam asserit spiritus sanctus, Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, & duos capere simul nõ possit. Hoc etenim stratum est fundus cordis humani, in quo pariter quiescere nequeunt amor mundi & amor dei, carnalis affectio, & spiritalis dilectio: sed alter alterum pellit. Hinc, vt supra iam patuit, Iacobus dixit apost. Amicitia huius mundi inimica est deo. Quicumque ergo voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus dei constituetur. Ideo cecinit & Psal. ista, Deus dispauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Paulus quoque, Si hominibus, inquit, placerem, Christi seruus non essem. Vnusquisque siquidem, ei quem amat, cupit placere. Denique ratio, & quasi expositio prædictorum subiungitur, [*quoniam omne quod est in mundo*] id est tota vitiorum congeries in carnalibus ac mundanis existens hominibus [*Concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ*] id est triplex hæc inordinata affectio essentialiter aut reductiue. Quia hæc tria sunt quædam generales vitiorum radices, ad quas vniuersa peccata quodammodo reducuntur. Vnde Beda hic scribit, His vitiorum vocabulis omnia vitiorum genera comprehendit. ¶ Concupiscentia namque carnis, est omne quod ad corporis voluptatem atque delicias pertinet. In quibus præcipua sunt cibus, potus, concubitus. De quibus Salomon ait, Sanguis fugax dux sunt filia, dicentes, Affer, affer. ¶ Concupiscentia oculorum est omnis curiositas, quæ fit in discendis nefariis artibus, in inspicendis spectaculis turpibus, aut in accipiendis seu conferendis temporalibus rebus superfluis: aut obseruandis, cognoscendis seu accusandis vitiis proximorum. ¶ Superbia vitæ est cum quis se iactat in honoribus. Per hæc tria homines tantum tentantur. Per hæc tria tentatus est Adam & victus. Per concupiscentiam scilicet carnis, cum hostis cibum ligni vetitum ei monstrauit, eique ad consentiendum persuasit. Per concupiscentiam oculorum, quæ dixit, Sciens bonum & malum, & aperierit oculi vestri. Per superbiã vitæ, cum ait, Eritis sicut dii. ¶ Per hæc etiam tria Christus tentatus est, & victus. Per concupiscentiam carnis, cum satanas dixit, Dic vt lapides isti panes fiant. Per concupiscentiam oculorum, id est, curiositatem, quando hostis suggestit, Mitte te deorsum. Per superbiã vitæ, cum dicere ausus est, Hæc omnia (scilicet mundi regna) tibi dabo, si cadens adoraueris me. Nempe, vt asserit Augustinus (ex cuius verbis præinducta Bedæ verba sunt sumpta) curiositas aliquando Dei famulos tentat, vt velint miracula facere, & experiri, an Deus exaudiat eos, Itaque ad concupiscentiam carnis pertinent ioci, ludi, risus, dissolutiones, oscula, & amplexus, comestiones, potationes, lasciuia contactus, & cætera vitia gustus ac tactus. Ad concupiscentiam oculorum pertinent, cupiditas, avaritia, curiositas. Ad superbiã vitæ, ambitio sæculi, desiderium prælationis, excellentiæ appetitus, famæ, laudis, honoris inordinata affectio. Vt autem Gregorius docet, quatuor sunt species superbiæ. prima est, dum quis bona quæ habet, se à deo accepisse non recognoscit. Secunda, dum credit suis meritis ea sibi esse collata. Tertia, dum se iactat habere, quod non habet. Quarta, quando despectis aliis singulariter vult videri. ¶ Insuper circa hunc locum scripsit Albertus, peccata distingui possunt tripliciter. primò, ex parte subiectorum, in quibus sunt. Secundò, ex parte obiectorum, circa quæ versantur. Tertio ex parte actionum, quæ in eis concurrunt. peccatum namque nil aliud est, quàm priuatio quædam aut actio quædam deformis. ¶ Quilibet autem actio potest tripliciter considerari. primò, per respectum ad suum obiectum. Tertio, secundum se, vt est actio habens deformitatem. Ex parte igitur subiectorum, sunt tres prædictæ radices vitiorum. Nam concupiscentia oculorum videtur esse in appetitu rationali: concupiscentia carnis in appetitu concupisibili, superbia vitæ in irascibili. ¶ Secundò, peccata distinguuntur ex parte obiectorum. Omnia enim peccata conueniunt in hoc, quod auertunt nos à summo & incommutabili bono, & conuertunt nos ad bonum commutabile & caducum. Secundum autem huiusmodi auersionem & conuersionem possunt peccata distingui dupliciter, scilicet generaliter & specialiter. Generaliter sic, quia (vt tactum est) omnia peccata conueniunt in hoc, quod à deo auertunt & faciunt nos eum contemnere. Et sic accipitur vnum vitium capitale, quod est superbia: quia initium omnis peccati superbia est, vt dicitur in Ecclesiastico. prout verò omnia peccata conueniunt in hoc quod conuertunt nos ad temporalia & caduca, accipitur aliud vitium capitale quod est cupiditas: iuxta illud primè ad Timotheum, Radix omnium malorum est cupiditas. Sic superbia & avaritia accipiuntur, vt sunt generalia peccata. Specialiter verò ex parte obiectorum, distinguuntur peccata hoc modo. Quia quicumque peccat, aut peccat commissione, aut omissione. Commissione potest quis peccare quatuor modis. primò, circa bonum honorabile, illud inordinatè appetendo, & sic est inanis gloria. Secundò, circa bonum vile, & sic est avaritia. Tertio, circa bonum delectabile, & hoc dupliciter. Quia vel delectabile scilicet ad gustum, & sic est gula: vel ad tactum, & sic est luxuria. Omissione peccatur tripliciter. Nam quilibet Christianus tenetur ad tria, videlicet ad gratiarum actionem pro beneficiis à deo receptis: & contra hoc peccat acedia. Secundò, ad proximi dilectionem, & contra hæc peccat inuidia. Tertio, ad iniuriæ relaxationem, contra quam peccat ira. Sic ergo accipitur distinctio septem peccatorum mortalium, quæ & aliorum vitiorum radices vocantur. ¶ Tertio, distinguuntur ex parte actionum, quæ in eis concurrunt. Quicquid etenim peccat, aut ideo peccat, quoniam timet amittere aliquod bonum, & propterea inordinatè se subicit aliis: aut ideo peccat, quia desiderat consequi aliquod bonum quo caret, & inflamat ut illud obtineat. Hinc super illud in psal. incensa igne & suffossa, loquitur Augu. q. omnia nostra pec

2. Tim. 1.

Esa. 28.

Iacobi. 4.  
Psal. 52.

Galat. 1.

Prover. 30

Gene. 3.

Matth. 4.  
Luc. 4.  
August.

Grego.

Eccle. 10.

Tob. 4.

1. Tim. 6.

Psal. 79.



cata procedunt, vel ex timore malè humiliante, vel ex amore malè inflammante. Hæc Albertus. Interdum etiam dicitur, quòd omnium vitiòrum origo & radix est improbus & priuatus amor sui. Et hoc ideo, quoniam omnes affectiones ex amore originaliter profluunt. Sic itaque elucescit, qualiter secundum diuersas considerationes, sit vna radix omnium vitiòrum, videlicet amor improbus sui ipsius: & qualiter sint duæ vitiòrum radices, puta superbia atque cupiditas. Qualiter etiam sint aliæ duæ peccatorum radices, vt pote amor malè inflammans, & timor malè humilians: & qualiter tres, videlicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi siue superbia vitæ: & qualiter septem. Itaque omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Quod etiam intelligi potest, per modum hyperbolice loquutis, qua aliquod dicitur per excessum absque mendacio, ad insinuandum magnitudinem rei. Sicur & Ioseph Pharao dixit, Absque oris tui imperio nullus mouebit manum, aut pedem, in omni terra Aegypti. Et ita sanctus Ioannes nunc profert hæc verba, ad insinuandum quòd hæc tria mala magis abundant in mundo. Et subdit, [Quæ] triplex concupiscentia, vel quæ sit perbia vitæ [Non est ex patre] quantum ad suam deformitatem, seu obliquitatem culpabilem, [sed ex mundo est] id est ex inordinata voluntate, seu appetitu corrupto hominum mundanorum. Voluntas enim creata, in quantum ex nihilo est & defectiua in se, est prima peccati origo. Sic enim competit sibi ex se ipsa deficere & peccare. Si autem obiciatur, quòd omne esse & omnis actio sunt à deo: ergo & vitiose actiones & prauæ concupiscentiæ, in quibus sunt reales & positivæ entitates, quæ à primo ente primordialiter manant. Respondetur, quòd talia sunt à deo quantum ad entitatem existentem in eis, non quo ad eorum deformitatem. Vnde dici solet, quòd sunt à deo quantum ad substantiam actus, vel quantum ad suam materiale: non quantum ad suam formale, quæ est ipsa deordinatio actus, quæ non est aliquid positiuum, sed priuatio speciei modi ac ordinis. Si itaque cupimus in charitate proficere, & diuino amore succendi, à prædicta triplici concupiscentia interiora nostra purgemus. Siquidem quantum ab ea non amplius emudamus, tanto in spiritali amore plenius crescimus, salubriusque proficimus. Idcirco ad nullam rem creatam, carnalem, sensibilem, aut caducam inordinatè siue superfluè afficiamur: sed ordinatè duntaxat & sapienter ac virtuosè, vt pote in quantum nobis necessaria, vniuersè consistit ad dei obsequium & honorem, ad spiritalium profectum, ad incrementum scientiæ ac virtutum, ac diuini inflammationem amoris [Et mundus transiit,] (vel vt alij textus habent) transit. Hoc multipliciter potest intelligi. Primò, quòd per ignem conflagrationis purgabitur, atque ad meliorem dispositionem perducentur in die iudicii, prout diffusè expositum est. r. Petri. Secundò, quòd mundus iste inferior, scilicet regio elementorū & mixtorum variatione consistit cõiuncta & præterit in multis eius figura: præsertim in generabilibus & corruptibilibus, quo ad setota. Vnde Corinth. dicitur, Qui vtuntur hoc mundo, sint tanquam non videntes, præterit enim figura huius mundi. Tertiò, quòd mundus transit, id est mundat vitiolique homines incessanter deficiunt, ad mortem festinant, non solum ad mortem naturæ, sed etiam culpe ac infernalis miseræ. Vnde & apud Sapientem fatentur, Vmbra transitus est tempus nostrum. De quibus habetur in psalmo, Tanquam scænum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decidet. Itemque, Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam [Et concupiscentia eius] id est præfata triplex cõcupiscentia hominum mundanorum celeriter finem accipiet: quia simul cum impiis peribit: iuxta illud Psalm. Exhibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Hinc primo Machab. habetur, A verbis peccatoris ne time ritis, quia gloria eius stercus & vermis. Hodie extollitur & cras non inuenitur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perit. Hinc ait Gregorius, Qui labenti mundo inhæremus, cum ipso cadimus quem labentem tenemus. Et sicut qui rebus labentibus innititur, eis cadentibus labitur: sic qui rebus cælestibus & æternis inhæret, cum eis perpetuò permanebit. Propter quod subditur, [Qui autem facit voluntatem dei] id est deo in cunctis obedit [Manet in ætænum.] id est spiritalem vitam nunquam amittit, quamuis corporaliter moriatur. Quia de vita gratiæ perducitur ad vitam gloriæ, & deo vnietur beatificè sine fine. Non ergo mente inhæreamus rebus carnalibus, fallacibus, & caducis: sed summo & inuariabili bono, illud super omnia diligentes, feruidè cupientes, reuerenter colentes, & semper sperantes in ipso: vt cum propheta dicere valeamus, In deo salutare meum, & gloria mea, deus auxiliij mei, & spes mea in deo est. Et iterum, Mihi ad hærerè deo bonum est: ponere in domino deo spem meam. Alioquin cum insensatis amatoribus sæculi huius damnati, serò dicemus illud Sapientiæ, Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum in cõtancia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra. Consequenter armat ac roborat credentes contra perfidiorum fallacias. [Filioli] mei [nouissima hora est] id est vltima mundi ætas durans à Christi aduentu vsque ad diem iudicii. Quæ quamuis videatur diuturna, tamen comparatione durationis futuri sæculi, quasi breuissima hora est. Vnde & Paulus fatetur, Nos sit mus in quos fines sæculi deuenerunt. Hinc in scripturis veteris testamenti tempus Christi & Euangelicæ legis appellatur dies nouissimus, vt cum Iacob patriarcha ait, Congregamini vt annunciem vobis quæ ventura sunt vobis in nouissimis diebus. Et quæ ibi prædicat, pro maxima parte ad primum Christi spectant aduentum. Apud Ioëlem quoque secundum antiquam translationem (qua in Actis beatissimus vitur princeps apostolorum) habetur, Et erit in nouissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem: quod in die Pentecostes sacratissimus Petrus impletum esse disse ruit. Nec moueat quenquam, quòd hæc vltima ætas mundi præcedentibus mundi ætatibus est priora: cum & vltima vnus hominis ætas frequenter diuturnior sit multis præcedentibus ætatibus eius. Decentissimum quoque est, & ad præcipuam infinitæ misericordiæ dei pertinet laudem, quòd ætas ad tempus gratiæ legemque Christi pertinens consistat diffusior, vt plures in ea saluentur: præsertim cum ætas ista sit præcedentium finis ætatum. Insuper potest & ita exponi, Nouissima hora est, id est tempus

Gene. 41.

1. Corin. 7.

Sapient. 2.

Psalm. 162.

Psalm. 7.

Psalm. 45.

1. Mac. 2.

Gregor.

Psalm. 61.

Psalm. 72.

Sap. 5.

1. Cor. 10.

Gene. 46.

Ioël. 2.

Act. 2.

A quod circa mundi finem venturū est persequutione Antichristi durante, nunc est per similitudinem seu conformitatem & æquiualentiam ac mysticam designationem. Iuxta quem modum ait in Euangelio Matth. 23. Christus, Si vultis scire, Ioannes ipse est Helias. In Genesi quoque, Catulus leonis Iuda. Tempore nante Gene. 49. que apostolice prædicationis, tanta fuit fidelium ab hæreticis & tyrannis afflictio, quòd persequutionem Antichristi præfigurauit. Propter quod ad Thessalonicenses Paulus conscripsit, Mysterium iam operatur iniquitatis, [Et sicut audistis quia Antichristus venit] Hoc tripliciter potest intelligi. Primò sic, Sicut audistis à veris Euangelicæ legis prædicatoribus, quòd Antichristus suo tempore veniet. Habet namque sanctus Ioannes frequenter talem modum loquendi, hoc est ponendi præsens pro futuro. Vt cum in Euangelio suo ait, Colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Secundò sic, Sicut audistis ab aliquibus, quantum ad hoc malè opinantibus, quòd Antichristus venit. Hoc nanque ob causam præactam aliqui tunc putabant: sicut & interim hoc frequenter putatum est: Tertiò sic, Audistis veraciter quia venit Antichristus iam, non in propria persona, sed in figura. Hoc est in aliquo impio, eum præfigurante. Ac si dicat, Verè sic est. Nam subditur, [Nunc Antichristi multi facti sunt] id est propria libertate tam scelerati effecti sunt, vt ritè Antichristi, id est Christo valde contrarij appellentur. Siquidem Antichristus dicitur ab anti, quod est contra, & Christus. Tales fuerunt Ebion & Cerintus ac Marcion impiissimi hæresiarchi, qui adhuc viuentè sancto Ioanne Euangelista surrexerunt in Asia. Sed & alij multi in diuersis partibus mundi. Tales item fuerunt tyranni. Beda quoque hic ait, Qui catholicam fidem, quam verbis continentur, perueris commaculant actibus, Antichristi, id est Christo contrarij nuncupantur. Et maximè qui alios scandalizant & trahunt ad vitia, atque salutem impediunt proximorum, Antichristi merentur vocari. A quibus, teste Bernardo, grauiores Christus sustinet persequutionem, quam sustinuit à Iudæis [Vnde scimus] id est ex isto cognoscimus [Quia nouissima hora est,] id est tempus Antichristi in fine mundi futurum, iam per similitudinem, æquiualentiam quandam, & mysteria liter aduenit, seu vltima mundi præsens est ætas. Vnde primè ad Timotheum loquitur Paulus, In nouissimis diebus discedent quidam à fide attendentes Spiritibus erroris [ex nobis,] id est ex nostra collectione [Proderunt] quia ad tempus fuerunt nobiscum & fideles, vt videbatur, extiterant [sed non erant ex nobis] id est ad nostram societatem non pertinebant secundum diuinam prædestinationem, nec secundum fidei veræ constantiam [Nam si fuissent ex nobis] modo præfato, vt pote veri & constantes, ac prædestinati catholici [Permanserunt vitæ nobiscum] in fide & Ecclesiastica vnitate [sed vt manifesti sunt, quia non sunt omnes ex nobis] id est ad hoc deo disponente eorum error innotuit. Vel idcirco ego Ioannes hæc scribo, seu, ideo extierunt, vt manifestentur & cognoscantur esse hæretici, non verè catholici: ne latendo diutius plures fallant catholicos. In præsentem enim vitam, bonis mali miscentur, sicut in corpore animalis mali humores bonis miscentur humoribus. Et sicut corpus naturale purgatur ac releuatur, dum mali ab eo expelluntur humores: sic mysticum corpus Ecclesiæ, dum vitiosi & reprobi separantur à veris & viuus membris ipsius. Hinc Christus comparat Ecclesiam saginæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congregant. In cæna quoque nouissima, proditore egresso & filius lucis secum manentibus dixit, Nunc clarificatus est filius hominis. Introducto vituperio hæreticorum, tangit sanctus Apostolus præconium catholicorum, quatenus opposita iuxta se posita clarius innotescant [sed vos] catholici & constantes [vnctionem habetis à sancto] id est illuminationem, consolationem, inflammationem accepistis à deo, seu specialiter à spiritu paraclæto essentialiter sancto: qui varios effectus internos ac secretissimos per fidem & charitatem ac sapientiæ donum, aliæque gratiæ suæ charismata in suorum operatur cordibus electorum, per quæ eos in fidei veritate mirabiliter roborat, atque per gustum occultum, per supernaturales irradiationes, gratiosissimas visitationes, inflammationes cælestes, admirabiles præuentiones, per raptus & mysticas contemperationes, per exuberantissimas diuinorum munerum adimpleriones, mètes electorum suorum in fidei sinceritate, in ecclesiastica vnitate, immobilis ac certissimas reddit. ita, vt per experientias supernaturales clarissimè sciant, quòd vera & sancta sit catholice militaris Ecclesiæ fides. Propter quod loquitur Christus, Spiritus sanctus docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixerit vobis. Hinc subditur, [Et nos omnia] non omnifariè omnia, sed omnem articulorum fidei veritatem, & cuncta necessaria ad salutem iuxta illud Ioannis de decimo sexto, Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Vnde & rursus Christus dixit Apostolis, Omnia quæcunque audiui à patre meo annunciaui vobis. Porrò vnusquisque secundum exigentiam sui status seu gradus siue officij debet esse instructus. Hinc Timotheo Paulus scribit apostolus, Dabit tibi dominus de omnibus intellectum. Et Iacobus ait, Si quis indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei. [Non scripsi vobis, quasi ignorantibus veritatem.] scri pturæ, & necessarium saluti [sed quasi scientibus eam] vt proficiatis in ea, & roboretur cor vestrum magis ac magis in fidei theoria. Quia, vt in prouerbijs habetur, Audiens sapiens, sapientior erit. Et rursus Salomon ait, Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Sic & paulus apostolus, Scientibus inquit, legem loquor. Et denuo, Tanquam in memoriam vos reducens. Hoc quoque vobis scientibus [Quoniam omne mendacium ex veritate non est] id est nulla falsitas à summa veritate processit: ideo qui mentitur quantum ad hoc, non est ex deo. Et qui fidei ac scripturis aut determinationi Ecclesiæ contradicit, à deo auersus est, & falsitati subiectus, eiusque filius: de quo ait Saluator, Diabolus in veritate non stetit, quia veritas non est in eo. Cum loquitur mendaciam, ex proprio loquitur: quia mendax est, & pater eius, id est pater mendacij. Diabolus ergo est origo mendacij, qui & angelis in cælo & protoplastis hominibus in paradiso impietatem & falsitatem suggestit. Quemadmodum autem voluntas creata, in quantum ex nihilo & defectiua, est peccati origo: sic intellectus creatus in quantum defectiuus, & ex nihilo procrea-

2. Thef

Ioan. 15.

Bernard.

1. Tim. 4.

Matth. 13.

Ioan. 13.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

2. Tim. 2.

Iaco. 1.

Prou. 18.

Prouer. 9.

Roma. 7.

Roma. 15.

Ioan. 8.

Esa. 4.

Gene. 3.



Ioannis. 17  
Titum. 1.

1. Corin. 1.

1. Corin. 2.

1. Corin. 1.

Prover. 18.

Ecclef. 21.

Eccle. 6.

Ephes. 1.

1. Corin. 6.

Deute. 14.

Esaia. 64.

1. Corin. 2.

1. Corin. 2.

Colof. 3.

Psal. 88.

Matth. 4.

Hebr. 12.

Leuit. 20.

August.

Psal. 118.

Nos in sensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Idcirco autem mundus iste non nouit nos, [Quia non nouit eum] id est deum patrem cuius filij sumus: quem formata cognitione non noscit, iuxta quod Christus contestatur, Pater iuste mundus te non cognouit, ego autem te cognoui. De talibus fertur ad Titum, Confitentur se nosse deum, factis autem negant: cum sint abominati, & reprobi. Isti quoque non considerant deum ut approbatorem eorum qui mundo despecti sunt, neque ut datorem gratiæ ac virtutum in præsentia cælestis gloriæ in futuro: sed carnalibus ac terrenis immeriti sunt, & talia appreciantur. Vnde, quædam modum deus stultam fecit sapientiam huius mundi, ita & mundus stultam reputat sapientiam dei, id est eam infulam ac salutarem sapientiam, qua homini solus deus dulcescit: cuius quæque transitoria uidescunt: sed nunc allegatum est inde uerbum Pauli ad Corin. dicentis, Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi. Et iterum fatetur, Verbum crucis pereuntibus quid est stultitia est. Salomon quoque testatur, Non recipit stultus uerba prudentiæ. Sed & in Ecclef. scriptum est, Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit. Porro in scripturis omnes iniqui uocantur indocti & stulti. Est namque in eis uitiu puerilitatis, quod est stultitia dono sapientiæ contraria: quoniam ista carnalia & caduca summo & inuariabili bono donisque gratiæ ac uirtutum præponunt, & ueram sapientiam detestantur. De quibus in Ecclef. habetur, Quam aspera nimis est indoctis hominibus sapientia. [Charißimæ nunc filij dei sumus] per similitudinem charitatis & gratiæ. Filij utique adoptiui: iuxta illud ad Ephes. Deus prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. Et denouo ad Corin. Paulus scripturam allegat dicentem, imundum ne tetigeritis, & ego recipiam uos, & ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens. In Deute. quoque dicitur, Filij estote domini dei uestri [Et nondum apparuit, quod erimus] id est excellentia quam in cælesti beatitudine adipiscemur, nondum innotuit aut manifestata est: quia nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus suis electis [scimus, quoniam cum apparuerit] quod erimus, id est cum deus manifeste per effectum monstrauerit illam beatitudinem, eam nobis sanctis omnibus conferendo, nosque glorificatos monstrando. Vel cum apparuerit, id est Christus in secundo aduentu se manifestauerit [similes ei erimus]. i. deo perfecte conformabimur per dona gloriæ, cui nunc aliquantulum assimilamur per munera gratiæ. Tunc enim per plenum ardentissimumque amorem erimus in deum ineffabiliter transformati, & quantum fieri poterit, in ipsum absorpti. Tamen & per beatificam uisionem assimilantur illi peragitur formaliter & directe: propter quod subditur [Quia uidebimus eum sicuti est] id est clare per speciem, ita quod ipsam superadorandæ deitatis supersubstantialem essentiam in seipsis, per seipsas, clarè, & immediate conspiciemus. Cognitionem autem secundum philosophos, fit per assimilationem cognoscens ad cognitum, in quantum similitudo seu species cogniti inest cognoscenti. Cumque omnis forma creata a clara & immediata repræsentatione diuinæ essentiæ deficiat infinite, consistat quoddam diuina essentia a mente creata clarè & immediate uideri non ualeat per formam speciem ue creatam. Ideo ipsam eam diuinam essentiam uinitur mentibus beatorum loco speciei & intelligibilis formæ, ita quoddam ipsa est quod, & quo, id est quod uidetur, & id quo fit uisio, seu obiectum & species: sicut & ipse deus uidet se per se, sic quod in eius æterna & increata sui ipsius intuitione idem sunt obiectum & species. ¶ Per hanc ergo beatificam uisionem, claram & penitus supernaturalem beati deo perfectissime assimilantur: cum ipsa diuina essentia eis tam ineffabiliter, ac intimè uiniatur. Hinc ad Corin. scriptum est, Ex parte cognoscimus: cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognosco, sicut & cognosco sum. Hæc est admiranda, superius sima, liberalissima communicatio beatitudinis: qua superbonus deus beatitudinem suam immensam electis suis communicat, & vitam eorum suam vitam conformat, eosque plenam societatem secum facit habere. Quoniam sicut deus clarè & ineffabiliter, summè, & ardentissime contemplantur & amat se ipsum: ita & ipsi indefinenter, clarè, feruentissime contemplantur & diligunt eum. Hinc ad Colossenses loquitur Paul. Vita uestra abscõdita est cum Christo in deo. Cum autem apparuerit Christus uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Nec his obstat illud in Psalm. Quis in nubibus æquabitur domino, similis ei domino in filiis dei? Hoc & quadam similia uerba scripturæ de similitudine æqualitatis intelliguntur, prout unigenitus naturalisque filius deo patri similis perhibetur. [Et omnis qui habet hanc spem in eo] id est qui auxilio gratiæ dei confidit se ad præstatam uisionem dei beatificam perueniturum [sanctificat] se id est à uitiis se expurgat, ac uirtuosis actibus se perornat, sciens se absque interna puritate ad tantam beatitudinem non posse pertingere: cum dicat Saluator, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Propter quod ad Hebr. scribitur, Sanctimoniam sequimini: sine qua nemo deum uidebit. Itaque sanctificat se [sicut et ille sanctus est] id est diuinæ sanctitati se aliquo modo conformat, luci sapientiæ & splendori uirtutum, sanctisque actibus insistendo. Hinc in Leuitico loquitur deus, Nolite contaminare animas uestras: ego enim sum dominus deus uester. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Sed prædictis obuiare uidentur, quod multi æternam sperant felicitatem acquirere, & tamen uiuunt iniquè. Respondetur quod secundum Aug. in Enchiridio, fides & spes possunt esse informes, non charitas. Idcirco sanctus Ioannes nunc loquitur de spe formata. De qua etiam datur definitio illa communis, Spes est certa expectatio futuræ felicitatis, ex gratia dei & meritis propriis proueniens. In qua tamè definitione sumitur spes pro actu spei, non pro habitu. Vnde & ipse interior actus spei formata est quedam sanctificatio hominis [Omnes qui faciunt peccatum, et iniquitatem faciunt] id est legem dei transgreditur, cum peccatum sit transgressio legis diuinæ, cælestium inobedientia mandatorum, quod de mortali peccato est accipiendum. Porro iniquitas, Beda attestante, græcè anomia appellatur, quod designat quali contra legem uel sine lege factum. Lex autem diuina est æquitas ipsa: sicque mortale peccatum est iniquitas. i. non æquitas, utpote uolatio æquitatis. Propter quod ait Psalmista, Præuaricati estis reputati omnes peccatores

A terre. Esaia quoque loquitur de iniustis, Transgressi sunt pactum, uolauerunt ius, corruerunt fœdus sempiternum. Hinc subditur [Et peccatum iniquitas est. Et sciitis] per fidem [Quoniam ille] utpote Christus [apertus] id est per assumptionem humanitatem uenit in mundum [ut peccata tolleret] id est suæ sanctissimæ passionis merito, pro peccatis humani generis satisfaceret. ¶ Christus quoque docendo atque sanctissime conuersando, tulit & tollit peccata, impediendo ne fiant, seu homines à uitiis retrahendo, & formam ueniendi monstrando, ac gratiam uitandi peccata nobis largissimè promerendo. Per ecclesiastica etiam sacramenta à se instituta, quotidie nostra aufert peccata. Idcirco ait de Christo beatissimus Iohannes, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. De quo angelus dixit ad Ioseph, Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vnde apud Esa. deus pater ait de homine Christo, In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Dicit autem Beda hoc loco, Christus tollit peccata, dimittendo quæ facta sunt: & adiuuando ne fiant, ac perducendo ad uitam beatam, ubi peccata nequaquam fieri possunt [Et peccatum in eo non est] nec unquam fuit, nec potuit esse: quia secundum quod deus essentialiter sanctus est: secundum naturam uerò assumptionem, ab exordio incarnationis fuit excellentissime confirmatus in gratiasimè & comprehensor perfectus, quantum ad superiorem suæ animæ portionem, ad increatum obiectum relatum [Omnes qui in eo manent] per fidem formatam suæ charitatem [Non peccat] quia in eo manendo non peccat, & in quantum in eo manet, & quantum in eo manet, non peccat: sed recedendo ab ipso, utpote ab illo se liberè auertendo. Peccatum enim mortale & charitas simul stare non queunt [et omnis qui peccat non uidet eum, nec nouit eum] id est eo tempore seu momento, quo peccat per omissionem debiti uel commissionem illiciti, non uidet deum per fidem formatam: nec eum per donum sapientiæ intuetur, nec noscit eum formata ac salutaris notitia. Hæc enim simul in eodem esse non ualent, quia contraria sunt. Nihilominus qui in charitate est, potest peccare, & peccando charitatem amittere. Similiter qui nunc peccat, potest fuisse in charitate & gratia. Et ita nihil prohibet eum qui iam peccat, antequam peccat, deum præfate modo uidisse ac cognouisse. Ut patet de David, & aliis iustis, qui post magnam perfectionem collapsi sunt. Moses quoque qui [Augustino testante] deum uidit 2. Reg. 12. per speciem in hac uita, sicut & Paul. postmodum, ad aquas contradictionis peccauit non modicè [sibi] ille mo vos seducat] suggestionem pestiferam, argumentatione philosophica, prauo exemplo, blandis ac prosperis 2. Cor. 12. siue aduersis, ut aliqui fidei contrarium sentiantis, aut quicquid diuinæ legi repugnans agatis. Sicut & Paulus hortatur, Nemo uos seducat per inanem philosophiam. Et rursum, Nolite seduci, deus non irridetur Galat. 6. [qui facit iustitiam] id est opera iusta exerceat [iustus est] quia non sufficit ad salutem, solam fidem aut iustitiam habitum solum habere: sed oportet in actum uirtutis procedere, si asit facultas. In actu enim cum Iacob. 2. sistunt meritum, atque demeritum: actiueque uirtutis correspondet & redditur præmium. Imò fides sine Mat. 3. operibus mortua est in seipsa. Propter quod sacratissimus Christi præcursor testatur, Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Talis itaque iustus est [sicut et ille] uidelicet Christus [iustus est] id est Christi iustitiam in aliquo imitatur, & Christi exemplo obedit diuinis præceptis. Et sumitur hæc iustitia prout est uirtus communis, seu omnis uirtus: quia per uiam quaquæ uirtutem homo se habet, sicut tenetur aut decet. [Qui facit peccatum, ex diabolo est] iam supra dixit primo Capite, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Et Salo. loquitur, Non est homo, qui facit bonum, & non peccat. Et rursum, Iustus septies cadit. Omnes ergo ex diabolo sumus, quia omnes peccatores quoque. ¶ Denique multi electi ad tempus uiuunt inique, qui tamen non uidentur esse ex diabolo, cum sint prædestinati à deo. Et respondendum, quoddam omnis qui peccat, loquendo de mortali peccato, ex diabolo est: non corpus aut animam ab illo habendo, sed eius prauitatem sequendo, aut eius tætionem consentiendo: pertinendo quoque ad eum tanquam membrum ipsius, atque mancipium. Propter quod Sapientia asserit, Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Christus quoque obstinatis loquens Iudæis, Vos, inquit, ex patre diabolo estis. Itaque qui facit peccatum, in quantum huiusmodi, est diabolo esse per imitationem illicitam: & nihilominus, si de electorum esse numero, ex deo est per prædestinationem æternam. Omnes autem ex deo sunt per creationem. Præcetero uerò qui ad tempus sunt iusti, quando in gratia sunt, ex deo sunt secundum præsentem iustitiam. Cur demum peccans ex diabolo sit, subditur [Quoniam ab initio diabolus peccat] quia à primo instante, quo fuit diabolus, id est ex angelo in diabolum propria iniquitate spote mutatus, non cessauit peccare: sed & à principio mundi, & à suæ creationis exordio, peccauit usque in præsens: non quod creatus sit malus, aut in primo instante suæ productionis effectus sit malus. Non enim peccauit in illo primo suæ creationis instante. Dicitur tamen ab initio peccasse, quia permodica fuit mora inter creationem eius & lapsum seu culpam. Imò aliqui dicunt eum factum post primum instantem suæ creationis peccasse. Vnde & Saluator apud Io. Ioan. 8. annum ait, Diabolus homicida erat ab initio. Quod exponitur, quoniam primos parentes seduxit, spiritum taliterque occidit: quod tamen sexto factum est die. De hac materia multas uiles quaestiones mouet ac soluit Thomas in prima parte Summæ, quaestione sexagesima tertia. utpote, An angelus in primo instante suæ creationis potuit esse malus, An aliqua mora fuit inter creationem eius & lapsum, &c. Albertus quoque alii qua scribit inde hoc loco, & plenius super sententiis: quæ breuitati studentium dimitto [in hoc apparuit filius dei]. i. deo factus est homo, & uenit in mundum [ut dissoluat opera diaboli]. i. uita tollat, ab operibus tenebrarum homines reuocet, tentamenta diaboli auferat, peccatores secundum quod tales dissipet. i. salubriter destruat, extinguendo in eis culpam, non naturam: ut iam de cætero non sint tales, quales extiterunt. Iuxta illud Prover. 7. Verte impius, & non erudit [Omnes qui natus est ex deo, peccatum non facit] Alio quoque Prover. 12. que loco habetur, Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Omnes ergo in Christo credentes, omnes regenerati ex aqua & spiritu sancto, ex deo nati: quoniam

Ioannis. 3. esse gratiæ gratum facientis ab ipso sortiti sunt. Ergo nullus eorum peccat, & ita qui habet charitatem, non potest eam amittere: quod stultum est dicere. **Quid** est ergo quod ait, omnis qui natus est ex deo peccatum non facit? Decedum iuxta præhabita, quod sicut qui manet in deo non peccat, in quantum in deo manet: ita qui deo natus est non facit peccatum, in quantum talis. Et quod ista sit mens sancti Ioannis, sequentia verba testantur. Nam subditur [ *Quoniam semen ipsius in eo manet.* ] Semen etenim dei est gratia ipsius seu charitas, ex qua tanquam ex semine omnis meritoria oritur actio. Charitas namque cæteris virtutibus præcipit, ita quod omnis meritoria actio est à charitate, aut elicitivè, aut imperativè. Nam actus qui directè & immediatè manant à charitate, dicuntur ab ea elicitivè procedere: cæterarum verò actus virtutum imperativè. Iterum, sicut in semine tota moles fructus virtualiter continetur, ita in charitate cætera virtutes virtualiter sunt contentæ. Propter quod, Paulo testante, Plenitudo legis est dilectio. Ex gratia quoque virtutes, & dona, quantum ad actus suos, pullulare dicuntur. Quia ergo hoc semen manet in renato, idcirco non peccat ut talis, neque semine hoc in eo manente: quia hoc semine & mortale peccatum non compatitur se mutuo. Hinc subditur [ *Et non potest peccare* ] iuxta sensum præhabita. Propositio quippe de possibili potest poni in esse, inconueniente nullo sequente [ *Quoniam ex deo natus est* ] id est charitatem & gratiam, per quã fit spiritalis regeneratio, habet in se. Iuxta què sensum ait Saluator, Non potest arbor bonã fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Iuxta huc modum, currens non potest quiescere, nec contra. Hinc dialectici propositiones huiusmodi distinguunt penes sensum compositum & diuisum, secundum quod extrema propositionum accipi possunt materialiter, atque formaliter. Imò & iuxta hanc distinctionem necesse est multa in scripturis & in dictis sanctorum exponi. Sicut cũ dicitur, Iustus non potest danari. Et, Impius non potest saluari. **Qui** se humiliat exaltabitur, qui se exaltat humiliabitur. Veruntamen ea quæ dicta sunt, quidã ita exponit, **Qui** natus est ex deo, non peccat. i. in peccatis non perseverat. Et non potest peccare. i. in vitiis perseverare. Quæ utique expositio esset valde cõueniens, si soli prædestinati dicerentur in scripturis ex deo renati: quod tamè omnino dici nõ posse, verba pandit sequenti: quibus inter filios dei, & filios diaboli distinctio assignatur [ *in hoc* ] id est in eo quod sequitur [ *manifesti sunt* ] id est euidenter inter se ab inuicè distinguuntur [ *Eslj dei, et filij diaboli,* ] id est homines virtuosos, qui sunt adoptiuu filij creatoris: & homines vitiosos, qui per imitationem prauitatis filij sunt diaboli. i. [ *Omnis qui non est iustus, non ex deo est.* ] [ *Et non diligit fratrem suum* ] id est quicumque iniustus est: & quicumque proximos suos vniversos spiritali amore non diligit, iste non est natus ex deo. ¶ Ex quo innotescit, quod existentes in charitate sunt nati ex deo. **Qui** autè in mortali est vitio, præsertim in odio, non est natus ex deo nec filius dei, sed est ex diabolo natus, eiusque filius. Et hoc intelligendum est de distinctione inter hos data secundum presentem iustitiam, non secundum prædestinationem diuinam, sed cũdum quam multi reprobi iusti sunt, & multi prædestinati iniusti ad tẽpus. Itaque secundum presentem iustitiam sola charitas inter filios dei filiosque distinguit diaboli. Vnde secundum Aug. duo amores duas constituunt ciuitates. Quoniam amor dei, creescens vsque ad contemptum sui, ciuitatem constituit dei: amor verò sui, vtpote amor ad se reflexus reprobis & priuatis, ciuitatem efficit Babylonis, & regnum diaboli. Veruntamen durante hac vita, sicut quotidie de ciuibus Babylonis filiusque diaboli ciues dei & filij eius, & cõuerter. Nullus verò ciuium filiorumque dei secundum prædestinationem, fit aut inuenitur finaliter ciuis Babylonis filiusque diaboli. Si enim prædestinatus est, ad tẽpus quidẽ errare potest, æternaliter verò pere non valet. Interim tamè ista nõ sunt ita intelligenda, quasi in vita præsentem posimus absque reuelatione diuina inter iustos iniustos & iniustos, hoc est inter existẽtes in charitate & alios, certitudinaliter in particulari discernere. Cũ enim quisque de seipso incertus sit, an amore sit dignus an odio, quanto magis de aliis? Præsertim cũ dicat apost. Paulus, **Quid** agatur in homine, nullus scit nisi spũs hoĩs. Sed in generali manifesta est ista distinctio, in speciali verò manifesta esse potest, probabiliter siue cõiecturaliter, tantoque probabilius quãtò verifimiliora charitatis ac virtutũ opera in iusticia apparèt in aliquo, & quãtò probabiliora in aliquo apparèt indicia vitiorũ. Imò aliquẽ esse in mortali peccato in multis casibus, tã ab eo quàm ab aliis, certitudinaliter potest agnosci. Sed hoc manet sibi aliisque ignotum, an finaliter cõuertetur atque saluabitur, hoc est, an prædestinatus existat. Propter quod charitas inter filios dei filiosque discernat diaboli, docet sanctus Ioãnes dicẽdo [ *Quoniam hæc est annunciatio* ] .i. prædicatio [ *Quam audistis ab initio* ] .i. quam à me & ab aliis prædicatoribus Euãgelicæ legis ab exordio vestræ cõuersionis sumpsistis & percepistis [ *vt diligatis alterutrum* ] .i. inuicem per inuisum diligatis amore, vtpote purè ac spiritaliter: quatenus vnus desideret salutem alterius, & cooperetur ei ad illã pro posse: orãdo, hortãdo, corripiẽdo, & subueniẽdo. Hinc enim inuisti saluator, Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Hinc ad Rom. dicitur. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. **Qui** enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, nisi vt inuicem facies, non falsum testimonium dices: & si quod est aliud maddatũ, in hoc verbo inlaturatur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Porro vt verba hæc beatissimi Pauli apostoli clarius intelligantur, penlandũ, q̃ inter decẽ præcepta decalogi tria prima pertinebant ad charitatem cultumque dei, videlicet vnum crede ac cole deum, nec vanè aut inordinatè iurare per ipsum, & dies celebrare festiuos. Et tria hæc in præcepto dilectionis dei specialiter continebantur. Alia septem præcepta pertinebant ad proximum, scilicet honorare parentes, non occidere, non furari, &c. Et ista specialiter contenta erant & includebantur in præcepto dilectionis fraternæ. Hinc Christus differuit, quod in duobus charitatis præceptis, tota lex pendet & propheta. Sed quia charitas dei & dilectio proximi inseparabiliter sunt cõnexæ, sacra scriptura nõc in dilectione dei, nõc in dilectione proximi, salutem nostrã & summã legis diuinæ constituit. Nihilominus dilectio proximi & cuncta præcepta ad eũ spectãtia in dei dilectione virtualiter includuntur, Nempe qui diligit deum, eius obedit præceptis, & per consequens diligit proximos, &

A præcepta ad proximi charitatẽ pertinẽtia implet: quia hoc deus præcepit. Ista ergo est præcipua annunciatio seu doctrina, quam ab exordio inlaturationis ac cõuersionis vestræ audistis, vt diligatis alterutrum [ *Non sicut Cain* ] .i. non sitis, nec dolosè diligatis, vt impius Cain, [ *Qui ex maligno erat* ] id est ex diabola, quantum ad imitationem iniquitatis. Nam sicut diabolus primos parentes spiritaliter interfecit ex inuidia, sic Cain fratrem suum iustum Abel ex inuidia trucidauit, sicut subiungitur [ *Et occidit fratrem suum* ] sicut in Genesi describitur. [ *Et propter quod occidit eum?* ] id est quid mouit Cain ad fratricidium? [ *Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iusti* ] id est opera Cain, & opera sancti Abel erãt cõtraria, prout hoc in Genesi plenus recitatur, vbi inter cætera legitur, Factum est, vt offerret Cain munera domino de fructibus terræ. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & adipibus eorum, &c. **Quidam** dicunt expositores quod Cain obtulit de vilioribus suæ substantiæ, Abel autè de melioribus. Idcirco deus respexit ad Abel, & ad munera eius, quia eius oblationes habebat acceptas: non autem respexit ad Cain, eiusque munera. Illud verò respectum seu acceptationem deus, vt communiter dicitur, per signum visibile demonstrauit: quoniam ipse Abel offerente, ignis de celo descendens descendit atque consumpsit sacrificium eius. Sicut in libro Iudicum de sacrificiis Gedeonis ac Manue legitur, & tertio Regum de sacrificio Helia, atque secundo Paralipomenon de sacrificio Salomonis, in Leuitico quoque de sacrificiis Aarõ. Vnde in Genesi vbi nostra habet translatio, respexit deus ad Abel, &c. Theodocion transiit, Inflammavit deus super Abel, super Cain verò non inflamavit. Sacrificia demũ quæ in lege naturæ & lege scripta offeriebantur, non erant ex seipsis deo accepta, sed ex virtutibus ac deuotione offerentium. Idcirco præallegato Genesim loco asseritur, quod primò deus respexit ad Abel, deinde ad munera eius. Quod autem ita non asperit ad Cain, eiusque munera, signum fuit malitię Cain. Quod Cain perpendens, & prosperitatis sui fratris infelicitatem inuidens, ex rancore cum in agro peremit. **Quemadmodum** enim similitudo est, per se & directè loquendo, causa seu ratio vnionis & complacentiæ, ac amoris: sic dissimilitudo causa & ratio est auersionis, displicitiæ ac rancoris. Hic sequitur [ *Nolite mirari fratres si odit vos mundus* ] id est carnalium & mundanorum hominum multitudo. Quia iustorum & talium mundanorum hominum desideria & opera ex diametro inter se pugnant: quæ carnales homines maximè cupiunt, spirituales homines aspernantur. Mundanorum quoque hominum vitam consortia, & eorum studia reprehendunt. Non itaque mirum, si odio habeantur à mundo. Hinc ait Saluator discipulis, & in eorum persona cunctis verè Christi fidelibus, Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo essetis, mundus quod sum erat diligeret. Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. In Eccles. quoque fertur. Sicut communicabit lupus cum agno aliquando, sic peccator iusto. Quæ communicatio homini sancto ad canem? Veruntamen his obici potest, quod quidam valde mundani videntur amare religiosos, humiles & abstractos. Nam & vitam eorum extollunt, eos ad talis vitæ continuationem hortantur, atque eorum orationibus se commendant. Et respondendũ, quod homines seculares carnales nõ sunt omnes quæ in suis affectioibus iudicijsque corrupti. Nunc autem de carnalibus ac mundanis hominibus, secundum quod tales sunt, sermo est: non secundum quod aliquid spiritualitatis aut rectæ rationis participant. **Quidã** quoque mundani, quãuis propinquos suos religiosos aut virtuosos naturali aut sensuali amè affectu, verè tamè & spiritaliter odiunt eos: quoniam vellent eos non esse tales, & pro posse à tali conuersatione ipsos auertunt. Porro nonnulli suis vitis ita sunt inuoluti, cæcati, & obstinati, vt religiosos ac virtuosos absolutè odiant, persequantur, derideant, ac obloquendo dilanant, ac diffamant: quod prorsus diabolicè sceleratissimũque essetur. [ *Nos scimus, quoniam translatus sumus de morte ad vitam* ] .i. de statu damnationis traducti sumus ad statum salutis, de morte culpæ ad vitam gratiæ, de filijs iræ facti sumus filij charitatis & pacis [ *Quoniam diligimus fratres* ] id est proximos vniversos spiritali amore. De quo asserit dominus, In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Hæc namque dilectio cum mortali non potest esse peccato. [ *Qui non diligit* ] deum & proximos spiritali dilectione, [ *Manet in morte* ] id est mortali subiacet culpæ, cum careat charitate. quæ vita est anima. De tali etenim morte ait Saluator in euangelio, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. In Apoc. quoque, Nomen habes quod viuus: sed mortuus es. ¶ Ex his ita sequi videtur, quod virtuosissimi sunt de mortis ad vitam, & per consequens quod in charitate existant. Respondetur, quod apostoli certitudinaliter nouerant se esse in charitate, ex diuina reuelatione: & quantum ad illos, verbum istud exponitur de certa scientia: quantum verò ad alios, de cõiecturali probabilitate notitia [ *Omnis qui odit fratrem suum, homicidã est* ] id est similis homicidæ. Vel homicidã est voluntate, si cupit eum mortem quem odit. Est etiam homicidã dispositiue, quoniam odium qua est ad homicidium. Denique sanctus martyr doctor & pontifex summus beatus Clemens refert, quemadmodum beatissimus Petrus dixit esse homicidium triplex, Vnum corporale, quo esse naturæ auferitur. Aliud dixit esse detractionem, quo esse bonæ famæ tollitur, & homo in corde aliorum quodammodo moritur, dum de eo malè sentitur. Tertium dixit odium esse. ¶ Rursus dicitur aliquis homicidã quatuor modis. Primò prouocatione, vt qui alium ad iram rixasque concitat, & per hoc ad homicidium cadit. Secundò voluntate, vt qui mortem cupit alterius contra ordinem iuris. Tertio procuracione, vt qui alterius machinatur occisionem. Quarto opere, vt qui realiter perimit per seipsum. Iterũ, **Qui** odit fratrem suum, homicidã est, seipsum in primis spiritaliter occidendo. Nam prauitas primo omnium proprium lædit perimitque subiectum [ *Et scitis quoniam omnis homicidã non habet vitam æternam in se manentem* ] id est nullus aliquo præfatorum modorum homicidã habet vitam in se beatam, imò miser & impius est, spiritaliter mortuus, vita gratiæ destitutus, & vita gloriæ prorsus indignus: nec deum, qui est vita æterna in creatura, & superessentialis, habet in se manentem per fidem formatam: sed diabolus habet cor suum ex-cæcantem, ac possidentem, atque in eo regnantem.

Genes. 3.

Ibidem.

Judic. 6.

Judic. 13.

3. Reg. 18.

2. Para. 6.

Leuit. 9.

Genes. 4.

Epistola.

Ioan. 5.

Eccle. 13.

Ioan. 13.

Matth. 8.

Apoca. 3.

Homicidã trifariam dicitur.



¶Profecutio huius capituli ab illo loco, [In hoc cognouimus

Articulus v.

¶Quoniam (sicut prædictum est) tanta est odij grauitas: inducit sanctus Iohannes ad fraternam dilectionem, per charitatis Christi commemorationem [in hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille] scilicet dei filius propter nos homo factus [Pro nobis animam suam posuit] id est pro nostra saluatione vitam suam corporalem morti exposuit: iuxta illud Esa. Tradidit in mortem animam suam. Vnde & ipse protestatur, Ego sum pastor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis. Porro quod istud sit præcipuum charitatis opus atque iudicium, ipse Christus pandit, Maiorem (inquiens) hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis [Et nos debemus pro Fratribus animas ponere] id est pro salute proximi debet vnusquisque suam corporalem vitam exponere morti. Et hoc est de necessitate præcepti in certo casu, præsertim in necessitatis articulo: vt si quis cernat proximū suum periclitari in anima, nec aliunde sibi impendi auxilium, tenetur cum pro posse à periculo peccati mortalis eripere, quāuis sibi ex hoc mors corporalis certò imminet. Vt si quis videat quēpiā ab infidelibus ad fidei denegationē compelli, & illū se ad iniquū cōsensum disponere, obligatur illū pro posse cōfortare in fide, martyrijq; constantia. Et ad hoc quilibet tenetur Christianus pro virib; suis ex ordine charitatis. Nam quilibet tenetur magis diligere proximū, q̄ propriū corpus: ideo pro proximi sui salute tenetur corpus suū dare in mortē in casu præfato. Qui verò animarū curā habent, ad istud sublimius obligātur: vt scilicet gregē suū custodiant, informant, ac tēatūr vsq; ad mortē inclusiue, quādo cūq; imminet credito eis gregi periculum culpe mortalis, seu corruptiōis in fide, aut moribus. Sed extra hos casus hæc facere, supererogationis esse censetur. ¶Porro secundū Aug. quatuor sunt diligenda ex charitate, & hoc ordine quodā, ita quod primò summè & incomparabiliter amandus est ex toto corde deus. Deinde diligere debet homo seipsum. Tertio, animā proximū. Quarto propriū corpus. Ideo pro salute animarū exponendum est propriū corpus in mortē. Deinde substantia cōmunicanda est proximo, sicut subiungitur [Qui habuerit sub fratre suū mundū huius, et viderit fratrem suū necesse habere], i. proximū suū notabile aut extremā indigentiam sustinere. Et clausit vsq; (a ab eo) id est charitatis & pietatis affectus non impendat ei elemosynam tribuendo, Sunt enim spiritalia animarū viscera, quæ sunt charitatis & pietatis affectus, de quibus Philemon scribens Paul. Ego, inquit, te fruar in domino: refice viscera mea in Christo. Quæ viscera etiam incōmutabili ac superspecificissimo deo attribuuntur: iuxta illud, Per viscera misericordie dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. [Quomodo charitas dei manet in eo?] quasi dicat, Nō manet in homine tam immiseri cordi. Ex quo patet, quòd in tali casu elemosynam non conferre, sit peccatum mortale, & cōtra præceptum Christi, dicentis. Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est. Itemque. Quod superest, date elemosynam. Quocirca quærī potest, Quomodo elemosynam dare sit de necessitate præcepti, & quomodo necessario sit elemosyna faciendā? Ad quod Tho. in. 2. 2. respondet, In præcepto largitionis elemosynæ, est aliquid considerandum ex parte dantis, & aliquid ex parte recipientis. ¶Ex parte dantis considerandū est, vt id quod in elemosynā dādum est, sit ei superfluum: non solum quo ad suam personā, sed etiam quantum ab sibi cōmissos. Ex parte verò recipientis pensandum, vt necessitatē habeat. Veruntamen cū vnus subuenire non valeat omnibus necessitatē habentibus, non omnis necessitas obligat, sed extrema. Sic itaque dare elemosinā de superfluo ita accepto, est sub præcepto: & dare ei qui est in extrema necessitate. Quāuis autem temporalia bona sint possidentis, quantum ad proprietatem: tamen quo ad vsum esse debent eorum, qui de eorum superfluo indigent sustentari. Propter quod ait Basilus, Si fateris ea tibi diuinitus prouenisse, an iniustus est deus res inæqualiter nobis distribuens? Cur tu abūdas & ille medicat, nisi vt tu bona dispensationis merita consequaris: ille autē patientiæ brauius decoretur? Famelici panis est quē tu detines, nudi tunica quā in cōclauī cōseruas, discalceati calceus qui apud te marcescit, idigētis pecunia quā possides in humanā. Quocirca rot iniurias, quot per te dare valeres. Est autem grāde periculū his qui quotidie variis ac proximis ciborū se replent generibus, & modica largiuntur pauperibus. Propter quod subditur [Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua], i. nō verbis dumtaxat pulchris, blandis, dolois, ostendamus nos diligere proximos nostros. Quem admodum à Hieremia quoque dicitur de quibuscūq; In ore suo pacē cum amico suo loquitur, & occultē ponit ei insidias. Et in Psal. Qui loquuntur pacē cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum [sed in opere], i. per actus virtuosos, pios, & charitatiuos demonstramus nos diligere proximos nostros: vt operamisericordie tam corporalia q̄ spiritalia eis impendamus pro viribus. [Et veritate], i. sincera & recta intentione hoc faciamus: non pro laude humana, aut commodo temporalī, sed ad omnipotentis gloriā ac honorē. Propter quod ait Saluator, Attendite, ne iustitiā vestrā faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrē. Et rursus, Te, inquit, faciētē elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Sit ergo in corde puri & recta intētio, non frans aut vlla nequitia: cū in Eccles. scriptum sit, Anima nequam disperdit illum qui habet illam, & in gaudium inimici sui dat illum. Sit quoque in ore syncera non fallax aut simulata loquutio, cum in Prouerb. scriptū sit, Qui peruersi cordis est, non inueniet bona: & qui vertit linguam suam, incidet in malum. Sit item in opere fidelis subuentio, cū ibidē Salomon contestatur, Omni tēpore diligit qui amicus est, & frater in angustiis cōprobatur. Quod si quis nō queat opere subuenire, debet animo cōdolere, & affectū supplere, quod non potest in effectu peragere. His itaque verbis hortatur sanctus Iohannes fideles ad opera pietatis. Quia vt iterum in Prouerb. habetur, Qui clausit aures suas ad clamorē pauperū, clamabit, & non exaudietur. In Eccles. quoque præcipitur, Elemosynā pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transfueras à paupere. cor in opis ne afflixeris, & ne protrahas datum angustiānti. Rogationem contribulati ne abiciās, & ne auertas faciem tuam ab vllo oculo. Hinc Salomon ait, Benefacit animā suā vt misericors. Et rursus

Esa. 53. Ioan. 10. Ioan. 15.

Deute. 6.

Philemo. Lucā. 1.

Lucā. 6. Lucā. 11.

Basilius.

Hiere. 9. Psal. 27.

Matth. 6.

Eccles. 6. Prouer. 17.

Prouer. 21. Eccles. 4.

A Prouerborum decimoquinto ait, Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Sed & dominus ait, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. [In hoc cognouimus] id est per præfata charitatis pietatisque opera probabiliter scimus [quoniam ex veritate sumus] id est ex deo essentialiter vero ac veritate specialiter sumus renati, seu eius gratiam gratum facientem adepti. Operatio nanque arguit formam. Per eadē etiam opera scimus quòd [Et in conspectu eius suademus corda nostra] id est mentes nostras rationabiliter secundum doctrinam scripturæ instruimus, intentionem dirigendo ad deum, & ea cogitando ac mente reuoluēdo, quæ sunt placita deo. Sic enim debet vnusquisq; cor suum secundum scripturam doctrinam corā deo suadere seu informare, vt vniuersa quæ agit, ex rectē rationis procedant iudicio, & taliter fiant quod placeant deo. De hac salubri suaditione in Ecclesiastico in dicitur, Filii sine consilio nihil faciās, & post factum non pœnitebis. Et Timotheo dicitur Sine præiudicio (i. preiudicio) nihil faciās. Sic cor suum suadet, qui in summi iudicij presentia se omnia agere, indefinenterq; esse perpendit, cum beatissimo dicens Helia, Viuit dominus, in cuius cōspectu sto hodie. Et cum Palamista, Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper Quæ suasio q̄ fructuosa est, pandit idem dicendo, Seruaui mandata tua, & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Hoc cordi suo iussit sanctus Iob dicens, Nūne deus cōsiderat viam meam, & omnes gressus meos dinumerat? Cur autem debeamus corda nostra sic suadere, subiungitur, Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum], i. à propria conscientia redarguti fuerimus, eò quòd non recta intētionē, prout deus requirit, egerimus bona quæ egimus [Maior est deus corde nostro], i. sapientior, potentior, atque in infinitum perfectior. In spiritalibus quippe idem esse maiorem & meliorem, seu perfectiorem. Hinc Helu loquitur, Deum homini nō æquabo. Et iterū, Respondebo tibi, quòd maior sit deus homine. Suspice æthera, quòd altior te sit [Et nouit omnia] idcirco cordis nostri secreta eum nō valent latere. Propter quod debemus corda nostra coram eo synceriter suadere, informare, dirigere, cū ipse per Hieremiam loquatur, Ego sum testis & Iudex, Cui Iob vir sanctus fateretur, Scio domine, quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio [Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit], i. de malo præsertim mortali peccato sibi nō fuerit cōsciū post diligētē cōscientiæ suæ discussionem, ita quòd nunquā peccatum mortaliter, vel de præteritis peccatis per verā contritionem, confessionem, & satisfactionem sumus purgati instar Pauli dicentis, Nihil mihi cōsciū sum. Et denuo, Gloria nostra hæc est, testimoniū cōscientiæ nostræ [Fiduciam habemus ad deum], i. dignè & efficaciter in deo cōfidere possumus ac debemus, tanquam adoptiuū filij ac fideles ministri ipsius. Taliū nanque Christianorum spes ad deū & in deum, est spes formata ac salutaris, ex gratia dei & bonis operibus procedens: de qua loquitur Esaías, Qui sperat in domino, mutabunt fortitudinē, assument pennas, vt aquilæ volabunt & non deficient, [Et qui quid petierimus ad eo, accipiemus], i. quicquid ad salutē pertinens persequeretur rogauerimus deum, accipiemus ab eo tēpore opportuno. Nempe vt loquitur dominus, Operet semper orare, & nō deficere. Et rursus ait, Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. ¶In nomine etenim saluatoris videlicet Christi, precatur, qui pertinencia ad salutem, desuper obtinere conatur. Verūtamen deus interdum differt petitionis impletionem: vt interim feruētius diutiūsq; orando exuberantius exaudiamur tempore suo, & ne ex facilitate exauditionis paruipēdamus diuina charismata, eademq; perdamus: & per ingritudinē ac recidiationem danabiliores reddamur. Si ergo cupimus exaudiri, istudeamus in primis vitā deo placentem habere, quia vt fertur in Iohanne, Peccatores deus non audit, sed si quis cultor est dei, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. In Prouerbiis quoque asseritur, Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Hinc subditur, [Quoniam mandata eius custodimus, &] pro. i. [Quæ sunt placita coram eo], i. opera deo placētia, [facimus]. Ratio igitur exauditionis est virtuositas cōuersationis, seu obseruātia præceptorum. Ideo ait propheta, Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorū. Et Christus loquitur, Si māseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quocumque volueritis petetis, & fiet vobis. Et quasi quæreremus quæ sint dei mādāta, adiecit, [Et hoc est mandatum eius] videlicet dei patris [vt credamus in nomine filij eius iesu christi], i. in Christum vnigenitū patris. Vnde Christus ait Iudæis, Hoc est opus dei, vt credatis in eū quem misit ille. Et rursus loquens discipulis, Creditis, inquit, in deum, & in me credite. Cōsequens etenim est, vt qui credit in deū, credat in Christū, quoniam Christus est verus deus. Imò totā superdignissima trinitas sicut est vna summa & incōmutabilis veritas, ita est vnū fidei obiectum. Hinc alibi legitur, Qui nō credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij dei [Et diligamus alterutrū] puro spiritali & infuso amore, qui charitas nōcupatur, pro deus proximiūque meritoniē ac syncerē diligatur: deus propter propriam bonitatem, & proximū propter deū: vitpote quoniam deus hoc iussit, & quia ad dei imaginē est plasmatus, & propter adipiscendam beatitudinē quæ obiectaliter sumpta, deus est: formaliter verò cōsistit in deo: & quoniam Christi sanguine est redēptus, [sicut dedit mandatum nobis] dicendo, Dilige proximum tuum sicut teipsum. Et rursus Christus disseruit, Hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. [Qui seruat mandata eius], i. charitatis impulsū omnia implet tempore cōgruo, quantum spectat ad ipsum, & sibi possibile est. Nempe (vt Iacobus dixit) quicumque totam legē impleuit, offendat autem in vno, factus est omniū reus. [In illo manet], i. deo per charitatem vnitus est, & in ipso tanq̄ in vltimo fine quiescit, atque per obediētiā ei adhæret [et ipse in eo], i. deus etiā per fidem formatam & gratiam manet, habitat, & quiescit in homine tali tanquā in throno ac templo, dicente apostolo Paulo, Tēplum dei sanctum est, quod estis vos. Et iterum ait scriptura, Anima iusti sedes est sapientiæ. Iustus igitur & obediens manet in deo tanquam in adiutore & protectore: deus verò manet in eo sicut in adiuto & protecto, & velut in vase misericordie suæ. Deus ergo sit nobis domus, nōque simus domus dei: maneamus in eo, & maneat ipse in nobis: maneamus in eo, ne corruamus: maneat in nobis, vt nos conferuet. Turris nanque fortissima nomen domini: ad ipsam currunt iustus & exaltabitur. Idcirco orauit propheta, Esto mihi in deū protecto-

Eccle. 32. 1. Tim. 5. 3. Re. 17. 18 Psal. 18. Psal. 118. Iob. 31.

Iob. 32.

Iob. 33. Hiere. 29. Iob. 4.

1. Cor. 4. 2. Cor. 1.

Esa. 40.

Luc. 18. Ioan. 16.

Ioan. 9. Proue. 13.

Psal. 33. Ioan. 15.

Ioan. 6. Ioan. 14.

Ioan. 3. Gene. 1.

Matth. 22. Ioan. 15.

Iacobi. 2.

1. Cor. 3. Sap. 7.

Proue. 18. Psal. 30.

rem, & in domum refugij, vt saluum me facias. Et in hoc scimus, quoniam manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis. id est per cōdonationem & infusionem spiritus, quem deus pater nobis infudit ac dedit, & per liberalē elargitionem donorum spiritus sancti, agnoscimus deum patrem, imō & totam superlatissimam trinitatem habitare in nobis: quod sancti apostoli & alij multi in primitiua Ecclesia certitudinaliter cognouerunt, præsertim qui spiritum sanctum in signo visibili acceperunt, & simul cum illo generalinquarum, & alia diuersa ac copiosa sumpserunt charismata. Alij verò fideles virtuosos per dilectionem spiritalem, & præceptorum obseruantiam efficacem, probabiliter cognouerunt & noscunt, quod in ipsis maneat deus: Quia, vt Paulus fatetur, charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Qui rursus ad Titum loquitur, Apparuit benignitas dei per renouationem spiritus sancti quem effudit in nobis abundē. per hoc vtique copiosissimē & plenissimē innotescit charitas increata dei ad nos, charitatēque creata infusa, per quam corda nostra inhabitat deus.

Explanatio quarti cap.

[Charissimi nolite omni spiritui.]

Artic. v. i.



Onsequenter hortatur sanctus apostolus Ioannes fideles, vt fidei cognitione sint circūspecti, puri, ac stabiles: quia in primitiua Ecclesia abundabāt hæretici catholicorum fidem euertere multipliciter laborantes. [Charissimi nolite omni spiritui credere] id est cunctis hominibus, seu vniuersis spiritibus per eorū ora loquentibus, fidem præbere. Hoc enim periculosum, puerile, & fatuum est, quum multi sint versipelles & callidi, maiorque hominū pars sit iniqua, fallax ac reproba: per quos etiā spiritus maligni frequenter loquuntur, inspirado & instigando illos ad verba prauissima. Hinc in Eccle. fertur, Qui cito credit, leuis est corde, & minorabitur. Et rursus, A filiis tuis caue, & à domesticis tuis attende. In prouerbijs quoque legitur, Innocens credit omni verbo, altutus considerat gressus suos [sed probate spiritus, si ex deo sunt] id est verba & facta eorū qui vobis loquuntur sapiēter discute an rectæ fidei cōsonent, virtutibusque concordent: quatenus per hoc agnoscas an ex deo sint per imitationem veritatis atque virtutum [Quoniam multi pseudo-propheta] .i. hæretici & seductores [Exierunt in mundum] .i. inter se fideles miscuerūt, & vndique sunt diffusi, ac plurimos deceperunt. Propter quod Galat. scripsit Paulus, Miror quod tam cito transferimini in aliud euangelium. Et iterum Corinthiis, Timeo ne sicut serpens seduxit Euam astutia, ita corruptur sensus vestri, & excidat à simplicitate quæ est in Christo Iesu. [in hoc] quod subditur, [Cognoscitur spiritus dei] .i. scitur quod spiritus loquens per hominē, sit spiritus fidelis, ac bonus ex deo existens, modo prætacto [Omni spiritui qui confitetur] confessione fidei formatæ [Iesum Christum in carne venisse] .i. verbū patris æternum esse veraciter incarnatū, & in carnē assumpta inter homines visum ac cōuersatum: iuxta illud, Verbum caro factū est, & habitauit in nobis. Et Baruch, post hæc in terris visus est, & cū hominibus cōuersatus, [Ex deo est] per fidei veritatem ac gratiā, ita quod est verē fidelis, deoq; placitus: sicut & paulus testatur, Corde creditur ad iustitiam, orē autem confessio fit ad salutem. Propter quod in Euangelio loquitur Christus, Qui me cōfessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Hæc quippe cōfessio includit charitatem, & alia necessaria ad salutem. Huius autem oppositum docuit Marcion hæresiarcha, & postmodū Manicheus, dicentes Christum nō esse veraciter, sed phantasticē incarnatum [Et omnis spiritus qui soluit Iesum Christum] .i. qui aliquid dicit cōtrararium veræ fidei quæ habetur de Christo, vt Ebon & Cherintus, Nestorius, qui Christi deitatem negabāt [ex deo non est] per imitationem veritatis, nec placet deo, nec ex inspiratione diuina est loquens. Schismatici quoque & impij Christiani, quantū in ipsis est, Christum soluunt: quoniam eius iustitiæ vnitati seu ecclesiasticæ integritati & diuinis præceptis repugnant [Et hic est Antichristus] .i. talis hæreticus & peruersus Christo contrarius, Antichristiq; typus, dicitur Antichristus per similitudinē & typicam præfigurationem, & quantū ad nominis interpretationem [De quo] Antichristo [Audistis, quoniam venit, & nunc iam in mundo est] id est Antichristum venisse audistis, & aliquo modo sic est. Istud supra secundo articulo præhabitu est, pleniusque expositum. [Vos ex deo estis] per spiritalem regenerationem, & veritatis ac bonitatis imitationē atque amorem, vt frequenter expositum est [Et vicistis eum] videlicet Antichristum seu mundum, id est Antichristi erroribus mundi que vitijs per veram fidem & sanctam dilectionem hucusque deo vos adiuuante praxualistis [Quoniam maior est qui in vobis est, quam qui in mundo est] id est deus seu spiritus sanctus per dona gratiæ sue in vestris cordibus habitas sapientiam atque potentior spiritum maligno, qui in mundanis regnat hominibus, & hæreticorum possidet corda. [Ipsi de mundo sunt] id est hæretici ac scelerati & reprobj sunt de numero hominum mundanorum atque carnalium [Ideo de mundo loquuntur] id est de carnalibus delicijs, mundanis diuitijs, temporali honore ac proprio commodo. Sed & sapientum seculi huius, videlicet philosophorum & hæresiarcharum dicta & scripta reuoluūt, allegat, & per eas suos probant errores: Delectabilia quoque mundi & carnis concesserūt discipulis suis, vt plures per hoc sibi allicerent. Hinc Augustinus lib. de vilitate credendi. Hæreticus, inquit, est qui alicuius commodi temporalis intuitu, & maximē gloriæ principatus sui gratia, falsos, recentes, fideique contrarios errores gignit, aut sequitur [Et mundus eos audit] id est mundani homines libenter audiunt tales, quia loquuntur eis placentia. De quibus ad Timotheum loquitur Paulus, quod ad sua desideria coaceruant sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auerent, ad fabulas autem conuertuntur. Vnumquodque enim applaudit simili sibi. Ideo sicuti qui ex deo est, verba dei audit: ita qui ex diabolo & de mundo sunt, verba mundana atque vaniloquos hilariter audiūt. Imō & verba huiusmodi vana, erronea, & lasciuia libenter frequenterque proferunt: Quia, vt ait Saluator, Ex abundantia cordis os loquitur. Iuxta

Actu. 2.

Rom. 5. Titum. 3.

Eccle. 19. Eccle. 32. Prou. 14

Galat. 1. 2. Cor. 11. Gene. 3.

Ioan. 1. Baruch. 3.

August.

2. Tim. 2. Ioan. 8. Marc. 12. Luc. 6.

A huic modum asserit dominus, Ego dedi eis (puta discipulis meis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit: quia de mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. [Nos ex deo sumus] .i. nos fide & opere Christiani ex deo sumus per charitatem gratiamque renati. De quibus princeps apostolorum loquitur. i. Petri 1. Christus enim electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. [Qui nouit deum] agnitione formata per fidem viuam & sapientiæ donum [Audit nos] .i. Euangelicæ prædicationi intentus est, & obedit. Est autem & quædam informis cognitio dei, quæ est actus fidei nudæ seu naturalis vel acquisitione scientiæ. De qua veritas protestatur, Seruus qui cognouit voluntatem domini sui & non fecit, plagis vapulabit multis. Et Paulus ad Titum, Dicunt se nosse deum, factis autem negant [Qui non est ex deo] id est qui non est per gratiam regeneratus ab eo, nec prædestinatus [Non audit nos] id est prædicationi nostræ non acquiescit finaliter, quamuis forsitan acquiescere videatur ad tempus. Vnde loquutus est Christus ad patrem, Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi de mundo. Et alibi, Qui intrat per ostium, pastor est ouium, & oues vocem eius audiunt: alienum autem non sequuntur, quia non nouerunt vocem alienorum. [In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris] id est per id quod dixi, scilicet per audire nos, & per non audire nos, discernimus inter spiritum vera docentem & inter spiritum falsam docentem. Similiter inter discipulum seu auditorem veritatis, & inter discipulum seu auditorem falsitatis: quia qui audit nos, bene docet, bene discit, & bene viuut. Idcirco in ipso est spiritus veritatis, siue per spiritum veritatis intelligatur spiritus sanctus, siue anima rationalis veritati inhærens atque obtemperans. Qui autem nō audit nos, nec bene docet, nec bene discit, nec bene viuut: ideoque in eo est spiritus erroris, puta diabolus ad errorē instigans. De quo ad Corinth. conscriptū est. Deus huius seculi excæcauit mētes infidelitū, vt nō fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Christi. Spiritus quoque erroris accipit potest anima errori subiecta. Denique qui catholicè credunt, nec tamen obediūt Christo iubenti, vt diligant inimicos & odientibus beneficiat, iniuriantibusque ignoscant, imō dicunt se hæc implere non posse: isti nō audiunt Christum, nec eius apostolos, & que in eis spiritus erroris, & ex diabolo sunt atque de mundo, imō infidelibus deteriores probantur: quoniam domini sui voluntatē scientes, eā non exequuntur. [Charissimi diligamus inuicem] frequenter repetit istud, quia qui proximū diligit, legem impleuit. Et [Quia charitas ex deo est] .est enim virtus theologica, virtutum dignissima, à deo per creationem infusa, & supernaturalis similitudo increati amoris, qui per appropriationem dicitur spiritus sanctus [Et omnis qui diligit] deum ac proximū [ex deo natus est] quia per gratiam gratum facientem in esse spirituali, supernaturali, ad promerendum condigno, est constitutus. Charitas quoque est spiritalis & supernaturalis vita animæ ac participatio admiranda diuinæ increatæque vitæ [Et cognoscit deum] per fidem formatam & sapientiæ donum, quæ charitati in vita præsentī inseparabiliter sunt connexa. Imō quicum que habet charitatē, habet septē dona spiritus sancti secundum aliquem gradum: & quanto plus crescit in charitate, tantō plus crescit in eis [Qui non diligit] spirituali amore [Non nouit deum] agnitione formata, salutari, meritoria iam præfata [Quoniam deus charitas est] Non pro eodem accipitur charitas modo & paulō id ante, quando dictum est, Charitas ex deo est. Ibi enim accipitur pro charitate creata, infusa: hic verò pro charitate increata, quæ deus est: qui dicitur charitas, sicut & sapientia. Nec credendum quod charitas, qua immediatē deum & proximū diligimus, sit charitas increata seu spiritus sanctus: sicut magister sententiarum putauit, in hoc ipso deceptus. Imō sicut deus perficit intellectum per habitum fidei, hoc est per fidem habitualem: sic perficit voluntatem per habitū charitatis, & per habitum illum mouet eam ad meritorios actus. [In hoc apparuit charitas dei in nobis] .i. per beneficium istud inenarrabile deus pater manifestauit increatam dilectionem suam ad nos, seu quā vehementer dilexit nos. Deinde exprimitur beneficium istud [Quoniam filium suum vnigenitum misit in hunc mundum] .i. incarnari & inter homines cōuersari voluit [vt viuamus per eum] .i. merito sanctissimæ cōuersationis ac acerbissimæ passionis Christi mūdēmur à vitijs, virtutibus impleamur. Sicque per gratiam in præsentī & per gloriam in futuro spiritaliter, feliciter, æternaliterque viuamus. Propter quod asserit Christus, Ego veni vt vitam habeat, & abundantius habeat. Venit etiam Christus, vt per eius salutarem doctrinam & exemplarissimam vitam viuamus, iuxta eas iugiter cōuersando [In hoc est charitas] .i. per hoc amor dei ad nos innotescit [Nō quasi nos dilexerimus deum] anteq; nos dilexit, quia tunc amor dei ad homines nō videretur purē gratuitus. Imō cū amor dei æternus sit & causa omnis boni creati, nō potuit amor hominis dei præuenire amorem aut causare eundē sed contra æternus dei amor præuenit nos. Propter quod subditur, [sed quoniam ipse prior dilexit nos] Diligere siquidē est alicui bonū velle. Cū ergo omne bonū naturæ, omne donū gratiæ, omne munus gloriæ à diuina fluat voluntate liberē operatē, cōstat quod amor dei increatus sit causa effectiua totius boni creati [Et misit filium suum pro peccatis nostris] .i. satisfactorē pro eis & saluatorē humani generis. Hinc alibi fertur, Sic deus dilexit mundū, vt filium suū vnigenitum daret, vt omnis qui credit ipsum nō pereat, sed habeat vitā æternā. Et Paulus, Proprio, inquit, filio nō pepercit: sed pro omnib; no. 3. bis tradidit illū. Hæc est misericordissima ac gratiosissima præuentio dei. De qua ad Romanos inducitur, Cōmendat charitatem suā in nobis deus, quoniam cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est [Charissimi si] pro quia [Deus dilexit nos] tam eminenter, vt dictum est, [Et nos debemus alterutrum diligere] id est mutuo charitati e amare, conformando nos deo in hoc ipso pro posse. Et quoniam deus id præcepit, cuius præcepto tantō promptius obedire debemus, quantō gratiosius nos prædilexit, & quo amplius non pro suo commodo, sed nostra salute id iussit. Si verò prædictis obiciatur, quod Saluator testatur, Ipse, inquit, pater amat vos quia vos me amatis. Respondetur quod coniunctio illa, quia, dicit ibi causam à posteriori veri signum diuini amoris ad nos. [Deum nemo vidit vnquam] Hoc idem alio loco Ioannes habet: cui illud Iob contrariari videtur, Omnes homines vident deum. Christus quoque ait Philippo apost. Qui videt me, videt & patrē. Sed apostoli viderunt Christū, ergo & patrē. Ioan. 10. 1. Cor. 7. Baruch. 3. Ioan. 10. Rom. 3. Rom. 8. Rom. 5. Ioan. 26. Ioan. 1. Iob. 36. Ioan. 14.

Angust. Præterea, secundum August. super Genesim, & in lib. de videndo deum, Moses magister Iudæorum, & Paulus gentium doctor, viderunt deū in hac vita per speciem. Respondetur, q̄ multiplex est visio. Vtpote corporaliter, secundū quam deus nequaquam visibilis est in sua deitatis natura: quæ est superpurissima & super simplicissima in infinitum præ omni mente creata. Secunda est visio imaginaria, qua sancti propheta deum vidisse leguntur: non utique in sua deitatis essentia, quæ omnem imaginem interiorē me sequens tum infinitē transcendit: sed in subiecta creatura, forma spei, intelligendi sunt deum vidisse. Nā & Iacob patriarcha angelo viso dixit, Vidi dominū facie ad faciem. Tertia est visio intellectualis, & ista est multiplex. Nā quædam est à posteriori, & cognitio rei quantū ad quia est. Sicq; deū in vita ista intellectu videmus, tā per fidem quo ad ea quæ naturalē rationem excedūt, vt est trinitas personarū: q̄ per naturalem philosophicāque scientiam, quantū ad ea quæ per naturalem possunt rationē cognosci, vt q̄ vnus est verus & summus deus, perfectus, æternus, omnīū causa, &c. Alia est visio intellectualis à priori, seu cognitio ac intuitio rei in seipsa, & quantū ad quid est. Et hæc rursus est duplex. Vna qua res tam perfectē cognoscitur, sicut ex sua natura cognoscibilis existit, quæ cognitio propriē cōprehensiuā vocatur: sicq; à nullo creato intellectu deus videri potest, etiam nec ab anima Christi. Imò hoc modo sibi soli visibilis ac cōprehensibilis est deus, cū ipse sit infinitæ actualitatis & intelligibilitatis. Propter quod à solo intellectu in finitæ capacitatis & perspicacitatis hoc modo visibilis cōprehensibilisque cōstitit. Vnde hoc modo vnaquæque & diuina & increata persona, seipsam & aliam quælibet videt & cōprehendit. Infinitum autē à finito sic videri cōprehendique nequit: quia quod ita videtur, totum ac totaliter intra videndi terminos cōtinetur, nec eius capacitatem trāscendit. Porro alia est visio intellectualis quantū ad quid est, qua licet res in seipsa clarē ac immediatē cōspiciatur, nō tamen plenē comprehenditur, quia non tā perfectē cognoscitur, sicut ex sua natura cognoscibilis est. Sicque beati in patria vidēt deum: quæ visio extēsiuē loquendo, cōprehensio appellatur: vnde beati, cōprehensores dicuntur. Sic autē nullus potest in hac vita deū videre, vniūdo vita sensitīua humana. Propter quod deus ait ad Moysen, Nō videbit me homo & viuēt. ¶ Idcirco hi, quibus in sæculo isto datū est supernaturaliter per omnipotentīā creatoris deum videre hoc modo per speciem siue essentia, pro illo tempore per momento non erant viuentes vita sensitīua humana: sed intellectuāli dumtaxat atque diuina. Erant enim in maxima abstractione ab omni virium inferiorū actū, penitus mente suspēsi ad deum. Nec potest deus ita videri per intelligibilem formam creatā, quoniam omnis talis forma seu species à clara & immediatā representatione diuinæ essentia deficit infinitē. propterea in tali visione diuina essentia mēti creatæ vnitur loco intelligibilis forme, nō tamen per inhesionem, sed cohesionem & representationem. Sic igitur deum nemo vidit vnquam. Nihilominus si diligimus inuicem] spiritali nō carnali amore] *Deus in nobis manet*] quia per fidem formatam, charitatem infusam, & gratiam gratum facientem animas nostras inhabitat [ *Et charitas eius in nobis perfecta est*] quantū ad ea quæ sunt de necessitate salutis, prout istud supra plenius fuit expositum [ *In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus & ipse in nobis, quoniam de spiritu sancto suo dedit nobis*] hoc est quod in fine præcedentis cap. dictum est, atque expositum. Ibi etenim dictum est, In hoc scimus, quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. ¶ Dicitur autem deus pater dedisse apostolis cæteri que fidelibus de spiritu sancto, non q̄ partem spiritus sancti, qui simplex & indiuisibilis est, eis cōtulerit: sed quia diuersa charismata de spiritu sancto manantia, eis largitus est. Iuxta quem modū deus dixit ad Moysen, Auserā de spiritu qui in te est, & dabo senioribus, &c. ¶ Præterea si pbabiliter cognoscere cupimus, an spiritum sanctum per gratiā habeamus, interiora nostra examinemus, an diuina impleamus præcepta, an vniuersa vitemus peccata mortalia, an inimicos quoque cordialiter diligamus, an coram deo timorāt, an iugiter habemus: si charitatis accendamus affectibus, & zelo diuini honoris atque communis vniuersorum salutis: carnalia & terrena despicientes. [ *Et nos vidimus & testificamur, quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi.* ] Gloriosi nanque apostoli corporalibus oculis Christum dei filium inter homines conuersantem viderunt, cuiusque deitatem per fidem aliquo modo nouerunt: sed & per miracula, & varios supernaturales affectus. Quibus loquutus est Christus, Beati oculi qui vidēt quæ vos videtis. Beatus quoque Ioannes Christi interfuit passioni, idcirco de omnibus istis potuit testimonium ferre. Vnde Christus apostolicus loquens, Et vos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Denique Christo secundum vtranque naturam, competit esse mundi saluatorum. Quia secundum deitatem competit ei, tanq̄ efficienti & principali causæ salutis, qui solus efficienter & per creationem dona gratiæ in præsentem largitur, & dona gloriæ in patria impartitur. Idcirco apud Esaiam testatur, Deus iustus & saluans non est præter me. In Oseæ quoque, Ego dominus deus tuus, & saluator non est præter me. Secundum humanitatem verò assumptam conuenit Christo esse humani generis saluatorem, tanquam mediatori & satisfactori, & tanquam instrumentali ac meritoria causa: quoniam sanctissimę cōuersationis passionisque merito pro peccatis omnium satisfecit, deum placuit, ei genus reconciliauit humanum, & gratiam ac salutem promeruit nobis. propter quod scriptum est, Non misit deus filium suum, vt iudicet mundum: sed vt mundus saluetur per ipsum. [ *Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo*] simile huic est, quod asserit Christus, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et sicut illud de fide formata, sic istud de actu huiusmodi fidei est intelligendum. Quomodo enim duplex est fides, informis. s. & formata: sic duplex est confessio fidei. ¶ Insuper de triplici confessione fit mentio in scripturis. Vna est actus penitentia, & vocatur confessio propriæ culpæ. De qua Iacobus, Confitemini, inquit, alterutrum peccata vestra. Secunda est actus laudis, & vocatur cōfessio laudis diuinæ. De qua Christus ait, Cōfitebor tibi pater dñe cæli & terræ. Tertia est actus fidei, de qua agitur modò, & vocatur cōfessio credendorū. De qua paulus apost. ait, Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutē. Qui itaq; cōfessione fidei formatę, seu per dilectionē operantis,

A confitetur quod Iesus est vnigenitus, naturalis, æternusq; filius dei patris patri cōsubstantialis & cœqualis, deus Trinitas manet in eo per gratiam, & ipse in deo perfidē & subiectionem salubrem. Vnde ad infinuandum inenarrabilitatē & æqualitatē filij dei ac patris sui æterni, Salomō ait, Quod nomen eius, & q̄ nomen filij eius, si nōsti? [ *Et nos cognouimus* ] q̄ pater misit filium suū saluatorem mundi. Ad quod præfigurandum Ioseph, qui fuit in multis euidentis Christi figura, vocatus est à Pharaone Saluator mundi, [ *Et credimus charitatē, quam habet deus in nobis* ]. i. Verum credimus q̄ deus pater tantam ad nos habet charitatem, q̄ filium suum propter nos misit in mundū, & tanta nobis per eū beneficia est largitus, tamq; cōpiōse & multipliciter dilectionē suam nobis ostendit, per quē & adoptauit nos sibi in filios iuxta illud ad Ephesios, Deus prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christū, voluitq; vnigenitum filium suū pro adoptiuorū filiorū mori salute, quemadmodum ad Hebr. habetur, Decebat eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat, authorē salutis eorū per passionem consummari. Amplius, discipulus iste quem diligebat Iesus charitatis visceribus totus perfluens & succensus, charitatē in ista epistola non cessat repetitis vicibus cōmendare, atque ad eam nos exhortari. Vnde & consequenter eam in tantū collaudat, vt dicat, [ *Deus charitas est* ] quod paulō ante expositum est. Denique, teste Anselmo, quicquid absolute loquēdo melius est in esse feo haberi quam deesse, hoc cōuenit deo & est ipsemet deus: omni tamen imperfectio, quā habet in rebus creatis, exlūta. Charitas autem, virtus, sanctitas, sapientia, scientia, pulchritudo, dulcedo, felicitas, & consimilia sunt huiusmodi: ideo comperunt deo, & prædicantur de eo: non autem fides, spes, opinio, &c. quia in sua ratione imperfectio includunt. Deus est ergo charitas. i. pura & superessentialis dilectio. Diligit enim in primis seipsum, deinde & alia inquantū aliquid suæ bonitatis participant. Cui Sapiēs dicit, Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Sūntque idem in deo, diligens, dilectio & dilectū, & volūtas cui dilectio cōpetit. Charitas quoque secundum se est nomen absolutum & essentialē, toti superergoiosis: s. Trinitas & vnicuique increatæ personæ cōueniens, ita quod tota Trinitas adoranda est vna charitas, sicut & vna sapientia. Nihilominus sicut sapientia appropriatur filio, quia est emanatio intellectus. i. verbum ab intellectu procedens. Propter quod ea quæ ad intellectum pertinent, ei appropriantur aut propria sunt, vt potes, sapientia, verbum, exemplar, idea, splendor, imago. Sic spiritui sancto appropriatur charitas, quoniam spiritus sanctus est emanatio voluntatis, id est amor spiritus à voluntate patris filique emanans. Propter quod ad voluntatem spectantia ei appropriantur aut propria nuncupantur, vt charitas, nexus, pax, osculum, suauitas, donum, communio, gaudium. [ *Et qui manet in charitate, in deo manet*] hoc verum est, siue de increata siue de creata charitate intelligatur. Cū enim deus sit substantialiter charitas, constat, quod qui manet in charitate increata ei finaliter adherendo, manet in deo qui est charitas ipsa. Similiter qui manet in charitate creata, quæ est admirabilis & supernaturalis participatio increatæ charitatis, manet in deo: quia per eam coniungitur & cohæret ei, vt summo bono finique vltimato [ *Et deus*] manet [ *In eo*] deus enim est in omnibus per essentiam, præsentiam & potentiam, atque in Christo per hypostaticam vniōnem quo ad personam filij, in iustis verò per charitatem & gratiam. Deinde ponit effectum & signum charitatis istius infusæ [ *In hoc perfecta est charitas dei nobiscum* ]. i. charitas dei existens in nobis perfecta esse cognoscitur per hoc [ *Vt fiduciam habeamus in die iudicij*] id est diem iudicij tam vniuersalis quàm particularis, quo statim post mortem iudicandi sumus, fiducialiter seu bona conscientia expectemus, confidentes quod tunc beatitudinem consequamur. Charitas nanque contra terrorem iudicij confidentiam donat, quoniam amor aduentum amati facit optare, & de eius præsentia gloriari. Ideo loquens Saluator de signis terribilibus iudicij præcessuris disseruit, His fieri incipientibus, leuate capita vestra, quia appropinquabit redemptio vestra. Verūtamen nullus quantumlibet iustus & feruens debet esse nimis securus, cū asserat Aug. Erunt tunc securi, qui modò nō sunt securi: & iterum, tunc timebunt, qui modò timere nolunt. Charitas autem immoderatū & angustiantē timorem iudicij tantò plus tollit, quātò ipsa plus crescit, synceriorq; efficitur [ *Quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo* ]. i. per charitatē intantū deo assimilamur, q̄ sicut ipse est in cælo ex sua charitate & pietate bonis & malis, gratis & ingratīs, in sæculo isto bona multa impendēs, videlicet necessaria victui, cōseruationē vitæ, angelorū custodiam, solis ac lunæ obsequiū, elemētorum seruitutē & vifum: ita & nos in sæculo per charitatē amicos aduersariorūque diligimus, pro persecutibus deprecamur, & bona pro malis rependimus. Quod cū nos experimur implere, possumus horā iudicij fiducialiter prætolari. Hinc monet Saluator, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderūt vos, & eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos [ *Timor non est in charitate* ]. i. timor seruilis, inquantū seruilis, nō est charitatis cōiunctus: nō enim stāt simul timor purē seruilis, & charitatis. Quia qui solū seruiliter deū timet, nō amat eum, nec habet iustitiæ zelū: sed quātū in se est, habet volūtatē peccandi: & si à peccato retrahitur, hoc nō est de intuitu & amore, nec de iustitia, sed formidinis pœnæ: quæ formido causatur ex priuato amore, ideo subditur, [ *sed perfecta charitas foras mittit timorem* ]. i. seruilē pauorē excludit. Quoniam vitat malū, nō vt nō puniatur, sed ne deū offendant aut inhonoret. Quilibet autē charitas excludit illum seruilē timorē qui simul cū charitate stare non valet, & damnationē meretur. Nihilominus aliqui motus minus illius seruilis timoris cum charitate imperfecta possunt misceri. Sicut & aliorum passionū mortaliumque culparum primi motus veniales existentes, meritoriis actibus sæpe miscētur. Charitas verò perfecta seruilē timorē habet omnino excludere. Et tantò integrius eū excludit, quantò est perfectior. Imò in viris perfectis non rarò sic crescit, feruet & inualefcit, vt malit sua peccata puniri, q̄ dei offensam manere inultam. Idcirco subiungitur, [ *Quoniam timor pœnam habet* ]. i. timor seruilis secundum quod talis pœnā & condemnationem meretur, non inquantū malum culpæ deuitat, sed quia non facit hoc ex dei amore & zelo iustitiæ, sed dumtaxat punitiois horrore, ex infecta radice: quia videlicet amat malū cul-

Proue. 10.  
 Gene. 41.  
 Ephe. 1.  
 Heb. 2.  
 Ioan. 19.  
 Epist.  
 Sap. 11.  
 1. Cor. 1.  
 Luc. 21.  
 August.  
 Matth. 5.  
 Luc. 5.

pæ. Omnia autē simili ordine diuini amoris ponere obligamur atque ad dei referre honorem. Idcirco si quis ex solō feruili timore pateretur mortē pro fide, nihilominus dānaretur. Quod & Paulus apost. a-  
 1. Cor. 1. pēte insinuans, Si tradidero, inquit, corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habero, nihil mi hi prodest. **Qui autem timet, non est perfectus in charitate** si hoc intelligatur de timore feruili aut carnali seu mundano, difficultatē non habet: cū illi sint timores culpabiles: & si sint p̄dominantes, cū charitate nō flant. Timor verō purē naturalis, qui & p̄sione instante fuit in Christo, est in se indifferens: sicut & cæ terā affectiones purē naturales. Est autem adhuc duplex timor laudabilis, puta initialis & filialis. Timor initialis est quo culpa vitatur, partim timore p̄næ, partim amore dei & zelo iustitiæ: potestque timor ille esse cum charitate, non autē in charitate perfecta vt talis: quia in quantū aliquid feruilis fortit̄, à perfecta charitate eicitur. Idcirco qui timet initiali timore, nō est perfectus in charitate, inquantū initialiter timens. Porrō timor filialis, castus & sanctus est, quo malum culpæ vitatur solū eo respectu, ne piissimus & amantissimus pater cælestis offendantur, in honoretur, eiusque gratia amittatur aut elōge- tur à metuente. Hunc sanctum timorē reuerentialē pudicum, perfectā charitas non solū non eicit: sed parit, nutrit, cōseruat: imō quantō quis purius atque ardentius diligit deū, cō amplius hoc timore metuit eum. De quo in lib. Sapient. multa cōscripta sunt. Vt est illud. Timor domini super omnia fe posuit. Timor domini corona iustitiæ. Beatus cui datum est habere timorem domini. Nihil dulcius q̄ timere deū. Sapient. Sapiens in omnibus metuit. Et Salomon, Timor domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. **Nos ergo diligamus deum, quoniam ipse prior dilexit nos** hoc paulō ante expositum est & ostensum, quoddā amor dei ad nos est causa omnis boni in nobis. Vna itaque ratio diligendi deū est, quoniam ipse primō amauit nos. Quemadmodū enim arduum est odientē diligere: sic pramantē non reamare, prorsus impossibilem ingratissimumq; cōsistit. Est quoque, perfacile eū diligere à quo quis scit se diligi & in amorem esse prauen tum. Idcirco quantō hoc facilius adimpletur, tantō iniquius negligitur. Alia atque potissima ratio deum amandi est pura & infinita bonitas eius. Tertia, est collatio beneficiorum eius. Quarta, promissio ac prap- paratio futuræ felicitatis **si quis dixerit, quia diligo deum, & fratrem suum** i. proximum quemcūque siue am- micum siue aduersariū **Odmendax est** in verbis & factis, quoniā cōtra veritatem doctrinæ loquitur, & contra veritatem iustitiæ operatur. Iam enim frequenter prahabitum est quod amor dei & proximi inseparabiliter cōnectuntur: præsertim cū eadem sit charitas habitualis qua deus proximusq; diligitur. Iterum dictū est, quod nemo diligit deum, nisi qui eius obseruat mādata. Cū ergo deus præcipiat proxi- mos diligi, qui non diligit proximum, non implet dei præceptū: ergo nec diligit eum. Rursus proximus est via & medium diligendi dominū deum. Propter quod sequitur **qui enim non diligit proximum suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere?** q. d. nemo potest. Sed huic obicit potest, quoniam deus ex seipso incōparabiliter amabilior est cunctis hominibus: ergo visio proximi nō est necessā G ria ad dei habendū amorem. Respondetur q̄ multæ sunt causæ dilectionis. Vt p̄te bonitas rei, quæ est ratio obiectualis amandi. Item similitudo quæ incitat ad amorem. Beneficentia quoque atque cōmunio & itē propinquitas. Sed cognitio est causa dilectionis, tanquā via ad eam delucens. Cū igitur proximus sit nobis notior, similior & propinquior q̄ deus, & quantū ad hac, prius ad diligendū nobis occurrit: idcirco sanctus Ioaannes prætextō vtitur argumento: & quoniā quantū ad ista, facilius est proximum ama- re q̄ deum. Non autem vult dicere, q̄ proximus sit amabilior deo? **Et hoc mandatum habemus a deo, vt qui diligit deum, diligit et proximum suum** Vnde cū Christus dixisset, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, &c. statim adiecit, Diliges proximum tuum sicut teipsum: non quidem æternaliter, quia post deum debet homo præcipuē amare seipsum: sed similiter vt p̄te spiritualiter & propter æternā obtinen- dam salutem. Ecce facillimē repetit gloriosissimus iste Christi discipulus fraternæ dilectionis præcep- tum. Idcirco illud tantō diligentius obseruemus, tantō perfectius impleamus, quantō frequentius ab ipso repetitur, & quantō nobis ab ipso seriosius inculcatur.

Declaratio quinti Cap. [Omnis qui credit.] Art. V. 11.  
**Artes diuinæ legis duæ sunt, videlicet testimonia & mandata.** Testimonia pertinent ad credenda, mandata ad agenda. Postquam ergo iam ante beatus Apostolus disseruit de mandatis, nunc specia- liter loquitur de testimoniis seu credendis, quamuis aliqua inferat de præceptis, sicut & ante qua- dam inferit de credendis [Omnis qui credit] fide formata, id est charitate bonisq; actibus decorata **H** [Quoniam Iesus est Christus] id est q̄ Iesus Nazarenus sit Christus in lege Moysi & prophetis promissus [Ex deo natus est] per regenerationem baptismalem, vt quidam exponunt. **Quæ** expositio non habet v- niuersaliter veritatem, quoniam multi martyres sine baptisate decesserūt: nisi per regenerationem ba- ptisalem intelligatur baptismus non solū fluminis, sed etiam flaminis ac sanguinis. Est itaque taliter credens ex deo natus per charitatis & gratiæ infusionem per veritatis imitationem, & virtutum amorē. Denique Machometus infelix in Alchorano suo frequenter fatetur, quod Iesus Nazarenus sit Christi- us seu Mesiās in lege promissus, quod item Iudæi dispersi & capti sunt eod̄ quod Iesum pro Christo non acceperunt: sed contra diuinitatem Christi blasphemias euomit multas **Et omnis qui diligit eum qui genuit** id est deum patrem. [Diligit eum qui natus est ex eo] id est vnigenitum filium eius, cū pater & fi- lius sint vnū & idem summum & inuariabile bonum, nec vna persona diuina & increata sine alia in- fuso amore diligi possit: cū sint vnus, verus, simplex, & omnipotens deus. Vel sic, Omnis qui diligit eū qui genuit. i. creatorem altissimum, qui homines spiritualiter regenerauit per sacramenta & verba cæle- stia gratiarumq; dona, iuxta quod scriptum est, Voluntariē genuit nos verbo veritatis. Diligit eum qui natus est ex eo. i. quelibet christifidelem. Qui enim veraciter diligit deum, diligit & pertinentes ad eum, membra ministros ac milites Christi. Huic expositioni sequentia consonant verba **[in hoc cognosce- mus, quoniam diligimus natos dei]** id est proximō nostros à deo regeneratos, eiusque filios adoptiuos

**A** [cū d eum diligamus et mandata eius facimus] quia vt dictū est sæpe) amor dei & proximorum dile- ctio inuicem se includunt inseparabilesque consistunt, nec verē diligit deum nisi qui ei & eius obedit vicariis. De quibus ait. Quiuos audit, me audit, & quiuos spernit me spernit **[Hæc est enim charitas dei]**. i. in hoc consistit, hoc exigit, per hoc quasi per effectū & signū manifestatur & innotescit **[vt mandata eius cu- stodiamus]** qui enim syncerē diligit deum, honorat eum, & voluntatem suam voluntati ipsius conformat ac subdit: cū amicorum sit eadem velle & nolle. Propter quod Christus loquitur, Si diligitis me, Difficillimum quoque videtur, intellectum in captiuitatem redigere ad credendum incomprehensibili- lia illa, quæ in euangelica lege credi iubentur. Et respondendum, quoddā diuina præcepta nō sunt graua 2. Cor. 10. duplici ratione, Primō, quia virtutes de quarum actibus dantur præcepta, sunt ex sua natura suaues & conuenientes, habentque delectationes synceras actibus suis annexas. Secundō, ex adiutorio dei, qui per dōna gratiæ præsertim per charitatem, hominem sic confortat inflammat & cōsolatur, vt ei dulcescat via salutis & obseruentia præceptorum: imō cum ingētī alacritate & gaudio illa adimpleat. Propter quod ait Propheta, In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis. Et, Viam mandato- rum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Iterumque hortatur, Seruite domino in lætitia. Tertiō, ex inestimabili magnitudine præmijs desuper re promissi: cuius respectu omnis labor & omnis difficultas & p̄na vitæ præsentis est tanquam momentū. Propter quod dicitur, Consideratio præmijs minuit vim flagelli. Paul. quoque ad Cor. Id, inquit, quod in præsentī est momētaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Hinc ait Saluator, Venite ad me omnes qui laborati & onerati estis, & ego reficiam vos. Iugum enim meum suauē est, & onus meum le- uē. Quartō, mandata euangelicæ legis leuia sunt ob suam paucitatem, comparatione præceptorum Mo- saicæ legis, quæ multitudine sua erant onus tam graue: vt princeps dicat apostolorū, Quid tentatis deū, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Nempe vt Rabi Moses scribit, tot erant in lege præcepta quot sunt dies in anno, & quot sunt otia in ho- mine, ita quod horum par extitit multitudo. Porrō difficultas implendi præcepta cōfurgit ex nostra in- fectione, & hostiliū impugnatione, ac obiectōrum valida motione, aliisque causis diueris. Consequen- ter subditur vna causa, cur præcepta sint leuia **[Quoniam omne quod natum est ex deo]** id est omnis fidelis ex deo per charitatem & gratiam regeneratus **[vincit mundum]** id est auxilio charitatis & gratiæ, imō & fidei Christianæ (vt statim subiungitur) superat tentationes & impugnationes hominum mundanorū C tyrannorum, & philoſophorum: qui Christianos variis modis à fide auertere sunt conati. Mundum etiam vincit, qui diuitias, delicias, vanitates, p̄uitates, honores mundi non affectat: sed omnia talia as- pernat, cum apost. Paulo dicens, Mihi abit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi. Et, Omnia arbitror vt sterora, vt Christum lucrifaciam **[Et hæc est victoria, que vincit mundum, & nos]** id est fides catholica per dilectionem operans, est virtus per quam vincimus mundum: iuxta illud He- bræorū. Sancti per fidē vicerunt regna. Per fidem nanque cognoscimus imminētia nobis bella atque periculā, dei quoque præfidiā nobis parata, & atrocitatem, fortitudinem, ac multitudinem hostium nostræ salutis. Sicque fides nos dirigit in pugnando, in orando, ac resistendo. Nam & ipsa est fundamen- tum virtutum & efficaciarū tantæ, vt afferat veritas, Omnia possibilia sunt credenti. Ideo princeps apost. locutus est, Diabolo resistite fortes in fide. Et ad Ephesios habetur, Accipite armaturam dei, vt possi- tis resistere in die malo, induiti loriam iustitiæ: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo positis om- nia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam spem salutis, & gladium spiritus, quod est verbum dei, orationes omni tempore in spiritu **[quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit]** fide formata **[Quoniam Iesus est filius dei]** id est naturalis, vnicus, consubstantialisque filius patris æterni. Talis enim nec philoso- phicis argumētis, nec tyrannicis instigationibus cedit ac vincitur, nec mundi blandimentis nec aduersis deiicitur, quandiu sic credit. Ait hoc loco Albertus, Quemadmodū corporaliter pugnans, indiget qua- tuor armorum generibus, scilicet, gladio ad percutiendum, scuto ad se defendendum, foris societati ad præmuniendum, & veritate, id est, iusta causa ad præludandum: sic Christianus contra mundum ac reli- quos suæ salutis aduersarios pugnans, indiget primō pro ense habere charitatis feruorem. Secundō, pro scuto fidei confortationem. Tertiō, pro societate diuinum angelicumque auxilium. Quartō, pro veritate seu causa, Christi veram confessionem. **[Hic qui venit per aquam et sanguinem Iesus Christus]** id est ad nostram redemptionem processit, & eam effecit per aquā baptismatis, & sanguinem sui corporis quem in cruce fudit pro nobis. Christus nanque sacramentum baptismi instituit, & baptismum à præfatoro accipiens tactu suæ sanctissimæ carnis vim regenerationis præstitit aquis: atque à merito suæ p̄sionis omnia sacramēta suas sortiuntur virtutes. Hinc loquitur Paulus, Christus per sanguinem crucis suæ pas- cificauit, siue quæ in cælis sunt, siue quæ in terra. Et rursus, Christus dilexit Ecclesiā, & tradidit semet- ipsum pro ea, mundans illam lauacro aquæ in verbo vitæ. In Apocalypsi quoque habetur, Christus di- lexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Denique cum vnus militum lancea latus Christi aperuisset, continuē inde exiit sanguis & aqua. Vnde de latere Christi sacramenta ecclesiæ dicūtur flu- xisse, quia videlicet vim sanctificantem inde suscipiunt, & ita quo ad hoc venit in aqua & sanguine. **[Non in aqua solum, sed in aqua et sanguinē]** hoc additur ad differentiationē sancti Iohannis Baptistæ, qui venit in a- qua solum: qui baptizauit corpora aquis, sed sanguinem suum pro mudi non fudit peccatis, nec animas lauit à vitis. Vel ideo additur hoc, quoniam Christus non solū dignatus est propter nos baptizari, **K**

Luc. 10.  
 Ioan. 14.  
 Eodem,  
 Matth. 7.  
 2. Cor. 10.  
 Pſalm. 118.  
 Eodem,  
 Pſal. 99.  
 Grego.  
 2. Cor. 4.  
 Matth. 11.  
 Act. 15.  
 Epistola.  
 Galat. 6.  
 Philip. 3.  
 Galat. 5.  
 Hebr. 1.  
 Marc. 9.  
 Ioan. 19.  
 Matth. 3.  
 Colof. 1.  
 Ephes. 5.  
 Apoc. 1.  
 Ioan. 19.  
 Marc. 3.  
 Lucæ 3.  
 Ioan. 8.



vt suæ carnis actu aquis vim regeneratiuam præstaret: sed & sanguinem suum pro nostra fudit salute. Porro secundum Bernard. in serm. istud est additum ad differentiam Moysi, qui venit in aqua tantum, à aqua nomen ei est impositum [Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas] hoc enim spiritus sanctus testatur est ante Christi passionem & post eam. Ante passionem scilicet cū baptizatus fuisset à beatissimo Ioan. Baptista. Iuxta illud, Factum est Iesu baptizato & orante, apertum est cæli, & descendit spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum, & vox de cælo facta est, Tu es filius meus dilectus. Porro Christus secundū quod deus, est verè substantialiter verus & veritas. Propter quod ait, Ego sum via, veritas, & vita. Et quia per modū intellectuales emanationis procedit à patre, veritas ei appropriatur, vt dictum est plenius paulò ante. Rursus post passionem, in die Pentecostes, & deinceps spiritus sanctus per apostolos testificabatur idipsum, & per tam supernaturalē apostolorum illuminationem, inflammationem, roborationem, aliāque mirabilia quæ apparebant in eis & fiebat per eos, luce clarius demonstrat quod Christus sit veritas, cuius vniuersa promissa tam verissime & supernaturaliter implebantur. Hinc post cœnam dixit in sermone apostolis illud, Cum venerit paracletus, quē ego mitam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Nec solum spiritus sanctus id protestatur [Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo, pater, verbum, et spiritus sanctus] id est tota supernaturalis & superdignissima Trinitas in cælo empyreo specialiter habitans, præstat coram omni cælesti militia testimonium, quod Christus sit veritas: quia declarat Trinitas adoranda cunctis cælestibus civibus semetipsum, & qualiter verbum procedit à patre, & spiritus sanctus ab utroque, iuxta illud in Psalmo, In lumine tuo videbimus lumen. De quo testimonio loquitur Christus patri, Clarifica me tu pater apud te ipsum, claritate quam habui priusquam mundus esset. Et rursus, Pater quos dedisti mihi, volo vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi [Et hi tres vnum sunt] quoniam tres superbenedictæ & superuenerandæ personæ sunt, vna essentia, vnus deus, vnum vnuerforum principium, & vnus omnium vltimus finis: vnum summum bonum: vniū plenæ felicitatis obiectū, quo solo fruendum est. Diuinitatis quippe natura nequaquam potest multiplicari, sed est numero vna in tribus: & quicquid absolute cōpetit deo, toti Trinitati, singulisque personis commune est, & vnum in tribus. Propter quod loquitur Christus, Ego & pater vnum sumus. Superexcellētissimæ quoque Trinitatis personalem distinctionem essentialēque vnitatem Christus pandit dicens, Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti [Et tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, et sanguis] id est militanti ecclesia, spiritus vt pote rationalis anima Christi, aqua quoque & sanguis quæ de eius latere profuxerunt in cruce, contestantur quod Christus sit verus ac veritas in eo quod dixit se esse non solum deī vnicum filiū, sed etiam hominem verum, Palpatē, in quiens, & videtē, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere. Vel tres testimonium dant in terra, quia in sacramento baptismi est spiritus viuificans, aqua abluens, & sanguis Christi virtualiter operans & emundans, per quæ patet veritas Christi. De quo deus dixit Ioanni Baptista, Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eū, hic est qui baptizat in spiritu sancto [Et hi tres vnū sunt] id est vnum habent effectum, & in eiusdem veritatis manifestatione conueniunt. Deinde ostenditur irrefragabilis certitudo fidei Christianæ, [Si] pro quia [Testimonium hominum accipimus,] hoc dupliciter potest intelligi. Primò, quod in rebus & causis humanis testimonium hominum inefficax reputatur: quæadmodum scriptum est, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Secundo, quod testimonium sanctorum hominum, vt pote prophetarum de Christo prænunciatum, iudicatur idoneum [Testimonium dei maius est] id est testimonium dei patris de Christo prolatum præclarior est: sicut & Deus pater omni homine cōsistit sublimior, cuius testimonium falsum subesse non potest [Quoniam hoc est testimonium, quod maius est] omni testimonio humano [Quia testificatus est de filio suo] id est testimonium, quod pater perhibuit filio in baptismo & transfiguratione, dicens, Tu es filius meus dilectus in quo mihi bene complacuit, maius est testimonio hominum. De quo testimonio etiam dictum est à Petro, Accepit [inquit] à deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus [Qui credit in filium dei, testimonium dei habet in se] id est testimonio dei patris assentit, & operatur in eo testimonium illud salubrem credulitatem dum modo iuxta fidei exigentiam conueretur. Credere autem in filium dei, est per fidem charitate, formatam & actione virtutum in Christum dei vnigenitum tendere [Qui vero non credit in filio, mendacem facit eum] id est eum patrem, quantum in se est, facit se esse ostendit mendacem & testem fallacem [Quoniam non credit in testimonio, quod testificatus est deus de filio suo] dicens, Tu es filius meus dilectus, &c. Nec possunt se excusare infideles dicendo, quod pater non dixit hoc: quia per infinita miracula soli omnipotenti deo possible, interim vberrimè est ostensum, quod euangelica lex in qua hoc continetur, sit verè à deo, & ipsum euangelium recitans hoc sit omni veritate plenissimum. Testatur est quoque deus pater de filio suo per sanctos prophetas, David, Esaiam, Hieremiam, Micheam, Danielem, & alios. Deinde per sanctos apostolos & euangelistas, quorum doctrinam per copiosissima & præclarissima confirmauit miracula. Similiter per martyres gloriosos, quos in suis passionibus & ante ac postea magnificis honorauit prodigijs. Deinde per alios innumerabiles sanctos, confessores, doctores, prædicatores, prælatos: quorum doctrinam & sanctitatem per signa admiranda & abundantissima declarauit & approbauit. Sed & per miracula ab ipso met Christo peracta. pater testimonium præbuit ei. Propter quod loquitur Christus, Opera quæ dedit mihi pater quæ facio, testimonium perhibet de me. Et denuo, Si non facio opera dei, nolite credere: si autem facio, & si mihi non creditis, operibus credite. Ad hæc magnum gloriosum, & iucundum est, quod etiam illis diebus deus sublimis & benedictus

Exod. 2. Lucæ. 3.

Ioan. 14. Act. 1. 2. Ioan. 15.

psal. 35. Ioan. 17. Eodem.

Ioannis. 10. Mat. 28.

Ioanis. 19.

Lucæ. 24.

Deute. 17. Mat. 18. 2. Cor. 15.

Luc. 3. Mat. 17.

Ioan. 5. Ioannis. 13.

A tot & tanta operatur miracula ad sanctorum suorum promotionem, ad fidei roborationem, ad consolationem. Ecclesiæ, ad confusionem omnis plebis incredulæ, imò ad sui ipsius gloriam & honorem. [Hoc est testimonium] id est intentio, fructus & finis testimonij præinducti: quia ad hoc deus pater istud de filio suo testatur est, quatenus hoc credendo vitam obtineamus beatam. ideo subditur, [Quoniam vitam æternam dedit nobis deus] id est vitæ gloriæ præstitit nobis modò in spe, in causa, præmio & radice, in inchoatione, prelibatione, ac arra seu pignore. Aeternam enim beatitudinem nobis promisit: vitam gratiæ quæ i. Cor. 13. pignus est vitæ gloriæ, communicauit: charitatem, quæ nunquam excidit, infudit, actus meritorios cōdonauit, futuræ suauitatis concessit prægratum. Hinc etenim contestatur, Beati pauperes spiritu, quoniam 2. Corin. 1. ipsorum est regnum cælorū. Et Paulus, Dedit [inquit] nobis pignus spiritus. Itemque, Gratia dei vita æter Romæ. 6. na. Et rursus loquitur Christus, Hæc est voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Vel sic, Hoc est testimonium, quod scilicet nos apostoli perhibemus de Christo, quoniam vitam æternam dedit nobis deus per Christum, quia hæc Christus sua passionem promeruit nobis [Et hæc vita] id est æterna felicitas [in cuius filio est] i. per fidem & gratiam filij dei acquiritur, quæadmodum ipse factus est, Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Vnde in actibus princeps apostolorum factus, Non est nomē aliud sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et rursus assertit filius dei, Omnis qui credit in me, non morietur in æternum. Vel hæc vita in filio eius est, quia in visione diuinitatis filij dei vera beatitudo obiectiue consistit, prout ipse ait, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum & quem misisti Iesum Christum. Hinc ipse vnigenitus cultori suo pro præmio pollicetur, Qui diligit me, manifestabo ei meipsum. Et pater in Psalmo, Longitudine [inquit] dierum replebo eum, & ostendam illi salutarem meū. Potest & ita exponi, Hæc vita in filio eius est, quia æterna beatitudo in filio dei est secundum plenitudinem infinitam, in quantum est deus: atque secundum naturam assumptam fuit in eo participatiue præ omnibus sanctis ab exordio incarnationis. Quia extunc anima Christi fuit in plenissima fruitione diuinitatis. Hinc idem ait, sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. [Qui habet filium dei] id est is in quo filius dei per fidem & gratiam habitat, ita quod habet filium dei vnigenitū sui cordis habitarem iuxta quod Paulus apost. ait, Deus pater det vobis secundum diuitias gloriæ suæ habitare Christum per fidem in cordibus vestris. [Habet vitam æternam] id est beatitudinem sempiternam iā habet in spe, prout dictum est plenius. Vnde filius loquitur patri, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam. Vel habet vitā æternam, quoniam ipsemet filius est essentialiter, secundū quod deus, vita æterna: sicut pronunciat, Ego sum resurrectio & vita [Qui non habet filium] modo præfacto [Non habet vitam] quia nec vitam gratiæ habet in presenti, nec vitam gloriæ habebit in futuro: nisi cōuertatur ad Christum, [Hæc scribo vobis, vt sciatis] per fidem illuminatam certitudine adherentiæ & experientia prelibationis futuræ iucunditatis [Quoniam vitam æternam habetis, qui creditis in nomine filij dei] id est in Christum vnigenitum patris æterni, qui ait, Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuēt. Itaque nomē filij dei sumitur hæc pro nomine nominato, puta pro ipso dei vnico filio. Et de fide formata intelligēda sunt ista. Ex hac autem fide oritur confidentia magna ad deum, ideo subiungitur [Et hæc est fiducia quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus] ab eo [secundum voluntatem eius] id est secundum beneplacitum dei, vt pote piæ & salubriter ad ipsius honorem & nostram salutem [Audit nos] si perseuerauerit petamus, [Et scimus quoniam audit nos] quicquid petierimus] maxime si pro nobis ipsi oremus, quia non semper exaudiuntur deuoti pro alijs. Hæc spem, imò certitudinem atque scientiam exauditionis diuine, Christus in euangelio nobis copiosissimè inculcauit. Ait nanque, Omnia quæcūque orantes petitis, credite quia accipietis, & veniet vobis. A libi quoque, Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Et denuo ait, Si vos cum sitis mali, nostris bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester celestis dabit spiritum bonū petentibus vestris? Cum enim ad supernaturalem beatitudinē creauerit nos, & præcepta cælestia dederit nobis: quæ beatitudinem sine donis gratiæ eius promereri adipisci que non possumus, & quæ præcepta sine eiusdem implere nequaquam valemus: nullum relinquere dubium, quin paratissimus sit, quantum in se est, gratiarum charismata nobis tam necessaria distribuere nobis, Dabitque ea si ritè petamus. Præterea cum à nobis pater appellari dignetur, haud dubiū quin paterna pietate subuenire & exaudire paratus sit. Insuper ipse qui ad orandum nos exhortatur, se exauditurum promittit: vtique libenter exaudiet, cum tam innita sit pietas, liberalitas, veritasque ipsius. Postremò ipse superbenignissimus deus, qui etiam non exoratus tanta beneficia nobis largitus est, qui tam charitatiue preuenit nos, qui ingratius ac perfidius tot bona largitur: fidelibus & deuotis ipsum inuocantibus vt oportet, non deerit. Sed tantum regem ac dominum cum omni humilitate, subiectione, & reuerentia exorare necesse est. Propter quod Moses protestatur, Cum qua fieris dominum deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Et ipsemet Christus, Oportet [inquit] semper orare, & nõ deficere. Potissime vero exaudiri cupientes aduertant & impleant quod loquitur dominus, Cum stabis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: quod si non dimiseris, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. [Scimus quoniam habemus postulationes quas postulamus ab eo] id est certi sumus, quod petitionum quas deo offerimus effectum seu exauditionem sortiemur ab eo, iuxta sensum prædictum. Vel sensus est, quod orationes quas deo offerimus, non ex proprio sensu, sed ex diuina instructione accepimus. Quid enim & qualiter debeamus orare, Christus in euangelio docuit, & inter cætera dixit, Sic ergo orabitis, Pater noster qui es in cælis, &c. Ideo loquitur Paulus, Quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus orat pro nobis, id est exorantes nos facit. Consequenter sanctus apostolus inter peccata distinguit, & qualiter circa diuerfos peccatores diuersimode nos habere debeamus, exponit [Qui

1. Cor. 13.  
Matth. 5.  
2. Corin. 1.  
Romæ. 6.  
Ioannis. 14.  
Act. 1. 4.  
Ioan. 11.  
Ioan. 17.  
Ioan. 14.  
Psal. 90.  
Ioan. 5.  
Ephes. 1.  
Ioan. 17.  
Ioan. 11.  
Ioan. 11.  
Mat. 11.  
Mat. 7.  
Luc. 11.  
Malac. 1.  
Deute. 4.  
Luc. 8.  
Marc. 11.  
Matth. 6.  
Roma. 8.

scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem ] &c. Locus iste difficilis est, qui primò sic potest intelligi. Qui scit proximum suum venialiter peccare, quod non inducit mortem animæ in presenti, nec mortem æternæ miseriam in futuro petat ] id est pro illo oret, [ Et dabitur ei vita ] id est ad eius instantiam dabitur remissio talis culpæ [ Peccati non ad mortem ] id est venialiter peccati. Quemadmodum enim venialiter peccatum vitatur, sic facilliter dimituntur: ut pote oratione dominica, confessione mutua, correptione & correptione fraterna, penitentia assidua, asperione aquæ benedictæ, ingressu ecclesiæ, peccatoris tuncione, charitatis feruore, remissione illatæ iniuriæ, exercitatione operum misericordiarum. Secundo exponitur sic, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, & non continuare peccata vsque ad mortem inclusiuè: petat pro illo, & exaudietur. Nam talis vitam gratiæ obtinet, & vitam gloriæ cõsequitur, Quia non manet in vitis vsque in finem vitæ præsentis, in qua est tempus, locus, ac status merendi ac demerendi. Non potest de aliquo certitudinaliter sciri absque reuelatione, an ante mortem verè peniteat: alioquin sciretur esse in charitate. Sed ideo sanctus Ioannes hæc dicit, vt agnoscamus, quòd pro illo frustra oramus qui in vita præsentis non penitet: sed absque contritione decedit. Tertiò exponitur sic, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, id est non facere irremissibile peccatum: vt sunt peccata in spiritu sanctum, quæ irremissibilia asseruntur, quia difficulter & vix dimituntur, & finalis impenitentia nunquam dimittitur: petat pro illo, & exaudietur: nõ quòd semper oratio sua pro taliter peccante exaudiat, sed quia spes exauditionis est, & quãdoque exauditio fit pro illo [ sed est peccatum vsque ad mortem, non pro illo dico vt roget quis ] hñ hoc de finali impenitentiâ, seu de quocũque mortali vsque ad mortem continuato, & per contritionem non deletio, intelligatur, certum est quòd pro defuncto in tali facinore non fit orandum. Si autem de quolibet peccato in spiritu sanctum intelligatur, sensus est, quòd valde difficulter quis exaudiat pro ita peccante. Ideo dicitur pro illo non esse rogandum, non vt nequaquam oretur, cum de nullo sit penitus desperandum: sed ad insinuandum quàm difficulter impetretur à deo venia talis peccati. Iuxta quem sensum Christus in euangelio loquitur, Si quis blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in presenti seculo neque in futuro. Hinc subditur [ Omnis iniquitas peccatum est ] id est culpa mortalis, cum sit transgressio legis diuinæ [ Et est peccatum ad mortem ] quod tripliciter accipi potest, sicut tactum est. Quasi dicit, Non omnem culpam mortalem voco peccatum ad mortem. Vel sic, Omnis iniquitas, id est omnis non æquitas, seu quantumlibet modicus ab æquitate recessus peccatum est, ad minus veniale: & est peccatum ad mortem, id est mortale peccatum ad infernalem trahens interitum [ scimus quia omnis qui natus est ex deo, non peccat, sed generatio dei conseruat eum ] hoc est, quod supra tertio huius episto. cap. dictum est, Omnis qui natus est ex deo, non peccat: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare: quoniam ex deo natus est. quod ibidem satis reor expositum. Et quod ibi dicitur semen, hic generatio nominatur. Generatio enim dei, id est spiritalis renouatio in baptisate seu penitentiâ facta, seu gratia ibi infusa, conseruat eum in bono & præseruat à vitio, quantum ex se est: ipse tamen se potest à deo propria libertate auertere. [ Et malignus non tangit eum ] in quantum ex deo natus est, & gratia conseruat. Quia vt talem, non potest eum ad peccatum impellere: sed vt defectibilem, fragilem, ac liberi arbitrij existentem, potest eum tentare, superare seu tangere [ scimus quoniam ex deo sumus ] hoc supra expositum est. Apostoli quippe certitudinaliter se esse in charitate nouerunt, ceteri verò catholici ac deuoti probabiliter sciunt hoc [ Et mundus totus in maligno posuit est ] id est mundani carnalesque homines diabolo sunt subiecti, vitis inuoluti, & malæ libidinis igne succens: quia in talibus abundat peccata: de quibus ait propheta, Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Vnde in Ozea habetur, Non est veritas, & non est misericordia, & non est sciencia dei in terra. Maledictum, & homicidium, mendacium, & furtum, & adulterium inundauerunt. [ Et scimus quoniam filius dei venit ] id est per incarnationis mysterium in inferiorè hunc mundum ingressus est. Sicut ipse ait, Exiui à patre & veni in mundum [ Et dedi nobis sensum ] id est sapientiam salutarem & euangelicæ legis doctrinam [ Vt cognoscamus deum verum ] per quem hoc loco intelligitur pater æternus. Nam subditur [ Et sumus ] per fidem & charitatem [ in vero filio eius ], id est in vnigenito naturali & coæterno ipsius filio Iesu Christo, qui in vnitare personæ est deus & homo, Venit itaque filius dei, vt cognoscamus verum deum per fidem viam & illuminatam, & per sapientiam donum in vita præsentis, deinde clarè per speciem in regno cælesti. [ Hic ] verus filius dei, [ Est verus deus ], veritate naturæ, ita quòd vera diuinitas est in eo non participatio quædam, sicut in aliis qui in scripturis dij vocantur. [ Et vita æterna ] est enim essentialiter viuens, & vita, veritas, sapientia, ac diuina essentia. Porro patre filioque expressis, intelligitur super benedictus & adorandus spiritus sanctus, patris ac filij amor, osculum & amplexus. O quanta fuit infelicitum hæreticorum infamia: qui contra hanc lucidissimam protestationem tanti apostoli diuinitatem Christi negare impiissimè præsumperunt. Quanta etiam fuit vassania Machometi, qui licet in Alcorano testetur Christum fuisse summum sapientissimumque prophetam, non tamen admittit vt filius dei aut deus dicatur, sed purum fuisse hominè reprobis ille mentitur [ Nolite custodire vos à simulacris ] id est idolis ac idololatriis, atque ab omni auaritia, quæ idolorum est feruitus, ab hæreticorum quoque figmentis, qui de deo patre & filio eius ac spiritu sancto non id fenserunt ac docuerunt qd pater & filius & spiritus sanctus sunt: sed quòd ipsi maledicti eos esse sinxerunt. Simulacra quoque sunt vana phantasmata, cogitationes inutiles, phantasticæ ac stolidæ apprehensiones, somniorumque obseruationes. A quibus omnibus nos custodire debemus, & syncerè atque catholicè de deo vno ac trino sentire, salubria cogitare, sapientialibus meditationibus & considerationibus immorari, ac dominum maiestatis immensæ totis præcordiis iugiter venerari. [ Amen ] id est sic est, & ita fiat. Ad laudem & gloriam creatoris omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus.

Peccata venialia quibus mediis delectantur.

Matth. 12. Marc. 3. Lucæ 12.

Psal. 13. 52. Osee. 4.

Ioan. 16.

Ioan. 14. 2. Corin. 1.

Colof. 3.

A D. DIONYSII CARTHUSIANI IN tertiam B. Ioannis epistolam, Enarratio.



Sanctus Ioannes in præinducta epistola instruxit fideles in generali, nunc instruit quosdam personas in speciali. Porro sensus huius compendiosa epistola in præhabita sentiosa epistola pro maxima parte est habitus: ideo immorari non congruit. [ senior Electæ dominicæ ] Vt recitat Beda, quidam dixerunt præsentem epistolam & sequentem non esse Ioannis apostoli, sed alius presbyteri nomine Ioannis, vt infra plenius referetur. Sed nunc ecclesia communiter tenet, quòd sit Ioannis apostoli: quod etiam ex stylo, ac sensu, & simili sermonis charactere satis videtur. ¶ Vocat autem beatus Ioannes se seniore, quia iam erat prope octuagesatis: & ratione sui officij, quoniam nomen senioris episcopis quoque propter ætatem & maturitatem congruit. Vnde tunc rectores ecclesiarum propter discretiorem & morum maturitatem senes appellabantur: Propter quod vt ante iam patuit, princeps apostolorum in prima sua canonica pastoribus loquens, Seniores (inquit) qui in vobis sunt, obsecro. Itaque senior iste Ioannes apostolus omnium, qui in Asia præerant Christianis, præcipuus scribit [ electæ dominicæ ] Hæc nanque veneranda & sancta matrona, cui tam reuerenter scripsit tantus apostolus, vocabatur securidum expositores Electæ. Quod nomen illi optimè competebar, quoniam vtrique valde electa erat à deo: quam in præsentis epistola sanctus Ioannes de multis commendat, sicut patebit [ Et natus eius ] id est filius eius non solum carnis propagatione, sed & virtutum imitatione. Nam & proles eius atque familia erant, & ita etiam spiritalem matrem se eis exhibuit, & quod parentes suis tenentur impendere filiis, vt pote educationem, instructionem, corruptionem & castigationem, exhibuit eis [ Quos ego diligo in veritate ] id est vero & spiritali amore. Sciebat si quidem tantus Apostolus se esse in charitate, imò & in charitate perfectæ. [ Et non ego solus, sed et omnes qui cognouerunt veritatem ] id est vniversi fideles, qui Euangelicæ legis ac fidei veritatem, Christum quoque qui summa est veritas agnouerunt, diligunt istos. Fuit nanque domina ista nobilis ac famosa cum sobole sua, & hospitabat ac sustentabat credentes ac ministris ecclesiæ. Ideo omnes boni fideles, ad quos fama eius peruenit, eam ac sobolem eius amabant. Cur autem amabant eam & potos eius, subiungitur [ propter veritatem, quæ permanet in vobis ] id est propter veram dei notitiam atque iustitiæ æquitatem & vitæ synceritatem. Fuit enim in istis veritas triplex, videlicet veritas vitæ, veritas doctrinæ, veritasque iustitiæ. [ Et vobiscum erit in æternum ] quia posthanc vitam fuit in eis veritas ista, & in æternum manebit in eis multo perfectius, quàm fuit in vita præsentis. Nempè quod hic nouerunt per fidem, in cælo contemplantur per speciem. In cælo quoque est perfectæ iustitiæ ac veritatis vitæ falsitate impermixta: quoniam sancti secundum extremum posse suam deo intenti sunt, honorificentiamque impendunt, nec quippiam culpæ eorum vitæ miscetur. [ sit vobiscum gratia ] gratificans, quæ est qualitas supernaturalis, essentiam rationalis creaturæ immediatè perficiens, & eam in esse deiformi ad promerendum idoneo ponens, vt magni describitur doctor [ Misericordia ] id est pia assensitia dei in omnibus, & remissio culpæ ac conseruatio gratiæ [ Et pax ] peccatoris in presenti, quæ pax est tranquillitas internæ ordinationis, & quies mentis in deo. Pax quoque æternitatis in futuro, quæ est pax plena semper in actu, & gaudium proorsu imperturbatum. Pax etiam temporis est optanda, vt cum omnibus habeatur concordia bona, & quietam ac tranquillam vitam agamus in omni pietate [ A deo patre, et Iesu Christo filio patris ] Pater enim & filius sunt vnium effectuum principium gratiæ, & omnis boni creati. Propter quod ait filius, Quæcunque facit pater, hæc & filius similiter facit. Et ita per verba hæc, diuinitas filij insinuat: eo quod dona ista dicuntur esse à filio sicut à patre, & idem intelligendum est de spiritu sancto. Totius etenim superpræstantissimæ trinitatis est vna essentia, vna essentia, vna potestas, vna indiuisiuaque actio ad extra. Et tota trinitas est vnus deus, vnus creator ac dominus vnuerforum. Sit itaque vobis pax & fides [ in veritate et charitate ] id est per hoc quod estis & statis in veritate doctrinæ ac fidei Christianæ, atque in charitate dei ac proximorum, & vt proficiatis in istis. [ Gaudisum sum valde ] gaudium spiritali in domino [ Quoniam inueni de filiis suis ] id est aliquos filiorum tuorum [ ambulantes in veritate ]. Vbi inueni de filiis, id est hoc de eis cognoui, quòd sunt ambulantes in veritate, id est in fide catholica, morum synceritate atque iustitia conuersantes ac proficientes, non in tenebris ignorantæ ac peccatis, non in simulatione ac calliditate viuentes. De hoc autem est bonis prælati consolatio valde præcipua, quod eorum subditi virtuosè fructuosèque viuunt, cum eos tamen spiritualiter amant [ Sicut mandatum accepimus à patre ] id est deo trinitate omnium creatore. [ Et nunc rogo te domina, non quasi mandatum nolium scribens tibi, sed quod habuimus ab initio ] hoc inquam rogo, & hoc est mandatum quod ab initio nostræ conuersionis ad Christum, seu euangelicæ prædicationis, à deo accepimus [ vt diligamus alterutrum ] id est spiritaliter inuicem nos amemus [ Et hæc est charitas ] id est in hoc consistit ac innotescit, idque requirit [ vt ambulemus secundum mandata eius ] id est secundum dei præcepta viuamus, proficiamus, atque ad cælestem patriam properemus. [ Hoc est enim mandatum ] dei, vt quemadmodum audistis ab initio vestræ conuersionis [ in eo ambulatis ] id est secundum dei beneplacitum in lege & fide Christi vitatis, perseveretis, & gratiosè crescat: quod vobis nunc scribo, ac necessarium duco [ Quoniam multi seductores exierunt in mundum ] id est diuersi hæresarchæ & falsi magistri proruperunt in medium [ Qui non consentiunt Iesum Christum venisse in carne ] id est dei filium non credunt veraciter incarnatum, & in carne assumpta inter homines

Cõtra eos qui duas has alterius dicit Ioannis cuiusdam presbyteri.

1. Ioan. 14.

Ioannis. 5.

conuersatum. Hoc enim dixerunt Marcionitæ hæretici, asserentes Christum corpus habuisse phantasticum: quorum hæresim sequutus est & auxit impius Manichæus [ *Hic est seductor et Antichristus* ] id est quicumque hoc asserit, fallit seipsum & alios. Est quoque Christo contrarius, & Antichristi præcursor actypus. [ *Videte vosmetipsos* ] id est considerate & custodite vos [ *Ne perdati omnia que operati estis* ] id est ne cadendo à fide catholica iustaque vita, priueminus merito & præmio omnium actuum virtuosorum, quos peregristis. Quia dum iustus mortaliter peccat, mortificatur præcedentia meritoria opera eius: quæ tamen rursus viuificantur, dum pœnitet & resurgit. [ *sed ut mercedem plenam accipiatis* ] id est idcirco vos custodite, vt perseuerando in bonis beatam in cælo retributionem plenariè quietantem ac contentantem obtineatis. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. [ *scientes quòd omnis qui recedat* ] vel vt alij legunt, præcedit, id est quicumque mente à veritate aueritur. Vel qui præcedit, id est primò rectè incensit, & bene viuere cœpit [ *et non permanet in doctrina christi* ] iuxta illam credendo, ac conuersando [ *Deum non habet* ] per charitatem & gratiam, nec est eius seruus, sed dæmonis. [ *Qui permanet in doctrina eius* ] id est Euangelicis Christi documentis obedit [ *Hic et filium et patrem habet* ] id est pater & filius, imò & spiritus sanctus, sunt inhabitator: & dominus ac possessor cordis illius. Quemadmodum loquitur Christus, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diligit eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. [ *si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non afferit* ] id est hæreticam falsitatem catholicæ veritati contrariam docet [ *Nolite eum recipere in domo* ] id est eum non hospiteris, nec habitatione iungamini ei [ *Nec aue ei dixeritis* ] id est non communicetis ei in verbo salutationis, nec vllam cum eo societatem aut familiaritatem habeatis. [ *Qui enim dixerit ei Aue* ] communicando secum in verbis [ *Communicat operibus eius malignis* ] id est periculum incidit, & quasi socium prauitatis illius se esse ostendit. Istud de hæreticis excommunicatis, præcisitis præsertim accipitur: atque in primitiua ecclesia seruabatur tam stricte, ne credentes nondum satis roborati & exercitati in Euangelica veritate, à talibus seducerentur. Vt etiam manifestarent quàm vitandi sint aduersarij veritatis fidei Christianæ. Vnde & Paulus, Hæreticum (inquit) hominem, post vnam & secundam correptionem deuita. Et rursus, Si quis non obediit sermوني nostro per epistolam hunc notate, & ne commiscamini cum illo. [ *Ecce prædixi vobis* ] id est de periculo isto præmonui vos [ *vt in die domini nostri iesu christi* ] id est in die quo iudicabimini à Christo [ *Non confundamini* ] id est ne interim peccando mereamini tunc ab eo confundi, reprobari, damnari. [ *Plura habens vobis scribere,* ] id est quamuis alia multa salubria vobis scribere possem [ *Nolui per cartham et atramentum* ] id est literis scripto digestis nolui vobis ista insinuare. [ *spero enim me venturum ad vos, et ore ad os loqui* ] id est spero quòd os meum loquetur coram ad os vestrum. Præsentia nanque doctoris, & viua vox eius speciale habet vigorem, & frequenter plus operantur in subditis [ *vt gaudium vestrum sit plenum* ] id est spirituale gaudium vestrum ex mea præsencia & alloquutione perficiatur, atque ad eternæ iucunditatis plenitudinem pertingatis [ *Saluant te filij sororis tue Electæ* ] habuit ista sancta matrona sororem, quæ vt asserit glofa etiam vocabatur Electa sicut & ista, & filij eius erant Christiani, ac sancti Ioannis discipuli, & forsitan apud eum quando hæc scripsit. Porrò quod in aliquibus subiungitur, Gratia tecum, Amen, non est, vt dicitur, in libris correctis.

Marc. 14.

Ioan. 14.

Titim. 3.

2. Theff. 3.

Ioannis. 19.

D. DIONYSII CARTVSIANI IN tertiam B. Ioannis epistolam, Enarratio.

Hierony.



**S**enior caio charissimo, quem ego diligo in veritate. Sic ut refert Hieronymus libro de viris illustribus, quidam dixerunt istam ac præcedentem epistolam non esse sancti Ioannis apostoli, sed Ioannis presbyteri, quam Papias Hieropolitanus episcopus discipulus Ioannis apostoli in suis opusculis subinde allegat, senioremque vocat: cuius etiam sepulcrum in Epheso monstrabatur. Sed quemadmodum tactum est, Ecclesia rationabiliter tenet quòd hæc duæ epistolæ sint Ioannis apostoli: qui cur Senior nuncupetur in præcedenti expositione epistolæ est expressum. ¶ Porrò Caius iste, cui scribit, creditur fuisse vir ille Corinthus, de quo ad Romanos loquitur Paulus, Salutatio vos Caius hospes meus. Et prima ad Corinthios. Neminem vestrum baptizauit, nisi Crispum & Caium. Sustentaui liquidè & bene tractaui Euangelicæ legis prædicatores, virtuososque fuit, ideo fuit amabilis. [ *charissime de omnibus* ], id est pro cunctis ad salutem pertinentibus [ *Orationem facio* ] vt scilicet in omnibus actibus meritoriis credas: ideo subditur [ *Prosperare te ingredi et valere* ] id est vt feliciter conuerferis proficiendo semper in melius, & valeas mente ac corpore: quatenus opera misericordiæ copiosius & expeditius profequaris [ *sicut prospere agit anima tua* ] id est feliciter conuersatur in virtutibus crescens quotidie. Et ponitur hic pars pro toto [ *Gaius sum valde* ] in domino gaudio spiritali [ *Veniens fratribus* ] id est Christianis peregrinis & cæteris [ *Et testimonium perhibentibus veritati tue* ] id est conuersationi tuæ veraciter virtuosa, quam nobis recitauerunt cū certitudine coniecturali, fiduciali, probabilis. [ *sicut tu in veritate ambulas* ] triplici veritate ornatus, vt pote veritate vitæ, doctrinæ, iustitiæ. Nec est in te hypocritica cōfessio, aut vulpina calliditas: quod sanctus Apostolus potuit, Deo reuelante, certitudinaliter scire [ *Maiorem horum gratiam non habeo* ], id est ni-

Roma. 16. I. Corin. I.

**A**hil mihi commodius vel acceptius reputo inter hæc foris occurrentia [ *Quam vt audiant filios meos* ] spirituales [ *in veritate ambulare* ] id est in vera & catholica fide in virtutum sinceritate, & iustitiæ æqualitate deo seruire. Prælatum enim zelo salutis proximorum potissimè sibi commissorum debet esse omnino accensus, & de eorum spiritali profectu ac conuersione magis quàm de omnibus mundi bonis gaudere. Propter quod Paulus suus scribens discipulis, Tunc, inquit, viuimus si vos statis in domino. [ *Charissime fideliter facis* ] id est iuxta existentiam fidei, quæ requirit vt opera ei correspondentia fiant, conuersaris, quoniam sine opere virtuosus mortua iudicatur. Sic ergo fideliter facis [ *quicquid operaris in fratres* ] id est omne opus misericordiæ quod fidelibus proximis impendis [ *Et hoc in peregrinos* ] quibus misericordiæ actus impartiri magis acceptum est creatori. De quo in Deuteronomio legitur, Dominus facit iudiciam pupillo, & viduam: amatque peregrinum [ *Qui testimonium reddiderunt charitati tue in conspectu Ecclesie* ] id est coram fidelium multitudine facti sunt & dixerunt, quod circa eos charitatiuè & pietè te habuisti [ *Quos benefaciens deduces digne deo* ] id est quibus de viatico seu necessariis prouidès, deduces seu diriges tam charitatiuè ac reuerenter, vt Christi membra ac seruos ad alia loca duci seu dirigi decet. Quod agens eris benefaciens seu meritoriè operans. Quia, vt Salomon ait, Benefacit animæ suæ vir misericors. Christus quoque in Euangelio, Quod vni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vnde & Paulus scripsit, Zenam legesperitum & Apollo sollicitè pręmitte, vt nihil illi desit [ *Pro. Iohanne eius profecti sum* ] id est pro dei honore iter peregrinationis assumpserunt, seu ad prædicandum egressi sunt. Vel, vt quidam exponunt, pro fide Christi à suis concubiibus sunt expulsi [ *Nihil accipiemus a genibus* ] id est ab infidelibus sustentaculum vitæ nec accepturum nec petiturum. Vel hoc ideo dicitur, quoniam infideles abstulerunt istis quæ possederunt, quatenus isti paupertate coacti ad idololatriam reuertenterent. [ *Nos ergo debemus suscipere huiusmodi* ] id est tales bene tractare [ *Vt cooperatores simus veritati* ] id est eis cooperemur ad exercenda opera fidei ac virtutum, siue ad prædicandum euangelicæ legis doctrinam. Hoc dicit sanctus Apostolus in persona habentium facultatem faciendi talia opera misericordiè. Et quamuis ipse propria non haberet, tamen vt summus Asia præful dispensauit bona Ecclesiæ, pro pauperum sustentatione collata. [ *scripsisse forsitan ecclesie* ] id est congregationi fidelium in tua ciuitate moranti [ *sed is qui amat primatum gerere in eis Diotrophes non recipit nos* ] id est nostris verbis aut scriptis non acquiescit. Diotrophes iste fuit insolens & superbus, hæresiarcho quoque, vt aliqui dicunt, & ambitiosus. Et fuit ibi prælatus, vel ad fratrum præfidentiam aspirauit. [ *Propter hoc si venero* ] ad vos [ *Comoneam* ] seu, vt aliqui legunt, commonebo [ *Eius opera quæ facit* ] id est ea publicè reprehendam, quoniam publicè peccat, præsertim quia salutem impedit aliorum [ *Verbis malignis garriens in nos* ] id est impudenter detrahens nobis, & nostris contradicendis doctrinis. Quocirca loquitur Beda, Lingua detrahentium sic nostro vitio excitare non debemus, ne pereant: ita ex sua malitia excitas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat. Aliquando autem etiam compescere, ne dum de nobis mala disseminant, innocentium corda, qui bona de nobis audire poterant, corrumpant. Hinc sanctus Ioannes obtretractoris sui linguam redarguit, ne alij à suæ prædicationis audientia impediuntur. Hæc Beda, Speculiter verò resistendum est detractori quempiam de hæreticæ prauitatis aut infidelitatis vitio mendaciter diffamanti [ *Et quasi non ei ista sufficiant* ] id est in tantorum criminum commissione non contentatur. Sicque quod ait, quasi, dicit hic veritatem, non similitudinem tantum [ *Nec ipse suscipit fratres* ] id est hospitalitatem non exhibet peregrinis, atque pauperibus, ac prædicatoribus [ *Et eos qui suscipiunt illos, prohibet* ] à tam charitatiuis ac pijs operibus [ *Et de ecclesia eicit* ] nisi sibi obediunt in præceptis tam vitiosis. Ex quo sequi videtur quòd fuit prælatus, & constat quòd erat valde peruersus. [ *Charissime nolli imitari malum* ] id est praua huius & consimilium sibi exempla [ *sed quod bonum est* ] id est aliorum opera virtuosa: iuxta illud, Declina à malo, & fac bonum. Ne cum peruerso peruertaris. [ *Qui benefacit ex deo est* ] quantum ad hoc quòd bene & meritoriè agit, quia per dei gratiam non propriis viribus taliter operatur: quemadmodum per Osam dominus loquitur, Perditio tua ex te, in me tantummodo auxilium tuum. Omnia autem ex deo sunt, quantum ad id boni quod habent aut sunt, quemadmodum Paulus fatetur, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Electi verò ex deo sunt secundum prædestinationem æternam. Prout ista superius plenus sunt expressa. [ *Qui male facit non videt deum* ] id est deum formata & charitativa cognitione non noscit, nec eius præsentiam efficaciter pensat, neque iustitiam eius ritè veretur, sed propria culpa cæatur, quod de mortali potissimè peccato accipitur. [ *Demetrio testimonium reddiit ab omnibus* ] bonis hominibus eum agnoscentibus, quòd scilicet opera virtutum exerceat, & hospitalitati intentus sit [ *Et ab ipsa veritate* ] id est à propria sua iustitia, quæ materialiter testimonium perhibet ei, atque à veritate existente in alijs formaliter, quos veritas mouet ad perhibendum testimonium ei. Itémque à iudice summo, qui est veritas ipsa [ *Et nos* ] Ioannes Apostolus [ *Ei testimonium perhibemus* ] qui deo reuelante certitudinaliter, aut aliunde probabiliter scimus, iustum esse hunc ipsum Demetrium [ *Et nosti, quoniam testimonium nostrum verum est* ] quia à spiritu sancto mouemur. Et quicquid in scriptis redigimus atque asserimus, canonicam habet auctoritatem, & certam ac infallibilem veritatem, quia in his à spiritu sancto infallibiliter regulamur. [ *Malta habui scribere tibi, sed nolui per atramentum, & calanum. spero autem protinus te videre, & ore ad os loqui* ] hoc totum in fide præcedentis epistolæ habitum est atque expositum. Siquidem secundum vnam considerationem habuit sanctus Ioannes scribere Caio isti: sed ex alia consideratione dimisit hoc, quia sperauit se in breui ore tenus loquaturum cum illo. [ *Pax tibi* ] id est tranquillitas mentis in deo iugiter tibi inest, etiam in aduersis: & tandem in cælis, vbi nulla erit aduersitas [ *saluant te amici* ] tui & mei, qui tecum consistunt. [ *saluta amicos nominatim* ] tuos & meos qui tecum sunt. ¶ Postremò quoniam in duabus istis compendiosis epistolis testimonium nominata, & varijs modis accepta est veritas, pro eorundem cla-

1. Theff. 3. Iacobi. 2. Deut. 10.

Proue. 11. Matth. 25.

Psalm. 11. Psalm. 17. Oleg. 1. 3 Rom. 11.

Ioan. 2.

non intelligentia obtinenda sciendum, quod in scripturis theologis ac philosophis dictis verum & veritas multipliciter accipiuntur ac distinguuntur. Primò itaque diuiditur veritas in veritatem incretam, & veritatem creatam. Veritas increata, est ipsemet deus, seu diuina essentia, quæ dicitur vera & veritas. Dicitur etenim vera quoniam summè incommutabilis, vniformis, perfecta, diuino intellectui se clarissimè representans, pura & omni alieno, omni vano & falso penitus impermixta, omnisque creatæ veritatis origo fontana, exemplaris, æterna, inuisibilis regula, inuariabilisque mensura. Et quoniam simplicissima est, idcirco est veritas sua, vt pote proprietatis diuini & omnino necessarij esse. Et quamuis veritas filio approprietur propter causam præhabitam: tamen absolute loquendo cuiuslibet diuinæ personæ verissimè competit, toraq; trinitas adoranda, est veritas vna, quemadmodum & vna essentia: præsertim cum ens & veritas cõuertantur: atque (vt ait philosophus) vnūquodque sicut se habet ad esse, ita ad veritatem.

¶ Porro veritas creata est multiplex. Est enim in primis veritas rei, & veritas propositionis: Veritas rei, est veritas naturæ seu entis, nõ superaddens reale aliquid enti siue essentia rei, sed proprietatem quandam, ita quod res creata dicitur vera duplici ratione. Primò enim, propter conformitatem suã ad rationem suam causalem ac idealem, quã habet in mente diuinã: sicq; dicitur vera, quia sortita est esse prout deus per rationem idealem ei dare instituit, seu in quantum imitatur suum esse exemplare, quod habet in animo creatoris. Secundò in quantum apta est facere veram sui apprehensionem in anima intelligentis, seu manifestare se secundum quod est. Veritas autem propositionis, est veritas complexa, quæ est in intellectu formalitè ac subiectiue, & dicitur ad æquariõ intellectus ad rem intellectam. Vnde secundum philosophum, bonum & malum sunt in re, verum & falsum in intellectu. Communiter quoque fertur, quod res dicitur vera per comparationem ad intellectum, & bona in ordine ad voluntatem. In propositione autem est tãquam in signo.

¶ Iterum veritas creata ponitur triplex, videlicet veritas vitæ, veritas doctrinæ, & veritas iustitiæ. Veritas vitæ est ipsa rationalis creaturæ conuersatio vitalisve actio secundum diuinæ legis rectitudinem regulatã, dum agit quæ deo sunt placita & eius iustionibus consona. De qua loquitur Christus, Omnis qui facit veritatẽ, venit ad lucem, vt manifestetur opera eius, quia in deo sunt facta. Et Paulus ad Timotheum, Diuitibus præcipe non sublimè sapere, vt apprehendant veram vitam. Insuper veritas doctrinæ est conformitas seu consonantia instructionis mentis creatæ cõ sapientia mentis æternæ. Imò hæc veritas est ipsa doctrina rei, de qua agit, concordans. De qua asserit Christus, loquens ad patrem, Sermo tuus veritas est. Et Paulus ad Galatas, Licet angelus de cælo euangelizet præter id quod euangelizauimus vobis, anathema sit. At verò veritas iustitiæ dupliciter dicitur. Primò, secundum quod ipsa iustitia est quædam consuetudo, ac veritas increatæ iustitiæ sinceritatem & cõtinentiam imitans. Secundò, prout aliquis ex iustitia veritatem fatetur, sicut in foro iudiciali. De qua veritate fertur in psalmo vice simo secundo, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas.

¶ Denique de hac triplici veritate dixerunt ædificarij veritatis ad veritatem æternam, Magister, scimus quia verax es (in quo tangitur veritas vitæ) & viam dei in veritate doces (in quo tangitur veritas doctrinæ) & non est tibi cura de aliquo (in quo tangitur veritas iustitiæ). Interdum quoque sumitur veritas pro virtute morali, per quam homo in verbis & factis correspondenter se habet, quod ad veritatem pertinet vitæ, & item aliquo modo ad veritatem iustitiæ.

Ioan. 3.

1. Tim. 6.

Ioan. 17.

Galat. 1.

# D. DIONYSII CARTHUSIANI

IN EPISTOLAM BEATI IVDÆ

Apostoli, Enarratio.

Cap. 1.

[Iudas Iesu Christi seruus.]



**I**udas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi. Iste est Iudas, quem euangelista Matthæus & Marcus vocant Thadæum, qui Actuum primo Iudas Iacobi appellatur: qui etiam, vt libro de Viris illustribus refert Hieronymus, vocatus est Corculus, id est proprij cordis custos, quia mentis suæ diligentissimus custos fuit, iuxta illud Prouerbiorum, Omni custodia custodi cor tuum. Et quamuis fuerit etiam frater Simonis Zelotis apostoli, tamen fratrem Iacobi se appellat, quoniam Iacobus inter eos extitit principalis, & magis famosus, ac primus Hierosolymitarum antistes. Ad distinctionẽ quoq; Iudæ traditoris, vocat se Iacobi fratrem. Cuius hu militas innotescit, quod quamuis fuerit Christi consanguineus tam propinquus atque apostolus, tamen seruum se vocat Christi nõ apostolum, fuitque seruus Christi seruitute filialis timoris ac charitatis, nõ feruili formidinis. Hic itaque sanctus Iudas, de quo in Ioanne scriptum est, Dixit ei (scilicet Christo) Iudas, non ille Scariothes, Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis te ipsum, & non mundo? Hic, inquam, beatus Iudas scribit [His qui sunt in deo patre dilectis] id est fidelibus, qui per fidem & charitatem, sunt in patre æterno, & spiritaliter diliguntur à cæteris Christianis in eo [Et in Iesu Christo, conseruatis & vocatis] id est qui à Christo sunt conseruati in gratia, & vocati ad fidem ac gratiarum charismata, gaudiisque cælestia. [Misericordia vobis & pax ex charitas adimpleatur] id est gratiosa assistentia dei, pax spiritalis, charitasque infusa, perseuerent & crescant in vobis in vita presenti, perficianturque in vobis in patria, quamuis gratiosa assistentia dei non ita habeat locum in beatis, sicut in vi-

Matth. 10.

Marc. 13.

Prouer. 4.

Ioan. 16.

**A**toribus. Nihilominus beati seu comprehensores indigent indefinenter conseruari à deo in esse, & in bono eis collato, quamuis sint confirmati in bono. [charissimi omnem sollicitudinem] id est magnam & perfectam curam seu diligentiam [vaciens scribendi vobis de communi vestra salute] docendo qualiter impedimenta salutis debeatis vitare, & veram beatitudinem promereri ac obtinere, [Necessè habui scribere vobis] id est ex parte mei fuit necessarium mihi scribere vobis, quatenus debitum officij mei apostolatus circa vos adimplerem: quia ex iniuncto officio habeo vos docere. Fuit item necessarium ex parte vestri, ne ab hæreticis & peruersis fallamini, vt infra dicitur, [Deprecans supercertari] hoc est rogans vt strenuè ceteris seu prælimini [semel tradita sanctis fidei] id est pro defensione ac virtuosâ personatione fidei catholicæ, quæ semel tradita est sanctis, id est à deo infusa electis & virtuosis fidelibus. Vel vobis tradita est à sanctis apostolis semel, vt pote in vestra conuersione ad Christum. Vult ergo Apostolus, vt contra inuisibiles atque visibiles hostes pugnent Christiani pro fidei defensione. pugnent, inquam, tentationibus resistendo, orando, lachrymando, sanctis operibus insistendo, martyrium sustinendo. porro brachio seculari in certis casibus licitum est, imò incumbit, materiali gladio pro fidei pugna, & perfidos expugnare. Hinc scriptum est in Ecclesiast. Pro iustitia agonizare, pro anima tua, & vsque ad Eccle. 4. mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te. Et paulus Timotheum exhortans, Certa, inquit, 1. Tim. 6. bonum certamen fidei. Iterumque de seipso, Bonum, ait, certamen certauit. Consequenter tangit cur eis 1. Tim. 6. hæc scripsit, videlicet propter deceptores & hæresarchas, ne eorum peruersis dogmatibus deciperentur. [subintroierunt enim] id est astute & sub specie religiositatis introierunt inter conuersos, eis se callidè admiscendo [qui olim prescripti sunt] id est denunciati, & in scripturis præfigurati, vel ab æterno præuisi, atque præcisi à deo, [impij] contra verum dei cultum peccantes atque docentes. Præscripti, inquam, [in hoc iudicium] id est ad condemnationem istam, quam reprobis docet scriptura infligendam. Prædixit enim & præfigurauit scriptura eos esse venturos, & ad damnationem perpetuam ruituros. Loquitur itaque nunc de iudicio reprobationis & condemnationis, de quo ait Saluator, Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit. Et denuo, Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Hi itaque subintroierunt [Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam] id est Christi pietate abutentes, & eius occasione ad vitia carnalia corruentes. Ex quo enim lex Christi est lex pietatis, sicut lex Moysi lex rigoris, quia Christus non præcepit transgressores suæ legis statim in hac vita ita puniri, lapidari, incendi, aut iugulari: sicut lex Moysi, ideo isti tantò intimatorius atque liberius peccauerunt, carnaliterque vixerunt, quantò minus metuebant se per hoc in hac vita taliter puniendos. Tales sunt omnes qui non intuitu & amore dei, seu timore diuini iudicij, retrahuntur à vitis. Vel sic, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, id est fidei Christianæ ac legi Euangelicæ admiscentes carnalia oblectamenta. Nam vt plures allicerent sibi discipulos, carnalia opera, crapulosa, ac lubrica eis tanquam licita concesserunt, & frequenter talia exercuerunt. De talibus ad Timotheum loquitur Paulus, Erunt homines amâtes seipfos, voluptatum amatores magis quàm dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita. Alii quoque, Quæ in occulto, inquit, fiunt ab eis, turpe est dicere [Et solum dominatorem & dominum nostrum Iesum Christum negantes] id est de Christo impiè sentientes, vel veram eius diuinitatem, aut veram humanitatem negantes, aut ipsum per reprobam fidem abnuentes: iuxta illud ad Titum, Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & reprobi. Dicitur autem Christus solus dominator & dominus in quantum deus, non quod pater & consimiliter spiritus sanctus, non sint dominator & dominus, sed quoniam pater & filius & spiritus sanctus, sunt vnus dominator & dominus: sicut sunt vnus creator & vnus deus, propter vnitatem & identitatem naturæ in tribus personis. Vnde in tali propositione ista vox, solus, excludit aliud seu diuersum, non alterum seu alium. Pater autem & spiritus sanctus non sunt diuersi, aut aliud à filio, quamuis vnusquisque eorum sit à filio alter seu alius, alia scilicet persona. Præterea qualiter dictio exclusiua possit addi in diuinis ex parte subiecti, & quomodo ex parte prædicati, & qualiter trino essentiali cum prædicamento personali, qualiter etiam econuerso, primo Sententiarum distinctione vice sima prima discutitur. Per verba verò hæc præiudicata sanctus Apostolus Iudas Christi diuinitatem clarè fatetur, quod iterum facit per verba textus sequentia. Hic Christus est dominator, de quo cantat Ecclesia. Ecce aduenit dominator dominus, & regnum in manu eius, & potestas & imperium. De quo Daniel ait, Aspiciebam in visione noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. In quibus verbis personalis distinctio patris & filij, & duplex Christi natura, diuina scilicet & humana, vnitasque personæ euidenter tanguntur. De quo etiam ait Psalmista, Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Et, Ad orbem vsque conuersus, & omnes reges, omnes gètes seruient ei. Sit nomen eius benedictum in sæcula, ante solem permanet nomen eius. In quibus vtiq; verbis idem ostenditur. [Commonere autem vos volo, scientes semel omnia]. i. ad eorum quæ scitis memoriam reuocare, & ad eorum fructuosam attentionẽ incitare vos volo, scientes semel omnia, id est qui ex primordiali vestra informatione scitis omnia quæ sunt fidei, atq; necessaria sunt salutari. Idcirco nõ indigetis de hoc nouiter informari, sed plenus instrui, exhortari, atque ad actualem recollectionẽ eorum quæ habitualiter scitis, reduci, sicut & paulus ait, Tãquam in memoriam vos reducens [quoniam Iesus populum suum de terra ægypti saluans] id est filios Israël per Moysen de terra & seruitute Aegyptiacæ liberans, quod verificatur de Iesu secundum suam diuinam naturam ac omnipotentiã, & prout supponit incretam hypostasim, seu personam, secundum quam Iesus est deus æternus vbique præsens, & omnia implens. Qui ait, Antequàm Abraham fieret, ego sum. Qui etiam Ni-

Leui. 24.

2. Tim. 3.

Ephes. 5.

Titum. 1.

Psal. 71.

Roma. 15.

Ioan. 8.



codemum corporaliter ac præsentialiter alloquens dixit, Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo. Quamvis ergo tempore Mosis Iesus nondum fuerat homo, tamen persona Iesu tunc & æternaliter fuit. Idcirco ad commendandam unitatem personæ vtriusque naturæ in Christo ista dicuntur [secundo eos qui non crediderunt, perdidit] id est altera vice post illam educationem incredulos & rebelles filios Israël in deserto prostravit, & variis plagis peremit, vt patet in libris Exodi & Numeri. Eos quoque qui in sua percussione non penituerunt, in æternum damnauit. Nec obstat illud Naum, Non confurget duplex tribulatio. Vbi septuaginta transtulerunt, Non vindicabit dominus bis idipsum. Hoc enim intelligitur quando vna tribulatio est pœna peccati sufficiens, & quando tribulatio sua cognoscit culpâ, ac poenitet, prout in hoc Decreto plenè exponitur. Porro de expositione verbi huius Iudæ apostoli dictum est plenius super illud petri, Nouit dominus pios de tentatione eripere. Quemadmodum ergo Christus filios Israël, quos primò de Aegypto redemit, & per mare rubrum duxit, cum clamassent ad eum, postea incredulos, & rebelles perdidit, ita & nunc eos quos regenerauit baptisate, si non permanferint in fidei sinceritate & Euagelicæ legis obseruatione, debite puniet. Et hoc consequenter probatur exemplo deiectionis angelorum peccantium. [Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum] id est in choro seu ordine suo, quo conditi erant, & constituti non manserunt stantes [sed dereliquerunt suum domicilium]. i. mansionem cælestem seu cæli empyrei locum [in iudicium magnum dei vinculis æternis sub caligine seruauerunt] ordo verborum est, Iesus angelos illos seruauit sub caligine, id est in aère caliginoso in iudicium magnum dei, id est vsque ad diem generalis iudicii, in quo deus trinitas iudicabit per principalem auctoritatem. Christus verò secundum naturam assumptam faciet iudicij executionem per ministerialem potestatem, quia per ipsum deus altissimus iudicabit secundum illud Actuum, Deus iudicaturus est orbem in æquitate, in viro quem statuit. Porro quod ait, vinculis æternis, referri potest ad verbum seruauit in habitudine ablatiui casus, vt sit sensus, quod seruauit eos perpetua obligatione reatus vincitos & compeditos: iuxta illud Prouerbiorum, Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringentur. Potest quoque referri ad verbum seruauit in habitudine casus datiu, eritque sensus, quod seruauit eos perpetuâ reclusioni compeditisque inferni. De quibus Christus in Euangelio, Ligatis, inquit, manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. Vnde in Esaiâ habetur, In illa die visitabit dominus super militiam cæli, & congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudetur ibi in carcere. De hac re plenius dictum est super illud petri, Si deus angelis peccantibus non pepercit. Vbi hæc eadem continetur sententia. Deinde ponitur tertium exemplum ad idem probandum. [sicut Sodoma et Gomorra et finimæ] id est eis propinqua [ciuitates] videlicet Adama, Seboim, Phégor [simili modo fornicatæ] id est eadem luxurias cum Sodomitis exercentes [et abeunt post carnem alteram] id est vitium contra naturam sequentes, quod agebat cum carne altera quam natura requirit, & auctor naturæ instituit: masculis in masculos, & feminis in feminas turpitudinè operantibus [Facti sunt exemplum ignis æterni, pœnam sustinentes] id est prædicit Sodomitas, & c. sustinetes pœnâ ignis & sulphuris in Genesi descriptam, facti sunt exemplum ignis æterni, id est figura seu typus facti sunt perpetuæ damnationis ac infernalis incendi, quæ per illorum punitionem sunt præsignata. Et istud in secunda petri habetur, pleniusque est elucidatum [Similiter & hi carnem suam macularunt] id est præfati hæretici & seductores lasciuia corpora sua diuersis luxurijs foeditatibus inquinant, per quod Sodomitis assimilantur [Dominionem spernunt] id est sanctis apostolis, summis Ecclesiæ prælati, obedire & consentire contemnunt. propter quod conformantur apostolarum angelis, deo subselle negligentibus, quales sunt subditi impij, ac rebelles, suis superioribus recalcitrantes [Manserunt autem blasphemant] id est Christi deitatem ac omnipotentiam negant, seu aliis modis enormiter inhonorant. Quod quam graue sit scelus, consequenter probatur. [cum Michael archangelus cum diabolo disputans altercatur de Mose corpore, non est ausus iudicium in ferre blasphemiam: sed dixit, imperet tibi dominus.] Circa hoc loquitur Beda, De quibus scripturis Iudas hoc testimonium assumpsit, non facile patet: & rursus quando de Mosis corpore contentione cum diabolo Michael habuerit, incertum est. Sed quicquid sit de hoc, ad credendum sic contigisse sufficit sancti apostoli huius auctoritas, qui ex spiritu sancto hæc scripsit. Nec oportuit eum istud de scripturis assumere, quia omnia scripta sunt. Sicut & paulus in Actibus ait, Oportet meminisse verbi domini Iesu, Beatius est dare quam accipere, quod à nullo euangelistarum scriptum est. probabiliter ergo tenendum est, quod altercatio ista inter archangelum Michaëlem & diabolum contigit Mose sepulto, cuius sepulchrum voluit deus esse & manere ignotum, ne filij Israël ad idololatriam proni illud effoderent, & diuinis honorarent honoribus seu adorarent. Quod eos facturos fuisse inde potest ostendi, quod serpenti aëneo à Mose facto adolebant incensum vsque ad tempus Ezechiae regis, qui serpente illum comfregit, vt quarto Regum habetur. Est igitur sensus, cum Michael archangelus cum diabolo disputans, id est contra diabolum rationaliter loquens altercatur, id est dissen tiret à diabolo de Mose corpore, quoniam tanquam princeps synagoga voluit corpus illud manere absconditum, ne plebs sibi commissa peccaret, diabolus verò non voluit illud manifestare Iudæis, quatenus superstitionis ipsum venerarentur seu adorarent, non est ausus, id est non voluit iudicium inferre blasphemiam, id est indecentem aut derogatoriam diuino honori increpationem diabolo facere, & hoc propter naturam diaboli bonam, in qua dei similitudo resplendet, propter quod secundum se contemnenda non fuit: sed dixit diabolo, Imperet tibi dominus, modesto verbo coercuit demonem, dicens, Iubeat tibi dominus, vt nec possis nec audeas corpus Mose manifestare. Sic & angelus apud Zachariam legitur dixisse diabolo aduersanti Iesu sacerdoti filio Iosedech, Increpet dominus in te satan, & increpet dominus in te. Ex quibus patet quod Christo inferre blasphemiam, sit incomparabiliter grauius, in quantum ipse est deus. ¶ Dicitur autem Michael archangelus non quia de choro sit archangelorum qui cho-

A rus in infima hierarchia angelica est medius, quum sit de ordine principatum. vnde in Daniele vocatur princeps magnus, & nunc præest militanti Ecclesiæ, sicut tunc synagogæ, sed archangelus appellatur, quantum ad nominis interpretationem cõmunem, quasi princeps angelicus seu inter angelos plurimos principalis. Nam sicut angeli vno modo dicuntur omnes angelici spiritus, alio modo soli spiritus de infimo choro: ita archangeli vno modo dicuntur oēs angeli ordinum superiorum, alio modo soli spūs de medio ordine infimæ angelicæ hierarchiæ. [hi autem quæcunque ignorant, blasphemant] id est præfati seductores hæretici incomprehensibilia fidei, quæ intelligere nequeunt, negant & inhonorant, vt quod deus est vnus & trinus, quod Christus est deus & homo. [Quæcunque autem naturaliter, tanquam bruta animalia norunt] id est quæ sensitiua cognitione brutis conueniente agnoscunt, & sibi quasi delectabilia apprehendunt [In his corrumpuntur] id est talibus malè vtuntur, & in eis damnabiliter delectantur, eisque inordinatè, & magis quam summo bono adherent, quod totum est spiritalis corruptio, læsio, diuisio, imò interitio animæ: iuxta illud in psal. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus. Et illud Osee, Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Isti sunt bestii similes, quoniam instar brutorum temporalia, sensibilia & terrena ad spiritalia & diuina non referunt, sed eis propter se inhærent, in quantum ali quid habent delectabilitatis, vtilitatis, siue decoris: per quæ sūt amabilia istis carnalibus ac peruersis hominibus. Vnde Sapiens scribit, Creaturæ factæ sunt in tentationem animæ hominum, & in mucipulam ac laqueum pedibus insipientium.


P salm. 52. Osee. 10.

Sap. 14.

Elucidatio secundi Cap.

[Ve illis qui via Cain abierunt.]

Artic. 11.



H orem feruore quo beatissimi apostoli Petrus & Ioannes contra insurgentes hæresiarhas, ac deceptores carnales, & fictos scripserunt: etiam gloriosus iste apostolus Iudas cõtra eosdem scripsit. Contra quos consequenter subiungit, [Ve] æternæ damnationis debetur & imminet illis [Qui via Cain abierunt]. i. inuidiam Cain sequentes recesserunt mente à deo [Et errore Balaam mercede effusi sunt]. i. ex deceptioe qua Balaam hariolus fuit deceptus, cupiditate ad vitia diuersa sunt fusi, seu corde extenti. Vel effusi sunt. i. gratiarum charismata perdidit euacuati corde ab illis. Hæc est vitiosa effusio. ¶ Est autè & virtuosa effusio, qua homo cordis sui pia desideria offert deo, & anxietates ac gemitus suos exponit & recitat coram eo. Iuxta illud Trenorum, Effunde sicut aquam cor tuum ante cõspectum domini dei tui. Porro omne peccatum voluntatis, venit ex errore aliquo intellectus, hoc est ex aliqua incõsideratione, inaduertentiâ, falsa opinione, hæretica prauitate, infidelitate similiv radice. Idcirco notatè ac subtiliter loquitur sanctus Iudas, errore Balaam mercede effusi sunt. Error verò intellectus Balaam fuit incõsideratio districtiõis diuini iudicii, & vitium superstitionis. Nam fuit hariolus anguribusque intentus, prout in Num. habetur, Ex quibus erroribus ad vitiosum temporalium rerum amorem dilapsus est. Voluitque maledicere populo dei. Et inde à deo prohibitus, dedit regi Balach cõsiliũ superprauissimum cõtra populum illum, vt scilicet per mulieres Madianitas traheretur ad idololatrias ac adulteria. Væ etiã illis qui [et contradictione Chore perierunt] qui rebellionem ipsius Chore sequentes, ad ambitionem dilapsi sunt, iamq; perierunt in anima, & æterna damnatione meruerunt perire. Omnium horũ scelera præfati hæretici sunt sequuti. Quia ex inuidia sanctos apostolos & eorũ coadiutores persequebatur. Et propter carnalia cõmoda induxerunt dogmata noua, quibus plurimos deceperunt. Desiderio quoque primatus se cõtra apostolos exererunt. Insuper viã Cain sequuntur inuidi, viam Balaam auari, viã Chore ambitiosi, inobediẽtes superbi, præsumptuosi. [Hi sunt in epulis suis macula] id est prædicit hæretici & peruersi in suis epulationibus tam immoderatè se habent, vt nõ solum maculati, sed & macula meritò nũcupentur: præsertim quia non solum seipsos cõtaminant, sed & alios quos ad vitia trahunt cõmaculant. Iuxta quem modum Paulus scribit Ephesius, Eratis aliquando tenebre, nunc autem lux in domino [Coniuuantes sine timore] id est absque formidine offensionis diuinæ crapulosè viuentes, ideoq; comedèdo grauitè excedentes: quoniam timor domini retrahit hominem à peccato: quemadmodum in Prouerb. legitur, per timorem declinat omnis à malo. Et in Ecclesiastico, Timor domini expellit peccatum. Idcirco qui sine timore dei maducent, aut aliud quippiam agunt, multas incidit culpas. Specialiter quoque indiget homo timore dei in comedèdo, quia in comestione sunt variegatæ occasiones peccandi, quas absque timore domini homo nõ vitat. Ex quo duo eliciuntur. ¶ Primum est, vt cõ dei timore sumamus cibũ & potum: quemadmodum in lib. Tobia; asseritur, Cũ timore domini celebrauerunt nuptiarum cõuiuium. Secundum est, vt in omni, quod agimus, dei præsentia atque iudicium perpèdamus, sicque vniuersis actibus nostris timorè domini superponamus. Hinc timor dei vocatur cõrona iustitiæ. Et sanctus Tob ait, Verebar omnia opera mea, sciens quod nõ parceres delinquenti. In Ecclesiastico quoque scriptũ est, Qui sine timore est, iustificari nõ potest. Et sapiens in omnibus metuit. [Nubes sine aqua] id est quemadmodum virtuosus prædicatores nubibus comparatur, quoniam verba sapientiæ pluuunt, virtutibus fulgèt, ad sublimia per cõtemplationem leuatur, & cõuersationem habent in cælis. (De quibus per Esaiam loquitur spiritus sanctus, Qui sunt isti qui vt nubes volat? Et rursus, Mandabo, inquit, nubibus meis ne pluãt super eam imbrè. Atque in psalmo, Veritas tua vsque ad nubes. Sic isti hæretici & seductores, nubes sine aqua sapiẽtiæ vocatur, quoniam audiẽtium corda salubri doctrina nõ rigant [Quæ a ventis circumferuntur] quoniam instar leuium nubium à malignis spiritibus, & elatione vanitatumque moribus impelluntur. Contra quod paulus hortatur, Nõ circumferamini omni vèto doctrinæ [Arbores autumnales.] Nam sicut arbores in autumnò folia habent non fructus, præsertim in terra promissionis: sic isti apparatus tantũ habent non existentiam virtutum, virtuosorumque actuum.

Gene. 4.

Num. 22.

Tren. 3.

Num. 22.

Ephes. 5.

Proue. 15. Eccle. 1.

Tobia. 6.

Eccle. 1. Eccle. 7.

Esa. 60. Iob. 9.

Psal. 35. Eccle. 15.

Math. 3. Ideo subditur, [infructuose] quoniam bona quæ exercere videntur, non sunt verè fructus virtutum [Bis mortua] quia propter peccata omissionis sunt mortui vno modo iuxta illud, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et propter peccata commissionis sunt mortui alio modo, cū dicat Apostolus, Vidua quæ in deliciis vivit, vivens mortua est. Fuerunt etiam semel mortui vitis ante baptismum, & altera vice recidendo, atque in hæresim ruendo post baptismum [Eradicata] ab vnitæ ecclesiæ ac individua charitate. De quibus secundo Regum loquitur David, Prævaricatores quasi spinæ euellentur. Et Paulus ad Romanos, Propter infidelitatem excisi sunt. E contra ait de iustis, In charitate radicati & fundati [fluctus feci maris] id est similes fluctibus maris amari, & ferocis seu turbulentis, quod dicitur ferocis, nō quasi mala sit eius natura: sed propter suum effectum, quoniam multi in eo merguntur, aut tribulantur, ac spoliantur, suntque diuersa eius pericula. Huiusmodi maris fluctibus isti per suam inquietudinē amaritudinemque, consimiles sunt. Quoniā alios inquietant, & pacem turbant Ecclesiæ, plurimosque amarificant. Hinc in Esa. legitur, Impij quasi mare feruens quod quiescere non potest [Despumantes suas confusiones] id est confusibiles suos errores, ad infernale confusionem trahentes, per modum spumæ diffundentes & multiplicantes. Sicque beatus Iudas seruat metaphoram, quia marini fluctus spumant [Sydera errantia] sydera errantia dicuntur stellæ non fixæ, vt pote septem planetæ, quæ præter motum orbium suorum proprios habent motus, atque quotidie in alio loco quàm pridie oriuntur & occidunt, habentque motus varios & incertos. Quibus comparatur præfati hæretici & iniqui, quoniam per errores & vitia fluctuant, nec in vniformi stant regula veritatis, nec in Ecclesiâ quasi in orbe figuntur, sed proprios habent motus erronei intellectus ac impiæ voluntatis, irrefrenatæque, sensuali- tatis. Quibus cōpetit illud in psalmo, In circuitu impij ambulat. Et iterum, Deus meus pone illos vt rotam. Quod item fertur in Esaia, Deus misit in medio eius spiritum vertiginis [Quibus procella tenebrarum] id est tempestas infernalis caliginis [conseruata est in æternum] Quia, vt ait Saluator, mittentur in tenebras exteriores. De quibus Psalmista, Ignis, inquit, sulphur & spiritus procellarum pars calcis eorum. Cōsequenter dicto prophético probat quod dixit [Prophet. ait autem de his septimus ab Adam Enoch] qui septimus fuit ab Adam eis pariter computatis, vt patet in Genesi. Vnde in exordio primi Paralipomeno legitur, Adam, Seth, Enos, Cainan, Dalaiel, Iareth, Enoch [Ecce venit dominus in iustis milibus suis facere iudicium] id est dei filius deus veraciter incarnatus in natura assumpta in fine mundi venturus est inter omnium angelorum supernorumque ciuium agmina facere iudicium: iuxta illud Esaia, Dominus ad iudicium veniet, cum senibus populi sui, & principibus eius [Contra omnes] non penitus contra omnes, sed contra reprobos vniuersos. Propter quod, expositoriè subditur, [Et arguere omnes impios] qui non penituerunt, nec decesserunt in gratia ab hac vita [De omnibus temporibus impietatis eorum, quibus impie egerunt] videlicet contra dei legem & cultum [Et de omnibus duris que loquuti sunt contra deum] id est contra dei præcepta fere monita, vel directè contra deum, falsè loquendo de eo, aut irruenter: [Peccatores impij] imò de omni verbo otioso reddenda est in die iudicij ratio, atque de omni cogitatione mala affectationeque praua, & omissione culpabili: quoniam immensa dei iustitia nil indiscultum, nil irremuncratum relinquit. Circa hunc locum scripsit Beda, Sciendum quodd liber Enoch de quo verba hæc Iudas scripsit, ab ecclesiâ inter apocrypha reputatur: nō quia dicta tãti patriarchæ abicienda sunt, sed quoniam liber ille non ab Enoch, sed ab alio sub nomine eius scriptus videtur. Si enim scriptus esset ab Enoch, non contineret contraria fidei sanæ. Nunc autem quoniam multa incredibilia continet (ex quibus est illud, quodd gigantes non habuerunt homines, sed angelos patres) sapientibus constat librum illi non verè ab Enoch compositum. Propter quod ista Iudæ epistola, quæ de libro apocrypho testimoniū sumpsit, primis temporibus à plerisque reuictebatur, nūc tamen auctoritate, vetustate, & vsu meruit inter sanctas computari scripturas, maximè quoniā tale testimonium de apocrypho Iudas assumpsit, quod nō apocryphum, sed vera est luce perspicuum. Hæc Beda, Verūtamen si bene pensemus, nō videtur sanctus iste apostolus spiritu sancto repletus librum Enoch apocryphum, sed verissima verba Enoch patriarchæ allegare. Quæ verba assumpsit, nō quia in libro cōtinentur apocrypho, sed quoniam deo reuelante sciuit ea ab Enoch esse prolata. Sicut & Moses aliqua verba Abraham recitat, quæ deo reuelante nouerat ab Abraham esse pronuntiata [Hi] scilicet prædicti hæretici, seductores, carnales, & ficti [sunt inuenerunt] contra diuina iudicia, & contra veros prædicatores [Querulos] id est impatientes. Ideo quando non prosperè eis successit, sed tangebantur aduersis, murmurabant & cōquerebantur, ac suas indigentias exposuerunt his quos decipiebant, vt ab eis temporalia extorquerent [secundum desideria sua ambulantes] proprias affectiones sequendo, carnalitèr que viuendo. De quibus loquitur Paulus, Multi ambulat, quos sæpe dicebam vobis, nūc autem & flens dico, inimicos crucis Christi: quorum deus venter est, &c. [Et os illorum loquitur superbiam] quoniā iactat & laudat seipos cū sint magni in oculis suis. Quibus Esaia ait, Væ qui sapientes estis in oculis vestris [Mirantes] id est magnificè extollentes, seu cōmandantes [personas] potissimè diuites ac potètes [Quæstus causa]. i. deliderio seu intèctione, pprij lucri seu cōmodi, quia ab hoc diuitibus blâdiabantur, vt plura ab eis acquireret. De quibus in Esaia scriptum est, popule meus qui te beatum dicūt, ipsi te decipiunt, & viam græsum tuorum dissipat. Tales erāt & pseudo-propheta: in veteri testamento. Cōtra quos in Hieremia, Michea, alisque prophetis multa scribuntur. Cōtra quos Ezechiel vaticinatur, Væ qui consuunt puluillu sub omni cubito, &c. Quorum impietatem nūc vsque multi auari, carnales, iniusti, sacerdotes, prælati, prædicatores, ac alij imitatur, nō dei honorem nec animarum salutem, sed propria commoda vitiosissimè exquirētes, in quibus regnat affectio commodi, nō honesti, amorque sui, nō amor dei. De quibus Paulus, Omnes, ait, quæ sua sunt querunt, nō quæ Iesu Christi. Quoniam tãtō quis amplius murmurat atque cōqueritur de præsentibus virtuosæ vitæ laboribus, quantō minus in se extinxit desideria carnis. Qui verò spiritalibus desideriis sunt ac

A. censi, quantò diligentius sola superna desiderant, tantò libentius transitoria cuncta, aduersa, paupertatemque tolerant. De præfatis verò quæstus causa personas mirantibus loquitur Paul. ad Timotheum, Homines mente corrupti, qui veritate priuati sunt, existimantes quæstum esse pietatem. Et sicut ibidem subiungitur, quæstus magnus. i. spiritalis & verus, est pietas cum sufficientia. [Vos autem charissimi memores estote verborum quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi.] Ecce quàm humiliter loquitur sanctus iste apostolus, quasi vnus apostolorum non extitisset [Qui dicebant vobis]. Quoniam in nouissimis diebus] præfertim tempore Antichristi [Venient illusores], id est deceptores simplicium, per fictam religiositatem ac aliis modis illudentes. De quibus in Prouerb. fertur, Illusores deus deludet [secundum desideria sua ambulantes impietatum] id est iuxta propria vota viuentes, quæ sunt affectiones impietatum, à verò de cultu impediētes. De quo iuxta antiquam translationem in Iob asseritur, Ecce cultus dei ipsa est pietas. Tales verò ab initio primitiuæ Ecclesiæ cœperunt venire: ideo subditur, [Hi sunt qui segregant semetipsos] ab ecclesiastica vnitæ, & deuotorum fratrum communione. Cui contrarium ad Hebræos scribitur, Consideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam [Animales] id est sensuales, carnalitatem sectantes [spiritum non habentes] id est charitatem & gratiam spiritus sancti, per quam fideles vniuntur in mystico corpore ecclesiæ, & in Christo eius capite idcirco non sapiunt quæ dei sunt. Tales sunt homines immanuati, pertinaces, indociles in quibus vitium regnat singularitatis, qui plerunque se reputant aliis spiritaliores, & nouitates inducunt. Contra quod ad Philip. affectuosissimè vas electionis hortatur. Si que consolatione in Christo, si quod solatiū charitatis, implete gaudium meum: vt idem sapiatis, vnanimes, idipsum sentientes. [Vos autem charissimi super edificantes vosmetipsos sanctissima fidei vestra] id est vobis in fide catholica per virtuosa exercitia stabilite, & fidei fundamento iugiter inhærete. Dicitur autem fides Christiana sanctissima, cum sit supernaturalis, radius increatæ veritatis, de super sanctissimo deo vno ac trino, incarnationeque verbi mentem illustrans [in spiritu sancto orantes] id est verè salubria, cum attentione feruida, prece assidua postulantes secundum instinctum, directionem, & inflammationem spiritus sancti, iuxta illud ad Corinthios, Orabo spiritu, orabo & mente. Idcirco ait Saluator, Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Quo constat, quod qui absque attentione & diligentia orat, non propriè orat, cum oratio fit ascensus mentis in deum, vt asserit Damascenus. [Vosmetipsos in dilectione dei seruate] id est diuina præcepta implete, opera charitatis continueate, corda vestra per ardentem affectum ad deum frequenter erigite. Nempe per hæc charitas dei conseruatur, nutritur, perficitur. Si autem quis negligens sit, & loco ac tempore opportuno actus charitatis non faciat, charitatem amittit. Multo plus meretur ea priuari, si aliquid charitati contrariū operetur. Hinc ad Coloss. dicitur, Super omnia charitatè habete [expellentes misericordiam domini nostri] id est gratiosum Christi auxilium, eius piissimam conseruationem indefinentem, & finem salubrem incessabiliter præstolantes ac inuocantes [in vitam æternam], id est per hoc perpetuum obtineatis felicitatem. [Et hos quidem arguite iudicatos] id est hæreticos, obstinatos, qui ob suam infidelitatem iam iudicati dicuntur: secundum illud, Qui non credit iam iudicatus est. Hos inquam arguite, id est redarguite, eorum ostendendo errorem, ne decipiant alios. Vel eos præfentialiter increpando ac in formando, si aliqua de eorum reductione spes habeatur: obseruando tamen quod loquitur Paul. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est qui huiusmodi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus [illos vero saluate] id est peccatores non obstinatos, hortando, exemplariter conuersando, orando, ad viam salutis reducite [De igne rapientes] id est de feruore libidinis aliorumque vitiorum feruore eos auertentes, atque per hoc ab infernali incendio, quod meruerunt, eos eripientes. Quia, vt dicit Iacobus, Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam suam à morte [Aliis autem miseremini] id est quos conuertere non potestis, eis condolere, & orate pro illis [in timore] id est cum dei timore hæc omnia agite, non præsentibus de viribus vestris, neque inaniter gloriantes, sed de proprio periculo formidolosi ac prouidi: iuxta illud ad Corinthios, Qui se existimat stare, videat ne cadat. Atque ad Galatas, Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos se spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum ne & tu teneris [Odientes eam, quæ carnalis est maculata tunica] Per maculatum tunicam & carnalem, intelligi potest conuersatio praua, qua peccator se operit. De qua sponsa ait in Canticis, Exui tunicam meam, quomodo induar illam? Hæc tunica absolutè est odienda, cum sit malum culpæ. De quo loquitur Paulus, Odientes malum. Potest quoque per tunicam istam intelligi corpus istud mortale, variis culpis scædaturum, cum exhibitum fuit arma iniquitatis peccato, quod est quasi quoddam animæ indumentum, estque odiendum. primo, quantum ad hoc quod est maculatum, vt malum culpæ odio habeatur & extingatur in eo, secundum illud ad Romanos, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Secundo, vt corpus salubriter castigetur ac edometur, quasi odio habeatur, quod tamen ex charitate procedit. Propter quod loquitur Paulus, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Itemque, Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. Sic quippe & animam nostram debemus odire, Christo protestante, Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Non est autem corpus odiendum simpliciter, sed spiritaliter diligendum, quatenus futuræ glorificationis sit particeps. Vnde ad Ephesios inducitur, Nemo vnquam carnem suam odio habuit. [Et autem qui potens est vos conseruare sine peccato] dum enim omnipotens potest nos à vitiis præseruare, nec sine eius ope & gratia possumus ea euadere [Et constituere ante conspectum gloriæ suæ] id est coram gloriosa & adoranda

Philip. 3.  
Esa. 5.  
Esa. 3.  
Hier. 14.  
Mich. 3.  
Ezech. 13.  
Philip. 2.

2. Timo. 6.  
Prouerb. 3.  
Iob. 28.  
Hebræ. 10.  
Philip. 2.  
1. Corin. 14.  
Ioan. 4.  
Coloss. 3.  
Ioan. 3.  
Titum. 3.  
Iacobi. 5.  
1. Corin. 10.  
Galat. 6.  
Cantic. 3.  
Rom. 12.  
Eodem.  
1. Corin. 9.  
Coloss. 3.  
Ioan. 12.  
Ephesi. 5.

præsentia sua, seu coram seipso [*immaculatos in exultatione in aduentu domini nostri Iesu Christi*] id est in die iudicij, ita quod tunc appareamus puri, & iucunditate repleti, stantes inter sanctos à dextris iudicis summi. [*Soli deo saluatori nostro*] Hoc potest exponi de patre æterno, qui qualiter solus deus dicitur præ tactum est, qui est saluator per principalem authoritatem & efficientiam: qui gratiam in præsentia & gloriam in futuro, creando largitur. Potest quoque exponi & melius, ut videtur de tota super benedicta trinitate, quæ est vnus solus, verusque deus, & principalis saluator. Huic igitur soli deo per Iesum Christum dominum nostrum: qui licet sit vna in trinitate persona, tamen secundum naturam assumptam per ipsum, quasi per mediatorem ministerialémque causam, honor & gloria deo attribuuntur: in quantum per Christum hominem deus trinitas, & ipsemet secundum quod deus, tot bona nobis exhibuit seu concessit, & tot bona per eundem Christum peracta sunt. Idcirco subiungitur [*Gloria*] id est clara cum lau

Deuter. 33. de notitia, sublimis que fama [*Magnificentia*] id est magna seu præclara efficientia. De qua in Deuter. fertur, Magnificetia eius discurrunt nubes [*imperium*] id est dominatio omnium rerum [*Et potestas*]. i. authoritas, ac omnipotentia. Omnia, inquam, hæc per Christum deo attribuuntur, seu conuenire noscantur, qui per Christum nos illustrauit & docuit, & per eum magnificetia erigit nobiscum. Per Christum ergo deo conuenire noscantur, quantum est ex parte virtutis dei [*Ante omnia secula, et nunc et in omnia secula seculorum, Amen*] id est æternaliter, præsentialiter, & infinibiliter. Non, quod ante omnia secula deus creaturis actualiter imperauit, aut noscebatur ab eis, vel magnificentiam in ipsis exercuit: sed quoniam inerat ei virtus atque authoritas summa, ad omnia.

Vnde & dicitur æternus creator, non quod ab æterno creauit. Inuariabilis verò in se, & prorsus omnipotens, ipse est in seipso, qui est super omnia deus sublimis, & benedictus. Amen.

COMMENTARIOXYM IN VII. EPISTOLAS CANONICAS FINIS.

A D. DIONYSII CARTHUSIANI IN Acta Apostolorum, Enarratio.

PROOEMIUM.



Eatus homo qui inuenit Sapientiam, & qui affluit prudentia. Quadripartito existente genere librorum veteris testamenti, quadripartitum quoque est genus librorum noui testamenti, seu Euangelicæ legis. Librorum etenim veteris testamenti, alij sunt Legales, in quibus lex dei per Moysen tradita, est digesta, ut Mosi Pentateuchum. Alij sunt Historiales, ut lib. Iosue & Iudicum, Regum & Paralipomenon. Alij vero sunt Prophetales, ut constat. Alij autem Sapientiales, sicut Proverbia. Pariformiter in nouo testamento libri Legales sunt, quatuor Euangelia. Sapientiales, Epistolæ apostolorum. Prophetalis est Apocalypsis. Historialis

verò est liber Actuum Apostolorum, nunc deo agente elucidandus. Porro Euangelicam Christi doctrinam à sacratissimis Euangelistis descriptam omni sapientiæ præfulgere certissimum est fidei. Quæuis autem hæc ipsa sapientia in Euangelis multum compendiosè & clarè inueniatur conscripta, nihilominus per cæteras noui testamenti scripturas clarius elucidatur & firma probatur. Et in Epistolis quidem apostolorum, potissime Pauli, sit hoc per allegationes scripturarum veteris testamenti, & per moralia documenta: in Actibus verò Apostolorum sit hoc per miraculorum recitationem, quibus christianæ fidei veritas diuinitus data ostenditur: per allegationes quoque nonnunquam scripturarum ac documenta moralia. Denique intuentibus processum libri Apocalypsis, clarissimè liquet eodem spiritum loquutos veteris legis beatissimos vates & euangelice legis prophetam sanctum Euangelistam Ioannem, qui in Apo. sua, non sensibus tantum, sed & verbis quoque; & modo loquedi & pcedendi veteris testamenti prophetis inuenitur conformis: præsertim Esaiæ, Ezechielii & Zachariæ, quemadmodum in expositione Apocalypsis propriis locis monstrauit. ¶ Insuper sapientia libri huius nunc explanandi multipliciter commédatur. Primò ac generaliter ratione obiecti, quia de deo. Secundo à ratione authoris, quia à sacro sancto Luca Euangelista est editus liber iste. Tertiò ratione materiæ, quoniam apostolicus actus describit, imò in primis capitulis cù materia Euangelicorù lib. coincidit. Nam primo cap. de Christi ascensione. in secundo de spiritu sancti missione loquitur. Quartò ratione formæ procedendi, quoniam euidenter, distinctè, cõpèndiosè, imò magistralissimè est procedens: sed & stylus ipse venustus est, & græcam eloquentiâ resonat. Itaque vtilissima prorsus est prælatis theoria voluminis, atque historia eius: in quo exordiù & processus primitiue ecclesiæ seriatim describitur, & itè catholica fides nõ mediocriter roboratur. Sed liber ipse sententiōsus & iucundus est valde. Propter quod pro illuminatione adorandi paracleti spiritus sancti in eius expositione singulariter eiusdem almi pneumatis immensam clementiam ac supermunificentiſsimam bonitatem exoro, dicens ex corde, Veni sancte spiritus, & emitte cœlitus lucis tue radium.

Enarratio 1 cap. [Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theo.]

Articulus 1.



N exordio libri huius pandit se beatissimus Lucas esse præsentis conscriptorum voluminis, dum ad finem Euangelii à se descripti seipsum continuat, atque eidem viro cui Euangelium scripsit, hunc quoque codicem scribere manifestat, dicendo, [Primum quidem] videlicet in Euangelio libro à me descripto [*Sermonem feci de omnibus o Theophile, que cepit Iesus facere et docere*] id est de factis documentis; Christi, non quod vniuersa gesta & dogmata sauatoris ipse aut alius aliquis Euangelista in particulari per singula sit complexus: nam & quod in hoc ipso volumine sanctus Paul. Christum protulisse commemorat, oportet, inueniens memorem esse verbi domini Iesu, quia beatus est magis dare quæ accipere: nullus in Euangelio suo recitat

D Euangelista. In Ioanne quoque legitur, quia alia multa signa fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum (ait) arbitror mundum posse capere eos qui scribendi sunt libros. Denique quod innumeraabilia particulariterque indescripibilia fuerint Christi miracula, ex Euangelio certissimè constat. Scriptum est enim quod omnes malè habètes curauit. Itemque, Circuibat Iesus omnes ciuitates, curans omnè languorem & omnem infirmitatem. In Matth. quoque scriptum est, quod cum venisset in terram Genenezar, viri loci illius miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habètes, & rogabant eum, ut vel simbriam vestimenti eius tangerent, & quicumque tetigerunt salui facti sunt. Similiter scriptum est in Marco, Quocumque introibat Iesus in vicos vel in villas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & quotquot tangebant eum salui fiebant. Itaque distributio ista qua dicitur, Sermonem feci de omnibus, intelligenda est de generibus singulorum, non de singulis generum. Siquidem de omnibus aliqua recitauit. Propter quod asserit Beda, De omnibus elegit vnde faceret sermonem, quæ iudicauit apta & congrua sufficere officio dispensationis sue. Pensandus quoque est ordo verborum in eo quod scriptum est, Quæ cepit Iesus facere & docere, ita quod primò exortus est operari, deinde quod fecit, edocuit. Quo multorum presumptio atque audacia increpantur, qui proniores sunt docere quæ discere, loqui quæ au dire: vel qui ea quæ prædicant, facto non exequuntur. in hoc enim ipso suis ipsi doctrinis detrahunt. Neque cum aliis prælati sint, erubescunt vitiosè, & in exemplariter conuersari corâ his quibus præsent

Inf. 20.  
Ioan. 21.  
Matth. 8.  
Matth. 9.  
Mat. 14.

Marc. 9.  
Beda.

Jacob. r. Gregor. Eccl. 21. Roma. 2.

aut verbū dei annunciant. Quibus id intuendum quod legitur apud Iacobum, Sit omnis homo velox ad E audiedum, tardus autē ad loquendum. Denique cuius vita despicitur, restat vt eius predicatio contemna tur. Imō bona docere, & impiē agere, quid aliud est quā se voce, ppria cōdēnare? Iuxta illud Eccl. Dū maledicit impius diabolu, maledicit ipse animā suā. Et ad Rom. Inexcusabilis es dō homo qui iudicas. In quo enim alii iudicas, teipsum condēnas. eadē enim agis. Preterea peccatori dixit deus, Quare tu enar ras iustitias meas? Doctor ergo, praeicator, & pastor vnicum istum, se quis magistrū, primō faciat quē alios docet, ne proprio ore dānetur. Postremō Theophilū istū cui & Euangelium, presentem librū Lucas conscripsit, quidā affirmant fuisse virū potentē Achai principē, alij Episcopū quendam Theophi lus autē interpretatur dei amator, seu à deo amatus. Itaque nō solū huic persone, sed & cūctis deū amāti bus, atque ab eo secundū prędestinationē ęternā amatis, scriptus est liber iste, Euangelicūque volumen. Itaque scripti de omnibus quę cepit Iesus facere & docere [Vsq̄ in diem qua pręcipiens Apostolis per Spiritum sanctum quos elegit]. i. vsque ad diē ascensionis quo iussit apostolis, eūtes in mundū vniuersū, pre dicare Euangelium omni creaturę. Et quod infra habetur, Eritis mihi testes in omni Iudęa & Galilęa & Samaria, & vsque ad vltimū terrę. Quod autē in Euāgelio suo Lucas vsque ad dicta factaque Christi in die ascensionis narrationē protraxerit, atque ibidē finiuerit, ex fine Euāgelij sui offenditur quod ita fi nitur, Eduxit autem eos foras in Bethaniā, & eleuatis manibus suis benedixit illis. Et factū est dū benediceret eis, recessit ab eis & ferebatur in cęlū. Et ipsi adorātes regressi sunt in Hierusalē cū gaudio ma gno. Et erant semper in templo laudātes & benedicentes deū. ¶ Quod autē Christus Apostolos ad gra tiam apostolatus & prędicationis officium elegerit, Marcus sic refert, Ascendens in montē vocauit ad se quos voluit ipse, & fecit vt essent duodecim cum illo, vt mitteret eos prędicare Euāgelij. Quibus & in Ioanne profatur, Nūne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? scilicet Iudas traditor, quē certū est in die ascensionis desuisse, & loco eius affuisse Matthiā. Porro dicitur Christus secundū quod homo in omnibus dirigebatur à spiritu sancto imō à seipso vt deus, seu à tota superbeatissima trinitate. Hęc tamē directio spiritui sancto magis ascribitur, sicut & cętera opera benignitatis, quoniā spiritui san cto bonitas, benignitas, dilectio liberalitas, appropriatur. Propter quod per Esaiā loquitur Christus vt homo, Spiritus domini super me, ed quod vnixerit me: ad annunciandum mansuetis misit me [Assumptus est] ipse Christus secundū naturam assumptā, de terra in cęlum, iuxta id Marcus, Et dominus quidem Ie sus postquam locutus est eis, assumptus est in cęlū, & sedet à dextris dei. Assumptus est autē, quia diui na virtute assumpsit, seu de terra in cęlū leuauit seipsum, quod & per dotem agilitatis facere potuit, ita quod corpus eius sua agilitate potuit se leuare. Assumptio quoque hęc toti superbenedictę trinitati potest ascribi, quę in cunctis affectibus, potissimē Christi, principaliter operatur: cuius & opera sunt indiuisa. Preterea assumptus est à nube prestante domino suo obsequiū nō ferente auxiliū. Ab vniuersa quoque cę lestis aulę frequentia cum ingenti susceptus est gaudio: cum diceretur ad eos, Attollite portas principes vestrās, & eleuamini portę eternales, & introibit rex glorię. Quod autem secundum diuinitatem illo calem, incommutabilem, incircumscriptibilem, cuncta implentem, immensam, non cōperat Christo locum mutare, ascendere siue descendere, certum est: sed secundum formam serui duntaxat, per quam terram corporali reliquit presentia, quemadmodum passione instante prędixit, Exiui à patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum & vado ad patrem. [Quibus et prębuit] id est visibiliter, audibiliter, tangibiliter, monstrauit [Se ipsum, viuum] vita corporali humana [Post passionem suam] videli cet itaque post resurrectionem. Si quidem surgens Iesus manē prima sabbati, eodem die cepit appare re & loqui Apostolis, aliisque credentibus [in multis argumentis] Argumentum tripliciter sumitur. Primō, vt est ratio rei dubię faciens fidem, id est certitudinem. Sic enim in hac definitione sumitur fides. Et hoc modo quę cadunt sub fide, argumenta non habent, quoniam ex principiis per se notis pro bari non queunt. Secundō accipitur argumentū pro quocūque signo sensibili ad veritatis declarationem inducto. Tertiō pro effectu huiuscemodi argumentorum, puta pro adhesionē qua mens veritati assen tit. Sicque ad Hebręos sumitur dicente Apostolo, Fides est sperandarū substantiā rerū, argumentū non apparentium. Nunc autem argumentū secūdo modo accipitur, vt sit sensus, quōd Iesus per multa sensibi lia signa & gesta seu opera, probauit se verē resuscitatum & resurrexisse [per dies quadraginta appa rens eis] & si non quotidie, tamen frequenter, & multo frequentius quam aliquis Euangelistarum, imō quā omnes simul describunt, cū Paulus multas referat factas eius ad discipulos veras atque sensibiles apparitiones à nullo illorum descriptas. Quomodo autem, & quoties, vbi, & quo ordine apparuerit eis, in Euāgelij & verbis Pauli Apostoli continetur [Et loquens de regno dei] id est de statu ecclēsię militantis ac triumphantis. De vtroque enim regno inter hos dies multa locutus est. Quomodo scilicet diluigandum esset Euāgelium per totum orbem terrarū, & de miraculis per apostolos exhibendis, de felicitate etiam patrię beatorum, quemadmodum Euāgelistę scribunt. [Et conuescens] id est cum discipulis suis Saluator manducans [Pręcepit eis ab Hierosolymis ne discederent] Frequenter Christus post resurrectionem suam cum discipulis legitur manducasse. Primō, cum duobus in castello Emaus, iuxta illud Lucę, Factum est dum recumberet cum illis, accepit panem, &c. Secundō cum Apo stolis & pręfatis duobus in cęnaculo seu conclaui Hierusalē, sicut in dicto Lucę capitulo scriptum est, & vtraque māducatio hęc facta est in die paschę. Tertiō, cum septem discipulis iuxta mare Tyberiadis, vt habetur in Ioanne. Quartō coram vndecim in die ascensionis prout super Marcum dicunt expo sitores. Si ergo manducatio de qua nunc sermo, referatur ad eam quę fuit, in die ascensionis, sensus erit, quōd die illo iussit Apostolis, ne gratia prędicādī quoquam à Hierusalem proficerentur, donec spiri tum sanctum iuxta promissum reciperent. Vnde apud Lucam ait eisdem, Vos autem sedete in ciuitate, quosque induamini virtute ex alto. Si verō manducatio ista ad secundam seu tertiam referatur (ad pri-

psal. 23. Hierc. 23. Ioan. 16. Matt. 16. Hebr. 11. 1 Cor. 15. Ioan. 14. Lucę. 24. Ioann. 21. Marc. 16. Luc. r. 24.

A mam enim propriē nō refertur) poterit esse sensus, quōd tunc pręcepit eis de Hierusalem timore Iudęo rum non discedere: aliās fecit verisimile est, discessissent, quia tam pauidi erāt [sed expectarent promissio nem patris] id est impletionem promissionis de missione paraleti, quem pater per os vnigeniti filij sui promissit: ideo subditur [Quam audistis (inquit) per os meum.] Nam passione instante Christus dixit Apo stolis illud Ioannis, Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos doce bit omnia [Quia Ioannes quidem baptizauit aqua] id est corpora aquis abluebat, animas non purgavit: ita quōd eius baptismus non contulit gratiam, nec fuit vnum septem sacramentorum, sed quid sacramen tale dispositiuum ad Christi baptismum [vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies] id est infra paucos dies. Cum apud Ioannem dicitur, quōd discipuli pura Apostoli Christi, baptizabant de mandato ipsius, credendum est, quōd ipsi à Christo fuerint baptizati, baptismō Euāgelicę legis gra tiam conferente. Illo enim & ipsi baptizabant. Nec mirum si ante passionem apostolos propriis mani bus baptizauit, qui tempore cęne pedes eorum lauare dignatus est, pręsertim cū iam diu ante hęc cę nam dixerit Nicodemo, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. Itaque quod ait, vos autem baptizabimini spiritu sancto: sic intelligendum censetur, Spiritu sancto implebimini, qui & mentes vestras plus quā ante ab omni sordē lauabit. Sicque copiosa illa spiritus sancti infusio per signum visibile, baptizatio discipulorum vocatur, quoniam instar gurgitum inundan tis aquę desuper fluxit in eos. Vnde & spiritus sanctus, & gratia eius, per aquam exprimitur, quoniam mentem purgat, refrigerat, reficit. Hinc in Ioanne loquitur Christus, Qui credit in me (sicut dicit scri ptura) flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Quod Euāgelista exponens adiecit, Hoc autem dice bat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. In Apocalypsi quoque ait Ioannes, Ostendit mihi flumen aquę splendendum tanquam crystallum: quod de spiritu sancto exponitur. Sic ergo spiri tus sancti illustratio in nōtio appellatur, iuxta illud Ioannis, Vnctio eius docet vos de omnibus: sic co piosa eius susceptio, baptizatio mentis vocatur. Propterea secundum Rabanum in quibusdam libris sic habetur, Vos autem vnigemini spiritu sancto, & istud infra decem dies, scilicet die pentecostes fuit impletum. [igitur qui conueniant inmerogabant eum, dicentes] non euidenter apparet in quo loco fuerit ista discipulorum coi uentio & interrogatio, an scilicet in conclau, vel in loco ascensionis: In die enim ascensionis Christi vbi eis apparuit. Primō in cōclau, deinde in mōte Oliueti vnde ascendit. Veruntā men ex verbis sequē nibus videtur fuisse conuentio, & inquisitio ista circa locum ascensionis Nam pau lo post, data sibi responsione subiungitur, Cum hęc dixisset videntibus illis eleuatus est. [Domine si in tempore hoc restitues regnum israhel] id est an statim misso nobis spiritu sancto, reparabis potestatem, & re giam potestatem Israēlitici regni ac populi Iudęorum, dando fidelibus tuis temporale regnum in secu lo isto, & temporaliter regnando in eis. Discipuli isti nondum perfectē illustrati, putabant propheticas promissiones de regno Christi in plebe fidelium, corporaliter temporaliterque complendas, quemad modum cęcæcati Iudęi vsque in pręsens existimant. Sic enim de matre filiorum Zebedęi dicit Hie ronimus, quod mulier illa, quia audiuit quōd crucifigendus esset & resurrecturus, putauit eum ilico regnaturum. Et Cleophas in Luca ait, Nos autem sperabamus quōd ipse esset redempturus Israēl. Vi debant enim discipuli quōd populo Iudęorum esset ablatum sceptrum alienigenę eis dominante, & quōd subditi essent Romanis: idcirco quęrebant an Christus recuperaturus esset & sublimaturus mox Israēl, prout verba quędam prophetarum superficie tenus sonare videntur: an potius in futuro & diu post, regnum populi sui exaltaret. Et quoniam quęstio ista ex ignorantia & errore processit, Christus cum resellit, vt subditur, [Dixit autem eis, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quę pater posuit in sua potestate] id est restitutio Israēlitici regni spiritualiter intelligenda est, quantum ad bona glorię in fu turo. Et quo tempore id continget, velle determinatē pręnoscere, non est vestrę paruitatis, plenariē enim non fiet nisi in die iudicij, quando viri Israēlitę in anima & corpore glorificabuntur, & æterna liter regnabunt cum Christo. particulariter autem & partim fit in mortibus singulorū, quando ad patriam regni cęlestis perueniunt. ¶ Sed nec tempus iudicij nec diem mortis vult deus pręsciri, quatenus mortales tantō sint de iudicij aduentu, mortisque hora sollicitiores, quantō sunt magis incerti: sicque quotidie viuunt, tanquam de die eodem aut alio mox sequente sint iudicandi. Itaque tempora & momenta mortis atque iudicij, vniuersorum pater posuit in sua potestate, quoniam suę notitię ea serauit, & cū ei placuerit in eis quę decreuit perficere. Ab hac tamen potestate atque scientia, nec filius nec spiritus sanctus excluditur, cum trium personarum fit vna potestas, eademque scientia: idcirco quod de vna exprimitur, de aliis eadem ratione intelligi datur. Interdū verō ex certa causa aliquibus hora mortis pręnun ciatur. Veruntamen August. in sermone quodam de ascensione, verba ista aliter allegat, interpretatur, & trahat sub hac forma, Domine si hoc tempore presentaberis, & quando regnum Israēl? & per pręsen tationē Christi intelligit reuelationem eius apertam, qua in die iudicij ab vniuersis videbitur, veniens in maiestate & gloria. Pe regnum verō Israēl, intelligit regnum cęlestē, quod quotidie nobis communi ri precamur dicentes, Adueniat regnum tuum, vt scilicet ad societatem in cęlis regnantiū perducamur, sicque iuxta Augustini intentionem, Apostoli quęsierunt agnoscere tempus & horam iudicij, quorum curiositatem reprimens Christus respondit, Non est vestrū nosse tempora vel momenta quę pater in sua posuit potestate, &c. Per quę verba sicut in libro de ciuitate dei asserit Augustinus, Christus redar guit omnes qui de Antichristi aduentu, & sine modo tempus calculare pręsumunt, cum omnium ho rum determinatum tempus ex dei liberrima potestate dependeat. Idcirco nulli nisi quantum reuelauerit deus innotescere valet, quęadmodum determinatum tempus creationis seu exordij mūdi ex sola dei reuelatione innotuit. Quod vnde ad discipulos, pręsertim Apostolos pertinuerit subditur, [sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos]. i. ipsum omnipotentem spiritum sanctum vobis in sensibili

Ioan. 14. 15. 16. Ioan. 14. Matth. 3. Marc. 1. Lucę. 3. Ioan. 1. Ioan. 4. Ioan. 13. Ioan. 3. Ioan. 7. Apoc. 22. 1. Ioan. 2. Actu. 2. Ioan. 21. Lucę. 24. Marc. 10. Hierony. Matth. 20. Apoc. 22. Marc. 13. August. Matth. 6. August.



Ioan. 15. signo donatum. Vel, virtutem, id est fortem gratiam & præclara charismata spiritus sancti, qui citò de super descendit in vos. Dicitur autem spiritus sanctus eis à patre & filio, imò & à seipso dari atque infundi, quibus dona eius ad gratiam gratumfacientem pertinentia dantur seu infunduntur. Vnde spiritus donum dei vocatur. Nam à patre filioque procedit tanquam donabilis, cum ipse sit amor, in quo prima ratio doni relucet, & in quo cætera dona donantur. Descendit quoque atque superuenit spiritus sanctus in homines non per loci mutationem (cùm incircumscribibilis, inuariabilisque consistat) sed per donorum suorum infusionem [Et eritis mibi testes in Hierusalem, et in omni Iudæa et samaria, et vsque ad vltimum terræ] id est in locis his, seu vbi que terrarum prædicabitur me esse Christum, Et verbis, signis & sanguinis vestri effusione, incarnationi, passioni, resurrectioni, ascensioni, & cæteris mysteriis ad me spectantibus testimonium perhibebitis. Quibus verbis Christus prædixit Euangelium vbi que per Apostolos diuulgandum iuxta illud Psalmistæ. In omnem terram exiit sonus eorum. Et Esaiæ. A finibus terræ audiuimus laudes, gloriam iusti. Rursusque apud Esaiam Christus de hac re aperitissimè prænucciavit, Mittam ex eis qui saluati fuerint, in mare, in Aphricam & Libyam, in Græciam & Italiam, ad insulas longæ, & annuntiabunt gloriam meam gentibus. Vnde Thomas in India, Iacobus in Hispania, quæ sunt termini terræ habitabilis prædicasse leguntur. [Et cum hæc dixisset] non solù hæc vti que, sed & alia quedam quæ in Marco referuntur [videntibus illis] corporalibus oculis [nleuatus est] id est in cælum à terra assumptus modo iam explanato [Et nubes suscepit eum ab oculis eorum] ita quòd nunc circuncinctum & in altiora condescendentem eum, amplius non viderunt. O quam intenta acie probeque sunt ascendentem, & quàm ingenti lætitia hoc conspexerunt. Id quoque intuemum, quemadmodùm vbi que creatura suo obediati creatori. Nempe natum dominum mox angeli Iudæis, stella gentibus nunciauerunt, in transfiguratione quoque nubes cum lucida obumbravit: & cum esset in deserto cum bestiis, angeli ministrauerunt eidem. Denique patiente ipso obscuratus est sol, & immutatus est cursus lunæ. Ascendenti etiam nubes obsequium non subdiu præbuit, [Cumque intuerentur in cælum euntem illum] id est ad summum atque empyreum cælum scandentem, auidissima, deuotissima ac iucundissima mente, corporeoque profecerunt intuitus [Ecce duo viri] id est angeli sancti in forma virili [Ascenderunt] id est subitò cõparuerunt [iuxta illos, in vestibus albis] quarum albedo & candor puritatem nature angelicæ iucunditatem que huius negocii monstravit [Qui et dixerunt, Viri Galilæi] Quemadmodum enim Iesus, sic & Apostoli de Galilæa fuerunt, vel omnes, vel pene omnes [Quid statis aspicientes in cælum?] Nam & cum dominus Iesus nubem ingressus, atque in alta progressus oculis illorù fuisset ablatus, non cessauerunt sursum aspicere post dilectum, vt moris est amantium atque mirantium. Ideo ad declarandam Christi maiestatem, & pro consolatione ac informatione discipulorum angeli apparuerunt dicentes, Quid statis aspicientes in cælum? Tanquam dicant, Cur eatenus miramini, quòd dominus vniuersorum, creator cælorum, vniuersigenitus dei ad cælestia tendit? Non inde miremini, sed de hoc potius, quòd ad terras descendere, incarnari, inter vos conuersari & crucifigi dignatus est, [Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic venit quem admodum vidistis eum euntem in cælum] id est sicut cum nube ascendit, & in vera humanitate glorificata, item que cum multitudine angelorum ac sanctorum quos de limbo eduxit: ita in nube venit iudicaturus mundum, in natura humana, cum multitudine ciuium supernorum iuxta illud Esaiæ, Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui & principibus eius [Tunc reuertet Hierosolymam] secundum quod Christus eis præcepit, vt dictum est [A monte qui vocatur Oliueti] de quo loco Christus ascendit [Qui est iuxta Hierusalem] vt pote per vnum miliare (quod est media leuca) distans ab ea. Ideo subditur [Sabbati habens iter] id est per tantum spatium ab illa distans, quantum die sabbati licuit Iudæis secundum legem ambulare seu progredi à propria mansione videlicet per mille passus. Quæ ambulatio cum ad recreationem potius sit quàm ad laborem, quieti sabbati non derogat. Porro iuxta literalem intelligentiam, mons iste dictus est Oliueti, quoniam oliuarum arboribus constitutus fuit. Per oliuâ verò pietas, misericordia, charitas, designantur. In hunc ergo montem Christus discipulos conuenienter eduxit, & ab eo ritè ascendit vbi spiritus sancti vnctionem & illustrationem eis spopõdit, & benignitatem copiosam impendit. Insuper qui cùm apostolis spiritus sancti donis cupit impleri sabbati iter ingrediatur, id est que titi intendat mentali, pacisque locum introeat, qui per Hierusalem figuratur: vt iuxta Esaiam, Sit ei sabbatum ex sabbato, scilicet quiete patriæ, merito quietis viæ. Quæ qui hîc cessat ab inquietudine operù peruersorum, & vitiorum tumultu, illic in retributione & pace quiescet cælesti. Quamuis autem secudum quosdam discipuli de Christi ascensione contristabantur inquantum eis auferebatur dilectus, potius tamen eos puto inde vehemèter gauisus: præsertim cùm scriptum sit in Luca, Factum est dùm benediceret eis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cùm gaudio magno [Et cum inuissent in cenaculum] in quo Christus cenam celebravit nouissimâ, primamque missam [Ascenderunt] quod fuit in loco sublimi, puta in monte Sion prope templum [Vbi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus Andreas, Philippus et Thomas, Bartholomæus et Matthæus, Iacobus Alpha] id est Iacobus minor filius Alpha: qui Iacobus dictus est frater Christi, tanquam forma, vultu, gestu & modo conuersandi ei præci Ioannis. 1. puè similis: & quia filius fuit sororis virginis sanctæ, genitricisque Christi [Et simon Zelotes] qui in Mattheo dicitur Simon Chananeus, quia de vico Galilææ nomine Chana (vbi Saluator aquam conuertit in vinum) exiit oriundus [Et Iudas Iacobi] i. frater Iacobi minoris, qui Iudas in san canonica frater Iacobi se appellat. Isti itaque cùm cæteris qui sequuntur præfatum locum ingressi fuerunt propter loci amorem & sanctitatem, quæ Christus sua sanctificauit præsentia, cœna, & Euangelicæ legis sacramenti institutione, tum vt ibi in loco abstracto liberius orationi intenderent, & item vt ibi lætè Iudæorù vitarent cælum nam: nodum enim perfectæ charitas excludit ab eis timorem. Conuenienter quoque in altum condescenderant locum, qui terrena spernentes ad spiritus sancti se præparabant aduèctum [Et omnes erant perseue-

A *antes vnanimitè in oratione*] Tam nanque per charitatem fuerunt in domino adunati, id ipsum dicentes omnes, & schismata nescientes. Itaque & nos si spiritu sancto impleri optamus, cõcorditer & instantè orationi vacemus, vnanimes vno ore deum in omnibus honorantes [Cum mulieribus] vtique religiosis, videlicet Maria Magdalene & cæteris quæ in Euangelio Christo ministrasse leguntur, [Et Maria matre iesu] Quæ & si post viros hos nomenitur, omnibus tamen præstantior fuit, & sanctior vniuersis [Et fratribus eius] id est cognatis: quia non tantùm quidam apostolorum, sed & aliorum discipulorù quidam eant consanguinei Saluatoris. Est autem consuetudo scripturæ vt qui de eadem cognatione sunt, fratres vocentur. Cõsequenter describitur substitutio Matthiæ loco Iudæ in apostolatam. [Et in diebus illis, exurgens Petrus in medio fratrum] Ecce hîc omnes apostoli fratres vocantur [Dixit] Tam enim & ante passionem designatus, & post passionem fuit à Christo princeps Apostolorum constitutus, ideo tanquam maior ac prior præ cæteris loquitur quæ sequuntur. Denique propter tanti collegij dignitatem, potissimè propter matris Christi præsentiam humiliter surgit, reuerenter stat, sapienterque loquitur. Vnde & deuotorum ac religiosorum conuentus est honorandus. [Erat autem turba hominum simul fere centum viginti] quorum quidam fuerunt viri, aliquæ fœminæ.

B Sed quomodo quasi dubitans ait, ferè, cùm per eum spiritus sanctus loquatur? Et respondendù, quòd, ferè, non ponitur hîc dubitatuè, sed potius assertiuè, ad innuendum quod à prædicto numero multitudine illa parum distabat. In magno autem numero quod parum deficit seu superfluit, non reputatur seu computatur aliquando in scripturis, nec communi modo loquendi. Propter quod isti electissimi interdum asserturum fuisse centum viginti. [Viri fratres, oportet impleri scripturam quam prædixit spiritus sanctus per os David.] Quæ autem sit ista scriptura paulò post subditur, [De Iuda qui fuit dux] id est ductor [eorum qui comprehenderunt iesum] iuxta illud Lucæ, Iudas vnus de duodecim antecesserat eos [Qui connumerus erat in nobis] id est à Christo vnus Apostolorum ordinatus, sicque ab aliis appellatus [Et sortitus est sortem ministerii huius] id est partem in officio & gratia apostolatus adeptus à Salvatore, ita quòd fuit apostolus & prædicauit ac baptizauit, imò (vt assertit Augustinus) baptizauit Ioânes baptista, & baptizatus non fuit: baptizauit Iudas & baptizatum fuit. Quod ideo dicitur: quoniam in Ioannis baptismo gratia non dabatur, idcirco taliter baptizati post fidei Christi receptionem rebaptizabantur, non autem qui à Iuda fuerat baptizati. [Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis] quod tripliciter explanatur. Primo, quòd per æternam sceleris ac nominis sui memoriam agrum hunc possedit in mentibus recordantium eius, & criminis eius. Vt enim in Mattheo legitur, Videns Iudas quòd damnatus esset, desperatione fractus denarios, pro quibus vendidit Christum, restituens proiecit in templum, pro quibus principes sacerdotum agrum figuli emerunt pro sepultura peregrinorum. Cuius rei nõ obliuiscuntur fideles. Secundo à quibusdã exponitur, quòd Iudas ibi sepultus sit, ideòque corporis sui immoratione agrum istu possideat. Sed hoc certum nõ est. Ideo, Tertio exponitur, quòd iuxta cõsuetudinem sacri eloqui Iudas hunc agrum possedit, id est possideri fecit. Nam argenteos restituendo causa fuit quòd ager ille emptus fuit atque possessus ab emptoribus seu in eo sepultis: iuxta quæ sensum sanctus Iob, Abominabitur me, Iob. 9. inquit, vestimenta mea, id est abominabilem introitibus reddent [Et suspensus] vtique à seipso, nam laqueo suspendit [crepuit mediis] qui dei & hominum mediatorè tam vili precio impissimè vendidit. [Et diffusa sunt omnia viscera eius] sic quòd in horrenda illa intestinorum eius effusione turpissima, monstraretur, quàm enorme piaculum commisset. Ita & Arius superbissimus, quoniam Christi diuinitatem ore blasphemauit sacrilego, viscere dolore ad naturæ requisita declinans intestina sua turpissimè mox effudit. [Et notum factum est] scelus, seu genus mortis Iudæ [Omnibus habitantibus Hierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach, hoc est ager sanguinis] id est, emptus precio sanguinis Iesu. Deinde ponitur scriptura Dauid Iudam concernens, [scriptum est in libro psalorum, Fiat commoratio eius deserta, et non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter.] Scindendum quòd Christus & Euangelistæ atque Apostoli allegando scripturas veteris testamenti interdum sensum magis quàm verba allegant: ita & Petrus iam agit. Inducit autem testimonium ex psalmis duobus: cuius testimonij prima pars quantum ad sensum eo psalmo habetur cuius exordium est, Saluum me fac deus: in quo Iudæ eradicatio prophetatur. Verum quod ibi de Iudæis Christi persecutoribus pluraliter dicitur, hîc de Iuda singulariter allegatur. Sic enim in psalmo illo nostra habet translatio, Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Horum etenim vnus extitit proditor: quorum omnium ciuitates & domus, in vltionem sanguinis Christi per Romanos destructæ noscitur. Secunda verò pars testimonij huius de translatione apostolatus Iudæ loquens, scripta est psalmo qui incipit, Deus laudem meam ne tacueris, vbi sic legitur, Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiet alter. Apostolatus autem episcopatum vocatur, & apostolorum successores extant episcopi. [Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati] id est qui inter nos conuersati sunt, nuncque nobiscum collecti. Conuersati, inquam, [in omni tempore quo intrauit et exiit inter nos dominus Iesus] iuxta id psalmi, Viderunt ingressus tuos deus, ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Esaiæ quoque quinquagesimo secundo, Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cùm conuerterit dominus Sion [incipiens] publicè prædicare atque miracula facere [A baptismo Ioannis] id est post baptismum quo fuit à Ioanne baptizatus seu lotus: vel post baptismum à Ioanne prædicatum & datum. Ioannes enim baptizando denunciat quòd Christus mox in spiritu sancto baptizaret, præsensque esset in carne: per hoc præparans viam Christo, qui extunc ortus est prædicare, & suam excellentiam declarare vsque ad diem ascensionis, secundum quod subditur, [vsque in diem qua assumptus est a nobis] in ascensione [Testem resurrectionis eius fieri nobiscum.] scilicet cum vndecim apostolis [vnus ex istis.] Ideo autè resurrectionem specialiter

exprimit, quia amplius latuit, & de ea apostoli in die Pentecostes prædicationem suam exorti sunt. Et statuerunt duos, id est Petrus & alij e consentientes vnanimiter duos tanquam præ cæteris sanctitate conspicuos, atque ad gratiam Apostolatûs magis (vt videbatur) idoneos, elegerunt ac ordinauerunt. Ioseph qui vocabatur Barfabas, qui cognominatus est iustus, quia tam præclaræ & euidentis fuit iustitiæ, quod proprio nomine quasi amissio, iustus est appellatus. Prudenti autem consilio Ioseph iste laudatur, ne ex sua culpa videatur ab apostolatu repulsus. Non autem Matthias, nã erpro omni preconiio potest sufficere, quod alio tam iusto in hac parte relicto, ipse ad apostolatu apicem est assumptus. In quo etiã factio diuinarum iudiciorum altitudo monstratur, quos non is qui hominum ore plus laudabatur, in Apostolû à deo eligitur. *[Et orantes dixerunt, Tu domine qui nosti corda hominum, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum]* id est auctoritatem & gratiam Ministerij huius id est prædicationis *[Et Apostolus]* qui est donum gratiæ gratis datæ, sicut & prophetia *[De quo præuaricatus est iudas]* id est quæ sua præuaricatione amisit, *[Vt abiret in locum suum]* id est vt vnus istorum in locum illius succederet seu succedat. Sicque dictio, vt tenetur hîc cõcomitanter, non casualiter. Non enim idcirco transgressus est Iudas, vt alter ei succederet, sed ad transgressionem eius id consecutum est. Quemadmodum fertur in psalmo quinquagesimo, Tibi soli peccauit, vt iustificeris in sermonibus tuis. *[Et dederunt sortes eis, & cecidit fors super Matthiam: & annumeratus est cum vndecim apostolis.]* ita quod duodecimus fuit. Circa hoc queritur, quid hîc nomine fortis intelligatur, & qualiter sortibus liceat vti. Quocirca sciendum, quod secundum Dionysium beati Dionysij libro de Ecclesiastica hierarchia, fors ista non erat talis qualis in veteri testamento, sed quidam splendor diuinus, seu radius diuinitus missus super Matthiam, ad ostendendum quod ipse esset apostolus assumendus. Cõmunis tamen refertur quod sortes his datæ fuerunt tales quales illæ quarum in lege Mosi vsus fuit. De quibus in prouerbis dicitur, Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperat. Quibus Iosue vsus est in deprehensione Achæ. Veruntamen secundum Hieronymum hoc exemplo nõ est sortibus nunc vtendum, quoniam paucorum priuilegia communem legem non faciunt. Apostoli quoque ex occulto spiritus sancti instinctu vsi sunt eis, quod nõ est in consequentiam passim trahendum. Insuper Beda hîc ait, quod figuram obseruare licebat quousque veritas veniret ac panderetur. Vera hostia in cruce immolata, sed in Pentecoste veniente super apostolos spiritu sancto consummata. Idcirco in electione Matthiæ sortibus vsi sunt, ne à lege discreparêt. Post Pentecostem vero veritate iam propalata, septem diaconi non sorte, sed discipulorum electione Apostolorum que oratione, & manu eorum super illos impositione sunt cõstituti. De hac autẽ materia loquitur Thomas in secunda secundæ quæstione nonagesima quinta, inter cætera asserens quod sortes dicuntur dum aliqua sunt ex quorum vario & incerto euentu occultum aliquid innotescit, sicut in tractione longioris aut breuioris festuæ. Si ergo per sortes queratur quid sit alicui exhibendum de re possessa vel honore seu pœna, vocatur fors diuinatoria. Si autem queratur quid agendũ, dicitur fors cõsultoria. Quod si queratur quid sit futurum, vocatur fors diuinatoria. Cum itaque actus hominum qui requiruntur ad sortes non subduntur influxui cælestium corporum aut stellarum, si sortibus quis vtatur quasi actus humani ex cælestium corporum impressione dependeat, ita quod dispositio euentusque fortium ex stellarum influenza expectetur, superstitiosum & vanum est, neque occulto caret cum dæmonibus pacto: sed hac causa remota oportet sortium dispositionem expectare vt ex aliqua causa spiritali ac directiua. Et si à fortuna (quod in sorte diuinatoria tantummodo locum habet) non est vitiosum, nisi ex causa procedat illicita scilicet cupiditate aut simili. Vt dum aliqui nequeunt rem concorditer diuidere, sorte vtuntur, exponentes fortunæ quis quam partem accipiat. Porro si sortium euentus expectetur à causa spiritali mala scilicet dæmone, impium est: si autem à bona, puta immediate à deo vel ab eo per angelos sanctos, talis fors non est secundum Augustinum.

¶ Quadrupliciter tamen potest id esse illicitum. primò, si absque necessitate recurratur ad sortes, tunc ad tentationem pertinet dei. Secundò, si sine debita reuerentia. Vnde Beda hîc ait, Si qui necessitate compulsi deum putant sortibus consulendum exemplo apostolorum, videant ipsos apostolos non nisi collecto fratre cõtatu & precibus ad deum fusis id egisse. Tertio, si diuina oracula ad terrena conuertantur negotia. Quarto, si in ecclesiasticis electionibus quæ ex spiritu sancti inspiratione fieri debent, sortibus quis vtatur. In temporalibus verò dignitatibus quæ ad terrena instituenta seu disponenda ordinantur secus est, quia in illarum electione homines sortibus vti aliquando possunt. Itaque si necessitas alia ab electione ecclesiasticæ dignitatis incumbat, licet cum debita reuerentia diuinum iudicium sortibus implorare. Cuius rei exempla Augustinus inducit: vt si inter seruos dei sit disceptatio quis eorum tempore perfectionis fugere debeat aut manere. Vel si duo æquè pauperes alicui obuiarent, qui aliquid dare haberet, quod dari non posset nisi vni. Postremò vt dicitur in legenda sancti Matthiæ Apostoli, ipse se Matthias & Ioseph dictus Barfabas fuerunt de numero 72. discipulorum, & Ioseph præfatus fuit frater Iacobi minoris & consanguineus Christi, sicque per hoc quod Christus huic Ioseph Matthiam in apostolatu præposuit, docuit quod ex consanguinitate aut carnali affectu non sunt homines ad ecclesiastica beneficia aut officia promouendi. Aliqui tamen dixerunt quod Ioseph iste fuit Barnabas, qui etiam ante hoc nomen sibi ab Apostolis inditum vocatus est Ioseph. Sed hoc minus verum censetur. Nam Barfabas interpretatur filius quietis secundum Hieronymum, Barnabas autem filius consolationis, vt infra dicitur.

Psal. 7.  
Apoc. 2.

Dionysius

Proue. 16.  
Iosue. 7.  
Hierony.  
Beda.

A. Ct. 1.  
A. Ct. 6.  
S. Thomas

Beda.

August.

A



Præcedenti capitulo scriptum est, quemadmodum Christus discipulis spiritum sanctum promisit, nunc recitatur qualiter illa promissio sit impleta. *[Et dum complerentur dies pentecostes]* i. quinquagesimo die à Christi resurrectione, ita quod illa die quinquaginta dies computabantur & implebantur à die resurrectionis dominicæ. Pentecoste autem dicitur à pente quod est quinque, & coste quod est decem, quasi quinque decem, quæ faciunt quinquaginta. *[Erant omnes discipuli pariter in eodem loco]* scilicet in cenaculo, in quod præcedenti capitulo ascendisse scribuntur. *[Et factus est repente de celo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehemens]*, id est inftar grandis tonitruum seu venti impetuosi *[Et repleuit totam domum, ubi erant sedentes]* id est manentes seu quiescentes Christi discipuli. Itaque fiebat tunc sonitus grandis & vehemens, ad declarationem maiestatis paracleti spiritus sancti desuper venientis, & vt per sonitum illum corda discipulorum ad reuerentialem dei concuterentur timorem, ac profundiori humilitate ad spiritus sancti disponentur intentionem, sic & Ezechiel in visione quatuor animalium & throni ac dei residentis in eo, magnam se audisse commotionem testatur. Illa tamen imaginaria fuit, ista realis, quam aliqui dicunt non solum à discipulis, sed à tota Hierusalem fuisse auditam. porro quod ait, tanquam aduenientis spiritus vehementis, intelligi potest de spiritu sancto: vt sit sensus, Factus est sonus repentinus de celo, tanquam aduenientis spiritus vehementis, id est sicut decuit spiritum sanctum, vt pote talis, qualem fieri concedebat ad eius efficaciam maiestatemque monstrandam. Iuxta quem modum scriptum est in Ezechiele, Audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis dei. Appellatur autem spiritus sanctus, spiritus vehemens, quasi vix adirans, & mentem à terrenis ad cælestia vehens. *[Et apparuerunt illis dispersit lingue tanquam ignis]* id est igneæ linguæ multipliciter diuise atque distinctæ *[Seditque supra singulos eorum]* id est spiritus sanctus in his linguis ignitis super vnumquemque discipulorum quieuit, quemadmodum super Christum in baptismo descendit ac mansit in forma columbæ. Præterea aduertendum quod duplex est missio spiritus sancti, vt pote spiritalis & inuisibilis, quæ mentibus puris aut purificandis infunditur, de qua legitur, Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, sed non scis unde veniat, aut quo vadat. Alia est visibilis, quando in aliquo signo sensibili demonstratur ac datur, ad insumendum quod earum rerum in quarum specie apparet, proprietatem operatur in cordibus quibus illabitur. Hinc nunc in duplici signo visibili demonstratus ac datus est, scilicet in igne & linguis: sic tamen quod ignis speciem linguæ habebat, & linguæ igneæ apparebant, ita quod æquiualeuter fuit signum duplex sensibile.

Actu. 1.

Act. 1.

Ezech. 1.

Ezech. 11.

Matth. 3.  
Ioan. 1.

Ioan. 3.

Exo. 20.  
Leui. 25.

August.

Matth. 3.  
Lucæ. 3.  
Ioan. 1.

Ioan. 20.

B

B

C

D

¶ In linguarum ergo specie apparebat, ad innuendum quod omnium linguarum notitiam, facultatem & vsum eis infudit. Secundò, quia cunctis gentibus prædicatur erant. Tertio, quoniam linguæ prædicantium spiritus sancti gratia præcipue necessaria extat. Hæ autem linguæ igneæ erant, ad designandum quod verba seruentia proferre, & igneam legem docere deberent. Itemque intus igne diuini amoris succenderentur. Itaque deus per hoc quod foris exhibuit, ostendit quid interius gessit. Qui enim discipulos charitate succensos, & verbo atque sapientia eruditos intus constituit, foris igneas linguas monstrauit. Denique conuenienter quinquagesimo die à Pascha datus est ita spiritus sanctus. Primò, ad exprimendam veritatis ac euangelicæ consonantiam legis. Nam vetus lex per Moysen data est desuper quinquagesimo die ab esu agni paschalis in Aegypto, & egressione filiorum Israël inde, vt dicitur in Exodo. Vnde & quinquagesima dies à pascha illo figuratiuo à pascha celebrata fuit, in memoria lationis legis Moysiæ: sic & à pascha nostro infusum est donum spiritus sancti cordibus discipulorum, per quod euangelica lex in eis illuminata, inflammata, confirmataque fuit. Secundò, quoniam quinquagesimus numerus remissionem & quietem designat. Cum ergo spiritus sanctus peccata remittat, veramque tribuat pacem, & ad æternam perducat quietem, quinquagesimo die datus est congruenter. Ad litteram quoque discipuli infra hos decem dies ab ascensione conuenienter se disponere poterant ad tam copiosissimam sancti spiritus susceptionem. Quo etiam numero mysticè figuratur, quod per obseruationem decem præceptorum ad incrementa charitatis spiritus sancti pertingitur. Præterea quia in textu nunc dicitur, apparuerunt illis &c. quidam opinati sunt, quod apparitio illa imaginaria fuit. Vnde & secundò de Trinitate cap. sexto Augustinus affirmat, quod litera hæc quæstionem habet, an igneæ linguæ visæ sunt corporaliter eis, an imaginariæ tantum. Tenendum est tamen absolute & communiter pene ab omnibus sic tenetur, quod verè ab extra realiter apparebant, sicut columba super Christum *[Et repleti sunt omnes spiritu sancto]* Quemadmodum enim domus in qua residere impleta fuit sono & igneæ linguis, ita & corda eorum perfusione, seruire & illustratione spiritus sancti: & vtique ante horam hanc, gratiam sancti spiritus susceperunt etiam in abundantia quadam, præsertim cum Christus in sufflatione eis spiritum sanctum infudit, sed nunc in præexcellenti plenitudine spiritum sanctum sortiti sunt. Sunt autem plures gradus plenitudinis, quæ electi dei spiritu sancto pleni aut repleti fuerunt, quum ab hac die vsque in finem vitæ suæ in spiritus sancti charismatibus sumperunt incrementum. ¶ Insuper repleti modò dicuntur spiritu sancto, non solum quoad dona gratiæ gratum faciunt, sed etiam quo ad dona gratiæ gratis datæ, quæ ad aliorum præstantur profectum. Iam enim data sunt eis gratia miraculorum magis quam ante spiritus prophetiæ, donum linguarum, discretio spirituum, sermo sapientiæ & sermo scientiæ. In tanta quoque plenitudine spiritum sanctum, quo ad dona gratiæ gratum faciunt susceperunt, quod confirmati fuerunt in gratia, ita quod postea mortali

1. Cor. 12.

ter non peccarunt. [Et ceperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.] Omnium enim E gentium idioma proferre & intelligere poterunt: imò quod mirabilius est, secundum glossam & expo-  
tores communitè, vno eorum aliquando proferente loquelam, omnes qui aderant quantumlibet et idioma-  
tum confisterent diuersorum, loquelam illam tanquam proprium idioma audiverunt ac intellexerunt, di-  
uina id agente potentia: vt sicut per superbiam & rebellionem filiorum Adæ diuisa sunt linguæ: ita per  
humilitatem & obedientiam discipulorum Christi, operante spiritu sancto vnitate sunt [Erant autem in  
Hierusalem habitantes iudei viri religiosi] id est diuino cultui dedicati seu deuoti. Religio quippe est virtus  
quæ alio nomine latría nuncupatur, per quam deo cultum cõtemoniamque impendimus. Vnde dupliciter  
religiosi dicuntur, Primo quia diuinis intenti sunt. Sicque omnes fideles virtuosos, dicendi sunt reli-  
giosos. Secundo, quia singulariter diuinis se manciparunt seipsos deo totaliter offerentes, & seculo ab-  
renunciantes per ordinis ingressum. Et sic claustrales religiosi vocantur [Ex omni natione quæ sub celo  
est] Hoc per hyperbolicum dictum est, quia ex diuersis & valde multis prouincijs quidam Iudæorum ad  
Hierusalem ex deuotione confluxerunt, & illic manserunt. Qui erant ex his Iudæis quos aduersarij  
eorum Assyrii, Chaldæi, ac Greci sub Antiocho rege per diuersa vendiderant & disperferant loca.  
Vnde in libro Hæster refertur, quemadmodum in diuersis prouincijs Assueri regis plurimi moraban-  
tur Iudæi. Et quamuis è Cyro rege Persarum habuerunt redeundi licentiam, multi tamen non redie-  
runt [Facta autem hac voce] id est locutione Apostolorum tam mirabiliter resonante, quando ceperunt  
varijs linguis effari. Continuo enim spiritu sancto accensi ingressi sunt templum, quod fuit prope  
cœnaculum [Conuenit multitudo] hominum. Quidam verò per vocem hanc factam, intelligunt sonum  
præfatum, tanquam aduenientis spiritus vehementis, quem dicunt ab habitatoribus Hierusalem circa  
templum auditum, propter quod illuc concurrerunt [Et mente confusa est] id est plurimum admirata &  
conturbata [Quoniam audiebatur vnusquisque lingua sua illos loquentes] Ex quo elicitur quod singuli vnam  
conuulsi ab apostolorum loquelam intellexerunt, quod fuit magnum & inauditum miraculum, omnes  
illos in stuporem conuertens, quemadmodum subditur. [Stupebant autem omnes] Stupor ex magna ad-  
miracione procedit [Et mirabantur adiuuicem dicentes, Numne ecce omnes isti qui loquuntur] puta Apostoli,  
[Galilæi sunt] et quomodo nos audivimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Deinde audientium  
diuersitas ex parte locorum natalium, aperitur. [Parthi et Medi et Elamitæ] Elam est regio Persiæ contra  
quam Hieremias prophetauit [et qui habitant Mesopotamiam, iudeam] quæ hoc loco accipitur pro terra  
duarum tribuum, scilicet Iudæ & Benjamin, ad distinctionem [vt ait Beda] Samaritæ, Galilæ, Decapoleos,  
& aliarum in eadem prouincia regionum. Quæ licet omnes vna loquerentur lingua Hebræa, domesticâ  
tamen singulæ dicendi speciem habuerunt distinctam. Vnde petrus in passione domini quod Galilæus  
sibi propria proditur lingua [Et Cappadociam, pontum, et Asiam] Asia regio quæ dicitur minor, ab orientali  
parte qua ad Cappadociam, Syriamque progreditur vndique circumdata est mari. Cuius prouinciæ sunt Phrigia,  
Pamphilia, Cilicia, Licaonia, Galatia, & aliæ multæ: sed specialiter vbi Ephesus ciuitas est, Asia dicitur.  
[Ægyptum et partes Libiæ quæ est circa Cyrenem] Ægypti regio à septentrione magnum mare, & sinum  
Arabicum ab oriente, seu rubrum mare, à meridie Æthiopiæ, ab occasu Libyam habet. Cuius infe-  
riorem partem Nilus ad dexteram atque ad sinistram diuisus amplexu suo differminat. Propterea qui-  
dam Ægyptum inter insulas computant. [Et aduenit Romani,] qui de Italia ad Hierusalem deuenierunt  
[iudei quoque] natura [et profelyti] sicut in nouo testamento vocantur neophyti, qui de infidelitate ad  
euangelicam legem de nouo conuersi sunt: ita in veteri testamento dicebantur profelyti, qui de gentilitate  
ad legem conuertebantur Mosaicam. [Cretes et Arabes] Arabia regio inter sinum maris rubri qui Arabicus,  
& eum qui Persicus appellatur, plurimas habet gentes, videlicet Idumæos, Saracenos, Sabæos, & alias  
plures. Arabia autem sacra interpretatur, eo quod sit regio in qua thura nascuntur, & producens odores.  
Hinc eam Greci Eudæmona, Latini beatâ vocauerunt [Audivimus eos loquentes nostris linguis] secundum  
modum prædictum [Magnalia dei] videlicet Christi resurrectionem, ascensionem, paracleti missionem.  
Verum vno apostolorum loquente, aliisque tacentibus vnus ille nõ nisi vnus idiomatis protulit voces:  
omnibus tamen videbatur, quod sic loquelæ verba proferret, & virtualiter non formaliter ita fuit. Sicut  
& manna cunctorum ciborum sapore continebat: iuxta illud Sapientiæ, Panem de celo prestitisti eis,  
omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Deseruens enim vniuersi cuiusque vo-  
luntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. Hoc tamen in bonis Iudæis accidisse duntaxat aliqui  
asserunt: mali enim dicebant, Anima nostra naufeat super cibo isto leuissimo [Stupebant autem omnes et  
mirabantur, dicentes, Quidnam vult hoc esse?] Ex ingenti admiratione inter se conferebant, & eadem sæ-  
pius proferebant, quia ex abundantia cordis os loquitur [Alii autem aridebant dicentes, quia musto pleni  
sunt isti] Isti erant omnino peruersi, qui tam evidens spiritus sancti miraculum sinistrè interpretaban-  
tur: & charitate ac donis spiritus sancti tam exuberanter impletos, vt in ternis splendor ac mentis læ-  
titia relucere in vultibus eorumdem, ebriosos dixerunt, quasi multum hoc facere posset, quod  
omnem naturalem transcendit potentiam. Veruntamen spiritaliter ebrii erant hi sancti, introducti  
in cellam vinariam, & torrente voluptatis deificæ vsque ad plenum potati. In quibus illud ex Cant-  
icis fuit impletum, Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi. Etenim feruor amoris, sa-  
pientiæ sapor, gaudiorum excessus, inebriauerat eos, biberantque vinum quod Christus sapientia patri-  
stans miscuit eis [Stans autem Petrus cum vndecim] Apostolis [Elevauit vocem suam, et locutus est eis] Tam in-  
notescere incipit quanta sit efficacia gratiæ spiritus sancti, & quantum inter fragilitatem humanam ac  
diuinam distet virtutem. Ecce qui paulò ante vnus villis mulierculæ voce conteritus Christum prim-  
mam summamque veritatem negauit, nunc inter tot milia. præ ceteris apostolis imperterrito ac tuba-  
li eloquio testimonium perhibet veritati. Tam nempe in eo perfectus amor seruilem eiecit timorem [vi-

Gene. 11.

Hest. 3.  
I. Esd. 1.

Hic. 49.

Matt. 26.  
Marc. 14.

Num. 21.

Matt. 12.  
Luc. 2. 16.

Cant. 1.  
Psal. 25.  
Cant. 5.  
Prou. 9.

Matt. 29.  
Matt. 14.

A ri iudæi: qui habitatis Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba mea.] Ecce quam au-  
thoritatue & securè effatur, qui paulò ante indoctus & rudis fuerat idiota [Non enim, sicut vos estimatis, Act. 4.  
hi ebrii sunt.] Ebrii quidem sunt fateor, sed non sicut vos existimatis, qui tanquam carnales, carnaliter iud-  
icatis, & similes estis Heli cæcutienti, qui sanctam Annam perhibuit temulentam [Cum sit hora dicitur] 1. Reg. 1.  
Vnde tam manè non solent homines vino impleri. Porro, spiritus sanctus qui est tertia in superba-  
tissima trinitate persona maiestatem & gloriam indiuiduam adorandamque trinitatis mudo per A. Act. 1.  
loos prædicaturus tertia hora cõuenienter descendit. Et quia, vt dictum est, discipuli erant in oratione per-  
seuerantes, rectè spiritum san. in hora orationis percipiunt, vt monstratur, quod spiritus san. gratia nõ faci-  
lè impetratur, nisi mens à carnalibus supernorum intentione leuetur. Tria autem tempora quibus Dani-  
el genua flectere & adorare solebat, videlicet tertia, sexta, & nona hora ab ecclesia obseruatur. Nam &  
Christus spiritum san. hora tertia mittens, & cruce sexta hora ascendens, nona spiritum tradens, eadem  
nobis horas intimare & sanctificare dignatus est [sed hoc] quod cernitis [Est quod dictum] .i. propheticè  
prædicatum [Est per prophetam ioel] cuius verba subduntur [Et erit in nouissimis diebus,] id est tempore e-  
uangelicæ legis cui lex alia diuinitus non succedet. De quo tempore sanctus Iacob dixerunt, Cõgrega-  
mini, vt annunciem vobis quæ ventura sunt in nouissimis diebus. Et Esaias, Erit in nouissimis diebus præ-  
paratus mons domus domini. Vnde hoc tempus vltima mundi ætas vocatur, sicut ait Apostolus, Nostri  
mus in quos fines sæculorum deuenierunt [Dicit dominus] scilicet, deus pater, vel pater & filius qui sunt  
vnus dominus. Vnus quoque spirator & dator spiritus sanctus, sicut & tres personæ sunt vnus creator.  
[effundam de spiritu meo super omnem carnem,] .i. cunctis hominibus scilicet Iudæis & Gëtibus seu quibus-  
dam de omni genere hominum, vt sit distributio pro generibus singulorum. Itaque omnibus his de do-  
nis & gratiis spūs sancti infundam, sicque nomine patris intelligitur totum videlicet homo per carnem,  
sicut cum ait Ioannes, Verbum caro factum est. Et Psalmista, Ad te omnis caro veniet. Veruntamen san-  
ctus Petrus hoc loco sensum, nõ formam verborum inducit. Sic enim in Ioelè scriptum est, Et erit post  
hæc, effundam spiritum meum super omnem carnem [Et prophetauerunt] d Iudæi [filii vestri et filia vestra] 1.  
.i. discipuli & discipula Christi. Multi enim discipulorum & aliquæ sanctæ fœminæ cum apostolis spi-  
ritum sanctum receperunt, & gratiam prophetalem sortiti sunt [iuuenes vestri visiones videbunt,] .i. reue-  
lationes diuinas atque propheticas verè intelligent. Intelligentia enim est opus in visione [Et seniores ves-  
tri somnia somnabunt,] .i. reuelationes desuper tempore somni suscipient, quando propter quietem vir-  
tutis imaginatiuæ, ac sensuum exteriorum, aptior est anima ad illuminationes supernas. Propter quod  
in lib. Iob legitur, Per somnum in visione nocturna aperit deus aures virorum, & inlruit disciplina. Iob. 33.  
Quòd autem apostolorum discipulorumque Christi, alij seniores, alij fuerint iuniores, certum est cun-  
ctis. Porro huiuscemodi somnia non sunt vana & solita omnibus, sicut illa de quibus Ecclesiast. Som-  
nia extollit imprudentes, & quasi qui apprehendit vmbra, & persequitur ventum, secundum hoc vi-  
sio somnium [et quidem super seruos meos et ancillas meas in diebus illis] scilicet in exordio euangelicæ leg-  
is [effundam de spiritu meo, et prophetabunt] Quidam enim vniuersæ sexus in primitiua ecclesia propheta-  
uerunt, sicut & infra scribitur Philippus diaconus habuisse quatuor filias virgines prophetissas. In nomi-  
ne verò effusionis ostenditur gratiarum copia seu munerum largitas. De qua effusione scriptum est, Ef-  
fundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam [Et dabo pro-  
digiis in celo signum, et signa in terra deorsum.] Hoc & verba sequenti quidam exponunt de signis præcessu  
ris diem iudicij. Sed cum Petrus totam istam scripturam pro tempore suo, quasi tunc impletam alleget,  
aptius ad præfatum tempus refertur. De hit ergo deus in primo Christi aduentu, & circiter prodigia in  
caelo, quando eo nato cælestis militiæ multitudo deum laudans apparuit, stella in aère radiavit: & tem-  
pore passionis, dum luna tempore oppositionis supernaturaliter rediit, & se soli suppositi, totque ho-  
ris sub ipso permanit, ita quod sol itret immotus. Similiter in ascensione angeli apparuerunt. Insuper  
dedit dominus signa in terra, quando in ea Christus tot patrauit miracula, & quando eo patiente mota  
est terra, fissuræ sunt petrae, aperta sunt monumenta, & multa corpora sanctorum resurrexerunt à mor-  
tuis, & venientes in sanctam ciuitatem apparuerunt multis. Quod autem ista conuenienter ad tem-  
& ego mouebo caelum & terram, mare & aridam: & veniet desideratus cunctis gentibus: quod om-  
nes de primo Christi aduentu exponunt, de quo in Genes. loquitur Iacob, Et ipse erit expecta-  
tionem gentium. Consequenter quædam prodigiorum istorum specialiter exprimuntur [ sanguinem et  
ignem, et vaporem sumi] Per sanguinem intelligitur sanguis qui de Christi latere fluxit, in cuius ema-  
natione duo miracula contigerunt. primum, quia de mortuo corpore sanguinem viuaci riuo efflue-  
re, contra nostrorum naturam accipi corporum. Secundum, quod simul cum sanguine aqua profluxit.  
Potest quoque per sanguinem accipi sanguis quem pro Christo martyres cum mira effuderunt con-  
stantia. Per ignem, spiritus sancti illustratio ac inflammatio designatur. In igne enim sunt splendor  
& calor. Per vaporem sumi, excaecatio Iudæorum, vel compunctio & lachrymatio conuersorum,  
qui ad prædicationem Petri compuncti sunt corde. De quorum piissimo sletu Zacharias dicit, Plan-  
gent eum planctu, quasi super vnigenitum. [sol conuertetur in tenebras.] Nam tempore passionis obcu-  
ratus est sol. [Et luna in sanguinem] id est rubea apparebit. Non tamen planeta fuerunt in scriptis nati-  
ter se habentes, sed secundum apparentiam fuit sic. Solet autem luna cum eclipys patitur, sangui-  
nea apparere: sed quando directè supponitur soli, nigra videtur. Vnde si suppositione illa durante  
rubea apparebat, mirabiliter factum est: quod secundum Hieronymum credi potest, quamuis scri-  
ptum non sit. Non enim scripta sunt omnia [Antequam veniat dies domini magnus et manifestus.] Per Ioan. 31.  
diem hunc sanctus Hieronymus super Ioelè intelligit diem dominicæ resurrectionis, in quo ma-

Act. 4.

1. Reg. 1.

Act. 1.

Dan. 62.

Ioan. 19.

Gene. 49.

Esai. 2.

1. Corin. 10

Ioan. 1.

psal. 64.

Ioel. 2.

Dan. 10.

Iob. 33.

Act. 21.

Ecclesi. 34

Esai. 44.

Act. 21.

Luce. 2.

Marc. 3.

Act. 21.

Marc. 27.

Act. 21.

Gene. 45.

Ioan. 1.

Zachar. 12.

Matth. 27.

Luc. 22.

Hierony.

Ioan. 31.

Pfal. 117. gna operatus est deus. Et quem omnibus manifestavit: de quo ait Psalmista, Hæc est dies quam fecit E  
 Ioel. 2. dominus. Qui dies per Ioëlem appellatur horribilis, quia æreis potestatis impis que Iudæis pauen.  
 dus. Potest quoque per diem istum horribilem, magnum, & manifestum, tempus illius gravissimæ ac  
 finalis captiuitatis Iudæorum per Romanos intelligi. De istis hinc transeo, quia super duodecim prophetas  
 A etu. 10. finalis captiuitatis Iudæorum per Romanos intelligi. De istis hinc transeo, quia super duodecim prophetas  
 Pfalm. 144. salus erit non enim est personam acceptor deus, sed prope est  
 Ecclesi. 2. dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate: iuxta id Ecclesiasti. Quis  
 inuocauit illum & despexit eum? Consequenter beatissimus Petrus euidentius instruit eos, factis & au-  
 thoritatibus Iesum esse Messiam declarans [Viri Israëlite] qui estis Israëlita: carnis propagine, non fidei  
 imitacione, [Audite verba hæc. Iesum Nazarenum virum approbatum à deo,] à trinitate, & à seipso secundum  
 quod deus est [In vobis] id est inter vos [Virtutibus] id est sanctis operibus [Et prodigijs] quantum ad ma-  
 iora eius miracula, [Et signis] quantum ad minora, [Quæ fecit per illum deus in medio vestri] Verbum enim  
 Ioann. 1. seu trinitas operatur per Christi humanitatem, quæ fuit instrumentum seu organum immediatum,  
 Hebræ. 1. coniunctum & proprium verbi, quemadmodum corpus nostrum instrumentum est animæ nostræ in  
 Dionysius suis operibus, secundum Damascenum. Vnde diuinus Dionysius Christi actionem appellat Thean-  
 dria, id est dei virilem. Et Christus homo diuina potestate egit miracula [sicut vos fecistis,] quibus &  
 Christus ante passionem dicebat. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod horum  
 Ioan. 10. me lapidatis? [Hunc definito consilio et præscientia dei tradidit] quamuis enim Iudas impiè eum tradiderit,  
 Matth. 26. deus tamen eum per prophetas tradendum prædixit, prædeterminauit, & in sua præscientia semper-  
 Efaia. 52. terna pro hominibus moriturum prædixit: quemadmodum ait Apostolus, Proprio filio suo non  
 Roma. 8. pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Deus quoque pater, seu trinitas, animæ Christi volun-  
 tatem moriendi pro hominibus inspirauit. Rursusque eidem contulit tam iustè conuersari & loqui,  
 quòd Iudæi erant inuidia concitati, ex qua vltra ad Christi occisionem progressi sunt. Secæ traditio  
 Christi, quantum ad causam atque principium eius, fuit directè & effectiue à deo: loquendo tamen de  
 causa traditionis huius bona, puta iustitia, spontaneèque principio, ratione cuius etiam seipsum tradidit  
 Efaia. 53. Christus, iuxta illud Efaia, Tradidit in mortem animam suam [per manus iniquorum] videlicet mili-  
 Lucæ. 23. tum Pilati [Affigentes] cruci [interemis] mortem ipsius procurando. [Quem deus suscitauit] à mortuis,  
 Marc. 16. imò & ipse vt deus seipsum: sicut prædixit, Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumen  
 Ioan. 20. de eam. Et item, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc enim dixit de templo cor-  
 Ioan. 10. poris sui, vt Euangelista exponit [Solitis doloribus inferni] id est pœnis inferni à Christo sublati, ita quòd  
 Ioan. 2. eas non sensit, iuxta id Pfalm. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Ablatis quo-  
 Pfalm. 87. que his pœnis à sanctis quos Christus de limbo eduxit. Nam mox cum ad eos anima eius venisset, beati-  
 fica dei visione illustrata eosdem iam enim causam dilationis gloriæ, videlicet originalis peccati reatum  
 sua passione amouit. Sancti autem in limbo, & si pœnam sensus non habuerunt, nihilominus pœna dam-  
 ni fuit in eis, sicque dilatio gloriæ eos aliquo modo afflixit, iuxta id Prouerb. Spe quæ differtur affligit  
 Prouer. 13. animam, lignum vitæ desiderium veniens. Propter quod de istis Zachar. dicit Christus. Tu quoque in  
 Zachar. 9. sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua [iuxta quod impossibile erat te-  
 neri illum] scilicet Christum [Ab eo] id est ab inferno, Cum enim omni caruerit culpa, nil potestatis aut  
 Ioan. 14. iuris habebat in eo diabolus seu infernus. Propter quod passione instante differunt, Venit ad me prin-  
 ceptus mundi huius, & in me non habet quicquam [David enim dicit in eum] id est de Christo, ita quod  
 Pfalm. 15. verba sequentia ad literam in Christi persona dicuntur [prouidebam dominum coram me semper] id est  
 Efaia. 50. ego vt homo, deum iugiter intuebar, atque in omnibus prouidè coram eo conuersabar. Nam anima  
 Christi à primo suæ creationis instanti, vidit deum per speciem tam clarè ac incessanter, vt modò  
 [Quoniam à dextris est mihi] id est in omnibus gratiosè mihi assisit, secundum illud Efa. Dominus  
 deus auxiliator meus [ne commouear] id est à via æquitatis & veritatis vsquam recedam: intantum enim  
 affuit naturæ assumptæ, quòd peccare nequiuit [Propter hoc latatum est cor meum] videlicet de tam in-  
 comparabili beneficio dei, & de indefinenti aspectu ipsius [Et exultauit lingua mea] id est in verba lau-  
 Ioan. 11. dis diuinæ cum exultatione prorupit: dicendo, Gratias ago tibi pater. Et Honorifico patrem meum.  
 Ioan. 8. Et rursus dicitur, Exultauit Iesus spiritu sancto [insuper et caromæa requisit in spe] id est corpore  
 Lucæ. 10. meo ab anima separato atque sepulto, de eius resurrectione certus ero. [Quoniam non derelinques ani-  
 mam meam in inferno] nisi quandiu ipsa voluerit, scilicet vsque ad instantem resurrectionis. Et infernus  
 pro limbo patrum hic sumitur, sicut cum Iacob ait in Genesi, Descendens Luggens in infernum. At-  
 que in symbolo, Sepultus descendit in infernum. Porro in morte Christi fuerunt corpus & anima  
 eius ab inuicem separata, vtrunque tamen mansit verbo vnitum. Ideo corpus eius resolu non potuit,  
 Gene. 37. propter quod subditur [Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem] id est corpus vnigeniti filij tui non  
 Pfalm. 15. permittes pati incinerationem seu dissolutionem. Nihilominus sumendo corruptionem pro occisione,  
 fuit verè corruptum seu mortuum. [Notus mihi fecisti vias vitæ] id est semitas iustitiæ, quibus ad vi-  
 tam beatam transiit, me docuisti, & per acceleratam resurrectionem, iter ad vitam gloriæ ascendere me  
 fecisti, ita quòd tunc per experientiam illud noui, [Replebis me iucunditate cum facie tua] id est cum in cò-  
 spectu tuo in cælesti apparuero regno plenissimè glorificabor. Quamuis enim Christus ab exordio in-  
 carnationis, quantum ad superiorem animæ partem ad verbum relatum fuerit comprehensor, & omni  
 essentialis præmij gaudio plenus, nihilominus quo ad inferiores animæ vires, imò & quantum ad superi-  
 ores vires ad essentiam animæ comparatas, & quantum ad carnem passibilem, fuit viator, & tristitiam  
 aliquando habens & dolores. In ascensione autem plenissimam glorificationem sortitus est, imò & ab  
 omni tristitia in puncto mortis exiit liberatus. Præterea quod verba inducta non de seipso sed de Chr

A sto protulit David, consequenter probatur. [Viri fratres liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, Ioan. 11.  
 quoniam defunctus est et sepultus, et sepulcrum eius apud nos est vsque in hodiernum diem] sicut 3. Regum descrti  
 Matth. 26. bitur, ex quibus patet, quòd corpus eius in sepulcro fuit dissolutum. [Propheta ergo cum esset.] Nam præ-  
 Lucæ. 25. clarissimus fuit propheta David [Et sciret quia iurando iurasset illi deus, de fructu] id est semine [Lumbi  
 3. Reg. 2. eius, sedere super sedem eius] id est post eum verè spiritualiterque regnare cæteris cunctis sublimis: iuxta  
 Pfalm. 131. illud in Pfalmo, Iurauit dominus David veritatem & non frustrabitur eum, de fructu vtrius tui ponam  
 super sedem tuam, scilicet, Christum de semine tuo nasciturum. De quo loquitur Efaia, Super solium  
 Efaia. 9. David, & super regnum eius sedebit [Prouidens] id est in futurum procul præintuens [Locutus est de Chri-  
 ste] iuxta expositionem inductam [Hunc Iesum suscitauit deus, cuius nos omnes testes sumus] quod vidimus protestantes, & propheticè  
 prænunciatum nuncque impletum monstrantes. [Dextera ergo dei exaltatus] id est diuina virtute de lim-  
 bo, de sepulcro, de terra ad cælos leuatus [Et promissione spiritus sancti accepta à patre] id est omni glorifi-  
 catione, quam ei per spiritum sanctum pater in scripturis promisit, adeptus, [Effudit hoc donum, quod vos  
 videtis et auditis] id est magnam hanc gratiam, sapientiam, linguarum notitiam, quam in nobis iam experi-  
 minini, largitus est nobis. [Promissionem autem spiritus sancti accipere, competit Christo secundum na-  
 turam humanam, sed spiritum sanctum dare, secundum naturam diuinam: quamuis in ipso secundum hu-  
 manitatem sit gratia capitis, per quæ suis influit mèbris, quod agit vt causa gratiæ instrumentalis ac meri-  
 toria & coniuncta. Porro quòd Christus dextera patris sit exaltatus, testimonio probat Pfalmista. [Non  
 enim] dicitur ascendit in cæli] quia quoad corpus, mansit in monumento: & quærum ad animam, in limbo. [Di-  
 cit autem ipse] in Pfalmo, [Dixit dominus domino meo] id est pater filio [Sede à dextris meis] id est in bonis  
 potioribus secundum naturam assumptam, ita quòd omni sis creaturæ prælatus, plenariè glorificatus, &  
 diuinitate præ cunctis abundantius fruens. Istud dixit Christo homini deus pater in ascensione. Secun-  
 dum diuinitatem verò pater ab æterno dixit filio, sede à dextris, id est mihi esto æqualis, & in ea refide  
 maiestate qua ego [Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum] id est omnes reprobos tibi plene  
 subiciam, & subiectos ostendam, quod maximè erit in die iudicij. De expositione autem versusum istor-  
 um nunc pertranseo, cum in libro Pfalmorum prolixè expositi sint. Quod autem hæc dictio, donec su-  
 matur hic non finite, sed indefinitè constat: sicut & apud Matthæum. Non cognouit eam donec peperit  
 filium suum. [Certissime ergo sciat] per fidei cognitionem, non per rationem, aut scièntiam naturalem: iux-  
 ta quem modum sanctus Iob ait, Scio quòd redemptor meus viuut, & in nouissimo die de terra surrecturus  
 Iob. 19. sum, [Omnis domus] israel] id est tota plebs Iudæorum seu duodecim tribuum [Quia et dominum eum  
 et Christum fecit deus hunc Iesum] id est pater seu Trinitas superdignissima Iesu Nazareno secundum na-  
 turam humanam contulit principatum vniuersorum & vnctionem gratiæ singularem ac summam: iux-  
 ta illud, Venit te deus oleo lætitiæ præconfortibus tuis. Et item Christus fatetur in Pfalmo ratione natu-  
 ræ assumptæ & gratiæ ei collatæ, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion motem sanctum  
 eius [Quam vos crucifixistis] non vultus, fed militum manibus: & magis peccastis quàm illi, quia prima  
 causa plus influit. [His auditis compuncti sunt corde] de suis dolèdo peccatis. Non omnes, fed multi in qui-  
 bus impletum est, quod ante passionem Christus eis prædixit, Cum exaltaueritis, inquires, filium homi-  
 nis, tunc cognofcetis quia ego sum. Tot itaque scripturarum allegationibus & tantis prodigijs sunt con-  
 uicti [Et dixerunt ad vtrumque et ad reliquos apostolos, Quid faciemus viri fratres? Petrus vero dixit ad illos, Pœni-  
 tentiam agite] nec paruam fed maximam quantum ad interiorem dolorem, vt magnitudini criminis cor-  
 re spondeat magnitudo doloris. Oportet enim secundum Hieronymum vt dolor contritionis adæquet  
 granitatem peccati, quatenus de maioribus vitis maior habeatur contritio [Et baptizetur vnusquisque  
 vestrum, in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum] videlicet quilibet in remissionem pecca-  
 torum suorum. Quamuis autem Christus formam baptismi docuerit dicens, Baptizantes in nomine pa-  
 tris & filij & spiritus sancti, Apostoli tamen & eorum discipuli in primitiua ecclesia sub alia forma bap-  
 tizauerunt, ex familiari consilio atque in cuncto spiritus sancti vtentes hac forma verborum, Baptizo  
 te in nomine Iesu Christi, vt scilicet nomen Christi amplius dilataretur, & honorabilius ac amabilius  
 redderetur hominibus, quòd à Iudæis incredulis blasphemabatur. Quo factò, cepit ecclesia vti forma  
 Matth. 28. praxia implicitè ac virtualiter seruabatur, quia in noie Christi tota super sancta Trinitas intelligi datur.  
 Nam Christus dicitur vnctus, sicque in nomine eius intelligitur pater vnctus, filius vnctus, spiritus sanctus  
 vnctiois causa, seu vnctio affectiua, qui per prædicationem causalem vnctio appellatur [Et accipie-  
 tis donum spiritus sancti] id est non solum peccatorum remissionem, sed & donum sapientiæ & linguarum,  
 quod in nobis miramini. Tunc nanque baptizatis dabatur communiter spiritus sanctus in signo sensibili  
 per impositionem manuum Apostolorum, sicut & infra habetur. Vnde in Scholastica historia sic ha-  
 betur. Accipietis donum spiritus sancti, scilicet, vt loquamini variis linguis sicut & nos. Et hoc erat signum  
 familiare in primitiua ecclesia, quia omnes ferè ascendentes de lauacro, loquebantur variis linguis. [Vo-  
 bis enim facta est repositio et filius vultus] id est præfata promissio de effusione spiritus sancti per Ioë-  
 Ioe. 2. lem prænunciata, vos & filios vestros concernit, ita quòd in vobis implebitur. Nec solum in vobis Iudæis  
 [Sed et omnibus qui longe sum] à vobis seu loco, seu dispari cultu, & dissimili ritu, puta in gentibus  
 [Quoscumque aduocauerit dominus deus noster] id est per Euangelicam prædicationem, seu inspirationem  
 diuinam ad fidem & charitatem seu ecclesiasticam vnitatem perduxerit, hoc est, in omnibus prædesti-  
 natis. Propter quod apud Ioannem scriptum est, Iesus moriturus erat pro gente, & non solum pro gen-  
 te, sed vt filios dei qui dispersi erant, congregaret in vnum. Hinc gentibus scribens Aposto. Vos inquit  
 qui aliquando longè fuistis, nunc prope facti estis in sanguine Christi. Quod etià in Epistola ad Roma, Ephes. 3.  
 M



ab Esaiâ prophetarum declarat. Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, et hortabatur eos dicens, Saluamini & generatione ista praua id est ab incredulis istis Iudeis diuidamini corde, vt fidem & gratiam suscipientes, illis pereuntibus vos saluamini. [Qui ergo receperit sermones eius] id est verbis Petri acquirerit [Baptizati sunt] ab apostolis, aliisque forsân discipulis [et apposite sunt] numero creditur[ anime] id est homines [circiter tria milia] ad gloriam summæ Trinitatis totius gratiæ superditissimi fontis [in illa die] videlicet Pentecostes. [erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum] illam mansuetè ac sedulè audiendo ac promptè implendo. Iuxta illud Iacobi, Abiicitur omnem immunditiam, in mansuetudine suscipite inquit verbum, quod potest saluare animas vestras. Sic & subditi in doctrina pastorum suorum debent stabiles permanere [Et communicatione fractionis panis] id est perceptione sacramenti, secundum quod Paulus ait, Panis quem frangimus, nûne participatio corporis domini est? In primitiua autem ecclesia crebrè & multi quotidie communicabant [Et orationibus] nec dubium quin & in laudibus dei, cum & maius atque diuinius sit, dei laudibus quàm orationibus esse intentum. Nam deum laudâdo magis simpliciter in ipso, & minus ad nos ipsos reflectimur. Sed cum non sit speciosa laus in ore peccatoris, qui diuinæ laudationi cupit insistere, primò in orationibus perseueret, vt purificetur, & corde mundato agat quod scriptum est, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, [sicut autem omni anima timor] id est vniuersis Iudeis & ceteris ista videndis timor quidam incutiebatur propter rei nouitatem, totque mirabilium eminentiam, ex prædicatione quoque Apostolorum qua incredulis damnationem comminabantur æternam. [Multa quoque prodigia et signa] id est miracula maiora & minora [per apostolos fiebant in Hierusalem] quæ sanctus Lucas breuitati studens non recitat. [Et metus erat magnus in vniuersis] propter causas prædictas. In quo diuina potestati euidenter ostenditur, quòd scilicet discipuli ante paracliti missionem trepidi, nunc erant intrepidi, & aduersarij eorum tam pauidi. Tantus enim gratiæ fulgor, potestatisque vigor, ac diuinitatis operatio in eis splendebat, quòd emuli veritatis formidare coacti sunt, qui illos paulò ante, non modò non metuebant, sed & occidere disponebant. [Omnes etiam qui credebant, erant pariter] mente & corpore [Et habebant omnia communia. Possessiones et substantias vendebant] id est immobilia & mobilia bona [et diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat.] Quò enim spiritibus diuinitis fuerunt pleniores, & minus curauerunt opes carnales, & quò in dei ac proximi dilectione magis ardebant, eò liberalius sua sibi inuicem communicabant. Caritas enim omnia facit esse communia: nec sua duntaxat, sed & seipsam impendit. Ex quibus elicitur tanto quæque minus habere de diuino amore, quo extat auarior: & quò amplius quærit terrena, eò animam habet pauperiorè. [Quosidam quoque perdurantes vnanimiter in templo, et frangentes circa domos] in reditu suo [et panem, iunebant cibum cum exultatione] spiritali non carnali [et simplicitate cordis] tanquam ab omni simulatione & vanitate dolosa immunes. Tanta fuit in eis charitatis feruor & deuotionis instantia, quòd in exteriori occupatione & necessaria corporis refectioe, manserunt mente ad deum suspensi, & gloriantes in contemplatione ipsius. In quibus illud Psalmistæ impletum est, Iusti epulentur, & exultent in conspectu dei, delectentur in lætitia. In quibus & aliæ multæ propheticæ promissiones, verè spiritualitèr que impletæ sunt, quas carnales & oblitinati Iudei nondum putant impletas, & corporaliter præstolantur implendas [Collaudantes deum et habentes gratiam ad omnem plebem] ita quòd omnibus erant accepti ac honorati propter tam euidentissimam gratiæ affluentiam in ipsis splendentem. Quemadmodum legitur de sancto Sebastiano. Necessè erat, vt quem deus tâta perfunderet gratia, ab omnibus amaretur. [Dominus autem agebat qui salui fierent] id est quosdam conuertit, & fidelium numero copulauit [Quosidam in idipsum] collegium creditum, vel in ipsomet deo incommutabili bono, in quod mente tendebant & quiescebant. De quo fertur in Psalmo, Tu autem idem ipse es. Et rursus, In pace in idipsum dormiam & requiescam.

Expositio III cap. [Petrus autem et Ioannes ascendebant in templum.]

Articulus III.



Vm Euangelica doctrina sit supernaturalis, necesse fuit eam supernaturalibus argumentis probari. Hinc Christus & eius discipuli talia operabantur miracula, quæ sola diuina virtute fieri queunt. Idcirco quàm certum est deum salutatit non esse approbatorem aut confirmatorem, tam certum est fidem catholicam esse à deo. Nunc ergo grande narratur miraculum, quo fidei veritas roborabatur, & plurimi conuertebantur. [Petrus autem et Ioannes ascendebant in templum] videlicet ad quandam locum eius, qui (vt dicitur) fuit atrium mundorum, vbi Iudei secundum legem mundi orabant [ad horam orationis nonam] quocirca aliqui dicunt, quod Iudæi ter orabant in die, sicut iam ante ex Daniele est allegatum. Venuntamen in Neemia habetur, quòd quater in die & quater in nocte conuertebantur Iudæi, & adorabant dominum deum suum. Prætere hî duo apostoli, & apostolorum eximij in multis affociati leguntur, tãquam singulari familiaritate cõiuncti quamuis vterque eorum carnalem fratrem haberet Apostolum. Nã in Christi ministris plus valet gratia quàm natura, seu amor infusus quàm naturalis. [Et quidam vir qui erat claudus, ex vtero matris sue, paralyticus] in lecto. Nã secundò glossam etiã paralyticus fuit [quem ponebant quotidie ad portam templi, que dicitur speciosa.] Secundum quod in Scholastica historia legitur, id circo sic dicta est, quia Alexander Hyrcanus ornamentum quoddam in ea apposuit, in qua & Herodes aurea posuit aquilã, fuitque porta atrij mundorũ. Palmam est autè quòd non fuit ea quam Ioatham rex Iudæa edificauit, quæ subtilissima dicebatur, cū illa fuerit per Chaldæos destructa [vt peteret elemosynam] sorte non solù pro se, sed & pro ministratibus sibi [Ab inuocantibus in templum, is cū vidisset petrum et ioannem incipientes inuocare in templũ, rogabat vt elemosynã acciperet. Intuens aut in eu petrus cū ioãne dixit, respice in nos]

Rom. 15.  
Esai. 11.  
52.

Iacobi. 1.

1. Cor. 10.

Eccle. 15.

Psal. 33.

1. Cor. 13.

Psal. 67.

Psal. 101.  
Psal. 4.

Daniel. 6.  
Neem. 9.

4. Reg. 15.  
2. Para. 27.

A quod Petrus ideo dixit, vt claudus iste & alij scirent à quibus reciperet, quod mox fuerat susceperunt: quatenus per hoc non ipsi Apostoli sed Christus glorificaretur, & ad eum alij cõuerterentur. [At ille intendebat in eos] oculis mentis & corporis tanquam elemosynæ audius, & forte ex verbis Petri insolito modo cõcussus [sperans se aliquid accepturum ab eis] nec sefellit eum fiducia, quoniam plusquàm sperauit accepit. [Petrus autem dixit, Argentum et aurum non est mihi] omnia enim propter Christũ reliquit, nec pecunias à conuersis inter Apostolorũ pedes positas in suum vsu cõuertit, secùmque detulit: quia audierat à Christo, Nihil tuleritis in via, neque pecuniam. Et, Nolite possidere aurum & argentum [Quod autem habeo]. i. sanitatis beneficium quod in mea est potestate instrumentalitèr [Hoc tibi do] tãquam instrumentum omnipotenti deo, à quo gratiam sanitatum & virtutem miraculorum sortitus sum. [In nomine] i. virtute & gratia [Iesu Christi Nazareni, surge] de lecto [et ambula] quorum nullum potuisti hucusque, saltem expedire. [Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum] Circa quod dicit Beda, Quem verbo erigit, dextera cõfortat: quia sermo docetis in corde audientium minus valet, nisi propriæ actiõis commendetur exèplis. [Et protinus consolidata sunt bases eius et planta]. i. crura & pedes. [Et exiliens stetit et ambulabat] in quo pater quòd subito sit sanatus. Virtus enim diuina cum sit infinita, agit in instanti. Et in claudo hoc etiam illud Esaiæ impletum est, Tunc saliet sicut ceruus, claudus. Quemadmodum autem qui diu in lecto ægreditus iacuerunt, cum sanatos se sentiunt, præ gaudio ambulare incipientes quasi exiliens: sic fecit & iste, de sua sanatione ineffabiliter exhilaratus [Et mirauit cum illis in templum] in testimonium veritatis [Ambulans et exiliens, et laudans deum] pro beneficio. [Et vidit omnis populus eum ambulantem et laudantem deum. Cognoscebant autem illum]. i. vniuersi qui aderant, nouerunt hunc esse qui paulò ante fuerat claudus, & [Quod ipse erat, qui sedebat ad elemosynam ad Speciosam portam templi]. Et impleti sunt stupore et extasi. Extasis dicitur quasi positio extra seipsum seu alienatio mentis à se, quod fit interdum pauore, interdum admiratione, interdum contemplatione seu reuelatione. In istis autem ex pauore & admiratione processit [in eo quod contigerat illi]. Cum tenerent autem Petrum et Ioannem, cucurrerunt omnis populus ad eos] vel quia iam nouerant eos hoc fecisse prodigium, vel quia ex fama & apparatu eorum, id suspicabantur etiam antequam aliunde audirent [Ad porticum que appellatur Salomonis] id est in ea parte qua stabat Salomò dum oraret, vt in Scholastica explanatur historia, nò tamen vult eadem numero, sicut nec idem templum. Vel ideo sic vocatur, quia constructa fuit in eodem loco, in quo & illa quam in primo templo Salomò ædificauit. [Videns autem Petrus] concursum [Respondit ad populum, Viri Israelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus huic ambulare?] Ad opus bonum, præsertim ad beneficij inuersionem & misericordiæ actum, requiritur nò solùm potestas, sed etiam pietas seu benigna voluntas, vel quadam compassio aut misericordia, quæ nunc per pietatem exprimitur. Quamuis autem virtute & pietate Apostolorum fuerit signum hoc factum instrumentalitèr, nò tamen principaliter. Et ipsi apostoli hanc virtutem & pietatem non à se sed diuinitus susceperunt, ideo non sua virtute aut pietate dicit se illud egisse. Itaque Petrus non arguit eos, quòd de tanto miraculo mirabantur: sed quia eorum admiratio non fuit ordinata. Aspiciebant enim ad seruos & ad instrumentum magis quàm ad dominum ac principalem agentem. Ideo Petrus erigit eos ad principales opificis cõtemplationem & ad considerationem causæ finalis huius miraculi: quæ fuit vt per illud Iesus ostenderetur esse filius dei, & sic alij cõuerterentur ad ipsum. Hinc subditur, [Deus Abraham, et deus Isaac, et deus Iacob] in hoc in æstimabilis dignatio, caritas, & misericordia dei ad homines designatur, quod deus ille altissimus & immensus, deus vtiq; vniuersorum, qui dignè nominari non potest, dignatur se hominum deum vocare, quasi principalem habens dilectionem & curam ad eos. Hinc in Exodo ait ad Moysen, Hæc dices ad filios Israël, Dominus deus patrum vestrorum, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc est memoriale meum in generationem & generationem. Vnde quia Petrus loquebatur Iudeis, conformat se modo loquendi patrum veteris testamenti [Deus patrum vestrorum glorificauit filium suum] vnigenitum, naturalem, æternum, non adoptiuum, scilicet [Iesum] id est per hoc miraculum ostendit veritatem & gloriam Iesu Christi. Hoc enim faciendo miraculum in nomine Iesu, ostendit quòd vera sit eius doctrina, & prædicatione nostra de ipso [Quem vos quidem tradidistis] iudici [Et negastis] esse regem vestrum aut filium dei [Ame faciem Pilati] dicentes, Eodem.

D Non habemus regem nisi Cæsarem. Et rursus, Tolle tolle, crucifige eum [Iudicante illo] puta pilato [Dimittit] hunc Iesum tanquam innocentem. Nam dixit, Nil causæ inuenio in eo. Et item, Corripiam illum & dimittam. Hoc tamen non protulit sententialitèr & vltimatè, sed interloquendo dimittendum asseruit. [Vos autem iustum et sanctum negastis] videlicet Iesum, qui secundum diuinitatem suam est essentialitèr sanctus & iustus: secundum humanitatem verò, per virtutes & actus earum iustior ac sanctior vniuersis, [Et petiistis virum homicidam donari vobis]. i. ad vestram infatigam liberari à morte, videlicet Barrabam, qui fuit sediciosus & latro [Autorem vero vite interfecistis]. i. vt pote vnigenitum dei, qui est totius vite fontale principium secundum naturam naturam, à quo deriuatur vita natura, vita gratiæ, vitæque gloriæ: qui secundum naturam assumptam, sua occasione vitam gratiæ & gloriæ instrumentalitèr reparauit, imò & vitam naturæ restituit his quos à morte corporea suscitauit [Quem deus suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus. Et in fide nominis eius]. s. Christi [Hunc quem vos videtis et nostis, cõfirmat nomen eius] id est inuocatio nominis Christi facta in fide quam nos de ipso habemus, consolidauit crura & pedes istius, qui fuerat natus claudus, [Et fides que per eum est]. i. fides nostra, nobis à Christo collata, & de ipso habitata [Dedit] per modum causæ instrumentalis meritorie [integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum] Omnia enim possibilia sunt credenti, & virtute ac meritò fidei summa sunt prodigia: secundum quod Saluator testatur est, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, Iacta te in mare, & obediet vobis. Itaque meritò fidei apostolorum, non claudi huius, præstitit deus hanc sanitatem.

Matth. 19.

Lucæ. 10.  
Matth. 10.

Esaiæ. 35.

3. Reg. 6.

Exod. 3.

Ioan. 19.  
Eodem.

Lucæ. 23.  
Eodem. 27

Matth. 27.  
Lucæ. 23.

Ioan. 18.  
Lucæ. 23.

Marc. 5.  
Matth. 17.

Sapient. 7. Miracula autem fiunt quandoque fide facientium ea, quandoque fide eorum quibus fiunt. ¶ Ecce qualis artifex est spiritus sanctus, qui huic pauperi piscatori infudit tantam constantiam, vt tot milibus hominum non vereretur impropere tam incomprehensibile scelus, videlicet occisionem iniustissimam vniuenti filij dei, quod solo auditu horrendum est. Veruntamen quoniam discretio exigit vt rigori pietas miscatur, quia & nostra perfectio est deo assimilari, qui in omni effectu iustitia misericordiam miscet. Hinc Petrus post asperam inuentionem blanda verba inducit, & terribis consolatur. [Et hinc fratres scio quod per ignorantiam fecistis, sicut et principes vestri] .i. pontifices caterique maiores: & hæc ignorantia excusauit crimen eorum aliquantulum, nõ totaliter, imò nec multum, præsertim quantum ad principes. Tanta enim miracula fecit Iesus, & tot scripturarum autoritatibus monstrauit se esse Messiam, in lege promissum, quòd meritò debuissent credidisse in eum. Sed excæcauit eos malitia sua. Quomodo autem pro tempore aliquanto principes & alij quidam nouerunt Iesum esse Messiam, & quomodo non, qualiter etiam ad tantam cæcitatē induciti sunt ex impatientia sua propter prædicationem Christi contra eos, nunc omitto, quia super Mattheum dixi hoc plenius: & si spiritus sanctus concesserit, super Lucam aliquid inde dicturus sum, ex verbis Augustini, in libro de ciuitate dei. [Deus autem qui prænunciavit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic,] sicut prædixit, Quia diuina ordinatione passus est Christus, & eo modo deus illud impleuit quo sensu nunc dictum est quòd tradidit Christum. In tantum enim illud impleuit, vt per Esaiam profetetur, Propter scelus populi mei percussit eum. Non tamen induxit Iudæos ad faciendum hoc scelus, sed Christo inspirauit promptissimum animum patiēdi, & malis actibus impiorum vsus est deus ad bonum. Ex hac autē autoritate elicitur, quòd vniuersi prophetae verbo vel scripto aut mystico facti Christum prænunciauerunt passurum, sicut & Zacharias factetur, Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. [Poenitentini ergo] de vestris peccatis, præsertim de Christi occisione dolete [Et conuertimini] ad dominum saluatorem [vt deleantur peccata vestra, vt cum venerint tempora refregit] id est dies iudicij in quo electis plenaria quies præstabitur. Vnde & iustis appetendus est dies ille: secundum quod ait Saluator, His fieri incipientibus leuate capita vestra, quia appropinquabit redemptio vestra [A conspectu domini] id est ab ipso deo, & clementissimo eius in suos electos aspectu, ab ipso enim tempore illud prouenit [Et miserere eum, qui prædicatus est vobis, Iesum Christum] ad iudicandū de omnibus in forma humana, visibili, glorificata, secundum quam minor est patre, & ab ipso mittetur [Quem oportet quidem calum suscipere] id est susceptum interim tenere, ita quòd interim sedebit in cælo ad dexteram patris [vsque in tempora restitutions omnium] id est vsque in tempus finalis iudicij, in quo vniuersique quod promeruit retribuetur, & quicquid inordinatū fuit per culpam, ordinabitur per pœnam, ita quòd singula debitis locis, ac præmissis constituentur [Quæ locutus est deus per os sanctorum suorum à seculo prophetarum] quia de hac omnium restitutione pene à principio mundi locuti sunt vates sancti. Propter quod Iudas in sua Canonica introducit testimonium Enoch de futuro iudicio. Consequenter docet quòd legislator Iudæorum Moses de Christo fuit vaticinatus, [Moses quidem dixit] in Deuteronomio, [Quoniam prophetam suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris] id est de semine Iudeorum Christum secundum carnem producet, & gratia prophetiæ eminenter implebit [Tanquam meipsum] Tanquam, notat hic aliquale multumque defectiuam similitudinem, cum Christus incomparabiliter maior sit Moysi: sed in hoc est similitudo, quòd sicut Moses fuit lator legis scriptæ, sic Christus legis Euangelicæ. Christo autem in quantum fuit aliquo modo viator, competit nomen & ratio prophetæ, quia vt sic clara visionis non fuit vt comprehensores, Verum sicut ipse est angelus, & dominus atque creator angelorum, sic ipse propheta & dominus ac impletor prophetarum [ipsum audietis iuxta omnia quæ locutus fuerit vobis.] Hoc Moses ait hortando non affirmando, nam pro maiore parte Iudæi Christum audire spreuerunt. Insuper, iuxta morem scripturæ Moses Iudæos sui temporis in persona eorum, qui tempore Christi erant futuri, alloquebatur. De toto enim populo solet loqui scriptura, quasi de aliquo vno. Idcirco ad vnam partem sub persona alterius partis sæpe dirigitur sermo. [Et erit omnis anima quæ nõ audierit prophetam illum]. i. omnis homo tempore Euangelicæ legis & prædicationis ac promulgationis eius existens, qui in Christum nõ crediderit, nec verba eius ab ipso vel prædicatoribus eius suscepit [Exterminabitur de plebe] id est de electis populi sui tolletur atque damnabitur [Et omnes prophete à Samuel, et deinceps qui locuti sunt, annunciauertis dies istos] id est de tempore primi aduentus Christi, & passionis resurrectionisque eius prophetauerunt. Christus enim est finis legis & omnium opus prophetarum, ad quem omnia tunc ordinabantur, & de ipso ac eius mysteris loqui, fuit principalis prophetarum intentio. Hinc & Iudæorum magistris fatentur, quòd omnes prophete non sunt loquuti, nisi super dies Messie. Sed cum à principio mundi & tempore patriarcharum non defuerit prophetia de Christo, dicente virgine gloriosa, Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula, cur de prophetis qui à tempore Samuelis fuerunt, loquitur Petrus, præsertim cum in Genesi patriarcha Iacob tam euidenter & copiose vaticinetur de Christo? Et respondendum quòd tempore Samuelis cepit rursus regnum in duodecim tribubus Israël, & ex tunc fuerunt prophete qui manifestè scripserunt de Christo scilicet David Esaias Oseas, &c. Præcedentes autem tam euidenter locuti non sunt, saltem cõmuniter. Vel prophetias suas nõ conscripserunt. [Vos estis filij prophetarum] id est discipuli & sequaces seu posteri. Et alij vestrum de illorum sunt semine nati [Et testamenti quod disposuit deus ad patres nostros] per Moysen in deserto, id est veteris testamenti imitatores seu filij estis [Dicens ad Abraham] Genes. 12. In semine tuo. i. Christo à te secundū carnē nascituro [Benedicentur] id est dona gratiæ in presenti, & bona gloriæ in patria cõsequentur [Omnes familie terræ]. i. vniuersæ tribus, lingua & gentes, videlicet quædam de omnibus, iuxta id in Psal. Reminiscetur, & cõuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. [vobis primum suscitans]. i. præponēs, vel secundū naturā assumptā procreans

A [Deus filium suum] in carnatum, qui dixit, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël [Matth. 21. fit illius benedicentem,] id est multa beneficia impendentem [vobis] inter quos visus & conuersatus est. Vel suscitans eum à morte ad vestram salutem, misit illum nunc vobis per nostram prædicationem, benedicentem vobis, id est dona gratiæ conferentem aliquibus vestrum, [Vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua] illam de cætero abhorrendo, præteritamque deslendo. ¶ Omne autem peccatum ex habitu vitioso, seu deliberatione ac certa scientia oriens, dici potest nequitia, non autem quod ex infirmitate aut ignorantia, excusante prodit. Præterea iuxta mysticum intellectum per hunc claudum à natiuitate inteligitur populus Iudæorum à principio legis datæ rebellis, nec in via dei rectè incedens, quem sancti patres ac prophete ante portam tantam Speciosam, id est ad Christum deferebant vt saluarentur per eum qui ait, Per me si quis introierit, saluabitur. Ab ingredientibus autem templum, puta à sanctis fidelibus populus iste salutis subsidia querere debet. Petrus verò, id est quicumque firmus & fortis in fide, tales potest iuuare, & templo inducere, seu Christo incorporare. Similiter per claudum istum, signatur quilibet Christianus vitis iugiter assuetus, quem deuoti ad Christi misericordiam ferre conantur, & ponunt ante portam clementiæ, hortantes vt ab vniuersis ingredientibus domum dei, id est terrena spernentibus nostram sectare. Qui cũ fuerit radio illustrationis supernæ perfusus, animoque à claudicatione sui obliqui incessus sanatus, mox exilit, stat, ambulat, atque cum illis ecclesiam intrat. Surgit à vitis, exilit gratias referendò, quòd de tenebris suis eductus lucem conspicit veritatis: in qua sapide quàm aspernanda sunt omnia quibus mens impeditur à deo. Stat quoque perseverando in bono incepto, ambulat proficiens, intrat ecclesiam, cœlestis regni beatitudinem contemplando: quibus visis, multi tantam mutationem dextræ excelli vehementer mirantur confluuntque ad eum, per quem tanta est facta conuersio, qui ad monet non se, sed dei laudare virtutem.

Elucidatio IIII. cap. [Loquentibus autem illis ad populum.]

Articulus. IIII.



On cessat aduersarij veritatis, & æmulus æquitatis, veritati & æquitati resistere. Hinc à principio Euangelicæ legis inuisibiles atque visibiles hostes aduersarij sunt ecclesiæ sanctæ, sicut nunc recitari incipitur [Loquentibus autem illis] videlicet Petro & Ioanne [Ad populum superuenient magistraus templi] id est iudices & doctores [Et Saducei,] qui specialem sectam habebant, quia nec angelum nec spiritum, nec resurrectionem esse dicebant: animam quoque humanam asserant mortalem: & quoniam omnium horum oppositum docebant apostoli, triflabant tur de eorum prædicatione hi Saducei. Ideo subditur [Dolentes quod docerent populum, et annuntiarent in Iesu resurrectionem ex mortuis] id est per Christi virtutem omnes mortuos suscitandos. Vel in Iesu, id est in eius doctrina ac fide [Et iniecerunt in eos manus] violentas, & sacrilegas, [Et posuerunt illos in custodiam vsque in crastinum] Ideo tunc eos incarcerationerunt, nam vespera fuit, sicque hora iudicandi transferat. Hinc subditur [Erant autem vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum] dei, à Petro, sicut præcedenti capitulo scriptum est [Crediderunt, et factus est numerus virorum quinque milia] qui hoc die crediderunt, & baptizati sunt forsitan diebus sequentibus. Credibile quoque est quòd multæ mulieres & pueri præsertim virorum istorum tunc conuersi sint. Sed consuetudo scripturæ est, sceminarum & puerorum numerum non taxare. Pueri autem vocantur seu paruuli qui infra vicelesimum annum sunt, viri qui illum sortiti sunt. [Factum est autem in crastinum vt congregarentur principes eorum et seniores scribere in Hierusalem, et Annas principes sacerdotum] Tempore autem passionis Cayphas fuit princeps sacerdotum, sed omni penè anno principatus sacerdotij transferebatur ad alium [Et Cayphas et Ioannes, et Alexander, et quotquot erant de genere sacerdotali.] Itaque conglobati sunt, vt sua autoritate, multitudine & excellentia, apostolos tanquam idiotas & pauperes confutarent, terrent, obruerent [Et statuentes eos in medio interrogabant, in qua virtute, aut in quo nomine] .i. per cuius inuocationem [Fecistis hoc vos] scilicet claudum à natiuitate optimè ambulantem. Opera enim gratiæ, perfectiora sunt operibus naturæ. Vnde scit vinum quod Christus fecit de aqua fuit præualidum: ita & claudus iste Christi virtute sanatus, eminet cõualuit [Tunc Petrus repletus spiritu sancto dixit ad eos, principes populi et seniores israel audite, si nos hodie diiudicamus in beneficio hominis infirmi] id est si nunc ad iudicium trahimur, reprobamur, damnatur pro beneficio curationis huic collato, [in quo] beneficio [iste saluus factus est] ab impediendo ambulandi [Notum sit vobis omnibus, quia in nomine domini Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis] quia id procurastis [Iste astat coram vobis saluus] id est virtute & inuocatione Iesu Christi curatus est. [Hic] scilicet Christus [Est lapis angularis qui reprobatus est à vobis edificatus] id est populum Iudæorum instruentibus [Quis factus est in caput anguli] id est à deo factus est coniunctior princeps populorum duorum. Nam sicut in lapide angulari concurrunt, connectuntur duo parietes: ita in Christo coniuncti sunt electi ex Iudæis atque gentibus, & ipse est caput illorum, vt duos condit in semetipso, qui est pax nostra, vtaque faciens vnum, vt ait apost. De quo per Esaiam dominus ait, Ponā in Syon lapidem angularem summum, probatum [Et non est in alio aliquo salus,] Vera nanque salus seu beatitudo non consistit nisi in Christo obiectaliter secundum suam diuinitatem, nec per hoc excluduntur pater & spiritus sanctus, sed includuntur, cum tres supersanctæ personæ sicut vnum verum & ac totius beatitudinis essentialis obiectum. Rursus in solo Christo secundum humanitatem est salus tanquam in mediatore, per quem facta est saluatio. De quo apud Esaiam legitur, Dominus iudex noster, dominus legislator noster. dñs rex noster, ipse veniet & saluabit nos. [Nec enim aliud nomen est] id est alia res nomine designata [sub celo] non est in terra [Datum hominibus] à patre seu Trinitate altissima [in quo] .i. cuius rei gratia fide & gratia [Operate nos saluos fieri.] Ideo omnes à principio mundi saluati, aliquo modo per Christum



Leuit. 10.  
Num. 16.  
Num. 15.



**S**icut in veteri testamento quidam in principio latonis legis Mosaicae ob eius transgressionem dire puniti leguntur, vt filij Aaron qui combusti sunt, ed q ignem alienum offerrent, & alter qui ligna collegit sabbato: quatenus precipiens auctoritas monstraretur, & alij ad obseruantiam diligentem induceretur, pateretq; quum salubre esset legi obedere diuinæ, quam impium & danabile non pateresita & in euangelica accidit lege, quando quidam euangelicæ legis derogantes syncretitate, terribiliter sunt flagiti: quod in principio huius capituli exemplo ostenditur. [Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira vxore sua vendidit agrum, & fraudauit de precio agri] partem pecuniæ sibi fraudulenter seruando, quam totam tenebatur in communem vsum proferre. [Conscia vxore sua] nam ea sciente & consentiente factum est hoc, [Et afferens partem precij ad pedes apostolorum posuit. Dixit autem Petrus] cui istud per reuelationem diuinam innotuit, [Anania, cur tentauit]. i. in tentationem induxit ac superauit [Satanas cor tuum?]. Vel tentauit. i. cur ita peccasti, quod deus sic te dereliquit vinci? Exigebit enim præcedentibus nostris peccatis frequenter dure tentamur, & in tentione à deo iuste relinquimur. [Mentiri te spiritui sancto?]. i. nec fidelitatem nec veritatem ei seruare, sed ad eius mentiri iniuriam? Sic omnis qui frangit votum, spiritui sancto mentitur. Qui autem societatem illius primitiæ ecclesiæ ingrediebantur, viuere in communi volebant. [Numme manens manebat tibi]. i. nunc ager nondum venditus tuus erat, [Et venundatum erat in tua potestate?]. id est spatium feu hegreditationem bonum agri istius post venditionem fuit in tua voluntate, quantum ad precium venditi? Et hoc referendum ad tempus præcedens votum præstatum. [Quare posuisti in corde tuo hanc rem?]. tam impia per consensum. [Non es mentitus hominibus, sed deo.] Ananias iste eo ipso quo partem precij ante apostolos posuit, factio asseruit agrum non nisi tanti venditum esse, sicque mentiebatur hominibus. Probabile quoque est, quod vxori suæ (fortè & emptori, & testibus) commisit vt dicerent idem. Verum consuetudo scripturæ est, vt cū aliquid fit notabiliter in dignitate feu qualitate distinctis, à maiori tantum factum dicatur. Sicut & Moses ait Iudæis, Non cōtra nos est murmuratio vestra, sed contra dominum. Itemque Apostolus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. Similiter Ananias nunc dicitur non mentitus hominibus, sed deo, quia illis non solū, sed deo principaliter est mentitus. Sed quomodo aliquis potest deo mentiri, quem nemo fallere potest? Et respondendum, quod deo mentiri, est ad suæ æternæ veritatis iniuriam, coram illo falsum proferre. Præterea notandum est hic ordo verborum. Primò enim locutus est petrus, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto? Deinde subintulit, nō es mentitus hominibus, sed deo: ex qua autoritate Thomas in summa contra Gentiles probat quod spiritus sanctus sit deus. [Audienti autem Ananias hæc verba cecidit et expirauit] non magica arte id fecit petrus, vt fingit porphyrius, sed ex spiritu sancto locutus est, & angelo dei transgressorem intus cadente extinctus est impius. Nec fuit hoc crudelitas, sed æquitas ad aliorum emendationem: sicut & vnum membrum abscinditur, ne totum corpus inficiatur. Sperari que potest qd petrus sua prece transgressori huic gratiam pœnitendi obtinuit, quem foris tam districtè correxit. Verum tamè in Scholastica historia fertur, quod iustorum societatem intrauit, vt necessaria vitæ haberet sine la bore, & sic aliunde malus & simulator fuisset. [Surgentes autem iuuenes] qui erant Christiani [Amouerunt eum] id est cadauer defuncti [Et efferentes sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trium spatium, & vxor eius nesciens quod factum fuerat introiit. Respondit autem ei Petrus, Dic mihi mulier] Quomodo mulieri huic responderet, à qua interrogatus non fuit, imò quā ipse interrogauit? Sed respondet ei ad opus, nō ad questionem Respondet enim, id est correspondenter seu conuenienter locutus est ei ad factum ipsius, prout factum illud exegit. [Si tanti agrum vendidisti?] Sicut est precium ante apostolos positum. [At illa dixit, Etiam tanti] precise [Petrus autem ait ad eam, Quid vti que conuenit vobis tentare spiritum domini?] id est spiritum sanctum, seu ipsum dominum deum qui spiritus est? Hæc verò fraudatio fuit æquiuallenter tentatio dei, qui tam fraudulenter partem precij occultauerunt, tamque audenter mentiti sunt, quasi de diuina prouidentia & dei scientia dubitarent. [Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, ad os suum sunt] For tē enim petrus audiuit reditum sonitum. Vel spiritui vidit, quemadmodum Heliſeus vidit Giezi currentem post Naamā. Quomodo etiam ait Apostolus, Et si corpore absens sum, tamè spiritu præsens sum, gaudens & videns ordinem vestrū. [Et efferent te] quasi diceret, protinus morieris & ad sepulchrum duceris. [Consciam cecidit ante pedes eius] percussa ab angelo [Et expirauit. i. morientes autem iuuenes, sepelierunt illam ad virum suum] id est prope corpus viri defuncti. Fuit enim consuetudo Iudæis, viros & coniuges in eodem tumulo poni, vt cōiunctionem carnis sequeretur cōiunctio pulueris, & quia de costia viri facta est mulier [Et factus est timor magnus in vniuersa ecclesia, & in omnes qui audierunt hæc]. i. in omnibus, scilicet credentibus qui & extra Hierusalem erant. perfectis autem incutebatur timor reuerentialis ac filialis. Omnes verò cognita dei vindieta, apostolicæ cōuersationis sinceritate diligentius imitari conati sunt. Nā & ideo deus fecit hanc vltionem, ne alij tale aliquid attentarent. Timor nanque retrahit à peccato, quādmōdū in prouerb. scriptū est, per timorē vnusquisque declinat à malo. ¶ Deniq; sicut verorū monachorum vita & institutio, à cōuersatione & paupertate primitiæ ecclesiæ sumptis exordij, ita ex Anania & Saphira, fictorum monachorū, qui dicti sunt Zarabaitæ, terrerimū genus [Calfiano testante] exortum est. Qui magnam corā hominibus deuotionem & paupertatem simulantes, inter se clam delicatè vixerunt. ¶ Postremo circa hunc locum scribit Beda, Nulla re hos duos pœnitentia curari passus est petrus, sed ad timorem posterius incutendum, noxium gramè radicis amputare curauit. Ex quo patet quā detestabile ac horrendum sit vitium proprietatis in religiosis, qui vtique Euangelicam paupertatem profecsi sunt. [Per manus autem apostolorum, siebant signa & prodigia multa in plebe.]

Exod. 16.  
Eph. 6.

4. Reg. 1.  
1. Cor. 5.

Gene. 2.

Prouer. 15.

Beda.

**A** Quod ait per manus Apostolorum, intelligi potest dupliciter. Primò, quod per impositionem manuum eorum sanabantur infirmiiuxta illud, Super agros manus imponet, & bene habebunt. Secundò per ma Marc. 16. nus. i. per potestatem & gratiam cōcessam apostolis, siebant in vulgo miracula multa. [Et erant vna nimirum omnes in porticu Salomonis] sibi enim prædicabant apostoli, & alij orationibus insitebant. De porticu hac dictum est supra. Hinc scriptum est, Erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. [Ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis] h. c. ne quod Anania & coniugi eius contigerat, eis quoque accideret. [Sed magnificabat eos populus] tanquam dei electos, in quibus diuina charismata præclarissimè emicabant, & in vultu & in vita atque miraculis, interior virtus & gratia resplendebat. Ita & multi vtique in præsens verè religiosos atque deuotos commendant, nihilominus in suis carnalitatibus & vanitatibus perseverant, vitiosis victi affectibus. Itaque in illis primitiæ ecclesiæ personis, constat impletum illud Esaiæ, Omnes qui viderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus. [Magnis autem agebatur in domino. credentium multitudo virorum ac mulierum] Visus enim tātis prodigijs & tam evidētibus indicijs sanctitatis ac gratiæ spiritus sancti, multi quotidie virtutum sexus conuertebantur ad Christum, quorum fidei magnitudo subiungitur, [Ita vt in plateis eicerent infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis] Grabata autem, sicut in Scholastica historia dicitur, propriè dicuntur lecti, ternia pauperum, in quibus nil corpori substerntur, sed tantum supponitur capiti substramētum [Vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret et quenquam illorum, et liberarentur ab infirmitatibus suis] Mirabilis deus in sanctis suis, qui dedit virtutem & fortitudinem tantam apostolis, potissimè Petro, qui fuit in miraculis priuilegiatus, quoniam princeps erat apostolici agminis, sicut Paulus in sapiētia dono. Propter quod Petrus ad prædicandum Iudæis specialiter missus est, Paulus verò ad Græcos. Nam Iudæi signa, Græci sapientiam, 1. Cor. 1. quærun. Vnde & Paulus testatur, Qui operatus est Petro in circūcisionem, operatus est mihi inter gentes. Et vt dicit expositor, petrus maiora fecit miracula quàm Christus: nec hoc derogat Christo, quia Ioan. 14. non sua, sed Christi virtute petrus operatus est ea. Hinc passione instante dixerat Christus, Qui credit Matth. 14. in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Christus nō euidenter legitur sua vmbra curasse infirmos, sed vestimenti sui contactu. Dicitur autem vnum miraculum maius alio, tam ex parte rei gestæ, vt suscitatio mortui maius extat miraculū quàm illuminatio cæci: quàm ex parte modi agēdi, & sic petrus maiora fertur fecisse quàm Christus miracula. [Concurrebat autem multitudo vicinarum ciuitatum in Hierusalem, afferentes agros et vexatos a spiritibus immundis, qui curabantur omnes] Vnde certissimum est innumerabilia fuisse apostolorum miracula, & de pluribus nō nisi paucissima esse conscripta. Nec hoc aliquis sic esse discredat, cū & alijs quibusdā sanctis data sit tanta gratia operandi miracula, vt eorum numerus describi nō potuerit. Verū quem deus spernit, nullus corrigere potest. Hinc reprobi vnde corrigi debent, deteriorantur: quemadmodum peruersi Iudæi ex apostolorū operibus tam diuinis, inuidia sunt succensis, secundum quod subditur, [Exurgens autem princeps sacerdotum, et omnes qui cum illo erant] concordēs in eadem persecutiōe iustorum [Quæ est hæresis Saduceorum]. i. qui cum illo existentēs fuerunt hæretici dicti Saducæi, sicut enim in noua lege vocatur hæretici, qui nō totam sacrā scripturam recipiunt. vt Manichei & Mōtaniſtæ verus testamētū negātes: ita in lege Moſi erant quidā hæretici, quinque libros Moſi tantū recipientes, nō autem prophetarum scripturas, qui Saducæi vocantur, qui interpretatur iusti. Nā iustos fe nominauerunt, quia in iudicādo & puniendo fuerunt accerrimi. Sed quia nō iusti, sed valde iniusti fuerit, dici possunt Saducæi, quasi seducti. Dicitur tamē Saducei, à Sedec verbo Hebræo quod Latine dicitur iustus. Vnde Melchisedek rex iustitiæ interpretatur. Vel Saducæi vocati sunt à Sadoch sacerdotē, de cuius semine se natos gloriabantur, porrò hæresis Græcè secundū Bedam ab electione vocatur, quia quisque sibi, spreis aliorum dictis, quod sequendum putauerit eligit. [Repleti sunt zelo]. i. inuidia, nam veritas parit odium in cordibus incorrigibilium, quemadmodum scriptū est. Nō amat pestilens eum, qui se corripit. Apostoli enim prædicabant animam esse immortalem & resurrectionē futurā, esse quoque & angelos, atque prophetas diuinitus inspiratos, quæ omnia Saducæi negabāt. [Et iniecerunt manus in apostolos] vtique omnes, sicut ante in Petrum & Ioannē dum taxat. [Et posuerunt eos in custodia publica]. i. in carcere vbi & manifesti rei cōcludebantur, vt talibus similes putarentur. [Angelus autem domini per noctem]. i. proxima nocte [Aperiens ianuam carceris, et educens eos dixit]. Beda euidenter hic asserit, quod apostoli ianuam clausis educi sunt. Vnde in Scholastica historia dicitur, Nō est intelligēdum qd angelus aperuit ianuam carceris, sed quod ita eduxit apostolos, ac si ianuæ fuissent aperta. Et quadam glossa hic asserit, quod angelus aperuit ianuam carceris non realiter, sed apparenter, quia eduxit eos tam liberè vt hostia clausa, ac si fuissent aperta, quod per omnipotentiam dei fieri potuit, non autem naturalī virtute angelica, quæ se ad hoc non extendit, quod duo corpora simul sint in eodem loco, per penetrationem dimensionum. Quod autem ianuæ non fuerint aperta realiter, verba paulū post subdita insinuare videntur, sicut patebit. [Iteet stantes in templo loquimini plebi omnia verba vite huius]. i. Christianæ conuersationis, seu Christi, qui ait, Ego sum via, veritas & vita. [Qui cum audissent intrabant diluculo in templum et docbant. Adueniens autem princeps sacerdotum, et omnes qui cum eo erant cōuocauerunt conciliū, et omnes seniores filiorum Israel, et miserunt ad carcerem vt adducerentur] apostoli. Quia enim princeps & pontifex considerauit factum apostolorū quotidie prosperari, & plurimos à Iudaismo ad nouam legem cōuertī, seriohissimè intēdebat quomodo vniuersos apostolos auferret de medio. Hinc magnum & celebrem fecit conuentū, quasi rem magnam acturus. Vnde, vt Salomon ait, non est sapiētia, nō est scientia, non est consilium cōtra dominum. Et quāto diuinæ præordinationi cor humanum impudētius præsumptuosiusque resistere nititur, tantò omnipotēs deus, quod decreuit gloriosius operatur. [Cum autem venissent ministri, et aperto carcere] ab ipsis ministris seu custodibus. Nō enim carcerem inuenerunt apertū, vt statim dicitur. [non inuenissent illos, reuersi nunciauerunt dicentes, carcerem quidem in-

A ct. 3.  
Luc. 24.

Esai. 61.

Psalm. 67.

1. Cor. 1.  
Galat. 2.

Ioan. 14.  
Matth. 14.

Eccle. 7.

3. Reg. 1.  
1. Par. 24.

Proue. 15.

Ioan. 14.

Proue. 21.



uenimus clausum cum omni diligentia, & custodes carceris stantes ad ianuas] quia enim videbant Iudæi increduli apostolos tot mirabilia operari, cautiss. eos clausuræ, ne alicui modo effugerent [Aperientes autem] carcerem [Neminem inuenimus] ex quo elicitur, quod clausis ianuis egressi fuerunt apostoli. Si enim angelus ianuas aperuisset, cur denuo eas clausisset? [Vt autem audierunt hos sermones magistratus templi] videlicet doctores legis & iudices [Et principes sacerdotum, ambigebant de illis, quidnam fieret] id est dubitabant, quem exitum res haberet, & quid de apostolis essent acturi. Circa huc locum ait Beda, Quid prophane Iudææ cæca stimularis insania? Furantibus Apostolis dicis Christum de monumento sublatum. Dic rogo eosdē apostolos de carcere tuo clauso cuius furto credis ablatos? Verum ingenita malitia, cor perfidum in signis manifestis obdurat. [Adueniens autem quidam] de Iudæis incredulis [Nunciavit illis, quia ecce viri quos posuistis in carcere, sunt in templo stantes & docentes populum] Si apostoli aduersarios timuissent, non in templo stetitissent [Tunc abiit magistratus cum ministris] id est multitudine superiorum cum subditis [Et adduxit illos] iura apostolos [Sine vi] ad principem sacerdotum [Timebant enim populum ne lapidarentur] si violentiam inferrent apostolis quos vulgus deuotē audiuit [Et cum adduxissent illos, stauerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum dicens, Præcipiendo præcipimus vobis ne doceretis in nomine isto] videlicet in nomine Iesu Nazareni [Et ecce replestis Hierusalem doctrina vestra] quod lefus iste sit rex Mæsiæ filius dei, mundi saluator, iudex vniuersorum, iudex vultus inducere [super nos] sanguinem hominis istius] Hoc dupliciter intelligi potest. Primò, vultis ostendere, quod rei simus homicidij; hominem innocentem perducendo ad mortem. Secundò, vultis inducere super nos vindictam sanguinis istius quem à nobis nocenter fusum asseritis. primò modo Augustinus intelligit, ita quod Iudæi volebāt quasi immunes videri à morte Christi, ideo obtulerunt eum iudici Pilato: atque dixerunt, Nobis non licet interficere q̄ uenquam. Sicque princeps hic sacerdotum nunc quasi oblitus fuit, quod ad pontificū iustigationem, totus populus Iudæorum clamauit, Sāguis eius super nos & super filios nostros. [Respondens autem Petrus et apostoli dixerunt, Obedire oportet deo magis quā hominibus] hoc supra expositū est. Porro vt ait hic glossa quædam & Scholastica historia, omnes apostoli verba ista vnanimiter præferebant, ex seruire & zelo, non patientes vnū pro omnibus loqui. Quibusdam tamen apparet, quod seruos Petrus verba hæc protulit, quibus prolatis, alij verbis & signis annuerunt, aliās videretur ibi fuisse vocū confusio. Verūtamen istud non cogit, imò probabile est quod Petro responsonem inchoate, & profequente, alij ex seruire aliqua verba miscebant eadem affirmando, quod & in iudiciis accidere solet: non tamen inordinatē, sed valde modeste id fecerunt. [Deus parum nostrorum iussit autem Iesum, quem vos interemistis suspendentes in ligno] manibus militum. O quam parati fuerunt isti nunc mori pro Iesu, qui tempore suæ captiōnis omnes simul fugerunt ab eo. [Hunc deus principem et saluatorem exaltauit] in resurrectione & ascensione [Dextera sua] id est sua gratiosa potentia ac pia assistentia. Vel in dextera sua eum ponendo. Est autem Christus princeps totius militantis ac triumphantis ecclesiæ, de quo Esaias prædixit, Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. De quo in Apocalypsi habetur, Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. Itaque exaltauit illum, vt sit caput ecclesiæ [Ad dandam poenitentiam] id est locum, tempus, & gratiam poenitendi, seu poenitentiam sacramentum atque virtutem [Israel] id est populo Israël, imò & cunctis hominibus [in remissionem peccatorum] quæ per poenitentiam impetratur. Propter quod post resurrectionem Christi perhibuit, Oportebat pati Christum, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius poenitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes. [Et nos testes sumus horum verborum] id est rerū significationem per verba hæc, scilicet resurrectionis, ascensionisque Christi. Verbum autem quandoque accipitur pro interiori mentis conceptione: sicut & ibi. In principio erat verbum, quādoque pro imaginaria similitudine rei, interdum pro verbo vocali. Aliquādo pro re verbis expressa, quemadmodum 4. Regum loquitur Ezechias, Non fuit verbum in domo mea, quod non ostenderim eis [Et spiritus sanctus] est testis horum per nos loquendo, & mirabilia operando in testimonium euangelicæ prædicationis. Propter quod Christus prædixit Cū venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me [Quem dedit deus omnibus obedientibus sibi] scilicet nobis & discipulis nostris in signo visibili. Nullis tamen deo virtuosè obedit nisi per præueniētē gratiam spiritus sancti, sed obedientibus deo datur spiritus sanctus per incrementa suorum charismatum. H [Hæc cum audissent] præfati principes Iudæorum [Dissecabantur] vehementer frementes ac indignantes contra apostolos tam authoritatiuè & sine pauore loquentes [Et cogitabant interficere illos.] In maluolam quippe eorum animam non introierunt sapientiæ verba. Et contumaces sui reprehensionem non sustinent, sed odium corripientem. [Surgens autem quidam in consilio Pharisæus] eo modo quo & Paulus infra testatur, Ego pharisæus sum. Nam ambo antequam Christi fidem susciperent, erant de secta hac quantum ad obseruantias eius [Nominem Gamaliel] ad cuius pedes instructus est Paulus [Legis doctor, vir honorabilis vniuersæ plebi] quia iam dudum honestæ fuit conuersationis, & vita concordabat doctrinæ in ipso [Iussit foras ad bruc homines fieri] id est Apostolos iussit ad modicum tempus egredi, & extra manere. Hoc eis præcepit quamuis in suo corde sibi eos præponeret, sequē eorum seruum ac discipulum reputaret. Veruntamen instar iubētis locutus est. De quo refert Clemens in quadam epistola, quod fuit apostolorum discipulus, sed occultus, sicut & Nicodemus, & de consilio apostolorū mansit inter Iudæos, vt eorum contra fideles mitigaret furorem. [Dixitque illis, Viri Israelitæ, attendite vobis se per hominibus istis, quid acturi sitis] id est nolite præcipitare sententiam, nec inconsultis istos opprimere, neque ex passionis impetu quicumque peragere. Ad quod inducit duo exempla. [Ante hos enim dies exiit Theodas dicens se esse aliquem] scilicet virum [Magnum] ac vatem [Cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est, et omnes quicumque credebant ei dispersi sunt,

Matth. 28.  
Matth. 15.  
Ioan. 20.

Ioan. 18.  
Matt. 27.  
Act. 4.

Marc. 14.

Esa. 9.  
Apoc. 1.

Luc. 2.4.

Ioan. 1.  
4. Reg. 20.  
Ioan. 15.  
Act. 2.

Ioan. 6.

Sapient. 7.  
Amos. 5.  
Act. 23.  
Act. 22.

Ioā. 3. 7-19.

A *et redacti ad nihilum*] non absolute ad nihilum, cum animæ sint immortales, & prima materia incorruptibilis, sed ad nihilum sunt redacti, quantum ad id quod attentarant, & de terra se vite præfenti sublatis sunt. Iste Theodas (sicut in Scholastica historia ex verbis Iosephi recitatur) dixit se esse prophetam, ad cuius persuasionem multi Iudæorum venditis omnibus suis, & sublatis ex vrbe, præsertim Hierusalem, facultatibus venerunt ad ripas Iordanis, & promisit se post triduum diuisurum Iordanem, vt transiret per arenam alueum sicco pede vt tempore Iosue, & infra hoc triduum venientes milites misit à præside Syriæ ipsi occiderunt & multos eorū quos seduxit, caputque eius tulerunt Hierusalem. Fuit autem Theodas magus. [post hunc exiit Iudas Galilæus in diebus professionis] .i. generalis descriptionis, quādo imperante Augusto descriptus est orbis, ibantque singuli vt profiterentur in sua ciuitate, subiectos se esse Romano imperio, & capitis soluerent cēsum, vt apud Lucā habetur [et auerit populū post se.] Nam docuit populū Israël, quod cum esset populus dei non debere eum subdi Romanis, nec eis dare tributa, quā in templo decimas solueret atque primitias: & quia in lege cōscriptum est, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruis. Sed errauit, cū hoc de seruitute latræ intelligatur, & spiritali libertati corporalis subiectio nō repugnat, militantibus quoque pro bono Reipublicæ stipendium seu tributum debetur. Propter quod dixit Saluator, Reddite quæ sunt Cæsari Cæsari, & quæ sunt dei deo. [Et ipse pruit, et quotquot consenserunt ei dispersi sunt.] Nō enim diuina virtute contra Romanos roboratur, sed pro suo errore succubauerunt [et nunc i. aque dico vobis, Discedit ab hominibus istis, et sinit illos. Quoniam si ex hominibus est consilium hoc aut opus, dissoluatur.] .i. si negotium apostolorum humana calliditate confectum est, & doctrina eorum mendosa est, magicisque artibus innituntur, citò totum peribit, sicut illorum duorū, [si vero ex deo est, non poteritis dissoluere illud. Abstinet ergo ab eis, ne et deo repugnare videamini.] Rationalis prorsus fuit ista instructio, præsertim cū probabilia valde imò & certa omnino signa apparerent, quod apostolorū opus esset à deo [consenserunt autem illi]. f. Gamalieli nō tamen in toto, quia in hoc consenserunt, quod dimiserunt apostolos: nō autem in hoc, quod eos flagellauerunt, & prædicare prohibuerunt [et conuocantes apostolos, cæsis] .i. à se flagellatis [Denunciauerunt, ne loquerentur in nomine Iesu ad populū] aliqua laude digna. [Et dimiserunt eos, et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habuit sunt pro nomine Iesu contumeliam pati] reputates persecutionem hanc esse præcipuum donum dei, quemadmodum Paulus Thessalonicensibus scribit, Vobis datum est pro Christo non solū vt credatis in eum, verū vt etiam patiamini pro illo. Sic ergo impleuerunt apostoli quod audierūt à Christo, Gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Hinc in Iacobo habetur, Omne gaudium existimate cū in diuersas tentationes incidertis. ¶ Præterea cū quælibet virtus habeat propriū gaudium sibi annexum, perfectam patientiam habens in aduersitate persequente secundum superiorem animæ partem lætatur: ita quod sicut gaudium est iusto iustitiam facere, & humili subdi, sic patienti gaudium est tribulari. Et vtique hic Christum purè diligimus, gaudere debemus quod ei per aduersitatem molestias conformamur, quia & per hoc à peccatis purgamur, ad gratiam abundantiorē disponimur, ad regnum cælestē compendiosius peruenimus. Ideo scriptum est, Cōmunicantes Christi passionibus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudatis. In omni ergo aduersitate inordinatā tristitiam repellamus, & Christi passionem ac multiplicem patientiæ fructum oculis cordis stabiliter proponamus, scientes quod omnes qui plauerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles. Qui autem tentationes nō susceperūt in timore dei, & in patientia sua, exterminati sunt [Omni autem die non cessabunt in templo et circa domos docentes] publice & priuātē [Et euangelizantes Christum Iesum] in quo patet maxima fortitudo si dei charitatisque seruo istorum, qui in regia pontificali que vrbe, nec verbis nec iusticiis poterant à dei opere cohiberi. Et vtique nisi diuina potestate totum opus eorū fuisset fulsitum, mirum & incredibile videretur, quod principes Iudæorum vel vno die permisissent eos in vita aut ciuitate sua metropolitana: sed vt dictum est, Non est consilium contra dominum.

Luc. 2.

Deut. 6.

Matth. 4.

Matt. 22.

Marc. 32.

Matth. 15.

Luc. 6.

Iacobi. 1.

1. Petri. 4.

Judith. 8.

Explanatio cap. sexti.

[In diebus autem illis.]

Artic. v. i.

D



Via hoc libro sanctus Lucas primitiū & statum ecclesiæ proposuit scribere, nō solum apostolorum facta & verba enarrat, sed & cæterorum fidelium post apostolos præcipuorum. Et quoniam in ecclesia post sacerdotes cōstituantur & sequuntur diaconi, nunc de ordinatione septem primorum diaconorum textit historia. [In diebus autem illis crescente numero discipulorum] eorum videlicet qui per apostolos conuertebantur ad Christum. Christiani verò tunc generaliter vocabantur discipuli, vt infra habetur. Quotidie autem plurimi conuertebantur [factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos] per Græcos hic intelliguntur vel Iudæi in dispersione inter Græcos nati & educati, vel Græci & aduenæ ex gentilitate conuersi, & in Hierusalem permanentes [Eo quod despicerebantur in ministerio quotidiano] scilicet, dispensatione seu administratione vitæ equalis & temporalium [vidue eorum] puta Græcorum. Quod tripliciter intelligi potest. Primò, quod Hebræi in ministerio quotidiano viduas suas tanquam eruditiores Græcorum viduis præferebant, & sic Beda exponit. Secundò, quod viduæ Græcorum, non tam bene ministrabantur necessaria, vt viduis Hebræorum. Sed cum superior dictum sit quod multitudinis credentium erat cor vnū & anima vna, & singulis ministrabatur sicut indigerunt, quomodo in tam sancto collegio inuenta est ista dissensio? Et respondendum, quod numero discipulorum crescente orta est murmuratio ista, non enim omnes atque perfecti fuerūt, & in tanta multitudine fuisse aliquos imperfectos,

mirum non est. Imò vt Climachus refert, quidam illorum facti fuerunt hæretici [conuocates autem duodecim] scilicet Apostoli [Multitudinem discipulorum dixerunt, non est æquum nos relinquere verbum dei] id est ad prædicationem cessare. Et ministri mensis id est victualium corporis administratione occupari. Spiritalia enim intantum sunt temporalibus præponenda, quantum anima corpore extat præstantior. & qui sunt ad sublimiora officia, diuiniorsque actus instituti, non debent immoderanter sine necessitate, circa viliora intendere, ne à principalioribus impediatur. Denique meliora sunt feruula mentis quam ventris; & vt Rabanus ait, his verbis ostendunt apostoli episcopos & doctores non debere corporalibus implicari, dicente Apostolo, Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus. Hinc etiam Ietro cõsultul Moysi, vt præfesset populo in his quæ sunt ad deum, & maiora duntaxat iudicaret negotia, minora verò subfistitatis principibus iudicibûsque committeret, prout in Exodo habetur [Considerate ergo fratres viros ex vobis] id est de vestro collegio [Boni testimonij] scilicet fame honeste [Plenos spiritu sancto & sapientia] id est euidenter virtuosos, & sufficienter eruditos, quantum humano modo conuici potest aut sciri. Tunc enim fuerit ibi q̄ plures tanta gratia decorati, quod certũ fuit eos spiritu sancto impletos [Septem] tot enim ad literam probabiliter videbantur ad opus administrationis sufficere. Per quod mysticè figuratur, quod in diaconatum promouendi, debent septemplici dono spiritus sancti ornari [Quos constituamus super hoc opus] administrationis corporalium, vt ipsi ea ministrent, vel ministrantibus præint. [Nos vero orationi & ministerio verbis insistentes erimus] per ministerium verbi, prædicatione designatur. O vniã prælati ista attendere, quorum iam plures, plusquam oportet, decet, aut licet, circa temporalia occupatur, in exterioribusque versantur: quia mente sunt frigidi, nec in spiritalibus exercitiis habent saporem. Hinc offenduntur negligentes seipos & sibi commissos [Et placuit sermo coram omni multitudine] qui malum murmuracionis optabant extinguì, & vt boni filij patrum suorum cõsilio tam rationali celeriter acquieuerunt. Quod & cunctis subditis est pensandum ac imitandum. Præterea in verbis præfatis notatur ordo in electione seruadus. ¶ Electio enim primò fieri debet cum discretione atque concordia, quod notatur, cum dicitur consi. derate. Secundò ex charitate: ideo subditur, fratres. Tertiò, vnus de gremio ecclesie eligi debet: hinc sequitur, ex vobis. Quartò, qui eligitur debet esse bonæ famæ, propter proximorum ædificationem: idcirco subiungitur, boni testimonij. Quintò, erit virtuosè conuersationis quo ad deum: ideo additur, plenos spiritu sancto. Sextò, erit in scripturis instructus: propter quod sequitur, & sapientia. Postremò talis debet esse, vt magis cupiat prodesse, quam præesse; perpendens se potius vocatum ad onus quam ad honorem: idcirco annexitur, quos constituamus super hoc opus. [Et elegerunt Stephanum plenum fide:] quæ est virtus theologica, seu fidelitate, quæ ad iustitiam pertinet [Et spiritu sancto] per quod insinuat cunctis fuisse plenus virtutibus. Sed in primitiua ecclesia fides fuit specialiter commendanda tanquam fundamentum virtutum, & quia tunc valde necessaria fuit fidei fortitudo propter persequuto itemque ob difficultatem subdendi intellectum articulis fidei, quod est ratione in captiuitatẽ redigere [Et Philippum] de isto Philippo diacono infra scribatur subblimia, vnde & ipse & ceteri qui sequuntur pleni fuerunt fide & spiritu sancto [Et Procorum, et Nicanorem, et Timonem, et Aranenam, et Nicolai aduenam Antiochenum] qui, vt fertur, de gentilitate fuit conuersus ad Iudaismum: vel fortè immediatè ad Christianismum, & de Antiochia fuit, de quo occasione erroris sumperunt quidam, in Apocalypsi Nicolaitæ vocati, asserentes mulieres debere esse communes, quod & Thomas in summa contra Gentiles affirmat hunc Nicolai dixisse. Alij tamen dicunt, quod ipse non dixit hoc: sed cum haberet mulierem pulcherrimã, & accusaretur de immoderato amore ad eam, volens se excusare, ait corã Apost. Ecce coniunx mea, qui vult ea vtatur. Quod [vt isti asserunt] ipse non dixit ea mente qua sentiret vsum sceminarum debere esse commune, sed vt per huiusmodi modum loquendi se plenius excusaret. Verũ quidam perueri ad mala proclues, cuiusque verba iuxta suam concupiscenciam interpretantur, sumperunt ex eis occasionem erroris [Hos statuerunt ante conspectum apostolorum] puto autem quod & hi septem electi etiam elegerunt, sicut in electionibus collegiorum ac cœnobiorum qui eliguntur & eligunt [Et orantes] ipsi apostoli [imposuerunt manus] secundum Rabanum hic ordo seruandus est, vt scilicet populus eligat, episcopus ordinet. Et quia apostoli cum oratione & manus impositione ordinauerunt istos diaconos, in ordinibus dandis sunt orationes, & in quibusdam ecclesiis, manus tempore ordinationis imponuntur diaconis. In scholastica quoque fertur historia, quod horum septem priorem diaconorum vicem gerunt archidiaconi, præterea instituti, vt portent pondus negotiorum, quatenus prædicationi ac doctrinæ liberius vacent episcopi [Et verbum domini crescebat] id est prædicatione apostolorum fructificabat [Et multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem valde] quia plurimi conuertebantur. [Multa etiam turba sacerdotum obediens fidei] rationem suam subiciens fidei, in quo elucescit infinita misericordia Christi, quod illos conuertere dignatus est, à quibus tam importune atque crudeliter fuit expectat ad mortem, in quibus specialiter est impletum, quod ante passionem Christus prædixit. Cum exaltauerit filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. ¶ Insuper aduertendum, quod sicut in libro hoc beatus Lucas duorum præcipuorum apostolorum actus & verba specialiter persequitur ac describit: videlicet Petri & Pauli, ita & prædictorum septem diaconorum duorum præcipuorum verba actusque persequitur, scilicet Stephani & Philippi, non enim scribere omnia potuit [Stephanus autem plenus gratia et fortitudine] paulò ante dixit eum plenum fide & spiritu sancto, nunc gratia & fortitudine, vt monstratur sanctus Stephanus fuisse vir apostolicæ perfectionis. & quia iam eius martyrium descripturus est, aptè præmittit quod fortitudine plenus fuit, tam illa quæ est virtus moralis & cordialis, cuius est in periculis mortis esse constantem, quam illa quæ est donum, cuius est operibus perfectionis constantem insistere [Faciebat signa et prodigia magna in populo] quæ sanctus Lucas breuitati studens non persequitur. [Surrexerunt autem quidam de synagoga libertinorum.] Isti Iudæi increduli dicti sunt li-

1. Tim. 2. Exod. 18.

Ioan. 12.

bertini, quia manumissi, id est libertate donati fuerunt, cum prius serui fuissent, sicque conditionis fuerunt seruilis qui fidei restiterunt [Et Cyrenensem] à Cyrene, quæ est ciuitas Lybiæ, secundum Bedam et Alex andrinorum] id est ab Alexandria verbe Aegypti [Et eorum qui erant à Cilicia, et Asia] quæ sunt regiones vicinæ adiuuicem [Disputantes cum Stephano] volentes probare, quod Iesus non esset Christus in lege promissus [Et non poteram resistere sapientiæ] Stephani [Et spiritui] id est spiritui sancto [Qui loquebatur] per Stephanum: sicut ait Saluator, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Vel el spiritui, id est, animæ Stephani qui loquebatur, sicque implebatur in Stephano illa Christi promissio. Ego dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri [Tunc submisserunt viros] scilicet falsos testes [Qui dicerent se audisse eum dicens verba blasphemie, in Moysen et in deum] sicut fecerunt regii ta & militi. Nam & contra Christum prædixerunt falsos testes Iudæi. Est autem proprium peruerforum, vt cum ratione præualere non valent, sequè rationabiliter conuinci prospiciunt, ad calliditates & violentias conuertantur. Sic egerunt & isti [commouerunt itaque] id est ad iram & zelum indifcretum prouocauerunt [Plebem et seniores et scribas] id est iudices & doctores, [Et concurrentes rapuerunt eum] cum impetu violento tanquam maleficum [Et adduxerunt in concilium, et statuerunt falsos testes dicentes, Homo iste non cessat loqui aduersus locum sanctum et legem] id est templo & legi Mosi per verba blasphemie detrahit [Audiuimus enim eum dicentem, Quoniam Iesus Nazarenus hic destruit locum istum et mutabit traditiones] id est leges seu ordinationes & obseruantias [Quas tradidit nobis Moyses.] Etiam si Stephanus hæc verba dixisset, non fuisset blasphemia secundum veritatem, sed secundum Iudæorum istorum æstimationem. Romani enim Christi potestate destruxerunt vrbem & templum Hierusalem. Cerimonialia quoque legis Christus mutauit in melius, & alias dedit institutiones viuendi ac deum colendi quam Moyses. Verè exæcati Iudæi putabant cæremonialia & iudicialia legis præcepta post Christi aduentũ semper seruanda sicut moralia. Nihilominus testes isti mentiti sunt, vt Stephanus ista verba non dixit, vel ea non dixit eo sensu quo ipsi ea proposuerunt. Sic enim ea propofuerunt, quasi Iesus asseruisset se legalia mutaturum, quasi simpliciter reprobans ea, vel quasi omnia mutans: Christus verò ita non dixit nec Stephanus: imò Christus testatus est, Non veni legem soluere sed adimplere, id est perficere. Cæremonialia enim figuratiua fuerunt, quæ in Christo impleta sunt atque in ecclesia. Præcepta quoque moralia euangelicis perfecit consilijs [Et intrantes in eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem angeli] id est splendidissima claritate ac miro decore perfusam, per quod interna perfectionis magnitudo, puritas & innocentia monstrabatur. In quo Mosi parificatus est Stephanus. Nam & Mosi vultus præ splendore à Iudæis aspici non valebat. In tali autem & tanta maiestate ostendit deus Iudæis, Stephani vultum vt conuenterentur ad veritatem si vellent, aut si nollet, de sua obstinatione inexcusabiliores ac damnabiliores redderentur. Porrò in scripturis canonicis non legitur homo vultum huiusmodi habuisse in terra coram hominibus, nisi Christus in transfiguratione & Moyses ac Stephanus, in quo magna valde Stephani excellentia innotescit.

Elucidatio VII cap. [Dixi autem.]

Articulus VII.



**D**ixit autem princeps sacerdotum, si hæc ita se haberent. Quoniam accusato datus est locus excultationis, & responsonis, princeps sacerdotum tanquam iudex scificatus est Stephanum, an in sibi obiectis esset culpabilis [Qui ait, Viri fratres et pares audite] sanctus Stephanus responsonis, verbis modestis ac blandis in exordio vsus est: quia vt scribitur in Prouerb. Responso mollis frangit iram. [Deus glorie apparuit patri nostro Abraham.] Quatuor obiecta fuerunt Stephano scilicet blasphemia in deum, in Moysen, in legẽ, in templum. Ideo de his quatuor se excusat, & primò de blasphemia contra deum, quem deum glorie nuncupat, quia in ipso est beatorum do & gloria infinita, & ab ipso vita glorie profluit. Ipse quoque est maiestatis immensa. apparuit autem Abraham per subiectam creaturam, scilicet angelum [Cum esset in Mesopotamia] quæ est regio sic dicta, quia media inter aquas sita est, inter fluuios scilicet Euphratem, & Tigrim [Priusquam moraretur in Charran] quæ secundum Bedam est vrbis regionis Mesopotamiae, & in Genesi dicitur Aran [Et dixit ad illum, Exi de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram quam monstrauero tibi] scilicet in terram Chanaan. ¶ Circa hoc dubia oriuntur. Abraham nanque oriundus fuit de Chaldea, & inde veni in provinciam Mesopotamiae, deinde in ciuitatem illius, nomine Charran. Quomodo ergo ei de terra sua iam egresso atque in aliena posito, dicitur, exi de terra tua? Item in Geneseos lib. legitur quod Abraham cum patre suo Thare habitauit in Aran quæ alio nomine dicitur Aharrã, & mortuo ibi ipso Thare patre Abraham, dominus illi præcepit, egredere de terra tua, &c. Ad primũ respondetur tripliciter. Primò, secundum Bedam & Scholasticam historiam, quod licet iam egressus fuerat de Chaldea, corpore, nõ tamen mente, quia adhuc tenebatur spe ac desiderio redeundi. Idcirco præcipitur ei vt etiam mente egrediat de ea, vt scilicet non proponat in eam reuerti. Secundò, iuxta Augustinum, quod Mesopotamia est pars Chaldaeæ, & ita non fuit de tota Chaldaeæ egressus, sed de vna eius parte introiit aliam, nunc ergo iubetur totam relinquere. Tertiò, vt quod dicitur exi de terra tua, sic exponatur, id est, longius discede ac ca. Ad aliud respondetur, quod vel bis iustum est Abraham exire de terra cognationeque sua, videlicet femel ante mortem patris sui, & tunc ex causa rationabili distulit, fortè vt patri suo tanquam seni pro solatio, & exhibendo obsequio maneret coniunctus. Secundò, post patris sui dormitionem, vel vt aliqui dicunt hoc quod dicitur, exi de terra tua, per anticipationem est dictum. Denique in hoc præcepto Abraham factò, mysterialiter præfigurabatur, quod Christus postea per seipsum cõsuluit, vt scilicet pro-

Matth. 10.

Lucæ. 21.

Matth. 26.

Marc. 14.

Lucæ. 24.

Matth. 5.

Actu. 6.

Gen. 12.

Gen. 12.

pter ipsum omnia relinquuntur, etiam parentes, fratres, sorores, &c. [ *Tunc exiit de terra Chaldeorum* ] secundum varium sensum nunc tactum scilicet longius descendendo ab ea, vel partem eius deserendo [ *inde habitavit in Charam. et inde postquam mortuus est pater eius* ] Thare in Charam cum esset ducentorum quinque annorum, ut dicitur in Gen. [ *Transiit* ] id est ire præcepit [ *illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis* ] quæ dicitur terra promissionis [ *et non dedit illi hereditatem in ea, nec passum pedis* ] id est nec minimam partem. Nec obest quod in Gen. scribitur Abraham emisit speluncam cum agro: nam hanc partem habuit in titulo emptionis pro sepultura, non hereditate possedit ad colendum aut habitandum [ *Sed promisit dare capillis in possessionem, et* ] pro. i. [ *semini eius* ] illis videlicet, qui cum Iosue terram istam ingressi sunt [ *Cum non haberet filium* ]. i. ante natiuitatē Isaac, imō & Ismaëlis, & hoc quantum ad promissionē primo factam. Sapius enim et istud promisit, sed prima, ut scribitur in Gen. fuit longē ante Ismaëlis generationē. Vbi cūque autē in Gen. legitur deus promisse Abraham, vel Isaac, aut Iacob, quod eis hanc terram daret, referendū est ad posteritatem ipsorū [ *Locutus est autem ei deus* ] per angelū [ *Quia erit semen tuum accola* ]. i. filij tui pegrini erūt & aduenæ [ *in terra aliena* ]. i. in regione Chanaā, & Aegypti [ *Et seruituri eos subiciet, et male tractabunt annis quadringentis triginta* ]. Vnde legitur dominus locutus ad Abraham, Scio prænosco, quod peregrinū futurū sit semen tuū, & seruituri eos subiciet, & affligent quadringentis annis. Porrō hos quadringentos triginta annos cōputat Rabanus à die quo facta est ista promissio Abraham vsque ad exitum de Aegypto. Quadringentos verō annos nonnulli incipiunt à natiuitate Isaac vsque ad egressum Israël de Aegypto. Aliqui verō quia dictum est Abraham, In Isaac vocabitur tibi semen, cōputant istos quadringentos annos à natiuitate Isaac vsque ad montem Seon regis Amorrhæorum, & Oregis Basan. Præterea quāuis dictum sit, quod filij Israël aduenæ forent in terra aliena, & seruituri subiciendi ac male tractandi, nō tamen sensus est, quod toto tempore fuerint in huiusmodi afflictione, sed pars pro toto est posita, aut econuerso. Nam pro parte quadam huius temporis fuerunt afflicti in terra Aegypti [ *Et gentem cui seruerint* ] puta Aegyptios [ *iudicabo ego* ] iudicio punitionis & condemnationis [ *Dicit dominus* ] nam submersit eos in mari rubro & statuit in inferno [ *Et post hæc exhibit* ] de Aegypto seu eremo [ *Et deseruiet mihi in loco isto* ] scilicet in Iudæa, quod tempore Iosue incepit [ *Et dedit illi* ] videlicet Abraham [ *Testamentum* ] id est pactum [ *Circumcisionis* ] dicens, Hoc est pactum meum quod obseruabitis. Circumcidetur ex vobis omne masculinum [ *Et sic genuit Isaac* ] cum esset centum annorum, ut scribitur in Genesi. Erat autem nonaginta nouem annorum cum pactum circumcisionis accepit [ *Et circumcidit eum die octauo* ] sicut in Genesi habetur, [ *Et Isaac* ] genuit [ *Iacob*, et Iacob duodecim patriarchas. Et patriarchæ emulantes ] id est inuidentes ipsi [ *Ioseph* ] quia à patre plus amabatur, & somnia quædam eis displicentia vidisse se eis narrauit [ *Vendiderunt eum in Aegyptum* ] id est. Ismaëlis negociatoribus in Aegyptum pergentibus, secūmque ducentibus atque ibidem vendentibus Ioseph. Non tamen omnes patriarchæ duodecim id fecerunt, quia nec Benjamin adfuit neque Ruben [ *Et erat deus cum eo* ] per gratiam magnam, & prouidentiam singularem ac gratiosam [ *Viripuit eum ab omnibus tribulationibus suis* ] scilicet, de manibus fratrum, & Aegyptij qui eum incarcerationi, vnde in Sapientia libro legitur, Hæc, scilicet sapientia diuina, venditū iustum nō derelinquit, sed à peccatoribus liberauit eum [ *Et dedit ei gratiam et sapientiam, in conspectu Pharaonis Aegyptij* ] nam ex diuina reuelatione exposuit somnia Pharaonis sicut Daniel somnia regis Babylonis [ *Et constituit eum præpositum super Aegyptum, et super omnem domum suam* ] id est super omnem suam familiam atque substantiam, dicens ad eum, Vno tantum regni glo te præcedam [ *Venit autem fames in vniuersam Aegyptum et Chanaan, et tribulatio magna* ]. Nam has duas regiones fames illa maximè opprimebat: quæ omnia in Genesi plenius scripta sunt [ *Et non inueniunt cibos parues nostros* ] id est in terra in qua habitabat, [ *Cū autē audisset Iacob frumentum esse in Aegypto, misit patres nostros* ] id est decem patriarchas, Benjamin secum retento [ *Primum* ] id est prima vice [ *Et secundo* ], id est secunda eorum missione in Aegyptum pro victualibus emendis [ *Cognitus est Ioseph à fratribus suis* ] quia tunc dixit eis, Ego sum Ioseph [ *Et manifestatum est Pharaoni sensus eius* ]. id est cognatio. Tunc enim in aula regis celebri dictum est sermone, Venerunt fratres Ioseph [ *Mittens autem Ioseph* ] fratres suos, cum plaustris & afinis, multisque diuitiis [ *Accersit patrem suum* ] per istos denuncians ut veniret ad se [ *Et omnem cognationem suam in animabus* ], id est hominibus [ *Septuaginta quinque* ] In Genesi habetur, Cunctæ animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressæ ex femore illius absque vxoribus filiorum, sexaginta sex. Et in Exodo, Erant omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta. Sed Lucas sequens interpretationem Septuaginta, ponit septuaginta quinque per anticipationem, connumerans quinque nepotes Ioseph. Quibus omnibus si addantur ipsemet Iacob & filius eius Ioseph, cum duobus filiis eius Effraim & Manasse, habentur septuaginta quinque [ *Et defunctus est ipse* ] Iacob in Aegypto [ *Et paries nostri* ] id est duodecim patriarchæ, ibidem [ *Et translatis sunt in Sichem, et positi in sepulchro quod emit Abraham præcedo genti à filiis Emor filij Sichem* ] in Genesi scriptum est quod Iacob emit partem agri à filiis Emor patris Sichem centum agris, fuitque ager iste iuxta Salem vrbum Sichemorum. Porrō alio loco in Genesi legitur, quomodo Abraham emit ab Ephron filio Seor Etheo speluncam duplicem vnā cum agro in quo fuit iuxta Hebron, quadringentis argenti siclis. Quomodo ergo nunc dicitur, quod Abraham emit sepulchrum à filiis Emor, & quomodo Emor vocatur hic filius Sichem, cum in Genesi appelleretur pater ipsius Sichem? Itaque intuentium quod Iacob, sicut in Genesi scribitur, fuit citō post mortem suam in spelunca duplici positus, Ioseph verō tempore Iosue in Sichem, & in eodem loco, secundum sanctum Hieronymum, sepulti fuerunt alij patriarchæ, delatis eorum ossibus ex Aegypto, quamuis in Genesi non legatur. Postea autem positi sunt in sepulchro quod emit Abraham. Ve-

A rum quod in litera dicitur, à filiis Emor filij Sychem, refertur ad verba præcedentia, scilicet, translatis sunt in Sychem: ut sit sensus, quod translatis sunt in Sychem emptam à filiis Emor, à quibus Iacob emit hunc agrum Sychem. Quod autem Emor dicitur hic filius Sychem, & in Genesi, pater Sychem, concordatur, quia frequenter contingit quod aliquis habeat patrem & filium eodem nomine appellatos. Hæc in Scholastica historia plenius scripta sunt. [ *Cum appropinquaret autem tempus repromissionis quæ concessus* ] id est protestatus [ *Fuit deus Abraham* ] id est proximate tempore quo implendum fuit quod deus Abraham prouocauerat de educatione posteritatis suæ ex Aegypto, & introductione in terrā promissionis [ *Creuit populus* ] Israël [ *Et multiplicatus est in Aegypto* ] iuxta id Exodi, Filij Israël creuerunt & quasi germinantes multiplicati sunt & roborati nimis, impleuerunt terram [ *Quoadusque rex alius surrexit in Aegypto, qui non sciebat Ioseph* ]. i. quanta bona Aegyptiorum regi populoque præstitit. Rex iste sub quo natus est Moses non fuit de femine regis Aegypti qui constituit Ioseph super Aegyptum, ut Iosephus scribit. Et ut aliqui dicunt, octauus fuit post illum [ *Hic circumuentens genus nostrum* ] id est populum Israël callide opprimens, iuxta quod ait in Exodo, Venite sapienter opprimamus eum [ *Affixit patres nostros* ] crudeli præcepto [ *Ut exponerem infantes suos* ] id est ab obstetricibus eos occidi permitterent, vel in flumen proicerent, aut proici fineret [ *Ne viuificaremur* ] id est ne infantes illi manerent viuentes, & per hoc populus Israël auiliferet. Primō quippe præcepit obstetricibus ut infantes masculos Hebræorum necarent. Quibus id ex timore dei non exequentibus, iussit Pharaon omni populo suo, ut quicquid masculini sexus gignerent coniuges Hebræorum, in flumen proicerent, ut in Exodi libro habetur. Et quoniam sanctus Stephanus accusabatur quasi obloquens Mosi, consequenter ad eius commendationem descendit [ *Eodem tempore natus est Moses* ] durante scilicet præcepto occidendi paruulos Hebræorum [ *Et fuit gratis deo* ] id est acceptus, non ex propriis meritis, sed ex dei bonitate tanquam æternaliter prædestinatus, atque ad plurima opera bona agenda præordinatus [ *Qui nutritus est in domo patris sui tribus mensibus* ] videntes enim patres eius pulchrum & elegantem eum esse infantem, miserī ipsius cum periculo contra regis edictum conseruauerunt eum in vita & absconderunt [ *Exposito autem illo* ] id est in flumen proiecto & posito in vasculo quodam, iuxta id Exodi, Cū me iam celare non posset, scilicet mater eius eum, sumpsit fiscellam scripæ, & liniuit eam bitumine ac pice, posuitque infantem in vasculo, & posuit eum in careto ripæ fluminis [ *Sustulit eum filia Pharaonis* ] visa enim fiscella iussit vni ancillarum ut illam sibi afferret. Qua aperta & reperto infante, miserata eius dixit, De infantibus Hebræorum hic est [ *Et enurruit eum sibi in filium* ] Commisit enim matri Mosi ut eum nutritet, & adultum sibi scilicet filiam Pharaonis referret: quo facto adoptauit eum in filium. Hæc autem in Exodo plenius recitantur. [ *Et eruditus est Moses omni sapientia Aegyptiorum* ] scilicet in naturali philofophia & Astronomia. Studium autē Pphilosophiæ primō vigit in Aegypto [ *Et erat potens in verbis, et in operibus suis* ] id est sapiens in loquendo, & fortis in operando. Et quia hic dicitur quod erat potens in verbis, Origenes asserit, quod eloquens fuit. Et quod in Exodo Moses impeditoris linguæ se esse testatur, soluit per hoc, quod tunc ineloquens se dixit, cum deum audiuit sibi loquentem, cuius comparatione omnis rationalis creatura consistit ineloquens. Alij probabilius aiunt quod fuit linguæ impeditæ, tunc tamen potens in verbis fuisse asseritur, non ob promptitudinem expressiue, sed ob discretionem in disserendo, [ *Cum autem impleverit ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius ut visitaret fratres suos Israel* ] in terra Gessen, ut in molestissima seruitute positos consolaretur. Condoluit enim eis tanquam piissimis [ *Et cum vidisset quendam Hebræum iniuri am patientem* ] ab Aegypto [ *Fecit vltionem ei qui iniuriam sustinebat, percussit Aegypto* ] id est iniuriam Hebræi vltus est, interfecitque iniuriantem Aegyptium. In quo facto aliqui dicunt eum peccasse. Alij verō affirmant quod non, quia iam deo reuelante cognouit quod liberaturus esset filios Israël de Aegypto, sicque cognouit se constitutum à deo defensorem populi Israel, secundum quod subditur [ *Existimabat autem intelligere fratres* ] puta Hebræos [ *Quod deus per manum* ] id est ministerium & virtutem [ *Ipsius daret salutem* ], id est liberationem de manibus Aegyptiorum præstaturus esset [ *Illis* ] scilicet Hebræis [ *At illi non intellexerunt* ] id est non considerauerunt hoc [ *Sequenti vero die* ] vel immediatē post diem quo occidit Aegyptium [ *Apparuit illis ligamentibus* ] id est duobus Hebræis inter se rixantibus [ *Et reconciliabat eos* ], id est pacificare conatus est eos [ *In pace dicens, Viri fratres estis* ] quia de eodem semine Abraham, Isaac, & Iacob [ *Ut quid nocetis alterutrum?* ] Quasi dicat, Cū fratres sitis, vnus alteri benefacere obligatur. Iniustum est ergo quod vnus alium lædit. Hoc & Christianis quibuslibet præsertim religiosis, & clericis inter se contententibus est dicendum. [ *Qui autem iniuriam faciebat proximo suo* ] Hebræo [ *Repulit eum, dicens, Quis te constituit principem aut iudicem super nos?* ] Tanquam dicat. Cur quod ad te non spectat præsumis, atque indebitam tibi autoritatem vsurpas? Ecce quā peruersus fuit hic homo, qui charitativam increpationem tam grauius tulit, & piē arguentem redarguit impie: similis vtiq; Sodomitis, qui Loth eos leuiter increpanti locuti sunt, Ingressus es ut aduena, nunquid vt iudices? [ *Nunquid interficere tu me vis quemadmodum heri interfecisti Aegyptium?* ] Huic prauissimo homini assimilantur qui secreta alicuius propalant ex passione, cum admonentur, reprehenduntur, seu iuste puniuntur ab eo [ *Fugit autem Moses in verbo isto* ] id est auditio hoc verbo & cognito quod Pharaon id percipisset, qui & voluit occidere Mosen fugit [ *Et factus aduena in terra Madian* ] habitans ibi cum Ietro sacerdote quadraginta, à tempore fugæ præfatus [ *Apparuit illi in deserto montis Sinai* ] quia in illa solitudine situs est mons Sinai. Cum enim minasset Moses gregem quem paui ad interiora deserti, & venisset ad montem dei Oreb (videlicet Sinai, Nam pes montis dicitur Oreb, summitas verō Sina, & interdum vnum pro alio ponitur) appa-

Exod. 2.

Exod. 2.

Origenes: Exod. 4. Exod. 2.

Exod. 2.






fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Essentialiter quoque iustus fonsque iustitiae, secundum diuinam extat naturam. Omne autem peccatum iniustitia quaedam est, secundum quod iniustitia opponitur iustitiae, quae est virtus communis, & omnis virtus. Non tamen vniuersos prophetas interfecerunt, sed quosdam, vt Esaiam, Ezechielem, Hieremiam, Amos, Zachariam filium Barachiae seu Ioadae [Cuius vos nunc proditores et homicidae fuistis] quia cum traditore eius fraudulenter de eius morte turpissima tractasti, & per manus militum fecistis crucifigi eundem. O quanta fuit huius sancti viri constantia, quanta fidei fortitudo, quantus ardor amoris, quanta promptitudo ad moriendum pro Christo, quantus zelus iustitiae quanta securitas atque tranquillitas mentis. Sed in his omnibus glorificetur artifex summus paracletus, spiritus sanctus [Qui accepistis] per Mosen [Legem datam in Sinai in dispositione angelorum] id est per eorum obsequium deo principaliter conferente. [Et non custodistis] eam. Ex hoc elicitur quod in datione legis plures angeli visi & obseruati sunt, quamuis de vno tanquam de principali faciat Moses mentio nem. Vnde ad Galatas ait Apostolus, Lex ordinata est per angelos in manu mediatoris. [Audientes autem haec] verba iustae increpationis, & rationalis excusationis, victoriosoque informationis. [Dissecabantur cordibus suis] id est variis modis fecabantur, & intra fe quasi diuidebantur ac rumpebantur, quemadmodum mala olla in igne posita crepat & exilit, quia superbi, impatientes, & incorrigibiles erant. Quorum peruersitatem atque insaniam multi sequuntur, qui dura ceruice arguetem corrigunt, & quo rationabilius conuincuntur, eo plus irascuntur & indignantur. Et stridebant dentibus in eum] ita quod instar rabidi canis mentis furorē forinsecus ostendebant. [Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto] in cuius dominis & sancto seruore in toto isto conflictu mirabiliter creuit, & gratiae plenitudo in martyrio (quod est actus charitatis) specialiter augmentatur [Intendens in caelum,] oculis mentis & corporis tanquam ad desideratissimam patriam quam fuit mox ingressurus [vidit gloriam dei] ita quod beatitudinem & mercedem sibi paratam deus sibi ostendit prae gustareque; fecit [Et Iesum stantem a dextris virtutis dei.] Verba ista pensando, videor mihi audire tonitruum. Quis enim huius beatissimi martyris excellentiam dignè mireretur? quis huius visionis magnificè exprimat qualitatem? quis demum in hac re diuinam maiestatis pietatem fati collaudet? Itaque vidit gloriam dei, id est, deum gloriosum, seu felicitatem, maiestatem & excellentiam eius. Sed quomodo vidit? Per fidem, an per speciem? Et dicunt nonnulli quod pro morula illa vidit deum per speciem seu diuinam essentiam clarè, sicut beati in patria. Quemadmodum datum est Mofi & Paulo videre deum per speciem in hac vita, secundum Augustinum. Verum contra hoc alij factos apparenter obiiciunt, quod deus ait ad Mosen, Non videbit me homo & viuet. Circa quod dicunt doctores communiter, quod nullus in vita praesenti viuens vita humana, vi potest sensibus vtens corporeis, possit videre deum per speciem, sed ab omnium organorum virum operatione & vsu suspèditur. Stephanus autem haec videns sensibus actualiter vtēbatur loquens Iudaeis. Hinc alij dicunt, quod gloriam dei vidit visione imaginaria, quemadmodum Esaias, Ezechiel, & Micheas, Ioannes quoque in Apocalypsi, & Daniel. In quorum omnium imaginaria virtute fuit per angelum effigies quaedam formata, diuinæ maiestatis representatiua. Ceteri dicunt, quod effigies huiuscemodi corporalibus oculis sancti Stephani fuit obiecta, sicut Ioannes Baptista vidit spiritum sanctum in forma columbae. Diuina autem virtute potuit tale quid extra formari, & in caelo consistens visum Stephani immutare. Sed quoniam iuxta sancti & diuini Dionysii documenta, visio Dei anagogica extat sublimior quam symbolica; imaginaria autem visio ad symbolicam pertinet: potius reor quod visio Stephani fuit anagogica, pura, & intellectualis sine admixtione phantasmati, quomodo etiam sanctus David diuinas habuit visiones, secundum doctores. Visio quoque Stephani medio modo se habuit, inter visionē viæ per fidem, & patriæ per speciem, eratque per splendidissimam quandam irradiationem increatae aeternae lucis in superiori parte animae eius, imò in apice intellectus: sicut in contemplatione mysticae Theologiae seu vnituae sapientiae fieri solet. Insuper qualiter Iesum in forma humana vidit? Dicunt quidam, quod visus Stephani diuina potentia sic fuit confortatus, quod sua acie caelos penetras vidit Iesum in caelo eum ipso. Sed cum visio fiat intrinsecus suscipiēdo magis quàm extra mittendo, alij astruunt, quod corpus Christi visum Stephani immutauit. In potestate etenim Christi est vt corpus suum faciat videri à longè sicut de prope. Imò cum corpus glorificatum plenè subiectum sit animae suae, in potestate animae gloriosae est, vt ad libitum eius corpus suum aliorum visum immutet, vel nō immutet. Visus est autē Iesus stare à dextris virtutis dei, qui est sua virtus ac fortitudo, seu omnipotentia. Et quia sedere est regnantis ac imperantis, stare autē pugnantis & adiuantis, Marcus euangelista scribit Christum à dextris dei sedentē, & Stephanus vidit hunc stantem. Nam Iesus pro milite suo pugnavit, eumque adiuit [Et ait, Ecce video caelos apertos] Hoc intelligendum est eo modo quo in Christi baptismo caeli leguntur aperti, non vtique quod incorruptibilia illa corpora sint fracta siue diuisa, sed quoniam intuentis oculum ab aspectu habitantis in caelo non impediēbant, & forsitan sancto Stephano aperti apparuerunt, ob lucis cuiusdam corporeae emicationem desuper à corpore Christi radiantem, sicut in magnis coruscationibus caeli aperti videntur [Et filium hominis stantem à dextris virtutis dei] in quo omnium martyrum animata & roborata sunt corda, omniumque fidelium fortificata est fides non parum [Exclamantes autem voce magna, continuauerunt aures suas] ne verba sua affirmatione blasphemiam audirent, zelum dei se habere simulantes, eiusque iniuriam quasi perpetui non valentes: sed ipsi tanquam filij falsitatis obstruxerunt eas veritatis tam sublimi ac sanctae [Et impetum fecerunt vniuersim in eum] id est pari malitia. Non enim ex charitate, sed ex infidelitate vniuersitas illa processit [Et cientes eum extra ciuitatem lapidabant] in quo se legem seruare putabant, secundum quam blasphemiam lapidandi erant extra castra [Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adulescentis qui vocabatur Saulus] Ipsi fuerunt testes mendosi, qui Stephanum de blasphemia ac-

cusauerunt, & primi contra eum lapides iactauerunt. Nam per Mosen dominus iussit, vt manus testium prima esset super eum qui fuerat lapidandus. Denique vestes suas exuerunt ne tactu illius inquinarentur, & item, vt expeditores essent ad fortiter proiciendum, atque celeriter occidendum. Adulescens vero hic, postea dicitur esse paulus, qui aliorum vestes custodiens quasi omnium manibus lapidabat. [Et lapidabant Stephanum inuocantem et dicentem, Domine iesu suscipe spiritum meum.] Sic & Christus dicebat, pater in manus tuas commendo spiritum meum. [Positis autem] id est flexis [Genibus clamant voce magna] quia ex magno & intimo charitatis affectu, & ex compassione errantium dixit. [Domine ne statuas] id est ignosce [illis hoc peccatum] Ecce pro se stans, pro interfecto-ribus suis, & pro interfecto-ribus tam crudelibus genua flectens orauit. In quo mira ipsius patientia & perfecta charitas declaratur, & quod superiora verba, non ex aliqua inordinata auersione, sed ex zelo iustitiae atque amoris magnitudine protulit. Sequitur est autem Stephanus documenta & opera Christi tam sublimiter quam confor-miter implens quod docuit Christus, Orate pro persecutoribus & calūniantibus vos; & sequens quod egit in cruce, Pater, inquit, ignosce illis. Sed nunquid tam sanctissima oratio Stephani poterat esse in-fructuosa? Nequaquam. Imò eius virtute Paulus creditur illustratus. [Et cum hoc dixisset obdormiuit in domino] Nam de corporum occisione, perrexit ad quietem dulcissimam patriae, & feliciter proius obdormiuit in domino, qui eum in sua immensa claritate assumpsit, demersit, abforbuitque abyssum [Saulus autem erat consentiens neci illius] tanquam persecutor ecclesiae: idcirco particeps culpae, secundum quod ipse postea docuit, quia morte digni sunt, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt fa-cientibus.

Explanatio cap. VIII. [Facta est autem persecutio magna in ecclesia.]  
Articulus VIII.



**H**abita est autem in illa die qua lapidatus est Stephanus [Persecutio magna in ecclesia] que erat Hierosolymis. Stephano namque qui post Apostolos fuit vnus de primis in fratribus tanquam blasphemus extincto, successus est furor perfidorum Iudaeorum contra conuersos ex Iudaismo, ceperuntque persequi eos atrociter [Et omnes] discipuli, vel penè omnes seu notabiliores & famosiores [Dispersi sunt] egrediedo Hierusalem [Per regiones Iudaeae] scilicet duarum tribuum [Et Samariae] id est decem tribuum [Præter apostolos] qui tanquam dominici gregis arietes fuerunt constantiores imò in hoc Christi doctrinam sunt imitati, dicentis, Cum persecuti

vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Denique dispersio ista occasio fuit salutis multorum, dilatationisque fidei inter eos ad quos peruenerunt dispersi: propter quod, vt Beda fatetur, Dei nutu id gerebatur: vt tribulationis occasio fieret Euangelij seminarium. Constat quoque quod ab exordio primitiue ecclesiae fides persecutoribus non est minorata, sed aucta, ideo fidei veritatem tuente, monstrant & glorificantes, aliis millies fuisse extincta [Curauerunt] id est cum diligentia & cura sepelierunt [Autem Stephanum] qui fuerunt ex Iudaismo conuersi, filialem habentes timorem ad deum, & coram eo sollicitè & cum metu & reuerentia ambulantes, quos imitari debemus, inter quos Gamaliel fertur fuisse. Vnde patet quod non penitus omnes Christiani à Hierusalem tunc fugerunt præter apostolos [Et fecerunt planctum magnum super eum] non propter damnum occisi (imò triumpho & glorificatione) eius congratu lari noscuntur) sed ex desiderio martyrizati, tam dulcis & optimi fratris desiderantes habere praesentiam, maximè quando primitiua ecclesia adhuc erat tam praua. Fuit quoque consuetudo Iudaeis, defunctos suos, praesertim spectabiles, vehementer deplangere. Circa hunc locum Scholastica habet historia. Tunc apostoli videntes, quod ad gentes essent postmodum transiuri, ordinauerunt Iacobum Alphaei filium episcopum Hierosolymorum, & imposuerunt ei manus Petrus, Iacobus & Ioannes. Ideo non à paucioribus quam à tribus episcopis, episcopus hodie consecratur. [Saulus autem deuasabat ecclesiam] id est Christianos persequebatur [Per domos] eorum [Intrans] ad quaerendum eos [Viros ac mulieres] sudes [Trahens trahebat in custodiam] id est in carcerem. In quo crudelitas eius ostenditur, quod nec aetati pepercit nec sexui. Verù ignorans in incredulitate fecit, patrum suarum traditionum abundantiam emulator exi-

stens. [Igitur qui disperserant pertransibant] per loca Iudaeae atque Samariae [Euangelizantes] id est praedicantes [verbum dei] Consequenter sanctus Lucas describit secundum diaconi inter septem, praedicationem & opera [Philippus autem] qui supra legitur statim post Stephanum in diaconatum electus [Descendens in ciuitatem Samariae] Samaria nunc accipitur non pro tota regione decem tribuum, sed pro ciuitate eius metropoli [Praedicabat illis Christum, intendebant autem turbae] habitantes Samariam [His quae à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, et videntes signa quae faciebat] Ex hoc loco, & item ex his quae apud Ioannem leguntur, monstratur quod Samaritani hi prompti fuerunt ad suscipiendam euangelicæ legis doctrinam. Nam ibi habetur quemadmodum rogauerunt Christum, vt apud eos maneretur, & quod multi eorum crediderunt in ipsum, dicentes: quia hic est verè Saluator mundi. [Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos] puta obfessi [clamantes voce magna exiit] ab obfessione, diaboli inuitè Christi potestate compulsi [Multi autem paralytici et claudi curati sunt] à Philippo. [Factum est ergo gauium magnum in illa ciuitate] quia de sua illuminatione, conuersione, infirmorum curatione, ceterisque dei beneficiis magnificè sunt gauisi. [Vir autem quidam nomine simon, qui ante fuerat in ciuitate] Samaritae [seduceens gentem samariae dicens se esse aliquem magnum] scilicet aut vatem, seu filium dei, vel CHRISTVM [cui auscultabant omnes a minimo] ratione vte[n]te [vsque ad maximum, dicentes, Hic est virtus Dei, quae dicitur magna.] Nam propter mira

2. Para. 24.

Ioan. 19.

Exod. 34.

Exod. 31.

Galat. 3.

Proucr. 28.

Exod. 32.

2. Cor. 10.

Exod. 33.

Esa. 6.

Ezech. 1.

Mich. 4.

Apoc. 7. 15.

Danie. 7.

Ioan. 1.

Diony.

Matth. 3.

Lucæ. 3.

Deut. 17.  
Actu. 13.  
Luc. 23.

Matth. 25.  
Luc. 23.

Rom. 1.

Matth. 10.

Hebr. 12.

Galat. 1.

Act. 7.

Ioan. 4.

1. Cor. 1.

quæ arte magica fecit, putabant quod esset filius dei, & virtus eius, quemadmodum de Christo ait Apostolus, Prædicamus Christum dei virtutem & dei sapientiam: imò vt scribit Hieronymus, Simon hic in tantam prorupit superbiam, vt diceret, Ego sum sermo dei, ego virtus dei, ego omnipotens. [Attendebant autem cum propter quod multo tempore magicis suis dementasset] id est mentis recto iudicio priuasset [Eos] vt falsa pro veris suscipere. [Cum autem credidissent Philippo] qui ante crediderat Simoni [Et in nomine iesu christi baptizarentur viri ac mulieres, tunc Simon & ipse credidit.] Aliqui dicunt quod ad tempus verè credidit, sed post ad vomitum rediit. In Scholastica verò historia fertur, quod sic credidit, & sic è baptisma suscepit, vt Philippo familiariter adhærendo ab ipso disceret artem talia signa agendi, qualia fecit philippus. Vnde Beda hic ait, Vel beati Philippi verbis & virtute deuictus veraciter domino credidit, vel (quod magis credibile est) credere se quousque baptisma susciperet simulauit: vt quoniam laudis erat audissimus, ita vt Christum se credi velit (vt narrat historia) artes ab eo quibus miracula faceret disceret. Quod etiam suauius fecerunt, qui auctoris sui malignis artibus instituti, ecclesiam qualibet arte ingredi, & baptisma furari soliti erant [Et cum baptizatus esset, adhaerebat Philippo] modo prædicto. Est autem consuetudo scripturæ rem gestam narrare eo modo, quo cùm fieret, ab omnibus fieri putabatur, vt ait Hieronymus, [Videns etiam signa et virtutes maximas] .i. præclara valde miracula [fieri] per Philippum, qualia ipse nunquam facere quiuuit [Stupens admirat] maiora fieri verè, quàm ipse fecerat sic [Cum autem audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quia receperat samaria verbum dei] hoc enim (vt dicitur) Philippus iste eis in sinuauit, rogans vt quidam eorum venirent Samariam ad imponendum manum baptizatis, quatenus in signo visibili reciperent spiritum sanctum. Nam manus imponere baptizatis fuit officium apostolorum, sicut & nunc episcoporum, qui sunt successores illorum. Ex quibus constat, quod Philippus iste non fuit apostolus [Miserunt ad eos Petrum et Ioannem] Si alij apostoli miserunt hos duos principales apostolos, cur Arrius finxit vnigenitum dei filium, patre esse minorem, quia à patre esse missus. [Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum] cum signo visibili, vt cum dono linguarum. [Nondum enim in quem illorum venerat] cum signo visibili, inuisibiliter tamen venit in eos, quia in baptismo receperunt remissionem & gratiam iustificantiem, sicut nunc baptizati recipiunt [Sed baptizati tantum erant in nomine domini iesu.] Quod ait, tantum, refertur ad nomen, baptizati, vt sit sensus, quod sic erant baptizati, quod nondum cum signo visibili spiritum sanctum erant sortiti, id est cù signo visibiliter demonstrante spiritus sancti infusionem. Quare autem & quo sensu in primitiua ecclesia fiebat baptismus in nomine Iesu Christi, dictum est supra. [Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum] cum signo visibili, sicut nunc dictum est, & cum plenitudine gratiæ amplioris, secundum quod maius aut minus, ad hoc per mentis deuotionem se disposuerunt. [Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus] cum huiusmodi signo visibili [Obtulit eis] videlicet Petro & Ioanni [Pecuniam, dicens, Date et mihi hanc potestatem, vt cuique imposero manus accipiat spiritum sanctum.] In hoc multipliciter Simon peccauit. Nam & cupiditate lucri voluit hanc potestatem mercari, quatenus impiè emptam potestatem, alij quoque venundaret, & propter lucrum manus imponeret. Item quod pro temporali spiritali bonum emere affectauit. Hinc à Simone isto Simoniaci nominantur, qui pro temporali spiritali emunt & vendunt. Qui venditores, etiam dici possunt Gie zita, à Giezi ministro Helizei, qui à Naaman Syro sumpsit pecunià pro beneficio curacionis à lepra [Petrus autem dixit ad eum] zelo iustitiæ, & vt futuris obuiaret periculis [pecunia tua tecum sit in perditionem]. .i. eam nolo, sed iustum est te cum ea perire. Porrò sancti viri cù maledictionis sententiam proferunt, non affectu vitiosis, sed æquitatis id agunt [Quoniam donum dei] spiritali, quod in baptismo confertur [Existimasti pecunia possideri] quali esset tam vile, vt corporalibus compararetur. Hinc ait Saluator, Gratis accepistis, gratis date. [Non est tibi pars, neque fors]. .i. salubris euentus [in sermone isto] vt scilicet ad manu tuarum impositionem detur spiritus sanctus. Vel in sermone isto. .i. in potestate hac dandi spiritum sanctum. [Cor enim tuum non est rectum coram deo] sed peruersum & cupidum: quod deo reuelante Petrus cognouit, & ex opere Simonis id pensauit. [Penitentiam itaque age ab hac nequitia tua et roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui,] quia cogitasti cum cõsensu, pecuniam sic offerre. Quod ait Petrus, si forte, nõ ideo ait, quia peccatum Simonis fuit irremissibile, vel quia penitere non potuit: sed ad innuendum, quod grauissimum fuit. Vel vt aliqui dicunt, quia in spiritu vidit Simonem penitentiam non acturum. H Admonuit tamè eum ad hoc, sicut officij fuit. [In felle enim amaritudinis]. .i. obliqua atque nequissima intentione ad gehennalem deducens [Et obligatione peccati]. .i. reatu damnationis seu grauitate ad inferos obligante [Video]. .i. confidero te esse. ¶ Hinc spiritus sanctus in specie colubæ descendit, vt eos qui se accipere voluit, simplices & suaues esse debere doceret. Nèpe qui sel amaritudinis in corde cõseruat, quantũlibet baptizatus sit, non est iniquitatis suæ vinculis absolutus: sed quasi ad punctum hora baptizandi purgatus, mox acriore dæmone septemplex est oppressus. Frustra igitur spiritus sancti gratiam tentat acquirere, qui sese mente coruina nõ curat exuere. Hinc scriptum est, Non est sensus, vbi abundat amaritudo. Et ad Hebræos Paulus, Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur, & per illam inquinentur multi. [Respondens autem Simon, dixit, Præcaminus vos pro me ad dominum, vt nihil veniat super me horum quæ dixistis] id est ne peccata hæc mihi ad damnationem impetretur. Interdum impij verba humilitatem prætendunt, mente proferunt vitiosa, & pro se orari ac sibi ignosci precantur non dei amore aut zelo iustitiæ, sed timore poenarum. Est enim qui nequit se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Sic Achaz dixit ad Esaiam, Non tentabo dominum. Et Antiochus se Iudæum futurum spondidit. [Et illi quidem] videlicet Petrus & Ioannes [Testificati] id est verbis & miraculis verum esse testati. [Et loquuti verbum dei redibant Hierosolymam, & multis ciuitatibus Samaritanorum euangelizabant] prædicando in vrbibus per quas reuertebantur. [Angelus autem domini loquutus est ad Philippum]

Hierony.

Hierony.

Act. 2.

4. Reg. 5.

Matth. 10.

Luc. 3.

Ioan. 1.

Eccles. 2x.

Hebr. 13.

Eccle. 19.

Esa. 71. 7.

2. Mac. 9.

A Diaconum [Dicens.] An apparitio ista atque loquutio fuerit intus an foris exhibitã, certum non reor. [Surge, & vade contra mercediantum] id est versus plagam australem [Ad viam quæ descendit ab Hierusalem in Gazam, hæc] scilicet Gaza de qua loquor [Est deserta] id est destructa. Hoc dicitur ad differentiam al- Sopho. 2. Iudic. 16. terius Gazæ, quæ fuit alio loco post prioris Gazæ destructionem ædificata in terra Philistiim [Et iurgens abii] promptè obediens, nec causa in iustionis inquirens. Quo informamur, vt subditi superioribus sine superflua inquisitione statim obediant. Imò olim sancti subditi patribus suis, etiam in his quæ vel irrationabilia, vel inutilia videbantur, obedierunt celeriter. [Et ecce vir æthiops eunuchus potens Candacis reginæ æthiopum] Meritò homo iste vir vocatur, ab animi vigore, & virtute, qui tam studiosus in diuinis fuit codicibus, tantumque religionis diuinæ amorem possedit, vt aula regali deaurata relicta, à finibus terræ ad templum Hierusalem properaret. Eunuchus quoque vocatur, vel quia castratus, vel ob probitatem morum & castitatem. Quemadmodum ait Saluator, Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum dei. Fuit autem custos thesaurorum reginæ Aethiopum, & (vt in Scholastica fertur historia) consuetudo fuit Eunuchorum, custodiare thesauros potentum. Beda quoque affirmat, quod moris fuit huic Aethiopum nationi, à foeminis gubernari, easque Candaces vocari. Ex his patet intellectus eius quod subditur, [Qui erat super omnes gazas eius] id est thesauros [Venerat] in curru [Adorare in Hierusalem] Erat enim vnus veri dei cultor, & ad Iudaismum videtur fuisse conuersus, quia, vt subditur, legit Esaiam prophetam. Vnde penditur, quod & alios libros legis ac prophetarum habuerit. Iudæi autem per mundum dispersi, quosdam Gentilium hinc inde conuerterunt, qui certis temporibus venerit ad templum Hierusalem adorare deum, quemadmodum etiam in Ioanne legitur, quod quidam Gentilium venerit ad diem festum. Et 2. Machabæorum narratur, quod templum Hierusalem fuit per totum orbem venerabile & famosum. [Et reuertebatur] de templo ad propria [sedens super eurrum suum, legensque Esaiam prophetam. Dixit autem spiritus philippo] hoc de locutione interna accipit Beda. Potèstque per spiritum hoc loco intelligi angelus, qui paulò ante loquutus fuit Philippo, & itè spiritus sanctus, cuius instinctu agebatur Philippus, [Accede, & adiunge te ad eurrum istum, accurrens autem philippus audiuit eum legentem Esaiam prophetam, & dixit, putas ne intelligis quæ legis? & dixit, quomodo possum, nisi aliquis offende rit mibi?] Queritur qua lingua loquebantur isti adinuicem. Et de Philippo nõ dubium est quin donum linguarum accepit sicut apostoli. Idcirco potuit affari Eunuchum in lingua illius. De Eunuchò autem incertum est, an sciuit linguam Hebræã, & an textus Esaiæ quem legit fuit verbis Hebraicis scriptus an Græcis. Nam eo tempore translatio septuaginta fuit famosa. Solènt autem officiales regum & reginarum diuersas discere linguas. [Rogauitque philippum vt ascenderet et sederet secum.] Ex apparatu nèpe Philippi, considerauit quod vir esset religiosus. [Locus autem scripture quam legebat erat, Tanquam outis ad occisionem ductus es, et sicut agnus coram tendente est sine voce, sic non aperuit os suum.] Ista ad literam de Christo in Esaiã scripta sunt. Christus enim cum mansuetudine summa, mititate, & taciturnitate ad locum iuit sup Esai. 52. plicij, quamuis paucissima quædam verba in via ad mulieres protulerit. Ipse est agnus de quo dixit præ- Ioan. 1. cens, qui portatur ad victimã. Atque in Psal. Quali lugens & contristatus sic humiliabar [in humilitate in Psal. 34. dicitur eius sublatus est] id est Christus ob humilitatè, paupertatem & abiectionem, quam pro nobis accepit, contemptus est, & iniustus diiudicatus est, seu iusto iudicio spohatus. Allegat autem Lucas scripturã hanc secundum translationem 70. Noltra verò translatio habet sic, De angustia & de iudicio sublatus est, id est de anxietate, poenæque mortis, & de iudicio quo ab impijs adiudicatus est morti. Vel de iudicio, quo ceteri sancti detinebantur in Imbo, liberatus est Christus à morte resurgens, & victor ascẽdens ad patrem [Generatio enim eius quis enarrabit?] quasi dicat perfectè enarrari & comprehendi nequit. Quod de generatione Christi æterna atque diuina certissimum est. Incarnationis quoque mysterium incomprehensibile extat, nec affari quis potest plenariè, quomodo inuariabilis æternusque deus, de nouo fit ex virgine natus. Quomodo diuina & humana natura in Christo hypostatice sunt vnite, qualiter clauso produit vtero. Insuper generatio Christi spiritalis, videlicet multiplicatio fidelium per baptismi regenerationem, ac fidei susceptionem, mira est nimis. Maximum nanque miraculum est conuersio mundi ad tam arduam legem & incomprehensibilem fidem, & quod illud mundus pro deo vero adoratur, qui tam turpissima morte occisus est. Hinc sequitur, [Quoniam tollitur de terra vita eius] id est ipse occidetur, & de hominum in terra viuientium consortio auferetur. Non casu, sed spiritus sancti dispositione huc passum Esaiã legit Eunuchus, vt hac occasione conuenientius atque facilius induceretur ad fidem. [Respondens autem eunuchus philippo, dixit, Obscuro, de quo propheta dicit hoc, de se, an de alio aliquo?] Magna fuit studio sitas huius Gentilis: & eius diligentia nostram confudit pigritiam, qua sacras scripturas negligimus discere. [Aperiens autem philippus os suum] tanquam ordinate & de magno mysterio loquutus [Et incipiens a scriptura ista, euangelizauit illi iesum] quid de eo esset credendum. [Et dum irent per viam] non pedestres, quia in curru sedebant, sed ibant per viam, quia vehiculo illo processerunt in via [Venerunt ad quandam aquam.] et ait eunuchus, ecce aqua. Quis me prohibet baptizari? quasi dicat, rationabile impedimentum non occurrit. [Dixit autem ei philippus, si credis ex toto corde] id est intellectum tuum totaliter subiciis fidei, & nulla tibi inest dubitatio de fidei veritate [Licet] te baptizari. Hinc adulti dum baptizandi sunt, fidem suam profiterentur, pro infantibus autem respondent leuantes de fonte [Et respondens ait, Credo dei filium esse iesum. Et iussit stare eurrum. Et descendit vterque in aquam, et baptizauit eum.] Eunuchus vtiq; magnam secum familiam habuit, nec tamen coram illis se nudare, ac lauari crubuit, dum coram deo de proprijs verecundabatur peccatis. Quo confunduntur qui hominum magis quàm dei reuerentur aut verentur aspectum. [Cum autem ascendissent de aqua, spiritus domini rapuit philippum] id est de loco illo ad alium subitò mirabiliter transiit. Et per spiritum domini,

Sopho. 2. Iudic. 16.

Math. 19.

Ioan. 7. 2. Mac. 2.

Act. 2.

Esai. 52.

Ioan. 1.

Psal. 34.

Rom. 6.

Luc. 2.

Sap. 2.

Hierony. Hieronymus angelum dei intelligit. Estque simile, quod in Daniele de Abacuch scribitur, qualiter angelus de Iudæa in Babylonem rulerit eum pilo capitis sui. Quidam verò per spiritum domini, spiritum sanctum accipiunt. Sed primò est melius. Per subiectam quippe creaturam, fecit hoc omnipotentia spiritus sancti [Et amplius non vidit eum Eunuchus] repente enim & celerissimo motu disparuit. Denique totum hoc ad confirmationem fidei in Eunuchò peractum est, ut per tam mirabilem raptum sciret Eunuchus, quòd diuino nutu philippus ad ipsum deueniret: estque credibile, quòd philippus dixit Eunuchò iam credenti, quomodo angelo imperante venisset. [Ibat autem per viam suam gaudens] id est Eunuchus cum ingenti recessit lætitia, quòd tantam circa se providentiam dei, pietatem & gratiam esset expertus. Nec dubium quin spiritus sanctus singulari consolatione, perfectione & gratia, cor eius impleuerit. Et fortè reuerfus ad propria, quosdam suæ gratiæ fecit participes, eos conuertendo ad Christum. [Philippus autem inuenit eum in Azoro] fortè vsque illam Philistinorum urbem transtulit eum spiritus domini [Et pertransiens euangelizauit ciuitatibus cunctis] quas habebat in via obuias sibi [Donec veniret Cæsaream] scilicet Palesinæ, in qua habuit domum, quæ (vt asserit Beda) vsque hodie demonstrat. cubiculum quoque filiarum eius, virginum prophetissarum, de quibus infra habetur: sed demonstrationem illam, putò ad tempus præteritum referendam: an verò iam ita fit, nescio.

A. Et. 12.

Elucidatio cap. ix.

[Saulus adhuc spirans minarum et cædis.]  
Articulus ix.



Ircapriincipium præcedentis capituli dixit Lucas, Saulus autem deuastrabat ecclesiam. Nunc ad illud verba sua cõtinuans, persequitur quod incepit [Saulus adhuc spirans minarum et cædis] id est minas & persecutiones ex inimicis suis effundens [in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, et petijt ab eo epistolas] defendendas à se [in Damasco, ad synagogas] id est Iudæorum congregationes sibi manentes [vt si quos inueniret huius vitæ] scilicet euangelicæ legis [Viros ac mulieres, vincitos perduceret in Hierusalem] vt ibi iuxta decretum pontificis punirentur. [Et cum iter ageret, contigit vt appropinquaret Damasco, et subito circumfulsit eum lux de celo] Fuitque lux illa sensibilis, quam viderunt gradientes cum paulo, vt infra habetur, & per circumfulgentiam istam sensibilem, insinuabatur, quòd intellectuall luce fuit intus mox perfundendus, cuius necdum extitit capax [Et cadens in terram] præ pauore, stupore, & admiratione. Nesciuit enim quid ei acciderit, aut quid circumfulsio illa tam repentina atque insolita, designaret [Audiuit vocem dicentem sibi, saule saule, quid me persequeris?] Tãta est dilectio & vnitas Christi ad suos fideles, qui & mysticum Christi corpus vocantur, vt quicquid boni aut mali fuerit illis irrogatum, sibi reputet factum. Quemadmodum in Euangelio ait, Esuriui, & non dedistis mihi manducare: nudus fui, & non operuistis me. Et itè, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Sic & per Zachariam denunciatur. Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. Itaque Paulus Christum in membris suis persequebatur. Similiter omnes qui alios ad vitia trahunt aut scandalizant, Christum persequuntur: nam illas euerunt animas, pro quibus suū sanguinem fudit saluator. propter quod ait Apostolus, peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis, [Qui dixit, quis es domine?] qui me tam potenter ac subito prostrauit, tam valde terruisti? [Et ille, ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris] Nò dixit ego sum deus, vnigenitus dei, sed ego sum Iesus Nazarenus, tanq̄ dicat, Humilitate meam assume, & superbiæ tuæ squamam deponere [Durus est tibi contra stimulum calcitrare] Qui contra stimulum calcitrat, seipsum, non stimulum lædit. Et quò fortius feruentiusque recalcitrat, eò se grauius vulnerat. Similiter vniersis qui se Christo opponunt contingit: sibi enim nocent, non illi. Et quò magis in illum insaniunt, eò in se infelicitius perire non sciuntur. Itaque durum est contra stimulum calcitrare, id est potentiori resistere: cui qui resistit, nihil proficit, sed penitus deficit. [Et tremens] corpore [ac stupens] mente [dixit, domine, quid me vis facere?] Christi maiestatem cognita & experta (quem paulò ante inter descendentes in lacum aestimauit) miratus est vehementer, & de suo confusio errore: mentem quoque & carnem eius ingens horror concussit, moxque in verba perfectè conuersionis ac plenæ obedienciæ prorupit dicendo, Domine quid me vis facere? Tanquam dicat, Tuum est imperare, meum parere. Quicquid placuerit tibi, iniunge, ad omnia sum paratus. Sic subditi superioribus suis dicere debent. Verum (vt ait Bernardus) plures sunt imbecilles, quibus cæci illius verba à superiori dici oporteat. Quid vis faciam tibi? Iam ergo paulus cepit intus radio veritatis perfundi [Et dominus ad eum, surge] adhuc enim iacebat prostratus in terram. Surge etiam ab erroribus & peccatis, à crudelitate, à cæpto proposito vitioso [Et ingredere ciuitatem] Damascum [Et dicitur tibi] sibi à quodam discipulo [quid te oporteat facere.] His verbis socialis vita commendatur & declaratur, quòd quæ à deo sunt, ordinata sunt, quòdque voluntas dei sit, vt homo ab homine instruat: & quòd volentes saluari, deuotos ac religiosos debeant visitare, audire, & sequi eorum consilium ac doctrinam. Etenim (sicut Salomon ait) frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas munita. [Viri autem qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti] de pauli prostratione & humili loquutione, cælestisque lucis diffusionem [Audientes quidem vocem] pauli, non Christi, secundum quod infra asserit paulus, Viri qui mecum erant lumen viderunt, vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum [Neminem autem videntem] ad quem paulus verba sua dirigeret, seipsum tamen & paulum viderunt. [Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat.] obfuscatu splendore lucis in quam oculos fixit, magis autem propter mentis raptum in deum: cuius in illo tãta fuit occupatio, quòd exteriorum sensuum caruit vsu

A. Et. 8.

Matt. 25.  
Eodem.  
Zach. 2.  
1. Cor. 8.

Bernard.  
Luc. 18.

Roma. 13.

Proue. 18.

A. Et. 22.

A [Ad manum autem illum trabentes, introduxerunt damascum] in tantum fuit in paulo corporalis natura suis viribus destituta ex alteratione timoris, stuporis, & contemplationis interius facte, quòd per se proficisci non potuit. Sic enim & Daniel ait ad angelum, Domine in visione tua dissoluta sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. [Et erat tribus diebus non videns] oculo corporali [et non manducauit neque bibit] Tanta fuit in eo eleuatio mentis ad deum, quòd vires sensitiuæ ac vegetatiuæ à suis actibus fuerunt suspensæ. Constat enim, quòd quantò anima intentius occupatur circa operationem vnus potentia, tantò plus in aliarum actibus potentiarum remittitur. Nempe infra hoc triduum ereditur raptus fuisse vsque ad tertium cælum, vidissetque deum per speciem, & audisse arcana verba, quæ non licet homini loqui, quemadmodum in secunda ad Corinth. protestatur epistola, In quo etiam triduum creditur à spiritu sancto Euangelium didicisse, prout ait ad Gal. Neque ab homine, inquires, accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. [Erat autem quidam discipulus Damasci nomine ananias, et dixit ad illum in visu dominus] id est in visione, forsitam tempore somni. [Anania, at ille ait, Ecce ego domine] Sic quoque deus frequenter (sicut in Genesi legitur) ait Iacob in somno per angelum dixit, Iacob Iacob. Qui respondit, Adsum. [Et dominus ad illum, surge et vade in vicum, qui vocatur Rectus, et quere in domo iudæ saulum nomine Tharsensem] Fortè hospes Pauli vocatus est Iudas. Paulus quoque appellatur Tharsensis, quia à ciuitate Tharso exiit oriundus [ecce enim ora] Quasi dicat, Ne timeas, quia non crudelitatis, sed deuotionis & orationi intentus est, mutatus est in alium virum, factus est de lupo agnus: de Saulo superbo, humilis Paulus. Porro cum paulus à raptu præfato ad se ipsum rediisset, deo gratias agens cœpit orare [et vidit] ipse paulus in spiritali, ac imaginaria visione [Virum nomine Ananiam introcuntem ad se, et imponentem sibi manus, vt visum recipiat] Antequàm enim Ananias corporaliter ad Paulum veniret, deus eius aduentum paulo in spiritu præmonstrauit, apparebatque paulo, quòd Ananias manus sibi imponeret, vt reciperet visum, quod & paulò post realiter gestum est. [Respondit ananias] excusare se volens. [Domino auditu a multis de viro hoc, quanta mala pœnalialia fecerit sanctis tuis in Hierusalem. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum vincendi omnes, qui inuocant nomen tuum. Et dominus ad eum, vade] Interpidus [Quoniam vas electionis mihi est iste] id est valde electum gratiæ receptaculum. Est autem conuersudo linguæ Hebrææ, vt omne alicuius susceptiuum, vas appelleretur [vt portet nomen meum] id est prædicando insinuet [coram gentibus et regibus, et filius israel. ego enim ostendam illi] per præuiam reuelationem [Quanta oporteat eum pati pro nomine meo] scilicet pro meipso, vt per multas tribulationes probetur vas electum: & pœnas quas intulit sanctis, nunc demum patiar cum sanctis [et abiit Ananias, et imponens ei manus dixit, Saule frater, dominus misit me iesus, vt videas] corporaliter [et implevis spiritum sancto] id est gratia implearis abundantiori in susceptione baptismi, in quo gratia sacramentalis confertur. [Et cœpit insinuet] ab oculis eius tanquam squammæ id est maculæ quadam albæ, sicut milles lucentibus piscium squamis, quas quidam dicunt in oculis pauli causatas ab excessissimo illo lumine ipsum cæcante [et visum] id est visum oculorum [Recepit. et surgens, baptizatus est. et cum accepisset cibum confortatus est] corpore, quod propter contemplationis excessum, fuit valde debilitatum [Fuit autem cum discipulis] scilicet Christianis [qui erant Damasci] ductus ad eos per Ananiam [per dies aliquot. et cœpit inuocare] scilicet statim post baptismum [Ingressus in synagogas, prædicabat iesum, quoniam filius dei] naturalis, consubstantialis, æternus, non adoptiuus. per hoc (sicut Rabanus ait) datus paulus exemplum non erubescendi mutare sententias, vt pateat veritas. [superbant autem omnes qui eum audiebant et dicebant, Nunc hic est qui expugnabat in Hierusalem eos qui inuocabant nomen iesu?] Et huc ad hoc venit, vt vincitos illos] id est nomen istud in Damasco inuocantes [Duceret ad principes sacerdotum? saulus autem magis conualecebat] Operando enim & loquendo quæ dei sunt, profecit in gratia, & feruor sanctus in ipso præualuit. Nam sicut peccato gratia minoratur, sic actibus virtuosius augetur [et confundebat iudeos qui habitabant Damasci.] Nam per scripturas legis prophetarum, eis monstrauit venisse Messiam, nec quibant ei resistere [Affirmans quoniam hic est christus] mundi Saluator. [Cum autem implerentur dies multi, concilium fecerunt iudei] in Damasco manentes [vt eum interficerent] cui per rationem resistere non valebant. Solent enim duri & incorrigibiles persequi eos à quibus redarguuntur. [Note autem factæ sunt saulo] vel per fratrum intimationem, vel per reuelationem diuinam [institiæ eorum, cui stodiebant autem portas] Damasci [Die ac nocte] ministri præpositi Damasci [vt eum interficerent] non Iudæi, sed ciues Damasci & præpositus Aræ regis, ad Iudæorum instantiam, sicut ad Corinthios scribit Apostolus, Damasci præpositus gentis Aræ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehendere. [Accipientes autem eum discipuli nocte, dimiserunt eum per murum, submittentem in porta] non quòd paulus timeret mori pro Christo, sed quia maiorem producere fructum in Ecclesia concupiuit. Ex quo etiam patet, quòd interdum liceat humanæ industriæ vti subsidio, vt vitentur periculum. [Cum autem venisset in Hierusalem, tentauit se iungere discipulis] Omnis enim caro ad sibi similem iungitur. [et omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus. Barnabas autem apprehensum eum duxit ad Apostolos, et narrauit illis, quomodo in via] versus Damascum [vidisset dominum] Iesum [et quia loquutus est ei, et quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine iesu] eum cum grandi fiducia fideliter prædicando. Scriptura hæc loquitur quasi paulus statim post suam in Damasco baptismationem ac predicationem venisset Hierusalem, sed obuiat, quòd ipsemet de se scribit ad Galatas, Non veni, inquires, Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Ex quibus patefcit quòd

Dan. 12.

1. Cor. 12.

Galat. 1.

Gene. 31.

Sap. 35.

2. Cor. 11.

Eccle. 13.

Galat. 1.

bis prædicauerit in Damasco, scilicet primò statim post suum baptismum, & rursus postquam ab Arabia esset ad eam reuersus antequam venit Hierusalem. Alij autem affirmant quòd citò post suam conuersionem venit Hierusalem. Si enim tam diu tardasset, discipuli in Hierusalè bene percepissent conuersionem & prædicationem ipsius, præsertim in Damasco factam, nec eum in primo suo ad eos accessu vitassent. Veruntamen, ut isti asserunt, non reputatur tunc venisse Hierusalem, quia mox abiit. Hinc quòd dictum est de fuga Pauli à Damasco, quidam referunt ad tempus quo primo prædicauit ibidè, alij ad illud, quo secundo [Et erat cum illis] puta discipulis atque apostolis, scilicet Petro & Iacobo Hierosolymitarum episcopo [Intrans & exiens & fiducialiter agens in domino. Loquebatur quoque Gentibus,] qui venerunt Hierusalem adorare, vel quos alibi reperit [Et disputabat cum Græcis] id est Iudæis ex Græcia natis omnibus his loquebatur de Christo [Illi autem] videlicet Græci [Querebant occidere eum. Cum cognouissent fratres, de duxerunt eum nocte Cæsaream] ciuitatem Palestinæ [Et dimiserunt Tharsum] urbem de qua fuerat natus [Considerantes enim fratres] scilicet Christiani inter quos fuit, quàm vilis esset ecclesiæ propter sapientiam sibi datam, curauerunt eum à morte subtrahere [Ecclesia quidem per totam Iudæam et samariam et Galileam habebat pacem] pectoris & temporis, ita quòd fuit mente quieta in deo, & ab hominum persecutione quiescens. Post persecutionem enim occisionem Stephani subsequenter, data est pax hæc Christianis à deo, qui post tempèstatem tranquillam facit, & post stertum consolationem infundit, & ædificatur in virtutibus, vno alium ad meliora prouocante, & spiritu sancto sibi in omnibus mansionem construente, ambulans de virtute in virtutem, de via ad patriam, de bono in melius [in timore domini] filiali, sancto & casto [et consolatione spiritus replebatur] quæ tunc valde necessaria fuit, quando deuotissimi Christiani omnes carnales consolationes spreuerunt. Consequenter ad enaranda principia apostolorum gesta & documenta, Lucas reuertitur [Factum est autem Petrum, dum pertransiret vniuersos] id est fideles in Iudæa hinc inde celeriter visitaret, eos in fide & gratia roborando ac plurimos conuertendo [Venire ad sanctos] id est Christianos valde virtuosos [qui habitant Lidde] id est in ciuitate sic dicta. [Inuenit autem ibi hominem nomine Aeneam, ab annis octo iacentem in grabbato, qui erat paralyticus] ideo ambulare non potuit, quia contractus [Et ait illi Petrus, Aenea, sancte te dominus Iesus Christus, surge et sterna tibi, et continuo surrexit. Et viderunt illi omnes qui erant Lidde et Sarronæ] id est in vrbibus istis [qui conuersi sunt ad dominum] nec hoc exitu leuitatis, quia infirmas illa fuit incurabilis per naturam. Nec curatio eius fuit mirabilior quàm modus curandi, quòd scilicet, ad vniuersi verbi prolationem tanta infirmitas tam subito atque totaliter est repulsa. Petrus quoque sapientissimè disseruit eis de Christo, & eius mysteris atque miraculis, quibus auditis & visis crediderunt in Christum. [In Ioppe autem] ciuitate præantiqua [Fuit quædam discipula nomine Tabitha] in Hebræo. [Quæ interpretata dicitur Dorcas] in Græco, in quo Lucas hunc scripsit librum, Latine verò dicitur Damula, vel Caprea. [Hæc erat plena operibus bonis, et elemosinis quas faciebat.] Factum est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cum lauisset posuerunt eam in cœnaculo] domus suæ. [Cum autem prope esset] id est parum distaret. [Lidde ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in eam duos viros miserunt ad eum, rogantes, ne pigritèr venire ad nos. Et cum venisset duxerunt eum in cœnaculum, et circumsteterunt eum omnes viduæ, flemes, et ostendentes tunicas et vestes, quas faciebat illis Dorcas] ut per hoc Petrus ad compassionem suam, & ad suscitationem defunctæ inducerent [videtis autem omnibus foras] ut Christum sequeretur, qui in suscitatione filiarum archisynagogi penè omnes eiecit. Et item, ut in secreto liberius quietiusque oraret, & ut ostentationem doceret vitandam [Petrus ponens] id est in terra humiliter figens [Genua, orauit] cuius verba Lucas non recitat. Orando autem intellexit se spiritu reuelante interius exauditus [Et conuersus ad corpus dixit, Tabitha surge] id est tu corpus exanime denuo animare & viuere, ac surge de mortis sopore. Pars ergo pro toto est posita [At illa aperuit oculos suos, et viso Petro resedit] sicque sensu ac motu monstrauit se viuere. & in isto rursus miraculo, modus agendi præclarus est. Nec enim Helias nec Heliseus tam faciliter, tamque celeriter mortuos suscitauerunt, ut Petrus hanc foemina[m]. [Dans autem illi manum, erexit eam. Et cum vocasset sanctos ac viduas, assignauit eam viuam] ostendens se eorum desiderio satisfecisse. [Notum autem factum est per vniuersam Ioppen, et crediderunt multi in domino] Nam vera suscitatio mortuorum, sola dei omnipotentis sit potestate. Vnde ob aliorum conuersionem præsertim suscitata est foemina ista, & etiam propter consolationem fidelium viduarum: alioquin tam sanctæ mulieri melius videretur non suscitari, quàm ad vitam hanc miseram reuocari: nisi fortè propter maius meritum eius [Factum est autem ut dies multos moreretur in Ioppe, apud simonem quemdam coriarium] vel ut alij dicunt curiarium. Vel quia coria parauit, aut curialis fuit. Aliqui etiam sic vocantur sine proprietate per nomen significata. Porrò (secundum Bedam) per Tabitham hanc seu Damulam vel Capream, intelliguntur animæ virtutum studio alitæ, quamuis hominum æstimatione viles. Damula quippe & Caprea animalia sunt in natura similima, sed magnitudine differentia: quæ in sublimibus montibus habitant, & de longinquo omnes qui veniunt vident. Vnde ab acumine visus Græcè dorcas appellatur. Sic sancti meritis operum in excelsis habitantes, mentis contemplatione supercarnis intendunt, ibique summa semper & cauta circumspectione, inuigilant, & quid futurum sit, eisve accidere queat, vigilanter perpendunt. Huiusmodi animarum si quæ per fragilitatem, aut ignorantiam lapsa fuerit in peccatum, continuò à viris perfectis ad vitam gratiæ reducitur.

A. et. 7. 8.  
Iudith. 8.  
Psalm. 83.

Matth. 9.  
Marc. 5.

3. Reg. 17.  
4. Reg. 4.

Elucidatio cap. x. [Vir autem quidam erat in Cæsarea nomine cornelius.] Artic. x.



Stenfo quemadmodum inter Iudæos prædicata sit fides Christiana, nunc declaratur qualiter inter gentiles cepit publicari. [Vir autem quidam erat in Cæsarea nomine cornelius.] Tres famosæ vrbes fuerunt, nomine Cæsarea, quæ in sacris literis memorantur. Vna est, Cæsarea vrbs Palestinæ in littore maris sita, quæ olim pyrgos, id est turris Stratonis vocabatur, quam Herodes maior nobilitus extruens, in honore Cæsaris Augusti, scilicet Octauiani, nominauit Cæsaream, in qua habitauit iste Cornelius. Alia appellatur Cæsarea Philippi, ad radices montis Libani sita, vbi Tordanis oriens habet duos fontes, vnum nomine Ior, aliū nomine Dan, quam Philippus præfati Herodis filius, in honore Tyberij Cæsaris Cæsaream cognominauit. Tertio quoque extat Cæsarea, estque metropolis Cappadociæ, de qua infra habetur. Hic ergo prælectus, beatissimusque Cornelius, mente & corpore fortis, in corporalium ac spiritualium armorū exercitiis strenuus fuit [Centurio] id est centum sub se milites habens [Cohortis quæ dicitur ita] quia milites isti cum ipso fuerunt de Italia, imò sicut in Scholastica fertur historia, Cornelius missus fuit à Roma ciuitate metropolitana Italiae. Romani etenim Imperatores mittebant milites suos per diuersas ciuitates ad custodiendas munitiones, terrasque Romanis subiectas tuendas [Vir religiosus] id est acibus religionis deditus: potestque religio accipi siue pro patria, per quam summo deo debitus cultus impenditur, siue pro pietate, tam illi quæ est donum, quàm illa quæ est virtus moralis, & misericordia nuncupatur. Operibus siquidem pietatis & misericordiae fuit valde intentus [Et timens deum] non timore pure seruilis, sed casto & reuerentiali. Timor autem seruilis, est fuga, abominatio fuge detestatio mali pœnæ, qui in se nec virtuosus est nec meritorius: timor verò castus seu filialis est fuga, & detestatio mali culpæ quo dei offensam timeamus. Porrò timor initialis aliquid habet de vtroque [cum omni domo] id est familia [Sua] ita quod cuncti domestici eius fuerunt timorati, ad quod ipse verbis & exemplis eos induxit, quod & omnes patresfamilias assequi debet, suam ad virtutes dirigendo familiam, eamque de vitis increpando, & per hoc quasi episcopale officium in suis domibus exercendo [Faciens elemosinas multas plebi] omnibus, scilicet indigentibus atque petentibus sine personarum acceptance [Et de precans deum semper] omni scilicet tempore opportuno. Orauitque deum, præsertim, ut eum in viam salutis dirigeret. Vnde secundum doctores quicunque facit quod in se est, gratiam & illuminationem à deo consequitur: ita quod si quis paganus seu infidelis ex naturalitate, deus ad primum principium erigat, ipsumque roget ut dirigat se in viam salutis, quatenus caueat à peccatis, deus sibi de necessariis ad salutem misericorditer prouidebit, reuelando ei per angelum seu doctorem quencunq; de fide catholica quantum requiritur ad salutem. Hinc secundum diuinum Dionysium multi gentiliū legem Mosi non habentes per angelos ad deum reducti & edocti [is vidit] oculo corporali [in visu] exteriori [Manifeste] in plena vigilia, non in somno nec in imaginaria visione. [Quasi hora dici nona angelum dei introeuntem ad se, et dicentem sibi, Corneli. At ille intuens in eum timore correptus dixit] Certum quod angelus in forma humana apparet voce magnifica & tubali loquutus est, atque cum splendore præclaro apparuit. Hinc admiratione & naturali timore impletus fuit Cornelius. Non enim tam venerandam, mirabilemque personam ante prospexit. Hinc dixit ad eum [Quis es domine?] quæ si dicat, Maior homine esse videris [Dixit autem illi] angelus, [Orationes tuæ et elemosina tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu domini] id est deo acceptæ sunt, & misericorditer ab eo consideratæ: idcirco me misit ad te, qui & tua virtuosa conuersatione angelica visitatione dignus effectus es. Angelus ad verba Hebræ. 6. Cornelij non legitur respondisse, sed de sua salute eum instruxit, ut doceamur vtilia & viciniora salutis, Gene. 22. non curiosa siue superflua sciscitari, quamuis interrogatio Cornelij non fuerit inordinata. Simili modo Iudit. 13. in veteri testamento quærenti sancto Iacob ab angelo quo nomine vocaretur, non datur responso, nec Tob. 5. Manuæ patri Sampsonis, quemadmodum etiam hoc loco orationes Cornelij leguntur coram domino ascendisse, & angelus missus ad eum. Ita etiam scriptum est de orationibus Tobij & Saræ, destinationeque Raphaëlis ad eos. Insuper de cornelio dicunt doctores, quòd ante apparitionem hanc habuit fidem quæ est virtus theologica, sine qua impossibile est placere deo, habuitque fidem formatam fide charitate ornatam, habuit demum de Christo fidem saltem implicitam & indistinctam, secundum Tho. in. 2. 2. crederit enim deum habere providentiam vniuersorum, & esse hominum saluatorem secundum modum sibi notum, & in sanctis patribus reuelatum. In Scholasti. tamen historia dicitur, quod fidem incarnationis habuerit, sed de tempore fuit incertus, ignorans an iam esset incarnatus, an adhuc incarnandus. Beda quoque hoc loco allegat Gregorij verba dicentis, Non virtutibus ad fidem, sed fide pertingitur ad virtutes. Cornelius enim cuius orationes ante baptismum angelo teste laudatæ sunt, non operibus ad fidem, sed fide ad opera venit. Sciebat igitur creatorem omnium deum, sed quod eius omnipotens filius incarnatus esset ignorauit. Bona autem operatione promeruit, ut deum perfectè cognosceret, & de vniuerso eius incarnationis mysterium crederet, quatenus ad sacramentum baptismatis perueniret. Per fidem ergo peruenit ad opera, sed per opera solidatus est in fide. Postremò sunt qui dicunt angelum, qui Cornelio apparuit, fuisse illum qui custodiæ Cornelij fuerat deputatus [Et nunc mitte viros in Ioppen, et accersit] per illos [simonem qui cognominatur Petrus] primò enim appellatus Simon, postea petrus à Christo [Hic dicebat tibi, quid te oportet facere] Quæ à deo sunt, ordinata Matth. 18. sunt. Ideo diuina ordinatione superiores inferioribus auxiliantur ordine pulchro [Hic hospitauer apud Ioan. r. quendam coriarium, cuius est domus iuxta mare] quod Syriæ Palestinæ quæ Iudæa dicitur adiacet, vbi teste Roma. 13.

A. et. 7.

Dionysius

Gregorius



Hieronymo in littore v[er]que hodie monstrantur saxa, in quibus Andromeda religata, Persei quondam fuit liberata praefido [Et cum discessisset angelus qui loquebatur illi] angelus enim in corpore assumpto apparuit, quod sicut sua potestate formavit ut appareret in eo, sic eadem illud dissoluit, nec amplius visus est. Et ex his Cornelius intellexit angelum esse qui sibi apparuit [Vocavit duos domesticos suos, et militem metuentem deum ex his qui illi] puta, Cornelio [Parebant] id est ex subditis suis. Tam dictum fuit, quod domestici Cornelij fuerant timorati, ideo non dicitur, quod hi duo domestici timerent deum, sed de milite id dicitur quem vocavit, qui forte extra domum Coraelij in propria domo, suis vixit stipendiis [Qui bus cum narrasset omnia] laudata, visa nunc scripta tanquam sibi charioribus, familiarioribus ac melioribus inter plures, [Misi illos in toppeu. Postera autem die] videlicet, immediate sequente [inter illis facientibus et appropinquantibus ciuitati] Ioppe [Ascendit Petrus in superiora] domus, [ut oraret] in solario, vel cenaculo; tanquam in loco secretiori, & ad contemplationem congruentiori: sicut & Christus ascendit in montem orare. Aliqui etiam solent in loco altiori orare deuotius [circa horam sextam] quae est hora refectionis, antequam volebat oratione se munire, dans nobis exemplum similiter faciendi, ut simus in comestione circumspectiores, ne grauentur corda nostra vel crapula vel ebrietate. [Et cum esuriret, voluit gustare] id est parce & modeste comedere. Quod est contra eos qui instar canis famelici effundunt se super cibum, [Parantibus autem] cibum [illis] qui erant in suo hospitio [Cecidit super eum mentis excessus] id est tanta eleuatio mentis ad aliquod mysticum contemplandum, quod deo operante passus est alienationem ab usu sensuum exteriorum [Et vidit caelum apertum] quia in visione imaginaria aperiri videbatur: ad innuendum quod a domino caelis praesidentis aliquid speciale fieret circa Petrum, quemadmodum Ezechiel scribit caelos apertos, in visione ei ostensa [Et descendens vas quoddam velut linteam magnum quatuor iniuitis,] id est angelis [submitti de caelo in terram] forte per funes in angulis alligatas, [in quo erant omnia quadrupedia et serpentina terrae, et volatilia caeli] Erant autem ibi non realiter, sed imaginariè, per similitudines rerum representatiuas. Per vas magnum designatur ecclesia. Per animalia verò illa secundum legem immunda, gentiles, quos spernebant Iudaei nec vefcebantur cum eis. Specialiter per quadrupedia quae terris adhærent, auari, per serpentes dolosi & virulenti, per volatilia autem elati [Et facta est vox ad eum, dicens.] Vocem hanc angelus formavit in interiori sensu Petri, qui angelus totam visionem hanc ministerialiter exhibebat, formando species rerum istarum inu imaginatiua Apostoli [Surge Petre, occide et manduca] Quod Petrus corporaliter intelligendum putans respondit vt subdit [Abstine domine, quia nunquam manducaui omne commune et immundum] id est cibos lege prohibitos nunquam accepi, in quo etiam constar magna iustitia beatissimi viri, qui antequam Christo adhereret caeremonialia legis tam diligenter impleuit, nec dubium quin in obseruantis praceptorum maiorum diligentiam adhibuerit amplioem. porro secundum morem Iudæorum loquutus est Petrus, qui cibos lege prohibitos vocabant immundos, itémque communes, quia à gentibus communiter edebantur. praeriducta autem angeli verba spiritaliter sunt intelligenda: vt sit sensus, Occide, id est vitia in gentibus perime, & manduca, id est Christo atque ecclesiae eas incorporea, quemadmodum in substantiam alimèti vertitur cibus. Hinc sequitur. [Et vox iterum secundo] ait [Ad eum,] Quod deus purificauit, tu commune ne dixeris id est gentes à deo electas ac praedestinatatas, Christi que sanguine liberatas, & iam in dei praesentia purificatas, & Christi passione ablutas, per praefata immunda atque communia animalia designatas, non aestimes contemnendas, neque vitandas, sed confidenter vade ad eas. potest quoque de cibis aliquibus lege prohibitis accipi, quorum vsus in nouo testamento est licitus. Nam caeremonialia legis in Christi passione finem sortita sunt, nec postea obligant, vt infra dicitur [Hoc autem factum est per ter] id est tribus vicibus visio ista fuit petro exhibita ad confirmationem maiorem, ad intuendum, quod ad superbeatissimam Trinitatis fidem & cultum gentes essent mox conuertendae, in eiusque nomine baptizandae [Et statim receptum est vas in caelum] secundum imaginariam apparitionem, per quod insinuandum est, quod ecclesia gentium in regnum introducenda esset caelorum [Et dum intra se haesitaret Petrus, quidnam esset visio quam vidisset] id est quid significaret, in hac enim visione spiritus sanctus petrum non docuit subito & per seipsum completè, sed pedetentim & partim per homines, quia ad seruandam mentis humanae humilitatem, spiritus sanctus quandoque ex parte animus tangit & ex parte non tangit [Ecce viri misit a cornelio, steterunt ad ianuam. et interrogabant, ut Simon Petrus illic haberet hospitium. Petro autem] ad se reuerso & [Cogitante de visione] praefata, quae esset intelligentia eius [Dixit spiritus ei] loquutione interna, videlicet spiritus sanctus seu angelus [Ecce tres viri quaerunt te. Surge itaque] ab oratione & meditatione [Et descende] de isto cenaculo, seu contemplantis excelso [Et vade cum eis] ad praedicandum & communicandum gentibus [Nihil dubitans] quin bene agas in hoc [Quia ego misi illos] id est miti feci à Cornelio. Interdum ergo dum ratio & charitas postulant, ab actibus vitæ contemplatiuae cessandum, atque ad opera vitæ actiuae est egrediendum. Virtutes etenim sibi inuicem cedunt, quamuis se inuicem nequaquam impediunt. [Descendens autem Petrus ad viros, dixit, ecce ego sum quem quaeritis. Quae causa est propter quam venistis?] Adhuc non videtur Petrus plenè significationem visionis sibi ostensae nouisse [Qui dixerunt, Cornelius centurio vir iustus et timens deum, et testimonium habens] virtutum [Ab vniuersa gente Iudæorum] Charus enim acceptus & placitus fuit deo atque hominibus, tanta fuit pietate & gratia decoratus [Responsum accepit ab angelo sancto accessit in domum suam, et audire verba abste] id est salutis consilium & doctrinam. Quibus auditis Petrus significationem visionis cepit aduertere, quod, scilicet, per animalia illa immunda, designarentur gentiles, & quod illis communicare deberet. Ideo subditur [introducens ergo eos, recepit hospitio] in quo & ipse manebat: manseruntque apud eum illa nocte, & de tam gratioso rumore atque negotio gauisi sunt omnes, qui aderam, vehementer. [Sequenti autem die surgens, profes-

Luc. 9.

Luc. 12.

Ezech. 1.

Leuit. 11.

1. Tim. 2.

Galat. 3.

1. Petri. 2.

R

P

G

H

Actus est cum illis, et quidam ex fratribus] scilicet, Christianis ex Iudaismo conuersis [Comitatus sum cum] id est simul profecti, qui fuerant numero sex. in testimonium veritatis, & ob reuerentiam Petri. [Alter autem die introiit Caesarea] Palestina, in qua morabatur Cornelius [Cornelius vero expectabat illos] cum ingenti affectu videndi virum tam sanctum, & audiendi verba dei per ipsum, obtinendique gratiam sibi & suis, de quibus subiungitur [Conuocatis cognatis suis, et necessarijs amicis] quos omnes spiritaliter diligens secum dei gratiam consequi & salutem optauit. Necessarii autem amici vocantur, vt qui iure affinitatis coniuncti sunt, q[ui] nulla inter eos cessatio. i. separatio fit, vel qui amicum in articulo necessitatis non deserunt. Vnde in Ecclesiastico habetur, Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas Eccles. 6. ei teipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanet in die tribulationis. Amicus si permanferit fixus, erit tibi coequalis [ut factum est cum introisset Petrus] forsitan primam portam seu atrium domus Cornelij [Obuius ei venit Cornelius] ob tanti aduentantis honorem. Ex dilectione autem, & humilitate hoc fecit Cornelius, quemadmodum Martha occurrit Christo. Itaque doctore obuiavit auditor, vt corde intento verba eius casto susciperet pectore, iuxta illud Eccles. Auris bona cum omni concupiscentia audit sapientiam [Et proiciens ad pedes eius, adorauit eum] id est reuerentiam dulcia ei tanquam excellenti personae spiritali quae patri exhibuit, gestu corporis metis deuotionem reuerentiamque protestans. In quo magna illustri viri commendatur humilitas [Petrus vero eleuauit eum dicens, surge, ego ipse homo sum] tibi similis in natura, idcirco in honorando me moderamè obserua, cum purus sit homo [Et loquens cum illo] puta Cornelio [inuenit] in domo eius [Multos qui conuenerant] causa audiendi verbu salutis [Dixit quoque ad illos, Vos scitis quomodo abominatum sit viro iudeo] id est quàm multum abominatur Iudaei [coniungi aut accedere ad alienigenam] id est gentilibus, communicando, cum eis in victu. [Sed mihi ostendit deus] in praefata visione [Neminem commune et immundum dicere hominem] .i. nullum hominem, quauis gentilem, esse spernendum aut vitandum seu repellendum à communione fidelium, dummodo velit conuerti. Vel secundum quod homo est, & purificatus in praesentia dei, aut liberatus sanguine Rom. 1. Christi [Propter quod sine dubio] tanquam certus de bonitate itineris [Veni accersitus, interrogo ergo quam ob causam accesseris] metus Cornelius ait, a nudius quartana die vsque in hanc horam] id est quarta die ante hanc horam qua interrogas ista [Orans eram in domo mea] die enim qua orauit & angelum vidit, misit tres viros qui secundo die venerunt in Ioppe, & tertio redire coeperunt, quarto que die venerunt Caesarem [Et ecce vir] .i. angelus in forma viri [stetit ante me in veste candida, et ait, exaudita est oratio tua, etc. Nunc ergo omnes nos assumus in conspectu tuo audire omnia quae cunq[ue] praecepta sunt tibi à domino] .i. parati audire & obedire [Aperiens autem Petrus os suum, dixit in veritate comperi] id est verè & experimentaliter nunc cognoui [Quia non est personarum acceptor deus] id est non vnum magis quàm alium approbat aut reprobat, nisi ex causa iusta: nec inter Iudaeos & gentiles discernit, quantum ad consequendam salutem, dummodo se disponant. Propter quod ait Apostolus ad Romanos, An Iudæorum deus tantum? Nuncne & gentium? Et alibi, Omnes homines vult saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. In Sapientia quoque libro legitur, Nec enim est alius deus quàm tu, cui cura est de omnibus. Et secundo Paralipomenon. Non est apud dominum deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, neque acceptio munerum. [Sed videtur oppositum, quia duorum hominum vnus conditionis atque in omnibus parus, deus vnus misericorditer accipit, alterum iuste relinquit. Est respondendum quod personarum acceptio opponitur iustitiae distributivae, quae diuersis personis tribuit secundum dignitatè ipsarum & merita. Est itaque personarum acceptio cum in eo cui aliquid datur, non attenditur id propter quod id quod ei datur sit sibi proportionatum aut debitum: vt si praestatus det alicui beneficium, quia diues siue cognatus. Veruntamen duplex est ratio: vna, quae est actus iustitiae, & circa hanc attenditur ac veritatur personarum acceptio. Alia verò, quae est actus liberalitatis, qua alicui gratis confertur quod ei debetur: qualis est collatio donorum dei, qui nulli est obligatus, & circa huiusmodi non est personarum acceptio, quonia vnusquisque potest propria dare cui vult, & quantum vult. Hoc secundum Thomam dictum sit, quod in 2. 2. qu. estione. 63. plenius continetur [Sed in omni gente] cuiuscunq[ue] sit nationis [Qui rimat eum] timore casto & filiali, vel saltem initiali [Et operatur iustitiam] id est actus iustitiae quae est virtus iustitia, propter debitum restitutumque finem, quod sine fide fieri nequit [Acceptus est illi] ita quod in statu salutis ac promerendi. Sola autem naturalis virtus, & cognitio dei nemini sufficiunt ad salutem: sed ad supernaturalem finem seu felicitatis adeptionem, supernaturalia media exiguntur, vt media fini proportionentur [verbum misit deus filiis israel] nam pater verbum suum veraciter incarnatum misit Iudaeis, ipso verbo id protestante. Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Misit quoque verbum id est euangelicam doctrinam. [Annuncians pacem] id est humani generis reconciliationem cum deo [Per ipsum Christum] dei & hominum mediatorem, qui inquantum mediator, pacificauit nos deo per sanguinem suum. Hinc ait Apostolus, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et Christus in propria persona haec praedicauit, pacemque pectoris annuiciavit & dedit: secundum quod ait, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et rursus, Venit filius hominis quaerere & saluum facere quod perierat [Hic est omnium deus] quia verus deus, rex regum & dominus dominorum. Nempe vt deus est dominus per propriam authoritatem, vt praesidens principalis: sed vt homo, omnibus praesidet vt instrumentalis [Vos scitis quod factum est verbum, per vniuersam iudeam] .i. praedicatione Iesu ibidè esse disseminatà. Miracula etenim Christi fecerunt eum in locis vicinis hinc inde famosu[m] [incipiens enim] Iesus praedicatione sua [A Galilaea] sicut in passione Iudaei dixerunt, Commouet populu[m], docet per vniuersa Iudaeae, incipit à Galilaea vsque huc [post baptismum quod praedicauit iohannes Iesum a Nazareth] Iohannes enim baptista populum baptizandum insinuauit eis Christum venisse, dicendo, Medius vestrūm stetit quem vos nescitis. Vel sic, incipiens Iesus publice predicare post baptismum quo fuit à Iohanne baptizatus. Scitis, inquam, quod

Eccles. 6.

Ioan. 11. Eccles. 3.

Roma. 1.

Roma. 2. 1. Tim. 1. Sapient. 2. 1. Par. 19.

Matt. 15.

2. Cor. 5.

Ioan. 14. Luca. 19. Apoc. 19.

Luc. 23.

Ioan. 1.

prædicauit Ioannes Iesum, tanquam eius præcursor. Prædicauit autem Ioannes baptista [Quomodo vnxit eum] scilicet Iesum secundum naturam assumptam [Deus] pater seu trinitas [spiritu sancto et virtute] id est plenitudine gratiæ & sanctitatis, seu potestate in miraculis peragendis. Nam & spiritus sanctus Christi vt hominem vnxit & misit: iuxta illud in Esaia, Et nũc dominus misit me, & spiritus eius. Hinc de Christo dixit baptista, Non ad mensuram dat deus spiritum, scilicet homini Christo: nam gratia eius quodam modo infinita consistit. Hæc vnctio spiritalis & inuisibilis data est animæ Christi in ipso suæ creationis primordio, quo simul cum carne vnita est verbo totius gratiæ fonti æterno [Qui pertransiit] inter homines, conuersando, ambulando, & prædicando, [Benefaciendo]. i. multa beneficia dando hominibus, [Et in nando omnes oppressos a diabolo] multos quippe obfessos curauit. Spiritualiter quoque dæmonibus plenos, conuertit ad deum: sicut de maria Magdalena eiecit septem dæmonia. Imò quantum in ipso fuit, sua benedicta passione vnuersos peccatores saluauit. Quicumque autem in mortali iacet peccato, à dæmonibus est oppressus, vnctus, victus, & excæcatus. Verum quod ait, omnes oppressos, accipi potest de generibus singulorum potius quàm de singulis generum [Quoniam deus erat cum illo]. i. pater cum filio, quem admodum in euangelio loquitur, Non sum solus, sed ego & qui misit me pater. Veruntamen coniunctionem hanc, quoniam, bene pensando, intelligendum est, quòd deus erat cum Christo secundum naturam humanam, illa nanque habuit efficaciam sic agendi ex assistentia dei: sicque intelligi etiam potest, quòd deus scilicet verbum æternum, erat cum illo, id est cum Iesu quo ad suam humanitatem, per hypostaticam vnionem. quamvis expositio ista non sit propria secundum Bedam, ne Christi personam geminare videamur. [Et nos sumus testes omnium] mirabilem, [Quæ fecit in regione iudeorum & in Hierusalem: quem occiderunt suspendentes in ligno. Quem deus suscitauit tertia die. Et dedit eum manifestum fieri] post resurrectionem [Non omni populo] immediate, imò nec omnibus absolute [sed testibus præordinatis a deo, nobis qui manducauimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis.]. Hoc enim opus ordinatissimum æternæ sapientiæ dei processus, vt supernaturalia non omnibus immediate reuelentur, sed primò quibusdam electis atque maioribus, & per illos cæteris. Quod & in hierarchiis obseruatur angelicis, in quibus illuminationes diuinæ à superioribus deueniant ad inferiores per medios angelicos spiritus, vt diuinus Dionysius edocet. Præterea aduertendum, quod petrus ait, Nobis qui manducauimus & bibimus, &c. Nam licet in euangelio legatur Christus cum discipulis post resurrectionem manducasse, non tamen ibidem exprimitur cum eis bibisse, sed ex his verbis id scitur. [Et præcepit nobis prædicare populo, et testificari quia ipse est, qui constitutus est a deo] patre secundum naturam humanam [iudex viuorum ac mortuorum]. i. vnuerforum qui vel ante finem mundi erunt defuncti, vel circa finem mundi inueniuntur, & in igne conflagrationis morituri dicuntur. Vel per viuos intelliguntur electi, qui viuunt per gratiam: per mortuos reprobi, qui mortui sunt per culpam. Porro in idelicet duo considerantur. primum est auctoritas iudicandi, & illa tribus personis cõmunis & vna est. Secundum est iudicij executio seu prolatio sententiæ, quæ competit Christo secundum naturam humanam, quam & sua humilitate ac passione promeruit. propter quod ait, Potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Itẽque, Neque enim pater iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio [Huic]. i. Christo [Omnes prophete testimonium perhibent] vt domino seruis [Remissionem peccatorum accipere per nomen eius]. i. per inuocationem & fidem ipsius. [Omnes qui credunt in eum] qui scilicet, fide & charitate Christo incorporantur. Prophetæ enim concorditer loquuntur de Christo, tanquam de omnium saluatore, ita quòd credentes per gratiam eius iustificantur [Adhuc loquente petro verba, hæc cecidit] id est subitò venit, seu repente descendit [spiritus sanctus] non per suam incircumscriptam, incommutabilemque substantiam, sed per pietatis suæ effectus & gratiæ dona [super omnes qui audiebant verbum] videlicet, super Cornelium, & suos, quibus prædicatio ista fiebat. Descendit autem spiritus sanctus in signo visibili, siue sensibili, sed an in igneis linguis, an in alia specie, incertum est, vt Scholastica ait historia [Et obstupuerunt ex circumcissione factes]. i. ex iudaismo conuersi [Qui venerant cum Petro, quia et in nationes]. i. in gentiles [Gratia spiritus sancti effusa est] cum abundantia tanta, Iudæi equidem consueuerant gentiles pro nihilo reputare, nec simile huic rei vnquam fuerat factum. Ideo de effectu tam magno atque insolito, præ admirationis magnitudine velut stupidi reddebantur. Fuit enim reuera grande miraculum, & maxima pietas dei [Audiebant enim illos loquentes linguis] diuersis, sicut Apostoli loquebantur in die Pentecostes [Et magnificantes deum] gratias deuotissimè referendo, eiusque bonitatem & beneficia totis præcordiis attollendo [Tunc respõdit petrus, Nunquid aquam prohibere quis potest, vt non baptizentur hi qui spiritu sanctum acceperunt, sicut et nos?] Apostoli scilicet cum signo sensibili, & dono linguarum, quamuis non in tanta plenitudine sicut Apostoli, qui primitiua spiritus acceperunt [Et iussit eos baptizari in nomine iesu Christi] De hac forma baptismi, & quare in ea dabatur baptismus in primitiua ecclesia, dictum est supra. Apostoli autem consueuerunt per discipulos suos baptizare conuersos, & ipsi verbo prædicationis insistebant, secundum quod Paulus testatur. Non misit me Christus baptizare, sed prædicare. Interdum tamen aliquos baptizabant [Tunc roga uerunt eum] scilicet petrum [vt maneret apud eos aliquot diebus] pro eorum consolatione, & pleniori instructione, & præsertim ex dilectione quam ad tam felicem & gloriosum conceperunt magistrum, patrem atque Apostolum: nec dubium quin eis consentit.

Esaia. 48.  
Ioan. 3.

Baruch. 3.

Lucæ. 6. 7.  
Marc. 16.

Ioan. 8.

Dionysius

Lucæ. 14.

Ioan. 5.  
Eodem.

A. ct. 2.

Roma. 8.

A. ct. 2.  
1. Cor. 1.



Vid ex prima illa gentiliū conuersione sequutum sit, subditur [Audierunt autem apostoli qui erant in iudea] vbi prædicabant hinc inde [Et fratres] id est cæteri discipuli [Quia et gentes] videlicet, Cornelius cum suis [Receperunt verbum dei. Cum autem ascendisset Petrus Hierosolimam] à Cæsarea rediens [Disceptabant aduersus illum qui erant ex circumcissione]. i. ex Iudaismo conuersi, [Dicentes, Quare introiisti ad viros præputium habentes, et manducaisti cum illis?] quasi dicant, in hoc contra legem fecisti. [incipiens autem petrus, exponebat illis per ordinem] id est cur hoc fecisset eis ordinate exposuit, seque excusando reuelauit eis qualem habuisset visionem in

Matt. 10.

A. ct. 10.

A. ct. 1.

Ioppe. Per quam deus sibi monstrauit vt faceret ita, & quòd angelus idipsum admonuisset. Litera autem plana est & præcedenti capitulo habita atque exposita vsque ad id. [Recordatus sum autem verbi domini, sicut dicebat, iohannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto] Hoc supra legitur Christus dixisse Apostolis, quod expositum est ibidem, & in præfatis gentilibus conuersis impletum; iuxta expositionem ibi introductam [si] pro qua [Ergo eandem gratiam dedit illis] puta Cornelio & sibi adiunctis [sicut et nobis, qui credimus in dominum iesum christum] vtrisque enim contulit deus dona gratiæ gratum facientis & gratis date: tamen & dictum est. Apostoli in ampliore plenitudine perfectiori gradu sortiti sunt eam [ergo quis eram qui possem prohibere deum?] à gentiliū horum visitatione. Quasi dicat, Hoc prauitatis meæ non fuit, quin potius charitas id requirit, vt de illorum gratia gratularer [his auditis tacuerunt, et glorificauerunt deum] id est gloriosum, mirabilem, liberalem, liberum esse in operibus suis professi sunt [Dicentes, ergo et penitentiam] id est gratiam, locum, tempus, penitentiam [Dedit deus gentibus] quas tam diu in suis reliqui erroribus [Ad vitam] gratiæ obtinendam in seculo isto, vitamque gloriæ in futuro. Recitatis gestis quorundam præcipuorum fidelium, scilicet apostolorum & diaconorum, prosequitur quædam de factis inferiorum discipulorum. [Et illi quidem] discipuli [Qui dispersi fuerant] de Hierusalem [a tribulatione quæ facta fuerat sub stephano] à Iudæis lapidato, quam illi deo impetrante fugerunt [per ambulauerunt vsque ad phœnicem] occidentalem, videlicet quandam prouinciam Syriæ [Et Cyprum] insulam in Carpathio mari, ab ortu Ciliciæ, occasu verò Syriæ obiectam [Et antiochiam] Epidaphnem [Nemini loquentes verbum dei, nisi solis iudeis] quibus primò annunciandum fuit Euangelium Christi, postea autem prædicauerunt & gentibus, agnito quod Petrus conuertisset gentes. [Erant autem quidam ex ipsis viri cyprii & cyrenæi] id est de Cypro, & Cyrene, ciuitate sic dicta, quousque aliqui putant fuisse natione gentiles, sed ad Christum conuersos, & primò ad Iudaismum, deinde ad Christum.

A. ct. 7.

Alij opinantur quòd nati fuerunt ex Iudæis, per loca illa dispersi. [Cum autem introissent Antiochiam, loquebantur ad gentes] id est gentiles illic morantes [Annunciantes dominum iesum] esse mundi saluatorem [Et erat manus] id est auxilium [Domini cum eis. Multusque numerus credentium] per prædicationem eorum [Conuersus est ad dominum. Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ quæ erat Hierosolymis super istis] negotiis & fidei incrementis. In Hierosolymitana nanque ecclesia antistes fuit tunc Iacobus, & Apostoli communiter ibi erant: idcirco discipuli intimauerunt eis profectum fidei in aliorum conuersione [et miserunt Barnabæ vsque ad Antiochiã] vt conuersos plenius informaret, cõfortaret, consolaretur, ac regeret. [Quis cum uenisset & vidisset gratiam dei] id est virtuosam fidelium conuersationem & dona gratiarum in eis [gaudens] secundum quod charitas dei & proximi exigit, vt de die in veneratione, & proximorum salute quilibet gloriatur [Et hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino] vt essent in bono cæpto stabiles. Qui enim perseverauerit vfque in finem, hic saluus erit. Hinc ad Colossen. monet Apostolus, Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere domini semper, scientes, quòd labor vester non est inanis in domino. Inconflantia etenim mentis magna est imperfectio, muliebræque vitium, imò & quædam fatuitas. Stultus enim mutatur vt luna, propterea scriptum est, Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui [Quia erat vir bonus] moraliter, imò heroicus & perfectus, ideo subditur [Et plenus spiritu sancto] id est donis virtutibusque infusus [Et fide] ita quòd habuit fidem secundum statum perfectum, vt pote cum rationibus credendorum, & purificatæ mentis intelligentia. Vnde fides hic accipi potest, non vt est virtus, sed fructus, videlicet, eminens quædam fidei certitudo. Sic quippe inter fructus spiritus ab Apostolo computatur [Et apposta] id est mente applicata seu conuersa [Isti turbamulti domino] in Antiochia per Barnabæ prædicationem, præter eos, de quorum conuersione prædictum est. [profectus est autem] Barnabas [Tharsum, vt quæret saulum.] Ad hæc enim vrberem vt patuit, Paulus à Hierosolymis venit, quem Barnabas inquisiuit, vt eius fultus auxilio plures conuerteret, & conuersos efficaciter gubernaret. [Quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annunt totum] id est per integrum annum [Conuersi sunt in ecclesia] id est inter fideles [Et docuerunt turbamultam, ita vt cognominarentur primum Antiochiæ discipuli christiani.] id est conuersi ad Christum, qui primò generali nomine dicebantur discipuli, ibidem propter eorum multitudine, cœperunt Christiani à Christo capite suo atque magistro vocari, tuncque impletum est illud Esaia, Seruos suos vocabit dominus nomine alio, in quo qui benedictus est super terram, benediceret in deo, amen. Hic tamen non dicitur, an nominatio ista sit instituta à fidelibus ex Iudaismo conuersis, vel ex gentilitate credentibus: an fortè ab infidelibus, qui nouam sectam confurgere & augeri mirantes, à Christo domino suo eos appellauerunt Christianos. In Scholastica verò historia dicitur, quòd à gentibus conuersis profuerit institutio appellacionis istius, quibus visum est sequaces Christi, Christianos debere vocari. Quemadmodum in sanctis philosophorum discipuli à magistris nomen speciale accipiunt, vt à Platone, Platonicus. [In his autem diebus superuenit a Hierosolymis propheta Antiochiam] In primitiua nẽpe ecclesia

Math. 14.  
Coloss. 1.

Eccl. 27.  
Eccl. 5.

Galat. 5.

A. ct. 9.

Esaia. 65.

A. ct. 2.  
Ioel. 2.

multi spiritu fulserunt prophetico, sicut supra ex verbis Ioëlis fuerat allegatum. In diebus illis, super seruos meos, & ancillas meas effundam de spiritu meo, & prophetabunt. [Surgens autem vnus ex eis nomine Agabus,] qui propter tam sancti conuentus reuerentiam humiliter assurrexit itansque loquutus est. [Significabat per spiritum,] id est per reuelationem spiritus sancti prædixit. [Famen magnam futuram in vniuerso orbe, quæ facta est sub claudo,] imperatore scilicet quarto anno imperij eius, & fuit hæc fames præcipue in Iudæa, vt fertur in ecclesiastica hystoria. [Discipuli autem,] existentes in Antiochia [Prout quisque habebat,] vnusquisque iuxta suæ modalum facultatis. [Proposuerunt singuli,] non seorsum, sed omnes pariter. [In ministerium,] id est ad vsus corporis necessarios. [Mutere,] victualia, seu precium ad emendum. [Habituantibus in iudæa fratibus] id est Christianis ibidem, potissimè in Hierusalem commanentibus, qui tanquam inter cæteros perfectissimi, Apostolicam vitam ducentes omnia sua in principio vendiderunt, & ante apostolorum pedes precijs positis in communi, vitam pauperum ducere sunt contenti. postea verò ab infidelibus Iudæis fuerant spoliati qui aliquid adhuc habebant. Hinc Antiocheni fideles, & postea a ij multi fecerunt collectas, quas suis temporibus miserunt præfati. De qua re in Epistolis Pauli multa leguntur. Fuisque iustum vt gentiles facti participes spiritualium bonorum fidelium Iudæorum, de corporalibus suis substantiis recompensam facerent eis tempore necessitatis: quod & Paulus pro minimo reputans. Si nos (inquit) vobis spiritalia seminauimus, magnum est si carnalia vestra metamus? [Quod & fecerunt,] bonum propositum effectui celeriter mancipantes, & malum inopiæ præuenientes. [Mutentes ad seniores,] qui in ecclesia illa Hierusalem cæteris præfuerunt, ac prouiderunt. [Per manus Barnabæ et Sauli,] qui erant nuncij fide dignissimi. Miserunt itaque & contulit quilibet iuxta quod habuit, implentes illud Tobia. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Si autem exiguum, etiam exiguum libenter impartiri stude. Itaque in articulo necessitatis, etiam filij parentibus thesaurizare seu prouidere tenentur. Nec ista prouiso obuiauit verbo Christi dicentis, Nolite solliciti esse de crastino, siquidem verbis illis immoderata cura, non ordinata prouidentia inhiberetur. Nec tentandus est deus, sed periculum humano modo quantum congruè fieri potest, est occurrendum.

A. ct. 2.

Ioël. 2.

A. ctu. 4.

1. Cor. 16.

1. Cor. 9.

Expositio. cap. XII. [Eodem tempore misit].  
 Articulus XII.



**N**odum tempore,] de quo in fine præcedētis capituli dictum est. [Misit Herodes rex] filius Aristoboli filij Herodis Ascalonita, cuius tempore natus est Christus, qui Herodes etiā pater fuit Herodis Antipæ à quo Ioānes baptista occisus est, & christus in passione illulus. Porro Herodes de quo nunc fit sermo, interfectus Iacobi apostoli à Iosepho vocatur Agrippa. habuitq; filij nomine Agrippam qui ei successit in regno, de quo infra habetur. [Manus,] id est virtutem sui exercitus [Vt affligeret quosdam de ecclesia] primitiua, id est quosdam Christianos. [Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio] id est occidi fecit, ante dies azymorum [Videns autem quia placere iudæis,] incredulis occisio Iacobi [Apposuit apprehendere et petrum,] tanquam capitaneum Christianorum, vt amplius complaceret Iudæis. [Erant autem dies azymorum,] id est paschalis festiuitatis, quando Iudæi septem diebus azymis panibus vescantur, infra quos dies Iudæi non facilliter aliquem occiderunt. [Quem cum apprehendisset misit in carcerem,] iradens quatuor quaternionibus militum custodiendum. [Sicut Centurio appellatur qui centum præest militibus, ita quaternio qui quatuor militibus præest. Sicque sub his quatuor quaternionibus erant sedecim milites, ac per hoc viginti simul fuerunt præter custodes carceris. Commisit enim tam multis custodiam Petri, ne aliqua arte effugeret, quia Herodes non ignorauit multa mirabilia facta fuisse à Petro, ideo cautè fecit eum seruari, sicut & Iudæ de Iesu dixit Iudæis: Ducite eum cautè: ne scilicet, vestris è manibus elabatur. [Volens post pascha producere eum populo.] Iudæorum, vt occideretur ad voluntatem eorum. [Et petrus quidem seruabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum, pro eo,] qui magis necessarius fuit ecclesiæ tanquam princeps apostolorum, & eminentior in operibus miraculorum. [Cum autem produdurus eum esset Herodes] id est populo præferaturus ad mortem. [In ipsa nocte] diem qua hoc voluit facere præcedente. [Erat petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus et custodes ante ostium custodiebant carcerem] Vnde constat eum sic custoditum, quòd humana via siue industria, nequiuisset effugere. [Et ecce angelus domini assistit, et lumen effulsit in habitaculo.] angelus enim cum splendido vultu apparet, carcerem illi strauit: solus tamen Petrus lumen illud aspexit miraculosè deo id peragente, ne & alij illud viderent. [Perussogque] latere petri, exciit eum dicens: Surge velociter. [Et ceciderunt catenæ de manibus eius,] angelo ear dissolvente. [Dixit autem angelus ad eum. Præcingere,] i. cingere. Vt enim Scholastica refert hystoria ex verbis Bedæ, petrus deposuit singulam suam propter molestiam carceris, vt tunica circa pedes demissa temperaret frigus noctis, Quo datur exemplum deuotis, quòd tempore corporalis molestiæ, atque angustiæ maguæ, liceat eis aliquid de proposito sui rigore laxare. Insuper secundum Cassianum, quoniam Helias & petrus singulis vsi leguntur, monachi in desertis singulis vtebantur. [Et calcate caligastus,] id est calciamenta tua indue, Dicunt aliqui quòd caliga genus sit calciamenti non habentis corium super pedem, quidam sandalium vocant: Nunc autem caliga in alia significatione accipi solet [vt fiti sic. Et dixi illi, Circunda tibi vestimentum tuum, et sequere me. vt exiens,] carcerem. [Sequebatur eum,] scilicet angelum. [Et nesciebat quia verum esset,] aliquid reale [Quod per angelum fiebat,] scilicet educio eius de carcere. [Existimabat autem se visum vi-

Tob. 4.  
 2. Cor. 12.  
 Matt. 6.  
 Lucæ. 12.

A. ctu. 11.  
 Lucæ. 2.  
 Marc. 6.  
 Ioan. 18.  
 A. ctu. 25.

Exod. 12.

Marci. 14.

[dere] id est omnia ista probat in imaginaria visione sibi monstrari, non realiter exhiberi. Ex quo apparet, quòd non plenariè vigilauit, sed imperfectè. Aliqui nanque in somno surgunt & gradiuntur. [Transientes autem primam ac secundam custodiam] id est custodes per duo loca diuisos, seu duobus partibus ordinibus, ex omni enim parte adhibuerunt custodiam, ne aliqua industria Petrus euaderet. Custodes autem somno fuerunt oppressi, aut tali cæcitate percussi, quali serui regis Syriæ sub Heliæo, aut alio simili modo diuina virtute detinebantur, ne Petrum egredientem sentirent, aut prohiberent. [Venerunt ad portam ferream] quæ putatur fuisse in atrio carceris atque exterior, [Quæ dicitur ad ciuitatem] Hierusalem. Ex quo elicitur, quòd carcer extra urbem fuit, aut in exteriorie eius parte [Quæ vltro aperta est eis] potestate diuina atque angelica. Nam & angelicis spiritibus materia corporalis obedit, quo ad motum localem. [Et exeuntes] per ferream portam [procefferunt vicum vnum] urbem intrando [Et continuo discessit angelus ab eo] repente disparsens. [Et Petrus ad se reuersus] id est compos mentis effectus, & ratione plenariè vtens [Dixit, Nunc scio vere] & experimentaliter [Quia misit dominus angelum suum, et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Iudeorum.] In omnibus vtriusque petrus stilo armato & eleganti, & frequenter difficili, semperque sententioso. [Consideransque] quomodo esset educus, & vbi nunc esset, quòd diuenteret [Venit ad domum Mariæ maris Ioannis qui cognominatus est Marcus] fuitque consobrinus Barnabæ, non Marcus Euangelista [Vbi erant multi congregati] mente & corpore, tanquam deuotissimi [Et orantes] inter cætera pro Petri liberatione. [Pulsante autem eo, processit puella nomine Rhode. Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam] cupiens scemina festinatione latum rumorem suis insinuare [Sed intro currens, nunciavit Petrum stare ante ianuam. At illi dixerunt, insanas] tanquam illusa & ratione priuata. Hoc dixerunt attendendo ad naturalem rerum potentiam, per quam impossibile videbatur quòd dicebatur. [Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dixerunt, Angelus eius est] Ex hoc loco atque ex aliis multis probatur quemlibet hominem habere angelum sanctum custodem, qui etiam crebrò aparet in specie eorum quibus sunt deputati. [Petrus autem perseuerabat pulsans] more eorum qui educi clam de captiuitate, non libenter distant extra domum. [Cum autem aperuissent ostium, viderunt eum et obstupuerunt] viso tam miraculoso effectū, & causam nondum scientes. [Annuens autem eis manu, vt tacerent] ne eorum strepitu & clamore gaudio petri præsentia perciperetur, & vt miraculū cum silentio modestè aduerterent [Narrauit, quomodo dominus eduxisset eum de carcere] per angelum. [Dixitque, nunciante iacobo] scilicet episcopo Christianorum in Hierusalem [Et fratibus hæc] vt sciant se exauditos, & deo gratias agant atque latentur in domino [Et egressus] de Hierusalem eadem nocte [Abiit in alium locum. facta autem die] quo Herodes decreuit petrum producere populo. [Erat non parua turbatio inter milites quidnam factum esset de Petro] quomodo abiisset. Timebant autem ne Herodes tali pœna eos afficeret, quali petrum afficere cogitauit. [Herodes autem cum requisisset eum,] scilicet petrum [Et non inuenisset] nam & portæ & ianuæ apertæ inuentæ fuerunt, vt creditur, cum hoc de porta ferrea aperta dicatur [Inquisitione facta de custodibus] id est diligenter sciscitatus ab eis, quomodo petrus euasisset [Iussit eos adduci] id est carceri mancipari: vel duci (vt aliqui textus habent) id est sibi præsentari ad puniendum eos de negligentia. Nō tamen nocuit eis postea vt decreuit, domino prouidente, ne petri ereptio, fieret aliis mortis occasio. Herodes enim morte fuit præuentus, vt subditur, [Descendensque a iudæa in Cesarem] palestina, secundum Bedam [ubi moratus est] ad debellandum aduersarios suos, [Erat autem iratus Tyriis et sydoniis. At illi vnanimis venerunt ad eum] vt ei reconciliarentur quasi resisteret non valentes [Et persuaso,] id est informato [Blasto qui erat super cubiculum regis] id est cubicularij eius [Vostulauerunt pacem] per Blastum, qui loquebatur pro eis [Eo quod alerentur regiones eorum ab illo] id est de bonis terræ Herodis, quia angustiæ erant eorum prouinciarum, nec poterant tam vicini regis, Casari charissimi, inimicitias ferre. [staturum autem die] id est ab Herode præfixo ad loquendum Tyriis atque Sydoniis [Herodes vestitus veste regali se debat pro tribunali] ad ferendum sententiam [Et concionabatur ad eos] id est blandis, ornatis, egreijs verbis loquutus est eis. [Populus autem acclamauit] Herodi [Dei voces et non hominis] quas audiuimus, sunt. Et sic diuini præconijs non humanis eum laudabant, ascribentes ei diuinitatem quādam & laudem deo solummodo debitam. [Consestus autem percussit eum angelus domini] id est intus plagauit grauissimo vëtris dolore [Eo quod non dedisset honorem deo:] præconia sibi blasphemanter ascripta spernendo, seque humiliando, & deo vero talia ascribendo [Et consumptus a vermibus] qui intra eum oriebantur putrescentibus carnibus eius [Expirauit] infra quinque dies secundum Iosephum. [Verbum autem domini crescebat et multiplicabatur] id est Herode sicut persequenter occiso Euangelica prædicatio circumquaq; diffundebar, & plurimum cõuertebantur. [Barnabæ autem et Paulus reuersi sunt] Antiochiam [Ab Hierosolymis, ex pleto ministerio] id est allatis ibi eleemosynis seu collectis ab Antiochia missis, sicut in præcedenti capitulo est dictum [Assumpto Ioanne, qui cog nominatus est Marcus] de quo iam dictum est.

4. Reg. 6.

Elucidatio cap. XIII. [Erant autem in ecclesia que erat Antiochie propheta, et doctores.]  
Articulus XIII.



**R**am autem in ecclesia, que erat Antiochie, propheta et doctores. Quemadmodum scribit Apostolus, in primitiua ecclesia fuerunt diuersa dona gratiarum, officiorum & statuum: iuxta illud ad Corinthios, Quosdam posuit deus in ecclesia, primo apostolos, deinde prophetas, tertio doctores. Itaque prophetae vocati sunt, propter reuelationem futurorum. Doctores propter scripturarum interpretationem, populorum informationem, praeceptorum enarrationem. Potest quoque ad eosdem referri. Nam quidam eorum prophetae erant pariter & doctores [in quibus Barnabas, et Simon, qui vocabatur Niger] ad distinctionem Simonis Petri. Et dictus est niger, vel a colore, si sumatur Latine. Vel quasi ascendens ad virtutem scilicet in virtutem, si niger sit nomen Hebraeum. Niger enim quandoque Hebraeum est, & interpretatur ascendens. Veruntamen aliqui fortissimi huiusmodi nomina absque inexistencia proprietatis actionis seu qualitatis designatae per ipsum, imò aliqui a contrario sensu nomina fortiuntur [Et Lucius cyrenensis] a Cyrene ciuitate sic appellatus [Et Manabem, qui erat Herodis terrarum] qui vocatus est Herodes Antipas, quem Christus non minatur vulpem, & decollauit Ioannem [collaeanem] id est eodem cum eo lacte educatus [Et saulus. Ministrantibus autem illis domino] in actibus virtuosus, in obseruantis praeceptorum & consiliorum, in conuersione aliorum [Et ieiunantibus] ut caro per omnia castigaretur, atque in seruitutem spiritus redigeretur, mensque in spiritualibus ditaretur, & ad contemplanda erigeretur superna. Quanta nempe sit virtus ieiunij liquet ex eo, quod de durissimo malignorum spirituum genere ait Saluator, Hoc genus demoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Denique (sicut in praefatione dicitur) deus corporali ieiunio vitia comprimit, mentem eleuat, virtutes largitur & praemia. Tobiae quoque Raphael angelus profestatur, Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna [Dixit spiritus sanctus] vel per inspirationem internam, vel per aliquem prophetarum istorum, siue per angelum. [Segregate michi] id est ad meum honorem a vestra societate, seu grege vestro corporaliter atque localiter separate. [Barnabam et saulum, in opus ad quod assumpsi eos] id est ad praedicandum in gentibus ad quod eos elegi, conuertere, & michi per gratiam iungi. Vnde ad Romanos Apostolus de se loquitur, Paulus segregatus in Euangelium. [Tunc ieiunantes et orantes, impotentisque illis manus, dimiserunt eos] ut irent euangelizare in Gentibus. Verum quia hic dicitur, quod imposuerunt eis manus, videlicet in modum ordinandum in sacerdotium, dicunt nonnulli, & habetur in Scholastica historia, quod praefati sancti in Antiochia, audito spiritus sancti consilio, orantes pro Paulo & Barnaba, miserunt eos Hierusalem ad Petrum, Iacobum, & Ioannem tunc existentibus ibidem. Qui audito spiritus sancti mandato gauisi sunt, imposueruntque eis manus, quoniam manu impositio ad apostolus pertinebat. Sed quoniam litera non videtur hoc velle, alij opinantur, quod iam in Antiochena ecclesia fuerunt quidam episcopi ab apostolis ordinati ad regendam multitudinem fidelium, qui tunc ibidem vehementer multiplicati fuerunt. Episcopi autem sunt apostolorum successores, idcirco ad eorum officium spectat impositio manuum, potueruntque Paulo & Barnabae manus imponere. Vtrum autem praeter impositionem manuum aliam ordinationis solennitatem circa eos celebrauerint tres praedicti apostoli, siue alij quicumque episcopi, non est certum, ut Scholastica ait historia: quae etiam prohibet quod nec de apostolorum ordinatione aliquid legitur, vel quod Christus eis manus impositum. De Petro tamen certum habetur, quod Antiochie celebrauerit missam. Sed potuit apostolis pro ordinatione sufficere: quia dictum est eis a domino, Hoc facite in meam commemorationem. Et licet tunc non interfuerint Paulus & Barnabas, tamen quia postea electi sunt ad apostolatum consilio, imò praepropterea spiritus sancti, forsitan in hoc cum aliis apostolis fuerunt priuilegiati, nec alia ordinationis solennitas circa eos celebrata est, & multi in primitiua ecclesia sine hac solennitate ordinationis, ad sacerdotium sunt promoti, etiam multi laici sine diaconio, & praecedentibus ordinibus, facti sunt sacerdotes, Insuper Beda hic ait, Videtur Saulus iuxta historiae ordinem tertio decimo post domini passionem anno apostolatum cum Barnaba, Paulique accepisse vocabulum. Quarto decimo autem anno iuxta conditum Iacobi, Cephae scilicet Petri, & Ioannis ad gentium magisterium fuisse profectum, nec historia Ecclesiastica repugnat, dicens, apostolis praepropterea fuisse, ut in annis duodecim in Iudaea praedicarent, quia duodecimo anno non statim reliquerunt Iudaeam, sed decimo tertio exire ceperunt, & paulatim egressi sunt. [Et ipsi] scilicet Paulus & Barnabas [Misi a spiritu sancto, abierunt Seleuciam] quae est ciuitas Syriae maritima a Seleuco rege Asiae, de quo secundo Machabeorum habetur, constructa, & nominata ut dicitur [Et inde nauigauerunt Cyprum] insulam supra memoratam [Et cum venissem Salaminam] urbem Cyprum in qua Barnabas natus & passus fertur, nunc Constantiam dictam secundum Bedam, quae & sita est in parte illius insulae orientali respiciens Syriam [Praedicabant verbum dei in synagoga Iudaeorum] quibus verbum dei fuerat primo denunciandum, secundum quod infra paulus fatetur, Vobis oportebat primum loqui verbum dei. Porro secundum Bedam, vbiunque dicitur in Synagoga, insinuat factum in ciuitate quod legitur. [Habebant autem et Ioannem in ministris] suae praedicationis. Iste est Ioannes cognominatus Marcus, de quo in praecedentibus iam dictum est. [Et cum perambulasset vniuersam insulam] Cyprum [Vsq; Paphum] occidentalem insulae urbem. Paphus secundum Bedam est ciuitas Cyprum maritima iuxta insulam Veneris, quondam carminibus poetarum famosa, quae frequenti terrae motu lapsa, nunc ruinarum vestigiis, quid olim fuerit ostendit [Inuenerunt quendam virum magum pseudoprophetam] qui operam magicam arte facta, dixit diuina [Iudaeorum, cui nomen erat Barien, qui erat cum proconsule sergio Paulo, viro prudente] qui fuit magnae dignitatis & proconsul, id est secundus a consule, cui causa factus, &

Math. 13. Marci. 9.

Marc. 9.

Rom. 1.

Math. 26. Marci. 14.

Actu. 13.

Actu. 11. Actu. 12.

**A**mbitione honoris coniunxit se magus ad deceptionem ipsius. [Hic accersit Barnaba et Paulo desiderabat audire verbum dei. Resistebat autem illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomen eius) quarens auertere proconsulem a fide] Christiana, per quam illius magicæ artes confundebantur. Horum duorum nomen, scilicet Elymas & magus, vnum est interpretatio alterius. Elymas enim secundum Scholasticam historiam interpretatur magus, sicque commune nomen maleficorum appropriatum est huic. Alij dicunt quod Elymas interpretatur dei mei mensura, vel sensus, sicque iste fecerit se vocari, ut dei nuncios crederetur, & ita nomen Barien, praefato modo exponitur Elymas, hac de causa. [Saulus autem qui & Paulus repletus spiritu sancto, intuens in eum dixit] Hoc loco Saulus, primo vocatur Paulus, estque hoc nomen sortitus secundum multos sanctorum doctorum a paulo proconsule quem conuertit. Homines enim aliquando consueverunt nomina ex aliquo notabili facto sortiri. Veruntamen secundum Origenem semper fuit binominis, vnde iam dicitur Saulus qui & Paulus. Quasi dicat, Vtroque vocatus est nomine. Vel post sua ad Christum conuersionem, vocauit se Paulum, quasi humilem & modicum. [O plene omni dolo et omni fallacia] quia verbis & operibus fraudulentus. Virum autem sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Et Esaiam testantem, Fraudulenti vasa sunt pessima [Vasa diaboli] per imitationem doli & vitiourum iuxta illud Sapientiae, Imitantur illum qui sunt ex parte ipsius. Hinc ait Saluator Iudaeis, Vos ex parte diaboli estis. [Nimice omnis iustitiae] Legis naturalis, legis scriptae, legisque Euangelicae [Non desinis subvertere vias domini vestras] id est diuina praepcepta, documenta, consilia, quantum in te est conculcas, atque ab aliis tollis, & prauè exponis. Huius magi meminit in libro de diuinis nominibus (puto) diuinus Dionysius, asserens stultam fuisse obiectionem quam verbis Pauli obiecit, quibus Paulus affirmat ad Timotheum, deus seipsum negare non potest, & arguit Elymas, quod secundum hoc, deus non esset omnipotens, quia veritate negare, mentiri, peccare, potentia, & non potius impotentia atque miseria esset. [Et nunc ecce manus domini super te] id est diuina potestas te puniet [Et eris caecus non videns solem] nec lumen eius [Vsq; ad tempus] ut per tuam corpoream cæcitate, innotescat spiritalis cæcitas tuæ mentis. Et ut intus priuatus es luce atque intuitu solis iustitiae, scilicet Christi, sic foris priuaberis materialis solis aspectu. [In confesum cecidit in eum caligo et tenebra] scilicet in instanti. Virtus enim dei cum sit infinita, operatur in instanti. Quod item factum est ad declarandum quod excæcatio illa miraculosa fuit non naturalis [Et circuiens querebat, qui ei manus daret] Tertius enim fuit sentiens plagam dei, & instat caecorum in gyro se vertit quarens ducem & sustentationem ne laberetur in praecipit. [Tunc proconsul cum vidisset factum] iam miraculosum [Credidit, admirans super doctrinam domini] i. altitudinem sapientiae Christianae, & virtutem miraculorum, quibus confirmabatur. Nouerat enim tanquam vir prudens quod deus fons veritatis, non perhibeat testimonium falsitatis: ideo cernens apostolorum istorum doctrinam huiusmodi miraculo confirmari, mox credidit, & magum abiecit. [Et cum a Papho nauigasset paulus et qui cum illo erant] scilicet Barnabas, Ioanes, & forsitan plures. Nam & id credi potest, quod aliqui de ministris proconsulis eius conuersione & instructione induciti, pariter sint conuersi [Venerunt Pergem Pamphilia]. Perga est maritima ciuitas provinciae Asiae, quae provincia vocatur Pamphylia iuxta Bedam. [Ioannes autem discedens ab eis, reuersus est Hierosolymam.] De causa suae abscissionis infra dicitur, [illi vero] scilicet paulus & Barnabas [Pertranseunt Pergem, venerunt antiochiam visitare]. Ipsi ista est provincia Asiae: & Antiochia sita in ea, etiam est ab Antiochia Syriae supra memorata, & in scripturis celebriori, quae olim Reblatha, & Remath magna dicebatur. [Et ingressi Synagoga die sabbatorum, sederunt] quasi verè mansueti ad audiendum verbum dei, ut promittat praedicandum. [Post lectionem autem legis et prophetarum, miserunt principes synagoga] videlicet prelati inter Iudaeos [Ad eos dicentes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exortationis ad plebem, dicite.] Ex ipso enim apparatu, probitate & grauitate pauli & Barnabae, considerauerunt eos esse viros religiosos ac sapientes. Si quidem sapientia hominis luget in facie eius [urgens autem Paulus] principibus & toti cõgregationi honorem impendens [Et manu splanctum indicens] ut attentius audiretur [At, Viri israelitae, et qui timetis deum, audite.] His verbis beneuolentiam eorum captat, ut fructuosius audiat. [Deus plebis israel elegit patres nostros] ab aeterno, & tempore diuinitus prestituto effectus gratiosus huius electionis imperitius est eis [Et plebem] Israeliticam [Ex altitu, cum esset incola in terra aegypti.] Nam tempore Ioseph & etiã tunc Gene. 47. Exod. 16. Num. 22. doque tamen satis acriter corripit quosdam eorum, sed totam gentem non deiecit [Et destruens] partim occidendo, partim fugando, partim in captiuitate redigendo [In terra chanaan septem gentes]. i. totidè nationes filiorum Cham, utpote Chanaanos, Amorrhæos, Eueos, Iebusæos, phereæos, Ethæos & Gergesæos [Sors] i. per sortium missionem [Diuisit eis terram eorum] per manus Iosue, Eleazar, & principum tribuum filiorum Israel, sicut in Iosue legitur. Duabus tamen tribubus ac dimidia ante per Moysen fuit diuisa pars terrae trans Iordanem [Quasi post quadringentos et quinquaginta annos.] Computatio annorum istorum secundum Bedam atque Scholasticam historiam inchoatur à natiuitate Isaac, à qua vsque ad exitum Israel de Aegypto fluxerunt anni quadringenti & quinque, quibus iunguntur & quadraginta anni, quibus in solitudine erant, & quinq; in terra Chanaan, post quos quiete terra à praeliis, tuncq; diu Esai. 123. Iosue. 14. Psalm. 77. Num. 35. Iosue. 11. Iud. 3. I. Reg. 7-8. David regem, cui testimonium perhibens dixit, xrueni David filii iesie virum secundum cor meum. i. michi placente, I. Reg. 7-

Psal. 5. Esa. 32. Sapien. 2. Ioan. 8.

Dionysius 2. Tim. 2.

Actu. 11. 4. Reg. 25.

Gene. 47. Exod. 16. Num. 22.

Esa. 123. Iosue. 14. Psalm. 77. Num. 35. Iosue. 11. Iud. 3. I. Reg. 7-8.



1. Reg. 10. seu meæ voluntati conformem, in donis naturæ & gratiæ bene dispositum, [Qui faciet omnes voluntates  
 1. Reg. 16. meas] id est volita à me implebit, & mihi obediens. Non talem deus istum improvisè inuenit, sed vt talem  
 Rom. 1. eum inueniret, prius per gratiam talem fecit, imò ab æterno prædestinauit se illum talem facturum, quo  
 facto talem inuenit qualem voluit & exegit. Et ista est preclarissima laus sancti Dauid. Quid enim nobi  
 lius volutati creatæ, quàm increatæ dei sui voluntati esse conformem, cum & amicorum sit eadem velle  
 & nolle? [Huius deus ex semine] id est ex femine Dauid [Secundum porositatem] factam ipsi Dauid [Edu-  
 xit] per generationem ex virgine [Israel] id est ad salutem populi Israël [Saluatorem Iesum] qui factus est  
 Lucæ. 3. ex femine Dauid secundum carnem, vt dicitur ad Romanos [prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius]  
 id est ante manifestam Christi prædicationem & apparitionem, qua per miracula se dei filium declara-  
 uit [Baptismum penitentia] id est dispositum ad penitentiam, & in quo Iudæi sua consistebantur pecca-  
 ta, non confessione sacramentali, sed generali [Omni populo Israel] venit ad eum. [cum autem impleret ioan-  
 nes cursum suum] id est circa finem suæ prædicationis morti propinquans, [dixit] Iudæis. [quem me ar-  
 bitramini esse, non sum ego] id est non sum Christus sicut putatis. Hoc enim superiores & inferiores Iu-  
 Luc. 3. dæorum concorditer existimabant, propter sanctissimam conuerfationem Ioannis [sed ecce venit post me]  
 Marth. 3. ad prædicandum & baptizandum per suos discipulos. Christus etiam natus est post Ioannem [Cuius non  
 Marci. 1. sum dignus soluere calciamenta pedum eius] id est nec in minimo dignus sum ei exhibere obsequium, eò  
 quod incomparabiliter sit maior me secundum diuinam naturam, & secundum assumptam quoque, vt  
 verbo immediatè supposititalitèrque vnitam, & omni gratia secundum totam capacitate mentis creatæ  
 repletam quati ineffabiliter maior est me, quia toto vnuerfo præstantior. Vnde ad Christi maiestatem  
 habendo respectum non fuit Ioannes dignus ad id. Veruntamen considerando Ioanis obsequium, vt ex  
 charitate, & actuali motione spiritus sancti procedens, meritorium fuit vitæ æternæ etiam de condig-  
 no secundum multos doctores. Et quo ad id, dignus fuit dominum Iesum baptizare: imò sic deuotus  
 sacerdos dignus est corpus eius & sanguinem consecrare, tractare, & sumere, ad quod nemo condignus  
 est, si ad Christi dignitatem habeatur duntaxat respectus. Postremò verbis his non datur intelligi, quòd  
 Christus vnus sit calceis, quem constat nudis pedibus incesisse: sed est modus loquendi Hebræorū [viri  
 fratres, filij generis] id est tribus [Abraham, et qui in vobis timent deum] quod referri potest ad conuersos ad  
 Iudaismum [Vobis verbū] id est prædicationis [salutis huius missum est] vel verbū salutis huius, id est verbum  
 dei incarnatum, humanæ author salutis missum primò specialiter ac principaliter, ita vt ipsemet Chris-  
 tus testatus sit, Non sum missus, nisi ad oues domus Israël quæ perierunt. Discipulis quoque præcepit,  
 In viam gentium ne abieritis, sed ad oues perditas domus Israël. [Qui enim habitant Hierusalem] puta vul-  
 gares [Et principes eius, hunc] Iesum [Ignorantes] esse Messiam. Quod quomodo verum fit tactum est su-  
 per id, Scio fratres, quia per ignorantiam peccastis, sicut & principes vestri. [Et voces prophetarum, quæ per  
 omne sabbatum leguntur] in Synagogis seu scholis eorū, quia verba prophetarum de Christo non intel-  
 lerunt [Iudicantes] quòd morte esset condignus [impleuerunt] quæ de Christi passione prophetata fue-  
 runt [Et nullam causam mortis inuenientes in eo] secundum veritatem [Petierunt a Pilato vt interficerent eum]  
 Ioan. 19. id est ex eius sententia per milites interfici facerent, quod & fecerunt. [Cumque consummasent omnia quæ  
 de eo scripta erant] videlicet quæ eius comprehensione, ligatione, conspitione, passione, [Deponentes  
 eum de ligno, posuerunt in monumento] non vtique iidem numero interfecerunt & deposuerunt, ac sepe-  
 lerunt: sed illud impij, hoc iusti, videlicet Ioseph ab Arimathia, & Nicodemus. Verum scriptura more  
 solito loquitur de diuersis quasi de eisdem: sicut in Psalmo, Cum occideret eos quærebant eum. Et ite-  
 rum, Et non recessit retro cor nostrum, & declinasti semitas nostras à via tua. [Deus vero suscitauit eum à  
 Act. 1. mortuis tertio die, qui visus est per dies multos, bis qui simul ascendit cum eo de Galilæa in Hierusalem] scilicet  
 viris ac feminis præsertim Apostolis, prout dictum est ante scilicet: Post passionem autem suã per  
 dies quadraginta apprensus est [Qui vsque nunc sum testes eius ad plebem] quòd ipse sit Christus pro homi-  
 nibus crucifixus & suscitatus. [Et nos vobis annunciamus eam quæ ad patres nostros repositio facta est] de  
 Christi aduentu, & saluatione generis humani per ipsum [Quoniam hanc deus adimpleuit filiis nostris] id  
 est Iudæis qui nunc sunt scilicet ad eorum salutem, qui si in Christum crediderint, immaculateque vi-  
 xerint, non habebunt ad limbum descendere vt patres eorum quantumlibet sancti, sed morient-  
 res mox euolabunt [Resuscitans Iesum. Sicut et in psalmo secundo scriptum est] dicente patre ad Christum,  
 Psal. 2. [Filius meus es tu] non adoptiuus, sed naturalis [ego hodie] id est in æternitatis inuariabili, indiuisibili  
 Act. 4. momento [Genitile] generatione immateriali & intellectuâli. Authoritas ista supra allegata est atque ex-  
 posita, quam hic inducit Apostolus, non ad probandum Christum resuscitatum, sed diuinitatem, de qua  
 Rom. 9. iam fuit locutus. De suscitacione verò subiungit, [Quod autem suscitauit eum a mortuis, amplius non reuer-  
 surum in corruptionem] hoc est ad vitam immortalem & impassibilem [ita dicit] per Esaiam, secundum  
 Esai. 55. translationem septuaginta interpretum [Quia dabo vobis Dauid sancta fidelia] id est quæcumque ipsi Da-  
 uid de Christo promitti, vel per ipsum de Christo loquutus sum, vobis fideliter adimplebo. Loco cuius  
 Esai. 35. nostra translatio habet, Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fidelis. [Ideoque et  
 psalm. 15. alibi dicit] puta in Psalmo, ipse Dauid ad patrem de Christi resurrectione vaticinans, [non dabis sanctum  
 Act. 2. tuum videre corruptionem] id est corpus Christi sancti sanctorum non permittes in sepulchro resolui, aut  
 incinerari. Istud iam ante plenus fuit expositum. Porro quòd hoc de Christo, non de Dauid prædictū  
 sit, probat Apostolus. [Dauid enim in sua generatione, cum administrasset voluntati dei] ei fideliter obediendo,  
 atque secundum ipsius voluntatem populum Israël gubernando [Dormiuit, et appositus est ad patres  
 suos] quia secundum corpus cum eis sub terra defossus: & quo ad animam, cum eorum spiritibus in lim-  
 bo locatus [Et vidit corruptionem] id est corpus eius in pulueres est redactum. [Quem vero deus suscitauit

A à mortuis tertio die, vt dictum est [Non vidit corruptionem] id est corpus eius post animæ recessum nõ est  
 resolutum. [Notum ergo vobis sit, viri fratres, quia per hunc] tanquam per saluatorem & mediatorum dei ac  
 hominum Iesum Christum [vobis remissio peccatorum annuncietur] ita quòd dei passione, virtute ac me-  
 1. Tim. 2. merito estis saluati, dummodo in ipsum credatis, & charitate iungamini, vt virtus & meritum passionis suæ  
 vobis per sacramenta Euangelicæ legis applicetur [Ab omnibus] scilicet peccatis purgatio [A quibus non po-  
 tuisti in lege Moysi iustificari] id est mundari per sacrificia legis, neque per ipsam legem, quia lex illa nõ con-  
 tinuit nec contulit gratiam, sicut lex noua, in quantum includit Euangelica sacramenta gratiæ signifi-  
 Heb. 7. catiua, contentiua & effectiua. Efficunt enim quod designant. Hinc ad Hebræos multa scribit Apostolus,  
 Heb. 10. Nihil, inquit, ad perfectum adduxit lex. Et, impossibile est sanguine hircorum & vitulorum auferri  
 peccata. Illa enim sacrificia non ex se erant accepta, sed ex offerentium deuotione. In veteri quoque tes-  
 tamento nõ fuit remedium contra reatum originalis peccati, quo ad patriam ingressum, sed omnes electi  
 illi descenderunt in limbum. Electi quoque qui tunc iustificabatur, non per legem, sed per fidem Christi su-  
 turi, tunc iustificati noscuntur. Hinc subditur, [In hoc enim omnis qui credit, iustificabitur] id est omnis qui  
 Esa. 53. per fidem formatam Christo vnitur seu incorporatur, virtutis & meriti suæ salutaris passionis confors  
 Apoc. 1. participetque efficiatur. Ipse enim est in quo dominus posuit iniquitatem omnium nostræ, qui satis fecit  
 pro nobis cum discipula pacis nostræ fuit super eum: cuius liuore sanati sumus, qui dilexit nos & lauit  
 nos à peccatis nostris in sanguine suo. Sed caput membris non influit, nec ipsa viuificantur ab ipso nisi  
 eisdè connectantur: ita vitam gratiæ, motumque virtutū à Christo non fortitur, qui ei per fidem & cha-  
 Abac. 1. ritatem non coniuntur. [Videte ergo ne superueniat vobis, quòd dictum est in prophetis], i. in pena prophetici  
 prænunciata vos apprehendat. Quid verò sit dictum in prophetis, adiecit, [Videte contemptores et ad-  
 miramini et disperdimini: quia opus ego operor in diebus vestris, opus quòd nõ credetis, si quis enarrauerit vobis.]  
 Istam scripturam allegat Lucas secundum translationem septuaginta, qua suo tempore vtiebatur ecclesia,  
 quæ & apud Abacuc habetur. Nostra quoque sic habet traslatio, Aspice in gentibus, & videte, & admi-  
 ramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris quòd nemo credit cum enarrabitur. Lo-  
 quitur autem propheta ad literã de captiuitate & punitione Iudæorum per Chaldæos, quã sibi immi-  
 nere credere noluerunt prænunciabuntur id prophetis. Hortatur ergo Apostolus Iudæos, ne sicut illi Iu-  
 dæi ob suam incredulitatem & peruersitatem inciderunt maximã calamitatem, Chaldæorumque rabiem: sic  
 ipsi incidant similem penã & manus Romanorū, vel potius dæmonū, qui per Chaldæos spiritaliter de-  
 signantur. Itaque sensus est, Videte & præcaute o contemptores verborum dei & promissionis diuinæ,  
 & admiramini de magnitudine vestri periculi, & disperdimini per vitia & errores, itemque per captiui-  
 tatem hæc vltimã, qua vagi estis in nationibus, quia opus ego operor in diebus vestris, videlicet saluati-  
 C onem generis humani per Christū, seu in carnationem, passionem, resurrectionem & ascensionem ipsius,  
 quòd nõ credetis si quis enarrauerit vobis. Nã pro maiori parte manserunt increduli. Potest quoque hoc  
 opus intelligi pena eis inflicta eò quod non susceperunt Christum, [excunibus autem illis] videlicet Paulo  
 & Barnaba Synagogã [Rogabant principes Synagogæ, vt sequenti sabbato loquerentur sibi hæc verba.] Quidã  
 existimant quòd malitiosè id rogauerunt tanquã indignantes de hoc quòd Paulus dixit eos in lege Mo-  
 si nõ posse iustificari, idcirco volebant hoc rursus ab eo audire, vt maiorem contra eum occasionem ha-  
 berent. Vnde & sequenti sabbato in eidentè proruperunt malitiam. Fortè tamen bono id animo preca-  
 bantur, vt de tam nouo rumore ac magno negotio plenus instruerentur. Postea tamen subuersi fuerunt  
 [cum autem dimissa esset Synagoga] id est conuentus solutus vnoquoque ad propria remeant[Secun-  
 mulierum iudæorum et colentium] id est [aduenarum paulum et Barnabam] vt eorum prædicationibus certius im-  
 buerentur. Aduenã verò deum colentes intelliguntur qui natione erant Gentiles, sed religione Iudæi,  
 seu ad Iudaismum conuersi, qui profelyti dicebantur, vel Iudæi de dispersione venientes [Qui] puta Apo-  
 stoli [Loquentes persuadebant eis, vt permanerent in gratia dei] id est in fide Christi misericorditer iustifica-  
 ri exquirerent, non in obferuantis legis. Dei quoque gratiofo auxilio inniterentur, nõ legis iustitiã. Ali-  
 qui autem dicunt istos iam credidisse in Christum, ideòque moneri, vt in ea fide permaneant fixi. [Se-  
 quenti vero sabbato pene vniverfa ciuitas conuenit audire verbum dei] à Paulo & Barnaba, quorum infra hos  
 dies inter medios percrebuit fama atque innotuit [Videntes autem turbas] Gentilium horum, Iudæi re-  
 D pleti sunt zelos [inuidia contra apostolos] & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur de Christo [Bla-  
 phemantes] dicendo quòd Iesus Nazarenus non esset verus Christus. [Tunc constanter Paulus et Barna-  
 bas dixerunt] vobis oportebat primum loqui verbum dei] id est Euangelicam prædicationem proponere,  
 quia vt dictum est sæpe, Christus atque Apostoli primò directi sunt ad Iudæorum conuerfionem, qui-  
 bus propheticæ promissiones tanquam populo peculiari præsertim factæ fuerunt [sed quoniam repul-  
 sis illud] obstinato animo veritati euangelicæ contradicendo [Et indignos vos iudicatis], i. factò peruerso  
 indignos monstratis [Vite æternæ] quæ est beatitudo vera per Christū reparata [Ecce conuertimur ad gen-  
 tes] in instruendas & conuertendas. Itaque Iudæorū infidelitas, obstinatio, rebellio, fuit occasio instructio-  
 Rom. 11. nis, illuminationis saluationisque gentium. propter quod ad Romanos scribit Apostolus, Delictum co-  
 rum salus est gentibus. Quòd si delictum eorum diuitias sunt mundi, & diminutio eorum diuitiã gen-  
 tium, quantò magis plenitudo eorum? [sic enim præcepit nobis dominus] vt Iudæis obstinatis relictis, pro-  
 cedamus ad gentes: ad quod authoritatem Esaiæ allegat, [Posui te in lumen gentibus] id est ad Gentilium  
 Esaiæ. 49. illuminationem ordinauit [vt sis in salutem] cunctis credentibus [vsque ad extremum terræ] id est per omnes  
 terminos mundi. Vnde & Symeon loquens de Christo, confessus est deo patri, Viderunt oculi mei  
 Lucæ. 2. salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium: Et  
 psalmista, Viderunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Sed cum hæc verba sint literaliter dicta de

Christo, quomodo Apostoli ea commemorant tanquam de ipsis prolata? Ad quod Beda respondet, Quod de Christo specialiter dictum est, hoc iam sibi dictum arbitrantur Apostoli, membra scilicet, illius esse se recolentes, sicut etiam ipse propter eiusdem corporis vnionem dixit, Saule Saule, quid me persequeris? Tanta enim est vnio capitis & membrorum. Potest & aliter respondere, quod licet hæc verba de Christo pronunciantur ad literam, quoniam tamen executioni mancianta non sunt nisi per prædicationem Apostolorum, idcirco Apostoli congruenter ea de se dicta fatentur. Præterea vt ista auctoritas clarius intelligatur, pensandum, quod præfacto Esaiæ capitulo, cum vaticinio illuminationis gentium excæcatio Iudæorum in Christi aduentu aperitissimè prænnunciatur. Sic nempe Christus ait ibidem, Et nunc hæc dicit dominus formans me ex viro seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israël non congregabitur. Quid enim est Israël non congregabitur, nisi non conuertetur, nec intra electorum ecclesiam colligetur? Deinde loquitur Christus, Et glorificatus sum in oculis domini: & dixit, Parum est, vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & scæces Israël conuertendas. Dedi te in lucem gentibus, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. [Audientes autem gentes] suam saluationem prophetice prænnunciantam [Causæ sunt] deo gratias referentes [Et glorificauerunt] id est magnifice laudauerunt, reuerentèrque au dierunt [Verbum domini] id est Euangelicam prædicationem, seu Christum, qui est verbum, sermo, & veritas dei patris. [Et crediderunt quorquot erant præordinati ad vitam æternam] id est omnes prædestinati. His enim quos deus omnipotens & sublimis ad vitam gloriæ ab æterno elegit, in seculo isto de donis gratiæ misericorditer prouidet, atque de omnibus medijs ad consequendam beatitudinem requisitis: inter quæ primū, ac fundamentum est fides catholica, quæ est oculus mentis, vltimum finem ostendens, atque ad eius adeptionem omnia dirigens. [Disseminabatur autem verbum domini per vniuersam regionem] id est Euangelica prædicatione in star seminis per terram Gentilium spargebatur in cordibus hominum. Semen nanque est verbum dei. [Iudæi autem] potissimè principes Synagogæ [conciuaerunt] id est contra Apostolos prouocauerunt [Mulieres istæ atque primarij vrbs videntur primò fauisse apostolis, sed per impiam informationem Iudæorum auersi] [Et eiecerunt eos de sinibus suis. At illi excussio puluere pedum in eos venerunt iconium] Hoc Christus in Euangelio docuit sciendum in testimonio sui laboris, & inexcusabilitatis illorum, qui verbum dei recipere abnuerunt. Iconium autem secundum Bedam est ciuitas celeberrima Lycaoniæ, est quoque & alia in Cilicia. [Discipuli quoque] id est credentes in Christum [Replebantur gaudio] spiritali, interno ex contemplatione amorosa bonitatis diuinæ, beneficiorumq; eius, in omni opere virtuoso gaudebant, quæ bona sunt delectabiliter peragentes. Signum enim virtutis perfectè inexistentis est delectatio operationi coniuncta. Insuper & in aduersis cordialiter lætabantur, videntes se Christi passionibus communicare & cõformari, in præsentis quoque seculo aduersitatibus exerceri, vt moris est filiorum dei. [Et spiritu sancto] id est charismatibus eius in donis atque virtutibus quotidie proficientes. Quantò autem in primitiua ecclesia tribulatio amplius abundauit, tantò huiusmodi gaudium magis necessarium fuit, ne imbecillitas mētis humanæ sub onere ruit deficeret. Vnde & tunc munificentia spiritus sancti copiosius se diffudit.

Expositio capitis XIII. [Factum est autem in iconio:]  
 Articulus XIII.



Prosequitur sanctus Lucas processum Apostolicæ prædicationis in vrbe Iconio. [Factum est autem in iconio vt simul introiret in synagogam iudeorum et loquerentur] Paulus & Barnabas existentibus in Synagoga [ita vt crederet iudeorum et Græcorum] id est Gentilium quorundam, forte profelytorum, seu Iudæorum ex Græcia [Copia multa] in quo fructus prædicationis huius ostenditur, quæ varijs miraculis diuinitus confirmabatur. [Qui vero increduli fuerunt iudæi, suscitauerunt ad iracundiam animas Gentilium aduersus fratres] id est Christianos præcipue contra Apostolos, asserendo quod nouam & falsam sectam inducerent, & agerent contra Romanos. [Dominus autem dedit cito pacem.] Ipse enim ad nullam corda immutat, & quocunque voluerit verit. [Multo igitur tempore demorati sunt] in vrbe hac [fiducialiter agentes in domino] id est imperterrita mente euangelizantes [Testimonium perhibente verbo gratiæ suæ] id est ipso domino attestante veritati Euangelicæ prædicationis, in qua gratia & misericordia dei maximè commendatur, docetur & cõtinetur. Quomodo autem attestatus sit subditur, [Dante] deo [signa et prodigia fieri per manus eorum] id est per preces, virtutes, & ministeriū Pauli & Barnabæ. Hæc tamen miracula Lucas breuiter studens non recitat. [Diuisa est autem multitudo ciuitatis] id est discordia effecta [et quidam quidam erant cum iudæis] vide licet infideles [Quidam vero cum apostolis] scilicet conuersi ab eis. [Cum autem factus esset impetus] ex vehementia passionum, non ex ratione & æquitate procedens [Gentilium et iudeorum] incredulorum [cum principibus suis, et contumelijs afficerent et lapidarent eos] puta apostolos [intelligentes] Apostoli quod imminerebat [Confugerunt ad ciuitates Lycaonia Lystram et Derben] non inordinate timendo, sed Christo obediendo hoc fecerunt. Nam dixit & Saluator, Cùm persequi vos fuerint homines in vna ciuitate, fugite in aliam [et quidam vir in Lystris infirmus pedibus, sedebat claudus ex viro matris suæ, qui nunquā ambulauerat] nec potuit stare, sed portabatur, aut sustentaculis vtebatur. [Hic audiuit Paulum loquentem] id est prædicationem intentè aduertit. [Qui] Paulus [inuitus eum] oculo compassionis interno, & visu corporeo [et vi-

Prover. 21.

Matt. 10.

dens] id est spū sancto reuelante perpendens [Quis fidem haberet vt saluus fieret] id est quod verbis Pauli credebat, & in nomine Christi se saluandum speraret, aut etiã corporaliter reformandum, talem & tantã fidem cõtulit ei spiritus sanctus, qui miraculū facere iam decreuit [Dixit voce magna] vt signum mox futurū ad Christi gloriã audientiumque salutē cunctis pateret. [surge super pedes tuos reclus] ita vt nulla prioris defectuositatis in te signa remaneant. Porro secundū Bedam in Græco codice sic habetur, Tibi dico in nomine dñi nostri Iesū Christi, surge super pedes tuos reclus. [Et exiliuū et ambulabat] id est protinus sine omni obstaculo celerissime cõsurrexit & expeditè incesit, quod fuit valde grande miraculum soli diuinitati possibile. [Turbe autem gemiles aque idololatriæ cum vidissent quod fecerat Paul. leuauerunt vocem suam Lycaoniæ dicentes] scilicet iuxta linguam maternam, quia Lystra ciuitas fuit prouinciæ Lycaoniæ. [Dij similes facti hominibus] id est humana effigie apparentes [Descenderunt ad nos de celo] quod est locus deorū secundum illorum errores. putabant quippe paulum, ppria id potestate fecisse [Et vocabam Barnabam ionem] quod quod prior & senior videbatur. Ionem enim regem deorum & patrem putabant. [Paulum vero Mercurium.] qui secundum vanitatē Ionem comitabatur [Quoniam ipse erat dux verbi] id est in loquendo & proponendo verbū dei, habens primatum: & quia Mercurius secundum eorū perfidiam, eruditus & eloquens fuit intantū vt deus eloquētiã diceretur, Paulum eius nomine exprimebant. [Sacerdos quoque iouis, qui erat ante ciuitatem] iudicio rumore miraculi [Taurus] ad immolandū [et coronas] ad imponendū eas capitibus apostolorum ad decorem eorum, vel ad templi ornandum [Afferens ad ianuas] templi [Cum populis voluit sacrificare] id est hostias mactare & immolare apostolis tanquam immortalibus dijs. [Quod vbi audierunt Apostoli Paulus et Barnabas, conspissis tunicis suis] more Iudæorū, qui audita diuinę maiestatis blasphemiam vestes sciendere confueuerunt, zelo dei, quasi eius iniuriam perpeti non valentes, & cordis sui dolore monstrantes. [Exilierunt in turbas, clamantes, et dicentes, Viri quid hæc facitis?] id est cur nobis sacrificare disponitis? Quo sancti apostoli humiliores fuerunt, eò pænalius fuit eis hoc factum diuinæ maiestatis inhonoratiuum. [Et nos mortales sumus, similes vobis] in natura specifica, [Homines annunciantes vobis ab his vanis] idolorum culturis, in quibus nec veritas est, neque vtilitas: & quæ à vera beatitudine seu vltimo hominis fine colentes impediunt [Conuertit ad deum vniuersum] qui solus est viuens, & vita pura ac plena per suam essentiam. Dij autem quos colitis mortui sunt & damnati: vt Iupiter, Mercurius, &c. qui homines scelerati fuerunt. [Qui fecit calum et terram, et omnia quæ in eis sunt.] cælum enim & terrā per se ipsum immediatè creauit, in quibus sunt multa quæ non sunt immediatè à deo secundū se tota creata, vt bruta: originaliter tamen principalitèrque à deo fluxerunt, & prima materia vniuersorū ab illo est immediatè producta. [Qui in præteritis generibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas] id est vniuersos gentiles in suis adinventionibus, erroribus & peccatis defluere ac perire. Nam vsque ad Christi aduentum & prædicationē eius ac discipulorum suorū, gentes cõmuniter idolis seruiebant, paucissimis interdū exceptis, solique filij Israël vias dei ambulauerunt, vñ verum deū colendo [et quidam non sine testimonio temetipsum reliquit] id est bonitatem & diuinitatē suam manifestare, seque deū esse testari per varia beneficia nō cessant, benefaciens, totū vniuersum conservando in esse, & gubernando [De celo] iæreos [Dans pluias et tempora fructifera] iustitiam & ver. [implens cibo et lætitia corda vestra] Omnia enim dona naturæ, & bona fortunę, beneficia sunt summi dei, cuius vnitas, maiestas ac diuinitas per vniuersi gubernationē, temporum distinctionē, cælestium motionē, inferiorum moderationē ac prouisionem ipsis quoque philosophis innotuerunt. Naturalis autē delectatio quæ ex coniunctione potentię cum conuenienti obiecto causatur, à deo principaliter deriuatur, qui institutor est ordinis & cohabitudo rerū. Corda verò, id est mentes nō impleantur cibo corporeo, nisi quo ad desiderij actuationē [Et hæc dicentes vix sedauerunt turbas ne sibi immolerent] propter magnitudinem rei gestæ, & quia ad idololatriã pronæ fuerunt. Hoc de sacerdote Iouis non specificatur, qui fortè deum suum reprobari inuitè & indignanter audiuit [Superueniunt autem quidam ab Antiochia] Pifidias, quæ fuit huic vrbi vicinior quàm Antiochia Syria [et iconio iudæi] increduli [et persuasus turbis] ciuitatis Lystris [Lapidantesque Paulum] Vnde & ipse scribit, Semel lapidatus sum [Tra] 1. Cor. 11. [et peruersas] tanquam sepultura indignū, & vt vile cadauer [Existimantes eum mortuum esse] quia signa vitæ non apparebant in eo tam grauit vulnerato: mortuusque fuisset, nisi diuina fuisset potestatem mirabiliter præseruatus [circumdantibus autem eum discipulis] quasi plangerent mortuum, & ne à ludæis vere perciperetur. [Surgens intrauit ciuitatem] Lystris occultè, quia diuina virtute fuit sanatus seu confortatus, aliter proficisci non potuisset, [et postera die profectus est cum Barnaba in Derben] Lycaoniæ vrbem [Cumque euangelizasset illi ciuitatis, et docuissent multos, reuersi sunt Lystram, et iconium, et Antiochiam] Pifidias, vrbes, in quibus iam antea prædicauerunt [Confirmantes animas discipulorum] sermonibus optimis [Exhortantesque, vt permanent in fide] tanquã in fundamento virtutū spiritalisque vitæ. Quo sublato tota corruiat machina spiritalis in anima [et quoniam per multas tribulationes] à mundo, à dæmonibus, à propria carne, & improba voluntate, [oportet nos intrare in regnum celorum] de exilio enim nō venit ad patriã, nisi per diuersos labores. Quotidiana quoque nostra peccata castigationem dei paternã requirunt. Galat. 5. Caro etiã aduersatur spiritui: & quò magis proficere cupimus & conamur, eò inuisibiles hostes grauius Ioan. 13. nobis insistent. Denique nō est seruus maior domino suo. Si ergo oportuit Christum pati, & ita intrare Lucæ. 24. in gloriã suã: quomodo nos serui eius vilissimi, sine tribulationibus optamus saluari? Itaque qui se dicit 1. Ioan. 1. in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Qui enim nūc cõpatitur Christo, cõglo. Roma. 8. rificabitur post eum. Hinc ait Psal. Multas tribulationes iustorum. Et itè, Trãsumus p ignem & aquã, Psal. 33. Hinc arcta dicitur via quæ ducit ad vitam. Vñ filiis seculi, amatoribus huius mudi, qui cuncta quæ carni Matth. 7. mollia sunt querunt, qui nullam volunt ferrè iniuriam, nil perpeti, ppter Christum, qui in star brutorum Lucæ. 9. passionis concupiscentiãsequitur. Ideo dicit Saluator, Qui vult venire post me, tollat crucem suã Lucæ. 9. quotidie, & sequatur me. Et Apostol. Non coronatur nisi qui legitimè certauerit. Vbi ideo iam illi, qui 2. Tim. 2.



id est per transgressionem legis naturalis & scriptę destructa atque diuisa, reedificabo, omnes gentes in ecclesiastica vnitate colligendo, & origam illud, id est ad celestia eleuabo, & multis miraculis beneficiisque pręclaris honorabo: vt requirant cęteri hominum dominum, id est gętiles quoque ista cernentes cōuertantur ad Christum: & pro, id est omnes gentes super quas inuocatum est nomē meum, quę post cōuersionem suam me super se inuocauerunt, & pro quorum conuersione sancti patres me orauerunt. [Notum est a seculo domino opus eius] id est æternaliter ei innotuit quicquid in tempore facit, & quod de gentium conuersione operari decreuit: iuxta illud Eccles. Domino deo antequam crearetur, omnia sunt cognita. [Propter quod ego iudico] tanquam episcopus [Tot inquitur eos qui ex gentibus conuertuntur ad dominum] id est gentiles conuersos non esse turbados seu aggrauandos per obligationem, ad seruanda legalia [Sed scribere eis, vt abstinant se a contaminationibus simulacrorum] id est a cultura deorum quibus anima nō mundatur, sed maculatur. Vel cōtaminationes simulacrorum vocatur cōmestiones idolothytorum, videlicet sacrificiorum idolis oblatorū, quod fuit in lege prohibitum [Et fornicatione] quam gentiles reputabāt opus naturale ac licitum [Et suffocato] .i. esu cuiuscūq; animalis per suffocationem occisi [Et sanguine] id est sanguinis effusione, vel manducatione cum sanguine. Horum quatuor, tria sunt ad cęremonialia legis spectantia, scilicet primum, tertium, quartum, quę idcirco Apostoli gentibus præceperunt, quatenus cum Iudeis conuersis cōcorderent ac coalescerent ac socialiter viuerent, sicut frequenter in societate plurimorum ex diuersis nationibus collectorum aliqua ordinantur pro pace communi ad tempus. Postmodum verō Euangelicę legis veritate plenius elucidata, cessauit obseruatio horum trium, quia vt ait Saluator, nō quod intrat in os coinquinat hominem. Omnis quoque creatura dei bona, nihilque reiciendum quod cū gratiarum actione sumitur. Sāctificatur enim p verbum dei & orationē [Moses enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum] .i. scripturas & libros eius [Prædicent in Synagogis, vbi per omne Sabbatum legitur.] Hoc intelligendū est de vrbibus Iudę, & aliarum terrarū in quibus dispersi fuerunt Iudei. Vbi a tēpore suę dispersionis libros legis habuerunt atque legerunt, qui etiā ad Christum cōuerſi, non p̄tinus legalia omiserūt in toto, sed paulatim, quouſque Euāgelio diuulgato determinauit Ecclesia, legalia omittēda. [Nunc placuit Apostolis & senioribus cum omni ecclesia] Hierosolymitana [Eligere viros ex eis, et mittere] eos [Antiochiam cum Paulo et Barnabā] omnes enim cōcorderit verbis Petri & Iacobi cōfenserunt. Deinde viri illi electi exprimuntur [Iudam qui cognominabatur Barfabas, et Syleam, viros primos in fratribus] id est post Apostolos inter notabiliores seu eminentiores, in quibus dona gratiæ clariius emicabant. Supra quoque dictum est quōd Ioseph cū Matthia constitutus, vt vnus eorum Apostolus fieret, cognominatus sit Barfabas, quod interpretatur filius quietis. Et fortē ab excellētia huius p̄fectionis, seu gratię contemplationis, sic vocatus est Iudas iste [scribentes] id est scriptam epistolam dirigētes [Per manus eorum] scilicet Iudę atque Syleę, non Pauli & Barnabę qui in hac causa pars fuerūt. [Apostoli & seniores fratres his qui sunt Antiochie, et Syria, et Cilicia fratribus, ex gentibus] id est de gentilitate conuersis [salutem] id est veram beatitudinem optant. Porro Syria quę ab Hebręis Aran dicitur, regio est inter Euphratem & mare Mediterraneum, vsque ad Aegyptum pertingens, & maximas habet p̄uincias. Cilicia quoque nomen est p̄uincię Asię. Nam & Paulus de Tharō vrbe Cilicię fuit [Quoniam audiuimus quod quidam ex vobis exeuntes] scilicet pharisei p̄fati credentes [Turbauerunt vos euerentes animas vestras] a tranquillitate & sinceritate Euangelicę conuersationis [Quibus non mandauimus] vt ita doceret legalia obseruanda [Placuit nobis collectis in vnum] corporaliter ac spiritaliter, quia de communi sensu acta sunt hæc, imō & de Christi inspiratione qui ait, Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum [Eligere viros] scilicet Iudam & Syleam [Et littere ad vos cum charisimus nostris Barnabā et Paulo, hominibus qui tradiderunt animas suas] id est mortis periculis exposuerunt, diuersis laboribus mancipauerunt [Pro nomine domini Iesu Christi] id est ex eius amore pro catholica veritate ad ipsius honorem. [Misi ergo Iudam et Syleam, qui et ipsi vobis eadem verba referent] quę in epistola continentur, vt sitis certissimi de nostra responſione, verbis & scriptis instructi. [Visum est enim] id est bonū apparuit, seu placuit [spiritui sancto] qui infallibilis est magister, & arbiter suę potestatis existens, vbi vult spirare, & ea quę vult loquitur [Et nobis] spiritus sancti illuminatione edocētis non sensum humanum sequentibus [Nihil vltra vobis imponere oneris] id est obseruantię legalis [Quam hæc necessaria] obseruanda propter causas p̄tetas [vt abstinere ab immolatis simulacrorum et sanguine, et suffocato] quę verba iam exposita sunt [Et fornicatione] quod non ad cęremonialia, sed moralia spectat p̄cepta. Nec dubium quin paulus & Barnabas de fornicatione idipsum docuerint, ab Apostolis tamen repetitur, vt a gentibus fortius obseruetur [A quibus custodiētes vos, bene agētis] id est meritōrie, iuste, & obediēter viuētis, simul & alia a Christo tradita adimplentes. [Illi ergo dimissi] ab ecclesia Hierosolymitana [Descenderunt Antiochiam. Et congregata multitudine] conuersorum ibidem fidelium [Tradiderunt epistolam. quam cum legissent gauisi sunt] gentiles conuersi [Super consolatione] id est de consolatoria ista epistola, per quam a legalium iugo exonerabantur. [Iudas autem et Syleas et ipsi cum essent propheta] spiritu enim fulserunt propheticō, & Apostolicę perfectionis viri fuerunt [Verbo plurimum consolati sunt fratres, et confirmauerunt] in fide atque virtutibus. Saluberima enim documenta, & scripturarum allegationes, cum finali remuneratione iustorum ac impiorum proposuerunt, quibus auditis fratres cōuerſi in bonis actibus roborantur, id est in mundi contemptu & diuinitatis amore creuerunt. [Facto autem ibi aliquanto tempore dimissi sunt cum pace] ab Antiochia [A fratribus] illius vrbis [Ad eos qui miserunt illos] scilicet qui in Hierusalē erant. Hoc tamen de Sylea accipiendum nō est, quia cum Paulo remansit, nā sequitur, [Visum est autem sile a ibi remanere] Iudas autem solus abiit Hierusalem. [Paulus autem et Barnabas demorabantur Antiochie] tūcque impletum fuit, quod ait paulus, Cum venisset Cephas Antiochrim, in faciem restitū ei [Docentes et euangelizantes cum alijs] pluribus viris sanctis in Antiochia

Eccle. 23.

Neom. 7.

Math. 15.  
Marci. 7.  
1. Tim. 4.

Actu. 2.

Actu. 22.

Matth. 18.

Ioan. 3.  
1. Cor. 12.

Galat. 2.

bas, non est de textu, nec habetur in Greco, neque in libris correctis, sed olim glossaliter additum, inferum est textui. [Post aliquot autem dies, dixit ad Barnabam Paulus, Reuertente vsitamus fratres per vniuersas ciuitates in quibus predicauimus verbum domini, quomodo se habeant] id est redeuntes ad eos, videmus qualiter stent in fide, ceterisque virtutibus. In quo patet quanta fuerit in Paulo omnium sollicitudo ecclesię. [Barnabas autem volebat secum assumere ioannem qui cognominatur Marcus] de quo dictum est sępe. [Paulus autem rogabat eum] scilicet Barnabam [vt quia ioannes discessisset ab eis a Pamphilia] sicut supra iam dictum est [Et nō esset cum eis in opus] id est opus dei viriliter aggressus nō fuit, videlicet predicationis officium, seu perfectionis periculum, siquidem timore imminentium periculorum abcessisse videtur [nō debere recipi eum] in comitatu, ne rursus deficiens, alios suo scandalizaret pauore. Prædicantes etenim verbum dei potissime inter infideles, stabiles esse debent, imperterriti, & pro fide seu æquitate mori parati [facta est autem dissensio] inter Paulum & Barnabam. Ista dissensio non fuit vitiosa, sed potius a spiritu sancto, vt sancti viri ab inuicem separati maiorem fructum predicando producerent, dum in pluribus locis ac gentibus, verbum dei disseminarent. Vterque etiam ex rationabili mouebatur motiuo, nec quicquam proprij commodi quisquam eorum quærebat, sed bonum commune: nec enim ex impatientia aut simili passione, sed ratione dictante separabantur. Vnde secundum doctores paci atque cōcordiæ aliquando non repugnat quōd aliqui in duobus discordant, dummodo in vno tertio sint concordēs. Et sic fuit in isto. Nam & Paulus & Barnabas concordabant in hoc, vt id fieret, quod fuit magis pro dei honore & Euangelicę predicationis profectu [ita vt discederent ab inuicem]. Et Barnabas quidem assumptum Marcum nauigare cyprum] de qua fuerat natus. Dicit autem hoc loco Scholastica historia. Ex eo quōd Barnabas noluit Marcum dimittere, perpenditur fuisse eius cognatus, leguntur enim fuisse consobrini: iuxta illud ad Coloss. Salutat vos Aristarchus, & Marcus consobrini Barnabę. [Paulus autem electo Sylea] in adiutorem & comitem [profectus est] ab Antiochia [Tradidit] id est oblatu seu commissus [Sylea] tanquā fortissimo adiutorio, sine quo nihil valebat [A fratribus] Antiochenis pro ipso deuotissimē interueniētibus [perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesiam] id est fideles quoscuque inuenit, præcipiens eos custodire p̄cepta Apostolorum & seniorum qui in Hierusalem erant, & aliqua pro fidelium salute instituerunt seruanda, sicut in p̄senti capitulo de quatuor punctis inductum est.

Actu. 4. 12  
Actu. 11.

2. Mac. 7.

Coloss. 4.

Expositio cap. xvi. [Peruenit autem in Derben et Lystram.] Artic. xvi.



B hoc loco vsque in finem voluminis prosequitur sanctus Lucas predicationes, actus, atque miracula Pauli Apostoli. [Peruenit autem] Paulus cum Sylea [in Derben et Lystram] ciuitates p̄uincię Lycaonię. [Et ecce discipulus quidam erat ibi] scilicet in Lystris [nomine Tymotheus] iam Christianus effectus [Sylea] tanquā primū pater eius fuit tunc mortuus [Fidelis] quia natione fuit Iudę, religione 2. Tim. 1. verō Christiana, quemadmodum ad eundem Tymotheum scribit Apostolus Re cordationem, in quibus accipiens fidei quę est in te non ficta, quę & habitauit primū in auia tua Loyde, & matre tua Eunice [Patre gentili] pater enim ipsius fuit gentilis. Iudę namque dispersi cum alienigenis contraxerunt [Huic] vt pote Tymotheo [Testimonium bonum perhibebant, qui in Lystris erant et iconio fratres] id est in vrbibus illis [Hunc voluit Paulus secum proficisci] Vidit enim quōd idoneus esset, & alius p̄sidiere ac predicare, magnūque secū fructum afferre. Veruntamen in Scholastica fertur historia quōd primō fecit eum episcopum fidelium in Lystris mantentium, postea duxerit eum secum. [Et assumens circumcidit eum, propter iudæos qui erant in illis locis] ne scandalizarentur, habendo episcopum non circumciscum, seu intendo quōd Iudæus in circumciscis iret & predicaret cum Paulo. Illa autem circumcisio, quamuis non fuit necessaria, tamen licita fuit, ad remouendum scandalum pusillorum. Legalia enim tunc ad tempus poterant a Iudę conuersis seruari, dummodo spem in illis non ponerent, paulatimque non subito erant tollēda, & quasi cum honore mater Synagoga sepeliēda [sciebant enim omnes, quod pater eius gentilis erat] ideo non permisit suum filium circumcisci, quod & Iudæis illis innotuit. [Cum autem pertraxerunt ciuitates] Paulus, Syleas, & Tymotheus [Tradebant eis] id est Christianis, in vrbibus illis morantibus commiserunt [Dogmata que erant directā] seruari [Ab Apostolis et senioribus qui erant Hierosolymis] qui tanquam principalissimi, ceteris certa documenta seruanda sanxerunt ac in sinuauerunt. [Et ecclesie quidem] particularēs per diuersas p̄uincias [confirmabantur in fide] quę tunc perneccēssaria fuit, imō & cunctis virtutibus principaliter a spiritu sancto, ministerialiter verō ab apostolis, adiutoribusque ipsorum [Et abundabant numero quotidiē] ita quōd omni die plures conuertebantur ad fidem. [Transiētes autem Phrygiam] p̄uinciam Asię [Et Galatię regione] etiam Asię: dicit tunc Beda, Galatia p̄uincia Asię a Gallis vocabulum trahens, qui in auxilium a Rege Bithinię euocati, regnum cum eo, facta victoria diuiserunt: & ita deinde Gręci admixti, primō Gallogręci, postea Galatę sunt vocati [Veni] .i. prohibiti [sunt a spiritu sancto] per reuelationem internam seu alio modo [Loqui verbū dei in Asię] Cur hoc? Fortē quia spiritus sanctus præuidit Asianos tunc non credituros: ideo ne grauius caderent, prohibuit eis p̄dicari. Vel quia alteri Apostolo, puta Ioanni hanc instruendam seruauit p̄uinciam. [Cum autem venissent Myſiam] quę est p̄uincia Asię. & nunc Colis vocatur. Est autem & altera eundem nominis in Europa, Myſia superior, quę nunc Bona vocatur: & inferior, quę Bulgaria, vbi Danubium pontum influit [Tenēbant ire Bithyniam] Bithynia est nomen p̄uincię Asię minoris, & item ciuitatis in ea [Et non permisit eos spiritus Iesu] illuc ire ad p̄dicandū, eis dē rationibus, quę de p̄cedenti prohibitione sunt assignatę. Nam & Lucas, post in Bithynia p̄dicauit. Porro spūs Iesu, est spūs sanctus: de quo ait Apost. Si quis spiritu Christi non habet, hic non est eius. Appellaturque demū spiritus sanctus, spūs Iesu seu Christi, quia ab ipso secundū suam diuinā na-

Rom. 8.



Es. 61.  
Luc. 4.

turam procedit, atque in ipso secundum naturam humanam plenissimè requiescit ac requiescit: iuxta illud Es. 61, Spiritus domini super me, eo quod vnxit me. [Cum autem pertransissent Myssiam, descenderunt Troadem] civitatem Asiæ maritimam, quæ & Antigoniam est vocata [Et viso per notam Paulo ostensa est.] Ista fuit imaginaria visio, & facta videtur in somno. Deinde visio ipsa describitur. [Vir quidam Macedo] id est effigies viri Macedonis, vel secundum Bedam & Scholasticam historiam angelus gentis illius, in similitudinem viri huiusmodi [erat stans, deprecans]. .i. paulum [Et dicens, Transiens in Macedoniam adiua nos] ad consequendam salutem. Certum est quod imagines rerum istarum & verba interna, angelico ministerio formabantur in vi imaginatiua sancti Pauli, sicut in prophetis visionibus fieri consuevit. [Vt autem visum] spiritualiterque intellexit [statim] die facto [Quasi vnus proficisci in Macedoniam, certi facti, quod vocasset nos dominus Evangelizate eis.] Hoc loco Lucas primò connumerat se socii pauli. Macedonia autem est provincia Græciæ nobilissima, & virtutibus Alexandri magni nobilior facta. [Napigantes autem a Troade resto cursu venimus Samothraciam] quæ est Acgei maris insula, in pagaseo sinu [Et sequenti die Neapolim] Ciuitas est Carie, quæ est provincia Asiæ [Et deinde Philippis] quæ est ciuitas in prima parte Macedoniae à Philippo rege patre Alexandri magni nomen sortita, cuius fidelibus missa est epistola Pauli, quæ ad Philippenses intitulatur [Quæ est prima] pars Macedoniae] quia primò occurrit intransitibus Macedoniae ab ea parte, qua Paulus de mari egrediens, eam ingressus est [Ciuitas colonia] Dicitur autem colonia ciuitas, quæ defectu indigenarum nouis impletur habitatoribus atque cultoribus. Vnde à cultu agri, colonia dicta est. [Erant autem in vrbe hac diebus aliquot conferentes] cum ciuibus vrbs istius. [Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse] quia ibidem quedam personæ confluerant ad supplicandum, siue loquendum. Orare enim vtrunque significat. Locus quoque ille videbatur aptus ad hæc. [Et sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant. Et quedam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirenorum] id est hominum de vrbe nomine Thyathira, quæ fuit vrbs Lydiæ prouinciæ Asiæ, de qua in Apocalypsi habetur, Angelo Thyathiræ ecclesiæ scribe. De qua vrbe fuit hæc Lydia oriunda, sed in Philippis manebat. Dicitur autem purpuraria secundum Bedam, quia venditrix purpure, vel secundum alios, quia textrix illius [Colens deum] verum, qui vnus est. .i. Iam enim fuit, vt legitur, de gentilitate ad Iudaismum conuersa [Audivit] verba nostra [Cuius dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur a Paulo.] Homo enim forinsecus mouet auditum: sed nisi deus intus mentem tangat atque illuminet, inanis est strepitus. Ideo ait Saluator, Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. [Cum autem baptizata esset ipsa, et demum] .i. Goboles seu familia [eius, deprecata est dicens, Si iudicialis me fidelem esse domino] .i. veraciter Christianum [Introite in domum meam, et manete] ibidem ad libitum [Et cogit nos] ex quibus constat quod opulenta fuit, grata & multum deuota. [Factum est autem cantibus nobis ad orationem] id est locum ad hoc aptum [Fuellam quandam habentem spiritum pythone obulare nobis, quæ magnam questum præstabat dominis suis diuinando] Apollo qui & Pytho, vel phyto inuentor fuit cuiusdam diuinationis, qua veritas à mortuis inuestigatur, per suscitationem defuncti prestigiale: vel à viuis, qui reuelante diabolo secreta sua futura denuntiant: & viri hæc facientes seu taliter diuinantes pythones, à pythone Apolline, mulieres autem pythoniæ vocantur. Et iuxta primum modum, dicitur mulier pythoniæ, de qua primo Regum scribitur Saul petisse suffragium. Sed iuxta secundum modum hæc puella pythoniæ affectur, quæ diuinando .i. futura aut secreta ex demonis reuelatione pandendo, magnum questum .i. lucrum cõtulit dominis quorum ipsa fuit ancilla, quia pro precio ad interrogata respondit. præterea sicut in Scholastica historia dicitur, dupliciter intelligi potest ista puella fuisse pythoniæ, primò quia per spiritum pythonis operabatur arte magica, sicut mulier illa .i. Reg. quæ per magicam artem fecit demonem apparere in similitudine alicuius defuncti ad dandum de occultis responsum. Secundò quia spiritu pythonico vexabatur, sicq; aliqui asserunt eam pythoniæ fuisse atque obsessam: nam demon habitauit in ea, dans per ipsam responsa. Quaritur quomodo puella ista habuit spiritum Pythone? Et respondendum, quod per spiritum Pythone, intelligi potest diabolicus spiritus, per artem à Pythone Apolline inuentam euocatus, apparens siue cooperans atq; respondens. Vnde .i. Regum scribitur Saul dixisse, Quarite mihi mulierem habentem pythone. Ne hac autem diuinatione loquitur Thomas in .2.2. quæst. 95. [Hæc subsequitur a paulum et nos, clamabat dicens, isti homines serui dei excelsi sunt, qui annunciant vobis vitam salutis] scilicet Euangelicam legem, & diuinorum præceptorum custodiam, seu fidem catholicam, quæ omnia sunt via ducens ad salutem æternam seu Christi: qui ait, Ego sum via. Et, Nemo venit ad patrem nisi per me. [Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem paulus] de periculo & infestatione puellæ [Conuersus] vultu ad puellam retro se vociferantem [Dixit spiritui, præcipio tibi in nomine Iesu Christi, exire ab ea] quia indignus fuit, vt verbum Euangelij spiritus nunciaret immundus, ideo quoq; iussit eum exire, ne qui eum audierunt vera loquentem, crederet postea mendacia præferenti. Veris enim falsa admittente demones consueverunt. Vnde hoc factum Paulus imitatus est Christum qui demoni dicenti, Scio quia sis sanctus dei, dixit, Obmutesce & exi de homine. [Quaritur quo impellente loquutus est demon aduersari] humanæ salutis verba memorata, de Paulo eiusq; socijs? Et respondendum secundum quosdam, quod bono naturæ hæc dixit, quia naturæ consonus est, verum cognitum confiteri. Alij dicunt, quod cogente spiritu sancto hæc protulit. Ait nanque circa hoc Beda, Non voluntatis ista cõfessio est, quæ sequitur præmium confitendi: sed timore spiritus sancti cogente, vera spiritus mœdax loquitur, non ausu luce præsentis suas vltra celare virtutes. Peccatori autem dixit deus Quare tu enarras iustitias meas? Verum cõtra hoc obiiciunt quidam, quod dicitur est, Dolens Paulus, de illo clamore, non enim doluisset de eo, quod à spiritu sancto factum fuisset, nec illud impediuisset. Sed illa instantia facilliter soluitur. Nempæ quod dicitur, dolens autem Paulus, non oportet ad veritatis illius protestationem referre, sed ad calamitatem puellæ. Rursus est de protestatione veritatis per demonem facta dolebat, hoc non fuit inquantum ibi fuit enunciatio veri, sed inquantum id mala in-

Philip. 1.

tenione fiebat, & ne veritati spiritus nequam inde falsa misceret [videntes autem domini eius] puta puellæ [quod exiit spes questus eorum] .i. amplius fiduciam non haberent solita lucra obtinendi per diuinationem suam ancillæ [Apprehendentes Paulum et syleam, perduxerunt in forum ad principes] quorum fuit iudicare impios & punire [Et offeremes eos magistratibus, dixerunt, Hi homines conturbant ciuitatem nostram] id est concitantes [cum sint iudari] qui contra Romanorum censuram, prohibent deorum culturam [Et annunciant morem] id est nudum ritum colendi deum Christum [Quem non licet nobis suscipere, neque facere, cum simus Romani] id est Romanis confederati ac subditi. Iam enim ordinauerunt Romani ne sine approbatione Senatus aliquis de nouo deo diceretur aut coleretur. [Et concurrens plebs aduersus eos et magistratus] citò credentes omni spiritui [Et scissis tunicis eorum] tanquam hominum pessimorum & villium [iussuerunt magistratibus] [virgis eos cedi. Et cum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem] In hac punitione fecerunt contra Romanos, sicut infra dicitur [Præcipientes custodi, vt diligenter eos custodiret] tanquam valde dånabiles. [Qui cum tale præceptum accepisset, misit eos in interiore carcerem] qui fuit forte profundior, pœnalior, & inconfringibilior [et pedes eorum strinxit in ligno] ne quoquam modo effugerent. [Media autem nocte Paulus et syleas, adorantes laudabant deum] in tot aduersitatibus gratias cum gaudio referentes: iuxta quod legitur, Media nocte fergebam ad confitentem tibi [Et audiebant eos qui in custodia] id est in carcere [erant] quòd tam alacriter deum laudarent. [subito vero terræmotus factus est magnus] non vbiq; neque à causa naturali, sed vbi fuerunt detenti, & à virtute angelica ad demonstrandum sanctitatem & virtutem orationis istorum. Propter quod ait Beda, Deuotio Apostolici pectoris, & virtus orationis exprimitur, dum & illi hymnos in imo carceris cecinerunt, & eorū laus terram commouerit, carcerisque fundamenta concusserit, & aperuerit ostia, atque ipsas postremò vinculatorum catenas resoluerit. Hinc subditur, [Ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, et vnauer fororum] non Pauli & Syleæ duntaxat, sed omnium qui erant in carcere, qui meritorum participes facti sunt Apostolorum sanctorum [vincula solua sum] potestate angelica ac diuina. [Expergefactus autem custos carceris, et videns ianuam carceris apertas, euaginato gladio volebat se interficere] præ trinitate & dolore [Aestimans fugisse vincos] & ob id morte substantiæ puniendum se reputans [clamauit autem Paulus voce magna dicens, Nihil tibi feceris mali. Vniuersi enim hic sumus] Spiritu reuelante, vidit in mente quid carceris cultus incepti, cuius damnationi compatiens, affectuosissimè clamauit [Petiitque lumine] à ministris suis [ingressus est, et tremefactus] de effectibus tam miraculosis [Procidit Paulo et syleæ ad pedes] sanctitatem & virtutem eorum admirans, honorans, imitarique cupiens [Et producens eos foras] scilicet extra carcerem, in quo patet, quod amor Apostolorum abstulit ab eo timorem principum suorum, contra quorum edictum eduxit Apostolos: imò & amor veræ salutis ad hoc ipsum induxit, nam subditur, [Ait, Domini, quid me oportet facere vt saluus sim? At illi dixerunt, Crede in dominum Iesum] deum & hominem, in quem creditur secundum quod deus est. Propter quod dixit Apostolus, Creditis in deum, & in me credite. Porrò in Iesum credere, est charitate & opere fidem ornare [Et saluus eris tu et domus tua] id est domestici tui, tuum sequendo exemplum [Et loquuti sunt ei] Ios. 14. verbum domini cum omnibus qui erant in domo eius, et tollens eos] id est ad meliorem domum suam loca introducens eos [in illa hora noctis lauit plagas eorum] corporales, vt lauarentur ab eis suæ plagæ spirituales [Et baptizatus est ipse, et omnis domus eius continuo.] Non dubium quin ante baptismationem hanc Apostolus prædicauerit illis diffusæ de mysterijs fidei Christianæ [Cumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis manum] ad corporalem refectionem, à quibus mente fuit refectionis. Nec indecens fuit Apostolis tam manè seu ante coram comedere, qui flagellis ac carcere fuerant extenuati. Necesitas quippe impossibilitatis, & infirmitas legem non habent [Et letatus est cum omni domo sua] de sua conuersione, Apostolorum sanctitate, & quod se gladio non inuasit. Similiter omnes domestici sui sunt gauisi [Et cum factus esset dies miserant magistratus lectores] scilicet nuncios ad custodem carceris [Dicens, Dimitte homines illos] Cur hoc nunciauerunt in textu non dicitur, verum in Ecclesiastica historia legitur, quod ideo ne plures crederent, quia miraculum præscriptum iam eis innotuit. Vel, vt alij dicunt, passionum impetu, quo iniuste punierunt Apostolos iam sedatos, aduerterunt se iniuste fecisse. [Nunciati autem custos carceris verba hæc paulo] tanquam principaliori [Quia miserant magistratus vt dimittant] & inde gauisus est custos cernens nullum sibi instare periculum, quod eduxisset illos de carcere. [Nunc ergo cuntes, ire in pace. Paulus autem dixit, casus nò publice indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem] quasi dicat, In hoc multo iudicio exceperunt, quod homines innocentes quasi maleficos publice flagellari fecerunt, & sine iusto iudicio in carcerauerunt, ex vehementia passionum suarum, cum simus Romani. Paulus enim fuit ciuis Romanus, non quasi ibi natus, sed quia ciuitas illa patri eius fuit collata pro seipso, fuisse filijs, vt infra dicitur, Quomodo autem Syleas fuit Romanus, nò est adeò certum, sed in Scholastica historia ita habetur, Romanos, id est subiectionem professos Romano imperio, capitis censu, puta denario qui super caput ponebatur, ab his qui se Romano imperatori profitebantur subiectos, atque Romana libertate donatos [Et nunc occulte nos eiciunt?] in quo Romanæ ciuitati derogauerunt, & contra Romanorum egerunt decretum: quod fuit sancitum, nullum damnari nisi locum excusationis acciperet. [Non ita, sed veniant, et ipsi nos eiciant] Non ex impatientia, sed zelo iustitiæ dixit Paulus: & ne in ipso ac suis scandalizarentur, atq; à hede suscipienda, impediturant pulli. Et ite, vt ficut fuit publica punio, sic esset & manifesta ereptio, vt veritas cunctis pateret. [Nunciauerunt autem lectores magistratibus verba hæc: timueruntque, auditò quod Romani essent] Formidabant enim de his apud Romanos accusari atque affligi [Venientesque deprecati sunt eos] vt sibi ignoscerent, quia per ignorantiam hæc fecissent [Et educentes rogabant eos vt egredierentur] de vrbe, ne in ciuitate oriretur dissensio, propter eorum præsentiam & doctrinam. [Exeuntes autem de carcere introierunt ad Lydiam] primò tamen de carcere ingressi fuerunt domum custodis ipsius:

Apoca. 2.

Apoca. 2.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

1. Reg. 28.

1. para. 10.

1. Reg. 28.

Ioan. 14.

1. edem.

Marci. 3.

Pfam. 49.

1. Reg. 28.

A

A

B

B

C

C

D

D

psalm. 118.

Marc. 1.

Ioan. 14.

A. Gu. 22.



feu latriæ oppositum secundum excessum, quoniam exhibet cultum diuinum cui non debet, vel eo modo quo non debet. Quomodo autem in cultu dei possit esse superfluum, & quid sit superfluitio, de speciebusque eius Thomas in secunda secundæ quæstione. 62., inducit [præteriens enim et videns simulacra vestra] quæ ideo considerauit, vt & eorum culturam diligentius reprobaret [inueni aram] id est altare [in qua scriptum erat, ignoto deo] Et est sensus, Ara hæc consecrata est deo ignoto, quantum ad particulares proprietates, seu distinctam cognitionem ipsius. Athenienses enim singulis aris, singulos titulos superponebant, monstrantes quibus essent dedicatæ [Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis] id est deum cui consecrata est hæc, vobis ignotum, cui tamen sacrificatis, ego prædico adorandū atque colendum. [Deus qui fecit mundum, et omnia que in eo sunt.] Mundus tam à philosophis, quam à theologis, variis modis accipitur. Quandoque pro elemento terræ, interdum pro regione elementari, aliquando pro tota machina mundi sensibilis seu corporei, quantum ad principales ipsius partes, videlicet pro regione elementarium atque celestium corporum, & sic modò accipitur. [Hic cali et terræ cum sit dominus] propria autoritate vniuersali que potestate, & perfecta prouidentia omnibus præsidens, de quo in lib. Iob habetur, Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est [Non in manufactis templis habitauit] per aliquam circumscriptionem, localē ve determinationem, sicut Stephanus dixit supra, ibidemque expositum est [Nec manibus humanis colitur indigens aliquid] Quod ait deum manibus humanis non coli, sic accipi potest quòd exterioribus & corporalibus actibus deus principaliter non honoretur. Principales namque & primarij actus religionis seu latriæ, sunt actus interiores: actus verò exteriores sunt secundarij & minus principales, quibus velut quibusdam signis, anima ad internos spiritualesque actus latriæ excitatur. Siquidem cum inuisibilia dei, per visibilia cognoscantur, ad hoc quòd mēs nostra deo vniatur, sensibilium indiget manu ditione. Præterea deum colimus & laudamus, non quòd ipse indigeat, aut aliquid beatitudinis hinc ei accretat, sed quoniam ipse dignus est summo honore, omnique laude, & quoniam tot bona nobis largitus est. Propter quod ait Psal. Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorū meorū non egēs. Ipse etenim in seipso verè & absolute perfectus est, sibi in se & per se prorsus sufficiens, in finitū diuinitis in seipso æternaliter opulens, deus supergloriosus & superbenedictus in sempiternum [Cum ipse dei omnibus vitam.] Omnibus planè viuētibus vitam dat deus quocunque genere vitæ viuentes sint. [et inspirationem] qui per inspirationem conferuntur in vita, [et omnia] quæ habet, nā omne esse, ab ipso primæuo fonte essendi manauit. [Fecitque ex vno homine] scilicet protoplasto parente Adam [Omne genus hominum] id est homines vniuersos [inhabitare super vniuersam superficem terræ] ita quòd Adam est principium totius speciei humanæ. Nā & prima mater nostra Eua de eius formata est costa. Hinc apud Malachiā scriptum est, Nūne pater vnus omnium nostrūm? [Definiens statuta temporum] .i. tempora ab ipso influita determinans & distinguens, eisque finem imponens, de quo cantamus in hymnis quòd tēperet rerum vices, & lucis diurnæ tēpora successibus determinat. De quo etiam in libro Iob conficitur, Ab omnipotēte non sunt abscondita tempora. Et rursus in eodē, Tempus posuit tenebris & vniuersorum finē ipse considerat. In Danielis quoque volumine, Ipse mutat tempora & ætates [Definiens] etiam & [Terminos habitationis eorum] .i. certa terræ loca hominibus pro habitatione cōcedēs: nā partem terræ aquis operatā reliquit, partē siccauit, & quoulsque loca habitabilia denderunt præfixit. Propter quod asserit scriptura, Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorū [Quærere deum] .i. ad hoc tēpora terminosque dilinxit, vt homines in tēpore huius incolatus deū creatorē mente quærāt, colāt & diligant [Si forte attraherent] .i. mente attingant [Ei aut inueniant]. Ideo additur fortē, quoniam perfectē in vita hac attingi nequit, aut inueniri, & quia in hominū libertate est facere illa. In creaturis autē creatoris relucet maiestas: iuxta illud Sapientia, A magnitudine speciei creaturæ, poterit creator horū cognoscibiliter videri [Quamuis non longe sit ab vnoquoque nostrum] imò in omnibus nobis est, atq; in cūctis creaturis, per essentiā, præsentia atque potentia, qui apud Hieremiam protestatur, Cæli & terram ego implebo. Sed parum sibi hoc est, cum magnitudinis eius nullus sit finis, cuius cōparatione totus mūdus est tanq̄ puluis exiguus. Cæterū in bonis est deus per dona gratiæ, in beatis p̄ dona gloriæ, in pueris per rigorē iustitiæ, in dānatis per illationē vindictæ. Sic ergo quærendus est deus non quasi loco distās à nobis, sed incōparabili dignitate eminēs vniuersis, à quo impij dissimilitudine distāt: iuxta illud Salomonis, Lōgē est dominus ab impiis. Quærendus est ergo deus vt clarius agnoscat, ardētius diligatur, firmitus cōseruetur, perfectius honoretur: vt ei per assimilationē p̄opinquemus, eius bonitatē imitādo, eiūsq; dona participādo, qui est ante omnia, nam solus potest omnia: nō præuētus: in omnibus, nō exclusus: supra omnia, nō elatus: infra omnia, nō oppressus: manens æternaliter in sua superessentiali infinitateque simplicitate, ac luce incōmutabiliter habitās ac subsistēs. [in ipso enim] .i. diuina virtute, eiūsq; incessabili manentia [Viuimus, mouemur, et sumus] ita q̄ nec in momento subsisteremus, nisi ab ipso cōseruaremur, quia indefinēter depēdemus ab ipso in esse & permanere, multò plus q̄ riuus à fonte, dies à sole, aut splēdor à luce. His autē verbis ostendit Apostolus deū in his quæ creauit indefinēter operari, secundum quod ait Saluator, pater meus vsque modo operatur, & ego operor. In Sapientiæ quoque lib. legitur, Attingit sapientia à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Deniq; his cōcordat quod in prima parte, quæst. 18. loquitur Thomas, Res, in quibus sunt in deo dupliciter. Vno modo sicut in cōseruante vel continente, sicque res in se accēptæ seu consideratæ sunt in deo, sicut in deo, sicut in exemplari principio, & sic omnia sunt vita in deo, in quo idealiter vitaliterque cōsistunt: iuxta illud Ioannis, Quod factū est, in ipso vita erat [Sicut et quidā vestrorum poetarum dixerunt.] Hoc enim dixit Aratus poetæ cum suis sequacibus. Conuenienter autem Apostolus cōtra Gentiles disputans, nō scripturas noui ac veteris testamenti, sed Gentilium viri testimo-

Iob. 34.

Actu. 7.

Rom. 1.

Psal. 15.

Ioan. 1.

Gene. 2.

Malach. 1.

Iob. 24. 28.

Danic. 2.

Dent. 32.

Eccle. 15.

Sap. 13.

Hiere. 23.

Prou. 15.

Ioan. 5.

Sapient. 8.

animum profert, quoniam cōtra diuersos fidē aduersarios, diuersis argumentandū est modis ac viis, vt potēte cōtra Iudæos, per scripturas legis ac prophetarum: cōtra hæreticos, etiā per noui testamenti scripturas: cōtra Gentiles, per naturalis rationis discursum. Oportet namque audientium cōsiderare personas, & eas allegare cuique scripturas seu documenta, quæ recipit. [Ipsi enim] scilicet dei [Genus sumus] .i. genitura seu factura ipsius, ad eius imaginem & similitudinem cōditi, non quasi de eius substantia, vel pars suæ substantiæ existentes, sed ab eo in esse naturæ producti, per dona gratiæ reformati, per dona gloriæ beatificandi. Vnde Beda fateretur, Genus dei sumus, non ex eius natura editi, sed ipsius spiritu voluntarij creati, & adoptiuè recreati. Hinc Iacobus, Voluntariè, inquit, genuit nos verbo veritatis, vt simus initiū aliquid creaturæ eius. Prædicta autem verba, ipsius enim genus sumus, sunt verba ab Arato poeta prolata. Quæ Paulus cum sciret de Ioue Gentilium deo maximo errore dicta, subtiliter ad veri dei prædicationem allumit [Genus ergo cum sumus dei] sicut supra expositum est. [Non debemus estimare auro aut argento, aut lapidi sculpturæ artis] .i. in quo per artem est exarata sculptura [Aut cogitationi hominis manu esse simile] .i. esse diuinum dei deum. nō debemus putare similem fore metallis aut faxis, seu idolis manu factis, aut humana comprehensibilem ratione. Si enim ita sentimus, summo, superexaltato, incircumscriptibili ac simplicissimo deo, iniuriam maximam irrogamus, & non sifos viliter degeneramus. Idcirco tanquam nobiles creaturæ, nobilitate dignè & verè de deo nostro, creatore debemus sentire. His verbis Apostolus idololatriam reprobat. [Et tempora quidem huius ignorantie despiciens deus] .i. tempus quo idololatria viguit, imò potius ipsos idololatrias, qui ante euāgelicam prædicationem fuerūt, deus iusto iudicio de feres & cōtēns. Tempori quippe asseritur, quod hominibus in tempore existentibus, competit, seu contingit. Vnde dies mali dicuntur. Et crastinus dies sibi ipsi sollicitus erit. Et tēpus quosdam inuare asseritur. Hinc alibi dicit Apost. In præteritis generationibus dimisit deus gētes ingredi vias suas. [Nunc annūcia] 2. Tim. 3. hominibus [per prædicationem] scilicet Apostolorum discipulorumq; Christi [vt omnes vbique poenitentia] Matth. 6. agant [se conuertēdo ad Christum per poenitentiam salutarem] [eo quod] deus [statuit diem in quo iudicatus] Eccl. 2. [rus est orbem] id est homines vniuersos [in æquitate] vnumqueque videlicet secundum quod meruit secundum diuinam procedēdo iustitiam, in retributione mercedis [in vito quem statuit] .i. Christum, quæ Matth. 3. secundum naturam assumptam ordinauit atque cōstituit iudicem vniuersorum, per iudicij exequutionem, atque sententiæ prolationem, quæ Christo (secundum quod homo est) competit, quem admodum ait, Dedit ei potestatem & iudicij facere, quia filius hominis est. Porrò in finali iudicio deus trinitas per authoritatem principaliter iudicabit. Christus autem, vt homo, ministerialiter iudicium exhibebit [suscipiens enim a mortuis tertia die, cum audissent autem resurrectionem mortuorum] futuram in omnibus ante iudicium, & iam in Christo completam [Quidam quidem] incorrigibiles, quorū corda non tetigit spiritus sanctus [uidebant enim] scilicet Paulum, tanquam irrationabilia ac impossibilia prædicantem, non enim ad dei omnipotentiam, sed ad naturalem rationem, potestatem, & ordinem aspiciebant. [Quidam vero dicebant, Audiemus te de hoc iterum] vt diligentius conferamus, & quod verum est approbemus. [sic Paulus exiit de medio eorum. Quidam vero viri] vigore virtutum animæque decore [adherentes ei crediderunt: in quibus et Dionysius Ariopagita] qui ab Ariopago, in quo ipse principalis fuit philosophus, magister & doctor præclarus [Et mulier nomine Damaris] quā dicunt fuisse coniugem eius [et alij quidam cum eis]. Postremò dicendum nunc esset, quare in Athenis consecrata fuit ara ignoto deo. Quod, quia in legenda diuini & magni Dionysij diffusius continetur, hic non nisi breuiter est tangendum. Videntes philosophi tempore passionis Christi mirabilem illam eclipsim, naturalem causam inuenire nequibant, imò per naturalem suam sapientiam agnoscebant illam eclipsim naturalem non esse, & multa supernaturalia in ea cōsistere vehementissimè mirabantur, cernentes celestium corporum solitum cursum, naturalemque legem ac ordinem variari. Hinc veluti in excessu quodammodo positi loquebātur. Aut deus naturæ patitur, aut machina mundi peribit, aut sydera fallunt. Propterea deo, cuius virtute & causā mirabilia illa fiebant, aram constituerunt. Et quoniam dei illius determinatam non habuerunt notitiam, pro titulo affixerunt, Ignoto deo, quem etiam genuflexionibus ac precibus, non animalium oblationibus censebant colendum. Cum ergo Paulus Atheniensium altaria perlustrasset, & causam, modum, ac tempus dedicationis altaris ignoti dei nouisset, dixit philosophis, Quæ ignorantes colitis, ego annuncio vobis. Deinde specialiter principem philosophorum illorum Dionysium est affatus. Qui licet ad prædicationem Pauli faciliter crederet, non tamen nisi post acerrimam atque longissimam disputationem se credere se tebat. porrò quā mirabilis fuerit præfata eclipsis, sanctus Dionysius in epistolis ad Apollonhūm, & item ad polycarpum describit. Nam sicut ad polycarpum disseruit, quatuor mirabilia in illa eclipsi considerata fuerant. primū quia tunc fuit oppositio & plenilunium. Naturalis verò eclipsis fit tempore coniunctionis solis & lunæ. Secundum, quia cum luna fuisset soli supposita circa horam sextā in medio cæli, tamen in vespere refluata fuit suo loco in oriente opposita soli. Vnde temporum ordo nō fuit turbatus. Tertium, quia eclipsis naturaliter incipit ab occidente, & peruenit ad orientem, quoniam motus lunæ in proprio orbē velocior est motu solis in circulo proprio, sicque pertransit solem ab occidente accedens, sed tunc luna pertransit solem distans ab eo per circuli mediocritatem in oppositione existēs: idcirco oportuit, vt ab oriente reuenteretur ad solem, & primò attingeret eum à parte orientali, illamque primitus ecliptaret. Quartum, quia in naturali eclipsi illa pars solis primò apparet, quæ primò fuerat obfcurata, tunc verò partem vltimò occupatam, primò reliquit. Præterea Beda & Scholastica historia referūt hūc esse Dionysium, qui à paulo episcopus ordinatus, Corinthiorū gloriosè rexit ecclesiam, multaq; ad utilitatē ecclesiæ pertinentia, quæ hæcenus manēt, ingenij sui reliquit volumina. Verū tamen in eius legenda habetur, quòd ab Apostolo Atheniensium fuerit ordinatus episcopus. Sed forsitan dici potest, quòd successiue in diuersis præfuerit locis. Hic est quem Gregorius vocat antiquum & vene-

Gene. 9.

Iacobi. 1.

2. Tim. 3.

Matth. 6.

Eccl. 2.

Hiere. 18.

Matth. 3.

Luc. 3.

Ioan. 5.

H

2. Cor. 12. rabilem patrē, Damasenus diuinissimū, sacratissimū, theologissimūq; appellat. Hugo theologū per antonomasiam, & principem theologorum affirmat. Postremō sicut in eius legenga asseritur, Paulus ea quæ in tertium cælū raptus vidit, & verba arcana quæ ibi audiuit, huic viro eximio creditur reuelasse.

Expofitio cap. xviii. [Post hæc egressus ab Athenis.] Artic. xviii.



**P**ost hæc egressus Paulus [Ab Athenis venit Corinthum. et inueniens] ibi [Quendam Iudæam nomine Aquilam, Ponticum genere] id est de Ponto Asia prouincia oriundū. Vnde & supra scriptum est, Pontum & Asiam. Est autem Pontus lata regio, complectens Colchum, Cappadociam, Armeniā, & alias prouincias [Qui nuper venerat de Italia, & uxorem eius Priscillam.] Horū frequenter in suis Apostolus epistolis meminit [Eo quod præcepisset Claudius] imperator [Discedere omnes Iudeos a Roma] Hoc Iosephus narrat nono anno imperij Claudij contigisse. Cuius ratio in Scholastica historia fertur, quoniam vxor Claudij tantā cum Iudæis familiaritatem contraxit, quod ad illorū ritum tracta fuit & Iudaizare iam cepit [Accepit ad eos. Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur] propriis manibus victū sibi procurans, ne quentū grauariet. Vnde & infra proficitur, Ad ea quæ mihi necessaria erāt, ministrauerunt manus istæ. [Erant enim œnofactorie artis] quia videlicet testoria seu papiliones fecerunt, vel vela picta quibus aula reguntur diuitū & nobilitium, vt dicatur ars scenofactoria, à scenæ Græco, quod interpretatur habitatio vel tabernaculum [et disputabat in synagoga] Paulus [per omne sabbatum]. i. quolibet sabbato [interponens nomen domini iesu] vt paulatim disponerentur ad fidē [suadebat que Iudæis et Græcis] ex Gentilitate ad Iudaismū conuersis, vel etiam adhuc in Gentilitate manentibus, his rationabiliter suauit Euangelio credere. [cam venissent autem de Macedonia Syleas et Timotheus, in stabat] verbo Euangelicę prædicationis. [Paulus, testificans] per miracula & scripturas [Iudæis esse Iesum Christum]. i. q̄ Iesus Nazarenus sit rex Mesiās. [contradicientibus autem eis et blasphemantibus] id est verba blasphemia contra Christum Iesum loquentibus [Excuties vestimenta tua.] Quæ excusio fiebat eis dem de causis, quibus & excusio puluerum pedū, de qua dictum est supra [Dixit ad eos] zelo iustitiæ, non cōmōtione impatientię. [sanguis vester super caput vestrum] id est iniquitas vestra redundabit in vos, & inexcusabiles eritis, apprehendētque vos debita ac districta damnatio. Hic modus loquendi in Ezechiele potissimē frequentatur. [Mundus ego ex hoc, ad gentes vadam] id est ex tempore isto, ibo ad euangelizandū gentibus, innocens de vestro periculo, quia quantū in me fuit, fatēgi vos ad salutem reducere. Sed cū sitis indurati, ego vltra causam nō habeo. Vnde apud Ezechielē dominus ait, Si dicente me ad impiū, morte morieris, non annunciaueris ei, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse in iniquitate sua morietur, sanguinē autē ei⁹ de manu tua requirā. Si autē annunciaueris impio, & ille nō fuerit cōuersus, ipse quidē in iniquitate sua morietur, tu autē animā tuā liberaſti [et migrans inde, intravit in domū cuiusdā nomine Titi inſti, colemitis dei] fuit enim de Gētilitate ad Iudaismū cōuersus, & in lege Moſi dignē cōuerſans [cuius domus erat contigua synagoga]. i. edificio illi materiali, quo cōgregabatur Iudæi in Corintho manētes. [Crispus autē archisynagogus credidit domino cū omni domo sua] Iste fuit inter Iudęos corinth. principalis, atque ad christum cum domesticis suis conuersus [et multi Corinthiorum audientes] prædicationē Pauli [credebant et baptizabantur. Dixit autem dominus nocte per visionem Paulo.] Hoc deus in somno per ministeriū angeli in dei persona loquētis ac apparētis, imaginaria visione loquutus est Paulo. [Noli timere] inordinato pauore eos qui corpus occidunt [sed loqueri] prædicando [et ne taceas] à verbis prædicationis [Propter quod ego sum tecum]. i. eō quōd me habetas iugiter asserētē ac subuenientem. Simili modo cōfortauit dominus Hieremiam, [Et nemo apponitur tibi vt nocent te] id est me protegente te, nullus occidentium tibi inferet nocementum, læsionem seu mortem [Quoniam populus est mihi multus in ciuitate hac] id est multi sunt æternaliter prædestinati per te conuertendi, & gratia mea saluādi: qui sunt populus meus, non creatione duntaxat, sed etiam prædestinatione [Sedit autem ibi] id est in corintho fuit & mansit, iuxta omnem modū loquendi, quo dicimus, Ille sedit Romæ tot annis. Et in Deuteronomio Moſes filius Israël loquens, Seditis, inquit, in cades Barne multo tempore. Itaque sedit ibi [Annus a sex mensibus, docens apud eos verbum dei. Gallione autem proconsule] id est procuratore, & secundo à consule [Achæa] regionis in qua continetur corinthus [Insurrexerunt vno animo] id est in peccatis concordēs [Iudæi in Paulum, et adduxerunt eum ad tribunal] Gallionis [Dicentes, quia contra legem] Moſi [Hic] Paulus [Persuadet hominibus colere deum] id est nouam seruire legem, veteri derelictā. [Incipiente autem Paulo aperire os] ad satisfaciendum & exuffiandum, non veram, sed apparentem lucem mendacię [Dixit Gallio] vir Gentilis [Ad Iudæos, si quidem esset iniquum aliquid aut facinus pessimum o viri Iudæi] in Paulo [Rede vos sustinere] id est iuste vestram accusationem admitterem, & vestram molestiam ferrem [Si vero sunt questionēs de verbo et nominibus legis vestre]. i. sermonibus & personis, de quibus in vestra lege fit sermo [Vos ipsi videtis] i. inter vos discernite, quid de hoc vobis incūbat agendum. [Iudex horum ego nolo esse] quia incerta sunt michi, nec ad meū pertinent forum. [et minauit]. i. cōminando recedere fecit. [Eos a tribudali. apprehendentes autem omnes] puta Gentiles qui aderant infideles [Soltenem principem synagoga] corinthi [percutiebant eum ante tribunal] tanquā capitaneum irrationabilis illius concursus: quod tanto audentius fecerant, quanto viderant proconsulem minus fouere partem Iudæorum. Ideo subditur, [Et nihil eorum Gallioni curæ erat.] paulo ante iam dictū est quōd crispus fuit archisynagogus, quomodo ergo nunc Soltenes princeps synagoga illius vocatur? Ad quod puto dicendum, quōd Iudæi increduli agnita christi conuerſione, à principatu deposuerunt eundem. [Paulus autem cum sustinisset adhuc dies multos] in Corintho, vel circiter [Fratribus] id est christianis qui erant ibidem [Valefaciens nauigauit syriam,

Actu. 10.

2. Cor. 12.

Actu. 13.

Danic. 13. Ezeck. 33.

Matt. 10.

Hierc. 1.

Deut. 1.

**A** cum eo Priscilla & Aquila, qui Paulus [Sibi totonderat caput] id est pilos capitis sui abraſit [in Cenchris] portu Corinthio, de quo loco fuit phœbes, de qua ad Romanos scribit Apostolus, Commendo vobis Phœben forem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Cenchris [Habebat enim votum] quia fuit Nazareus ex voto. Nazaræi quippe vsque ad Euangelij publicationem sufficientem. Sic tamen, vt in illorum obseruatione non poneretur spes salutis, seu fides, quod scilicet sine eis fides & gratia Christi non sufficeret ad salutem] Deuenitque Ephesum, et illos] puta Aquilam & Priscillam [ibi relinquit. ipse vero ingressus synagogam, disputabat cum Iudæis. Rogantibus autem eis, vt ampliori tempore apud eos maneret] pro pleniore informatione eorum [Non consensit] omnium ardens amore, atque intendens bonum commune vbiq̄. [sed valefaciens] eis [Et dicens, oportet me] id est expedit mihi [Diem solennem aduenientem] qui hic non specificatur [Facere] id est celebriter agere secundum spiritalem intelligentiam [Hierosolymis: et iterum venient ad vos] per quod eos consolabatur [Deo volente.] Quo intruit nos, vt dum aliqua in futurum nos acturos proferimus, sobriè & modestè loquamur. Quippe qui ignoramus, an crastino die viuemus. Idcirco addamus, deo volente, aut aliquid simile. Sic enim & Iacobus docet in sua canonica. [profectus est ab Epheso, et descendens Cæsaream.] Multæ in diuersis prouinciis constructæ vel instauratæ ciuitates in honorem Cæsarium diuersorum noscuntur, & dictæ Cæsareæ, vnde hoc loco non facilè arbitror definiendum, quænam hæc fuerit Cæsarea, ad quam Paulus ab Epheso deuenit, cū in textu distinctè non sit posita, & plures in Asia sint huius nominis ciuitates. Ego tamen puto eam esse, quæ vo Iaco. 4. dicitur Diocæsarea, propter ea quæ in textu statim sequuntur [Ascendit et salutauit ecclesiam] quæ ibi tunc fuit [et descendit Antiochiam] Pifidiæ, ad quam per Diocæsaream ab Epheso rectum est iter. [Et factu ibi aliquanto tempore profectus est, perambulans ex ordine Galatiam regionem] quæ coniuncta est Pifidiæ [et Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Iudæus autem quidam Apollo nomine Alexandria nomine genere] quia in Alexandria natus [Vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis] veteris testamenti. [Hic erat doctus viam domini] id est Euangelicam Christi doctrinam [Et seruens spiritum] id est Christi Matth. 1. flagrans amore, & zelo salutis proximorum] Loquebatur et docebat diligenter, ea quæ sunt de iesu] quōd Lucæ. 2. scilicet ipse esset Christus filius dei [Sciens tantum baptisma Ioannis] quo & baptizatus fuit, non autem Ioan. 4. baptismo Christi pro tunc, sed postea: nondum quippe fuit plenè instructus de sacramentis ecclesiæ, fideique mysterijs. [Hic ergo cepit fiducialiter agere in synagoga] fortiter prædicando Iudæis, quōd Iesus esset Mesiās. [Quem cum audissent Priscilla et Aquila, assumpserunt eum, et diligentius exposuerunt ei viam domini] id est de doctrina & sacramentis Christi distinctius docuerunt. [Cum autem vellet ire Achæiam] puta Corinthum urbem Achæiæ [Exhortati fratres ab eo,] vel eum, vt in bono cæpto perſisteret [scripserunt discipulis] Corinthi [vt susciperent eum] tanquam fidelem, cum charitate & gaudio. [Qui cum venisset] Corinthum [contulit multum] id est valde profuit [His qui crederent] fidem eorum roborando. [Vehementer enim Iudæos] incredulos [Reuincibat] id est iterum & frequenter conuicit [Publice ostendens per scripturas] inprocuratum ac legis [Esse Christum Iesum.] Ad hoc quoque eloquentia sua non parum deseruiuit eidem.

Explanatio cap. XIX. [Factum est autem.] Artic. XIX.



**A**ctum est autem, cum Apollo esset Corinthi, vt paulus peragratis superioribus regionibus] in quibus discipulos confortauit, plurimisque conuertit [Veniret Ephesum] à qua procedenti capitulo scribitur recessisse [Et inueniret quosdam discipulos] id est quosdam in breui Christianos factos, sed incompletè, dispositi verò fuerunt ad credendum perfectè [Dixique ad eos, Si spiritum sanctum accepistis] in signo visibili per manuū impositionem [Credentes?] plenariè [At illi dixerunt, Sed neque si spiritus sanctus est, audiuimus.] Aſserunt quidam, quōd illi iam audierunt & crediderunt deum esse vnū & trinum, & per consequens spiritum sanctum, idcirco verba hæc ita exponunt. Sed neque si spiritus sanctus est, scilicet hoc modo datus seu dandus, audiuimus. Sed hoc textui non fati consonare videtur: & mirum, si audierunt quōd deus sit vnus & trinus, quōd non audierunt spiritum sanctum datum Apostolis in signo sensibili in die Pentecostes. Verius ergo putatur, quōd non habuerunt adhuc distinctam de superbenedicta trinitate fidem, nec in articulis fidei fuerunt competenter instructi, sed Iesum esse Mesiām credebant. [Ille vero ait, In quo ergo] id est cuius baptismo [Baptizati estis?] At illi dixerunt, in Ioannis baptismo. Dixit autem Paulus, Ioannes non baptizauit baptismo penitentiaē populū] quia ad agendam penitentiam ille ordinabatur baptisimus, nec autem deluit peccata, imō procelatio fuit agendi penitentiam, ac præparandi se ad Christi baptisimū [Dicens in eum qui venturus est post ipsum, vt crederent, hoc est in Iesum]. i. Ioannes sub hac forma verborum baptizauit, Ego te baptizo in nomine venturi, videlicet Christi, qui iam tunc venit in carnem, sed nondum venit prædicando, & miracula faciendo in publicum. Sic ergo baptizauit Ioannes, vt baptizatos induceret ad credendum in Iesum. Nam dixit, Ego vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit spiritu sancto. Ideo eius baptisimus non fuit plenariè sacramentum: sed eo suscepto, nihilominus suscipiendus fuit Christi baptisimus. [His auditis baptizati sunt in nomine domini iesu.] Cur & quomodo sub hac forma dabatur baptisimus in primitiua ecclesia, dictum est ante. [Et cum imposuisset illis manus paulus, venit spiritus sanctus super eos] id est per sensibile signum, se gratiam illis infudisse monstrauit, & dona sua sensibi-

Roma. 16.

Iaco. 4.

Matth. 1.

Lucæ. 2.

Ioan. 4.

Actu. 18.

Actu. 2.

Marc. 1.

Matt. 3.

Actu. 2.



liter super eos effudit. Hinc subditur [Et loquebantur linguis] id est diuersis idiomatibus [Et prophetabant] sicque duo hæc dona gratiæ gratis datæ, videlicet genus linguarum, & spiritus prophetiæ, per suos actus sensibilibus innotuerunt. Et hæc reuera fuit magna & admirabilis gratia. [Erant autem omnes viri] tanta gratia locupletati [Fere duodecim] temperatè loquitur Lucas. [Ingressus autem synagogam] Ephesi [Cum fiducia loquebatur per tres menses] opportunis scilicet horis. Videns enim viris illis tantum gratiæ munus collarum, exhilaratus est spiritu, & ingenti impletus fiducia, quod & in aliis fructificaret. [Disputans et suadens de regno dei] id est de statu & gratia ecclesiæ militantis, vel de felicitate & gloria ecclesiæ triumphantis, & quomodo per fidem & Christi mysteria ad illud regnum pertingerit. [Cum autem quidam] audientium, præsertim Iudæorum [Indurarentur in sua malitia, et non crederent.] Sicut enim electi & boni ex auditu verbi dei ad poenitentiam emolliuntur, sic peruersi & reprobi obstinantur [Maledicentes viam domini] id est Euangelium Christi [Coram multitudine] audientium prædicationem Pauli, vt sic eam à Paulo auerterent, [Descedens ab eis] tanquam incorrigibilibus [Segregauit discipulos] separando credentes ab incredulis, sicut separantur agni ab hædis, ne inficerentur boni ex verbis pessimorum blasphemis, quorum sermo vt cancer serpit [Quodam die disputans in schola tyranni cuiusdam] probabiliter dicitur, quod per tyrannum hoc loco intelligitur vir potens & nobilis, & fortè satis rigorosus & ferus, à quo Paulus donum conduxit, faciens scholam de ea, in qua discipulos quotidie instruebat de fide atque scripturis ac moribus, vt increduli formidarent eum in domo hac impedire timore eius cui domus attinebat. Aliqui tamen putant, quod Tyrannus sit hic proprium nomen. [Hoc autem factum est per biennium, ita vt omnes qui habitabant in Asia audirent verbum dei] Iudæi atque Gentiles. De Asia minori est sermo. Et distributio ista qua dicitur, omnes qui habitabant in Asia, accipienda est pro generibus singulorum, ad inueniendum quod ex omni genere indigenarum terræ illius, valde multi confluxerunt ad Paulum, & conuertebantur non pauci. [Virtutesque non modicas] id est opera miraculosa, potentia non qualiacunque, non parua neque communia, qualia per minores sanctos fieri solent [Faciebat deus per manum Pauli] ad confirmationem suæ doctrinæ, & conuersionem populi audientis [Ita vt etiam super languidos deferretur a corpore eius sudaria, vel semicinctia] id est vestes medietatem corporis tegentes, à semis quod est medium, & cingo [Et recedebam ab eis languores, et spiritus nequam egrediebantur] ab obsessis per talium pannorum contactum. quod fuit grande miraculum, & quodammodo maius quam quod de Christo legitur, quod omnes qui tangebant fimbriam vestimenti eius sanabantur. Quod enim huiusmodi accidentalia corpori remotius amouentur à corpore, eò præclarior est, si per ea sunt miracula: quia per hoc virtus & sanctitas animæ latius se extendit, & in distantiora operatur atque redundat. Vnde & Paulus in epistolis suis frequenter tangit quemadmodum prædicatione sua non fuit in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione signorum, virtutum & prodigiorum, & in plenitudine multa. Et hoc scribit ad eos, quibus mentiri non potuit quippe in quorum conspectu facta erant huiusmodi, vt & nos certissimi sumus de veritate. [Tentauerunt autem quidam et de circumuentibus iudeis exorcistis] id est dæmonum adiutoribus [Inuocare super eos qui habebant spiritus malos] puta obsessos [Nomen domini iesu Christi, dicentes. Adiuo vos per iesum quem paulus predicat.] Refert Iosephus Salomonem excogitasse & docuisse populum suum modos exorcismi, id est adiuuandis, quibus immundi spiritus expulsi ab homine viterius reuerti non sunt ausi. & vt asserit Beda. fit hoc interdum etiam per reprobos, ad condemnationem eorum qui faciunt, vel ob vilitatem eorum qui vident & audiunt, vt licet homines despiciant signa facientes, tamen deum honorem ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Verum sicut Scholastica narrat historia, quamuis per exorcismos Salomonis eicerent dæmones, non tamen absque multo labore: sed quibusdam herbis & gemmis adhibitis, vt tradidit Iosephus. Vt ergo facilius expellerent dæmones, adiuuabant eos hoc modo, Adiuo vos per Iesum quem Paulus prædicat, sicque exibant dæmones ab obsessis. [Erant autem cuiusdam scene] id est viri sic dicti [Iudei principis sacerdotum] inter suos in Epheso [Septem filij, qui hoc faciebant.] Respondens autem spiritus nequam dixit eis, iesum noui] cognitione informi, quia non diligo eum [Et Paulum scio] id est nomina, personas, virtutes eorum agnosco. [Vos autem quis estis?] quasi dicat. Non tales vos nosco, vt deceat vos adiuuare per Iesum, quemadmodum Paulus, cum sitis increduli. [Et insiliens homo in eos, in quo erat dæmonum pessimum] id est crudelissimum & difficulter eicibile [Et dominatus amborum] id est duorum filiorum præfati principis sacerdotum, inualuit contra eos, cæteris fortè interim fugientibus, vel non præsentibus, quia non semper omnes simul hoc faciebant [Ita vt nudi et vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus iudeis atque gentilibus qui habitabant ephesi: et cecidit timor super omnes illos] agnita Christi potentia. Vnde amplius talia attentare nullus eorum præsumpsit [Et magnificabitur nomen domini iesu] id est ipse Iesus ab omnibus illis magnificus cognoscebatur & prædicabatur, tanquam dæmonum omnipotens restrenator. [Multique credentium veniebant] ad paulum [Consistentes et annunciantes actus suos] culpabiles: quia compuncti sunt corde, & ore confessi [Multi autem ex eis qui fuerant curiosi] videlicet magicas artes [scilicet, contulerunt libros] artium harum [Et combusserunt coram omnibus] in lignum quod talia nunc cordialiter abhorrent, nec amplius exercere intenderent [Et computatis precijs eorum] scilicet quantum valuisse putabantur, seu quanti constitissent [inueniunt pecuniam denariorum quinquaginta milium] tantum scilicet tanti precij erant. Ex quo patet, quod valde multi libri fuerunt ibi combusti, & ex ingenti deuotione, quod etiam multi magis fuerunt ibidem conuersi. [Ita foriter crescebat verbum dei] id est fructificabat Euangelica prædicatione Pauli in conuersione audientium [Et multiplicabatur] numero meritò;

Marc. 4.

Math. 23.

13.

2. Tim. 2.

1. Cor. 12.

Actu. 2.

Math. 9.

14.

Marc. 6.

Lucæ. 8.

2. Cor. 12.

A credentium. [His autem expletis proposuit paulus in spiritu,] id est inflinctu spiritus sancti, non propria excogitatione [Transiit Macedonia & Achaia,] id est discipulis in illis provinciis demorantibus visitatis & confortatis [Ire Hierosolymam] ob loci reuerentiam, sanctorumque locorum, & primitiæ ecclesiæ, præsertim sancti Iacobi visitationem [Dicens, quoniam postquam venero ibi, oportet me et Romanam videre] ad prædicandum ibidem, & quia a deo præordinatum est hoc ad sui ipsius honorem, meriti mei incrementum & aliorum conuersionem [Mittens autem in Macedonia duos ex ministrantibus sibi, Timotheum et Erastum] quos idcirco præmisit, vt elemosynam in Hierusalem sanctis fidelibus deferendam per Paulum colligerent, eamque Paulus adueniens inueniret paratam [Ipse remansit ad tempus in Asia] adhuc enim manit in Epheso, vt verba pandunt frequentia. [Facta est autem illa die turbatio non modica de via domini] id est de fide religionisque Christi in Epheso [Demetrius enim quidam nomine argentarius,] id est in argenti materia artificialiter operans [Faciens edes argenteas Diane,] id est imaginibus Diane, quæ in ædiculis illis speciosis ponebantur [Præstaba artificibus non modicum questum,] id est magnum lucrum [Quos conuocans, et eos qui cum illi erant opifices,] id est similes artifices [Dixit, Viri scitis quia de hoc artificio acquisitio est nobis] quia ædes imaginæque formando, multa lucratur [Et videtis et auditis, quia non solum Epheso, sed et totius pene Asiæ] minoris [Paulus hic suadens] id est varias persuasiones pro sua prædicatione adducens [Euerit multam turbam] ab idolorum cultura [Dicens, Quoniam non sunt dii qui manibus Esaiæ, 44. sunt] Homo enim cum sit fragilis & mortalis, deum formare non valet: quemadmodum in Esaiâ, Hier. Hier. 2. remia, & libro Sapientiæ demonstratur. [Non, solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem Sap. 13. 14. venire,] id est non tantum periculosè nobis opponetur quod non sint dii qui manibus sunt humanis, & quod eis inaniter facimus ædes, [sed et magna Diane templum in nihilum reputabitur,] id est despicietur, omnibus ad Christum conuersis. Dicitur autem magna Diana, quia inter deas gentiliū fuerat præfamosa. [sed et destruis incipiet maiestas eius,] id est vilipendetur, quæ hucusque reputata est magna [Quam tota Asia colit et orbis.] Fuit enim cultus Dianæ vndique dilatatus. [His auditis repleti sunt ira, et exclamauerunt dicentes, Magna Diana Ephesorum. et repleta est ciuitas confusione,] id est ciues Ephesij inordinatam est locum semicirculi habens figuram, in quo stantes populi ludos scenicos inspiciebant. Vel vt alij dicunt, theatrum fuit locus, in quo rei puniebantur, quoniam illuc etiam conuenerant ad speculanda reorum supplicia. Nam theatrum Græcè, Latine spectaculum significat. Fortè vtrunque istorum fiebat in loco huiusmodi. [Rapto caio et Aristarcho Macedonibus,] id est de Macedonia oriundis [Comitibus,] id est sociis. [Pauli] Hos enim violenter traxerunt ad theatrum, Paulum non inuenientes. [Paulo autem volente intrare in populum] vt fallitatis relisteret, & quia pro veritate & equitate mori paratissimus fuit [Non permisissent discipuli] propter commune bonum ecclesiæ, volentes eum conseruare in vita, quemadmodum ipse scribit ad Philipenses, Manere in carne necessarium propter vos. [Quidam autem et de Asiæ principibus] tunc in Epheso consistentes. [Qui erant amici eius, miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum] quia ex hoc aucta fuisset turbatio. Illi fuerunt ad fidem conuersi. [Alij autem aliud clamabant,] id est vnusquisque furentium secundum passionis suæ imperum vociferabatur. [Erant enim ecclesia] id est collectio hominum illorum [Confusa, et plures nesciebant quæ ex causa conuenissent,] id est cur congregatus fuisset hic cœtus. [De turba autem detraxerunt] aliqui [Alexandrum] vt à tumultu abstractus redderet rationem, audientiamque haberet [propellentibus eum iudeis] nec enim facilius egredi potuit in tanta caterua. [Alexander autem manu silentio postulato, volebat rationem reddere populo. Quæ vi cognouerunt iudæi esse] & per consequens idolareprobantem [Vox facta est vna omnium, quasi per horas duas clamantium, Magna Diana Ephesorum.] Videntes enim aduersarios sui ritus, magis accessi sunt suæ religionis ac deæ amore ac laude. [Et cum sedasset scriba turbas] fuit enim magister & doctor inter gentiles [Dixit, Viri Ephesi, quis nesciat Ephesorum ciuitatem cultricem esse magnæ Diane iouisque prolis?] nam Iupiter fuit pater Diane. [Cum ergo his contradici non posset] licitè secundum nostram sectam [Oportet vos sedatos esse, et nihil temere agere. Ad duxisti enim homines istos] pauli discipulos [Neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram.] Quomodo verum est hoc? Nunne idololatriam reprobabant? Et respondendum, quod vti que, sed motus fortè latuit scribam, vel fauorabiliter loquebatur pro illis violentè adductis, vt seditionem sopiret [Quod si Demetrius et qui cum eo sunt artifices habent aduersus aliquid] horum [Causam, conueniunt forenses aguntur] in foro & publico [Et proconsoles sunt] loco consulum constituti [Acculent inuicem. si quid autem alterius rei queritur] præter causam demetrii [In legitima ecclesia poterit absolui,] id est in congregatione ordinatè collecta poterit à iudicibus ordinariis terminari. [Nam et periclitamur argui seditionis hodiernæ] id est periculum nobis imminet, quod forsitan à superioribus redarguemur, & puniemur ob seditionem præsentem [cum nullus obnoxius sit] de quo possimus reddere rationem [Conuersus istus] id est nullus hinc ita excessit, vt ob id excusari possit præsens concursus. [Cum autem dixisset hæc, dimisit ecclesiam] scilicet vnumquemque in sua.



**P**ostquam autem cessauit tumultus capite precedenti descriptus [Conuocatis Paulus discipulis, et exhortatus eos] vt vsque in finem in fide & sanctitate perseuerarent [Vale dixit et profectus est] ab Epheso [Vt iret in Macedoniam] causa admonendi ibidem discipulos. [Cum autem perambulasset partes illas] scilicet Macedoniam & vicinas [Et exhortatus eos fuisset multo sermone, venit Græciam] scilicet quandam Græciæ partem, & vt in Scholastica historia dicitur, venit Athenas. [Vbi cum fecisset] id est fructuose expendisset [Menses tres] aliorum cõuersionis & confortationi insistens [Factæ sunt illi insidias a Iudæis] incredulis [Nauigauit in Syriam] versus Hierusalem [Habuitque consilium ut reuerteretur per Macedoniam] ad euadendum insidias, & ne spoliaretur elemosynis, seu collectis, quas detulit secum versus Hierusalem. An verò insidias illas agnouerit ab homine, aut ex reuelatione superna, ambigitur. Consequenter exprimuntur in textu qui ambulauerunt cum Paulo. [Comitatus est autem cum Sosipater Beroensis] id est de vrbe Beroæ, &c. [Hi cum præcessissent] ex Pauli commissione [Sustinerunt] id est expectauerunt [Nos] scilicet Paulum & existentes cum eo, quorum & vnus ego fui [Troade] id est in vrbe sic dicta, de qua dictum est supra [Nos vero nauigantes post dies azymorum] id est post solemnitatem paschalem, in qua Iudæi azymis panibus vescantur. [A Philippis] ciuitate Macedonia [Venimus ad eos Troadem in diebus quinque: vbi morati sumus diebus septem] ad consolationem & informationem credentium qui ibi debebant. [Vna autem sabbati] id est prima die post sabbatum, seu prima die hebdomadæ, puta die dominica, secundum Bedam [cum conuissimus ad frangendum panem] id est ad sacra mysteria celebranda, secundum eundem. Vnde supra dictum est, quòd perseuerabant in communicatione fractionis panis. Vel ad frangendum panem, pro corporis refectioe: & ita in Scholastica historia explanatur, cum dicitur, Vna sabbati cum cœnaremus [Paulus disputabat cum eis] de euangelica veritate conferendo ac prædicando in Troade [profecturus in crastinum] id est ante suum recessum voluit eos diligenter instruere [Protraxitque sermonem vsque in mediam noctem] In quo feruor eius ostenditur zelusque animarum. [Erant autem lampades copiose in cœnaculo vbi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Euthycus super fenestram, cum mergeretur graui somno] id est ab exterioribus reduceretur ad intima sicut qui mergitur, & rationis iam vsu priuatur obdormiendo. [Disputante diu paulo, ductus somno] cui non restitit, victus sopore. [Cecidit de tertio cœnaculo deorsum, et sublatus, oblatu] id est præsentatus est omnibus [Mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum] sequens in hoc Heliam & Helisicum, quorum primus ter, secundus septies super defunctum incubuit. Paulus verò semel duntaxat, mòxque impetrauit quod petiit, in quo eius excellentia declaratur [Et complexus] defunctum ex amore & compassione [Dixit, Nolite turbari] iam enim certus fuit Apostolus, se exaudiendum pro pueri suscitatione indeo addit, [Anima enim ipsius est in eo] id est tam propè est vt suscitetur, vt per idem sit, quasi nunc viueret: sic de homine agonizante mox morituro dicimus, Mortuus homo est. [Ascendens autem] ad cœnaculum tertium in quo ante disputauit [Frangensque panem et gustans, satisque alloquutus eos vsque ad lucem, profectus est. Ad duxerunt autem puerum viuentem, et consolati sunt non minimè.] Opportunè deo disponente inter verba prædicationis occurrit occasio curationis tam miraculosæ, vt ostensione prodigij, confirmaretur prædicationi pauli, arctiusque infigeretur mentibus discipulorum memoria boni magistri ab eis mox discessuri. Innotescit quoque ex his sollicitudo & feruor Apostoli pro proximorum salute. Nam profecturus in crastinum totam noctem duxit insomnem, prædicationi intendens, vsque ad mediam noctem, & tunc iuvene suscitato, & modico cibo sumpto, sermonem resumpsit ac cõtinuauit vsque ad auroram, sicque recessit. [Nos autem ascendentes nauem, nauigauimus in Asson, inde suscepturi Paulum. Sic enim disposuerat ipse, per terram iter facturus.] Itaque comites & discipulos suos præmitit in Asson, vt ibi præstolarentur eius aduentum, qui fortè volebat in terris intermediis aliquibus loqui verbum dei.

¶ Porro Asson est ciuitas Asiæ maritima. [Cum autem inuenisset nos in Asson, assumpto eo venimus Mitylenem] quæ vrbs est in Lesbo Aegæi maris insula [Et inde nauigantes sequenti die venimus contra Chium] h quæ item est insula Aegæi maris, habens ad orientem Lydiam Asiæ prouinciam [Et alia die applicauimus Samon] Samos etiam est insula in Aegeo mari, in qua traduntur vasâ sicilia primò inuenta, & vasâ Samia appellata sunt. Vnde in Esaiâ habetur, Testa de Samo, &c. Est autem insula ipsa Epheso applicata, & vicina Andro [Et sequenti die venimus Miletum] ciuitatem Asiæ maritimam. [Proposuerat enim paulus transnauigare Ephesum] id est non accedere eam quamuis prope eam nauigaret. [Ne qua illi mora fieret in Asia] minori, cuius Ephesus vna metropolis erat, nempe Ionæ Asiæ prouinciæ. Ideo si accessisset ad eam, non tam citò dimississent eum discipuli Ephesij. [Festinabat enim, si possibile sibi esset, vt diem Pentecosten faceret] id est celebraret [Hierosolymis] potissimè, quia in eo datus fuit spiritus sanctus. Illa quoque celebritas solennis fuit, propter legis dationem, cuius præcepta decalogi manent in Euangelio Saluatoris. [A Miletò autem mittens Ephesum, vocauit maiores nauis ecclesiæ] Ephesinæ [Qui cum venissent ad eum, et simul essent] in Miletò [Dixit eis, Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam] gratia prædicandi [Qualis per omne tempus vobiscum fuerim, seruitus domino cum omni humilitate] iuxta illud, Quanto maior es, humilia te in omnibus [Et mansuetudine] quæ tam decet prælatos, quàm indecens eis est ira [ut lachrymis multis] quibus vestra peccata deplaxi, gratiam vobis postulaui, ad patriam aspiravi [et in rationibus] id est perfectionibus. [Quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum, quomodo nihil subtraxerim vobis vitium] id est non omisi vobis communicare ea,

Exod. 12.

3. Reg. 17.  
4. Reg. 4.

Esa. 45.

Actu. 2.  
1. Cor. 16.

Ecclesi. 3.

**A** quæ animarum profunt, expediuntque saluti. Nilque de vestris subratiis seu facultatibus ad boni vtilis speciem pertinētibus abstuli vobis, quacunque industria mihi talia colligendo [Quo minus annuncierem vobis] quæ salutem vestrâ concernunt [et docerem vos publice, & per domos] scilicet in priuato [Testificans Iudæis atque gentilibus in deum penitentiam] id est agendâ esse penitentiam perducetam ad deum, seu per diuinam clementiâ. Hæc aliqui prælatorum subtrahunt subditis ex auaritia palpando eorum peccata, ne eis offensis temporalæ damnium incurrant, qui non sunt veri pastores, nec digni appellatione prælati [Et fidem in dominum nostrum Iesum Christum] id est fidem catholicam tendentem in Christum, & secundum eius doctrinam se habentem. [Et ecce nunc alligatus ego spiritu] id est spiritu sancto me ad id astringente ac impellentem [Vado in Hierusalem, quæ in ea mihi ventura sunt ignouans, nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates protestantur mihi] id est in congregationibus Christianis per varias vrbes diffusis, sunt aliqui spiritu propheticò ornati, per quos spiritus sanctus mihi insinuat [Dicens quoniam vincula & tribulationes me manentem] id est expectant in Hierosolymis, sicque certus sum reuelatione illorum, quòd ibidem labor, captusque tenor ac tribulabor. Quibus verbis ostendit Apostolus, non sibi ipsi immediatè à spiritu sancto, sed aliis fuisse reuelata, quæ in Hierusalem passurus fuit aduersa, quemadmodum etiam deus per Nathan & Gad prophetas multa reuelauit sancto David de proprio suo statu, cui immediatè multa alia reuelauit de mysterijs Christi, & statu ecclesiæ [Sed nihil horum vereor] id est aduersa pro Christo pati non timeo, nec eos qui corpus occidunt formido, qui iam ad tantum patientiæ gradum culmenque deueni, vt in omni tribulatione læter ex animo, & inconcussus mente permaneo, [Nec facio animam meam] id est vitam corporalem ac sensitiuam [preciosorem quam me] totâ, seu quo ad id quod sum secundum interiorem superiorèque hominem, puta supremam animæ partem, videlicet, intellectuam. Intellectus enim dicitur homo, dicente philosopho, quòd homo maximè est suus intellectus, iuxta modum loquendi, quo totum à parte principali denominatur. Itaque vitam corporalem pro nihilo ducit, qui in futuro quærit vitam æternam. Ideo subditur, [Dummodo consummem cursum meum] id est pergrinationem & conuersionem meam ad finem felicem perducam [Et ministerium verbi,] id est officium prædicandi [Quæ accipi a domino Iesu testificari,] id est cum protectione & maxima affirmatione pronuciare [Euangelium gratiæ dei] quia in Euangelio christi gratia dei potissimè commendetur, docetur, refulget, & ipsum ex diuina pietate ac gratia hominibus est collatum. Sed & lex Euangelica gratiam confert, secundum quod sacramenta sua includit. [Et nunc ecce ego scio] inspiratione diuina [Quia amplius non videbitis faciem meam] in præsentî vita [Omnes vos] Ephesij [Per quos transiui prædicans verbum dei.] Sciebat namque Apostolus se ad illas partes amplius non venturum. [Quapropter confessor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium vestrum,] id est si quid periculi animæ inciderit, ego immanis sum. [Non enim subterfugi quo minus annuncierem vobis omne consilium dei,] id est ea quæ diuina sapientia circa humani generis redemptionem insinuat & effecit, præcepta quoque & documenta ipsius vobis notificauit, mysteria demum fidei Christianæ, qualiter æterno summæ trinitatis consilio seu decreto peractum est, vt per vnus diuinæ increatæ personæ, puta per verbi incarnationem & passionem saluatum est genus humanum. Sed cum alibi scriptum sit, Quis consiliarius eius fuit? Sapiens quoque dixerit, Quis hominum poterit scire consilium dei: quomodo potuit paulus omne consilium dei annunciare hominibus? Et respondendum, quòd non simpliciter de omni consilio dei intendit, sed de omni consilio dei, quantum ad humanam spectat salutem. Quemadmodum etiam ait Saluator, Omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Præterea cum in ratione consilij includatur inquisitio, quæ necessitatem quandam supponit, certum, quòd consilium propriè sumptum non competit deo, quæ enim est ignorantis naturæ, secundum Damascenum. Sed ideo deo ascribitur: quia nil agit improuide [Attendite vobis & vniuerso gregi.] Primò, inquit, attendite vobis, id est circumspectè in omnibus vos habete, coram deo sollicitè ambulate, omni diligentia cor vestrum in puritate seruate, deinde similiter vestris subditis præferte ac prouidete. Charitas enim incipit à seipsa. Et qui sibi nequam est, cui bonus est? Qui autem seipsum in omnibus rationabiliter dirigit, alios quoque gubernare poterit esse idoneus [In quo vos spiritus sanctus posuit episcopos] si soli Christiani de vrbe Epheso ibi fuerint, non erant ibi multi Episcopi, nisi Episcopi pro sacerdotibus accipiantur. Vnde aliqui dicunt conuocasse Apostolum omnes maiores natu de diocesi Ephesina, & alii fortassis. Nam id superioribus verbis innuitur vbi ait, Omnes vos, per quos transiui prædicans verbum dei. Neque enim pertransiuit solam Ephesinam diocesim [Regere] id est ad regendum [ecclesiam dei] id est congregationem fidelium Christi. Nam hîc nomine dei, persona filij designatur, quia subiungitur [Quem acquisiuit,] id est de manu inimici eripuit & sibi incorporauit [Sanguine suo] videlicet, suæ dignissimæ passionis virtute ac merito. Quo vtique testimonio diuinitatis Christi euidenter probatur. [Ego scio quoniam intrabam post discessionem meam] corporalem à vobis [Lupi rapaces in vos] hæresiarchæ, & falsi Apostoli, dona gratiæ a fidelium mentibus rapientes [Non parentes gregi] sed spiritaliter eam, le taliterque lædentes, diuersis erroribus & peccatis [Et ex vobis ipsi exurgunt viri loquentes peruersa] id est aliqui vestrum seu eorum qui prodibunt ex vobis à fidei fynecrate recedent, & contraria fidei atque iustitiæ affirmabunt [Vt abducant] ab ecclesiastica vniuersitate [Vos] id est ad inhærendum eorum erroribus [Discipulos] Hæretici enim libidine dominandi, docendi & apparenti, suos confinxerunt errores. De talibus in prima sua canonica ait Ioannes, In nobis erant, sed non erant ex nobis. [Propter quod vigilate,] id est diligentes estote in custodiendo vos ipsos ac subditos, iuxta illud Abacuc, Super custodiam meam stabo [Memoria retinentes quoniam per triennium] quo prædicauit in Asia, præsertim in Epheso [Nocte ac die non cessauit] tempore congruo [Lachrymis monens vnunquenque vestrum] nunc in generali, nunc in speciali, & vnunquenque secundum capacitatem, vocationem & statum informans. [Et nunc commendo vos deo] Etenim nisi dominus custo-

Ioan. 10.

2. Reg. 12.  
2. Reg. 24.  
1. Para. 21.  
Matth. 10.

Roma. 6.

Esa. 40.  
Rom. 11.  
Sapient. 9.

Ioan. 15.

Miche. 6.  
Prou. 4.

Eccle. 14.

2. Petri. 1.  
Ioan. 1.

Abac. 2.  
Psal. 126.

dierit ciuitatem frustra vigilant, qui custodiunt eam. Diuina igitur protectioni ac pietati omnem quem diligimus iugiter commendemus [Et verbo gratia eius] id est promissionibus diuini eloquii, quibus misericordiam suam confugientibus ad ipsum promittit, vt illa effectum fortiantur in vobis. Vel, verbo, id est effectui gratia eius. Sape equidem in scripturis, verbum pro facto accipitur [Qui potens est edificare] id est corda virtutibus confirmare & vnum per alium ad meliora prouehere [Et dare hereditatem] id est dona gloriae in futuro [In sanctificatis omnibus] qui in baptismo, & in actibus virtuosus sanctificati sunt [Argentum ex aurum, aut vestem nullius concupiui, ipsi scitis] Hoc contra pastores & predicatores auaros, qui temporalia spiritualibus praeferunt, qui lana ouium operiuntur, & lacte earum reficiuntur, ipsas vero perire permittunt [Quoniam ad ea quae opus mihi erant, et his qui mecum sum, ministrauerunt manus illae] id est propriis manibus necessaria corpori tam mihi quam existentibus mecum procurari, labori manuum insistendo ne quenquam grauarem. Vnde corinthiis scribit, In omnibus sine onere me vobis seruauim, & seruabo. [Omnia] ad perfectionem pertinentia [Ostendi vobis] verbo & exemplo [Quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos] id est corporaliter languidos, de labore propriarum manuum sustentare. Vel infirmos vt pote imperfectos puillos ad virtutes inducere. Istud est perfectionis non necessitatis, nisi in casu [Ac meminisse] mente & operis exhibitione [Verbi domini iesu, quoniam ipsi dixit, Beatus est magis dare quam accipere.] Hoc verum est, secundum se, caeteris paribus, & iuxta intentionem Apostoli. Etenim caeteris paribus amplioris est meriti elemosynam dare, quam sumere, si sumens eiusdem sit facultatis ad dandum, vt ille à quo accipit. Propter quod Beda ait, Non illis qui relictis omnibus sequuntur sunt dominum, diuites & elemosynarios praefert: sed illos quae am maximè glorificat, qui, cunctis quae possident semel renunciatis, nihilominus laborant operando manibus, quod bonum est, vt habeant unde tribuant necessitati patienti. Hinc tanquam haeretici reprobantur dicentes, quod maioris perfectionis est, diuitias proprias in saeculo erogare, quam in religione mendicare. Propter quod libro de ecclesiasticis dogmatibus dicitur, Bonum est cum dispensatione bona pauperibus erogare, sed melius est intentione sequendi Christum, & totum simul donare, & absolutum à sollicitudine, cum Christo egere. Praeterea constat ex his, multa esse dicta documentaque Christi, quae nullus Euangelistarum descripsit: quia verbum nunc allegatum in Euangelio non habetur. [Et cum haec dixisset, posuiss] id est flexis [Genibus orauit cum omnibus illis] vt deus misericors misericorditer conferuaret. [Magnus autem fletus factus est omnium. Et procumbentes super collum Pauli osculabantur eum, dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem eius non essent visuri.] Et vtique ingens omnino fuit causa plorandi, & triste diuortium à tam dulci magistro, tam praecelso doctore, tam liberalissimo ac vtilissimo benefactore, tam charitativo & affectuosissimo patre sine reuicendi spe separari. [Et deducebant eum ad nauem] iuxta quam valsecerunt sibi inuicem non sine grandi dolore, qui ex precordiali processit amore.

Expositio Cap. XXI. [Cum autem factum esset vt nauigaremus.]  
 Articulus, XXI.



Vm autem factum est vt nauigaremus, abstracti ab eis] id est ab Ephesiis illis separati [Recto cursu] nauis [Venimus Coum] insulam oppositam Asiae [Et sequenti die Rhodum] insulam claram in Carpathio mari oppositam Lyciae [Et pateram] quae est ciuitas Lyciae provinciae in Asia, deinde Mirrheam. Istud non est de textu, vt dicitur, vnde nec Beda nomen huius loci exponit in libello, quem de expositione nominum locorum, que in hoc libello exprimentur, compilauit. [Cum apparuisssemus autem Cypro, relinquentes eam ad sinistram, nauigauimus in Syriam, et venimus Tyrum. ibi enim nauis expositura erat onus] ideo applicare oportuit. [Inuentis autem discipulis] id est Christianis illic manentibus, quos diligenter tanquam fratres nostros quaesiuimus [Mansimus ibi diebus septem] ad eorum consolationem, & nostram refocillationem. [Qui Paulo dicebant per spiritum, ne ascenderet Hierosolymam.] Capitulo praecedenti dixit se Paulus à spiritu sancto agi ad eundem Hierusalem: quomodo ergo isti prophetae, per spiritum prophetiae suaserunt oppositum? Nunquid spiritus sanctus verbis propriis contradicit? Ad quod respondendum, quod vnum & idem, secundum diuersas considerationes, suadetur & dissuadetur. Aliqui quoque respondent, quod isti per spiritum sanctum nouerunt & praedixerunt Paulum, si ascenderet Hierusalem, ibi plura passurum. Quod verò suaserunt ne illuc ascenderet, ex suo spiritu, pia quadam compassione protulerunt. [Et expletis diebus septem ibamus] à Tyro [Deducebant nos omnibus] Tyrijs Christianis [Cum vxoribus et liberis] id est filijs suis, vsque foras ciuitatem in quo patet, quantum fuerit sanctae dilectionis ardor in primitiua ecclesia [Et positis genibus in litore orauimus] pro inuicem, pro omnium nostram communi salute, & vt deus omnia in melius ordinaret, nosque spiritaliter adunatos conferuaret, & ad patriam tandem perduceret. [Et cum valsecessimus inuicem, ascendimus nauem, illi autem redierunt in sua. Et descendimus Ptolomaidam.] Ptolomais ciuitas est terrae sanctae maritima, in tribu Aser, alio nomine Acon dicta. Est autem & altera Ptolomais in pentapoli provincia Apherica: [Et saluatis fratribus] Christianis ibidem [Mansimus die vna apud illos. Alia die profedi venimus Caesarem Palaestinae] de qua dictum est supra [Et intrantes domum philippi Euangelista, qui erat vnus de septem diaconis] ad insinuandum quod non fuit Philippus Apostolus, dicitur autem Euangelista, non quia Euangelij descripsit, sed fructuosus valde conuincit ac feruidus praedicator, vt constat ex his quae supra de ipso contenta sunt. [Mansimus apud eum] ad reuerentiam, tanti patris, viri Apostolicè perfectionis ac potestatis insignis. [Hinc autem erant quatuor filiae virgines prophetas] quae sicut in Scholastica fertur historia, praedixe-

Ioan. 6.  
 Ez ecli. 14.  
 2. Thef. 3.  
 2. Cor. 11.  
 Matth. 4.  
 Luca. 4.  
 Epef. 4.  
 Actu. 20.  
 Iacobi. 3.  
 Actu. 11.  
 Actu. 8.

runt Paulo quod ei in Hierusalem erat venturum. [Et cum moraretur ibi per dies aliquot, superuenit quidam a Iudea nomine Agabus. is cum venisset ad nos tulit zonam Pauli, et alligans sibi pedes ac manus, dixit] Quod, ait, sibi ad quem referatur, an scilicet ad ipsummet Agabum, vel ad Paulum, incertum videtur, nisi quod Gregorius in quadam homilia refert ad Paulum, quod & probabilis reor. [Hae dicit spiritus sanctus, virum cuius est zona haec, sic alligabunt in Hierusalem iudei, et tradent in manus gentium.] Agabus iste in modo loquendi & opere imitatus est veteris legis prophetas, qui dicere consueuerunt. Hae dicit dominus. Interdum verbis facta fuit signa sensibilia ac visibilia adhibebant, ad praenunciandum quod incumbebat. Quemadmodum Ezechiel in caligine vasa sua efferens, parietemque perfoliens, oculos quoque velauit [Quod cum audissemus, rogabamus ne ascenderet Hierosolymam. Et dixit, Quid facitis fletus et affligentes cor meum] quod vestro dolori comparitur, & non sine afflictione audit verba quae contrariantur instinctui spiritus sancti in me, quamuis vos pia moueamini ratione. [Ego enim non solum alligari, sed et mori in Hierusalem paratus haec, sic alligabunt in Hierusalem iudei, et tradent in manus gentium.] Vbi autem hospitaucit Paulum & suos non dicitur. [Et cum venissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introiit Paulus nobiscum ad Iacobum] Hierosolymitanæ ecclesiae primum episcopum, de quo dictum est saepe. [Omnesque collecti sunt seniores] Christiani, auditu Pauli aduentu. Et forte à Iacobo conuocabantur, [Quos cum saluasset Paulus, narrabat per singula, quanta fecisset deus in genibus per ministerium illius] quanta videlicet signa atque miracula, quantam Gentilium conuersionem, quanta gratiarum charismata & immensa suae clementiae opera. [At illi cum audissent, magnificabant deum] gratias referendo pietati diuinæ [Dixeruntque ei] scilicet paulo. [Vides frater quor milia sunt in Iudeis qui crediderunt deo?] fidem Christi suscipiendo [et omnes emulatores sum legis] id est amatores & imitatores legis Moisaicae, ne illam subito spernere videantur, tanquam non esset data à deo. Veruntamen isti non posuerunt spem salutis in legalium obseruatione [Audierunt autem de te, quod discessionem doceres a Mose, eorum qui per gentes sunt: Iudeorum] id est quod Iudeos inter Gentiles dispersos informes dimittere obseruantiam legis Moisaicae [dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem legis ingredi] id est conuerfari. Quidam infideles Iudaei paulum mendaciter accusauerunt, quasi doceret legalia etiam pro tempore illo esse mortifera: quod falsum fuit, quia vt patuit, ipsemet Timotheum circumcidit, & proprium caput totundit in Cenchris. Gentilibus verò conuerfis talia prohibebat, sed Iudaeis ea concessit vsque ad pleniorum Euangelij diuulgationem, ob commendandam veteris legis auctoritatem & sacramentorum illorum prophetica sanctitatem. Hae autem superius tacta sunt saepe. [Quid ergo est?] agendum [Vtique oportet conuenire multitudinem Iudeorum] in Hierusalem credentium de te finitè informatam, vt veritate agnita contententur. [Audierunt enim te superuenisse] non hi tantum, sed & infideles Iudaei [Hoc ergo fac quod tibi dicimus, sunt nobis] id est inter nos [viri quatuor] Iudaei ad Christum conuerfi [votum habentes super se] quia aliqui deo vouerunt. [His Assumptis iustificata te cum illis] id est secundum legem deo te exhibe sicut & illi [Et impende in illis] oblationem seu exhortationem [Ve radant capite sua] secundum legis traditionem [Et scient omnes quia quae de te audierunt] de legalium abolitione. [Falsa sunt: sed ambulas et ipse custodiens legem] etiam quo ad egeronalia, dum tempus, causa & locus id exigunt ad vitandum scandalum infirmorum, atque ob alias rationabiles causas frequenter praetactas. [De his autem qui crediderunt ex gentibus, nos scripsimus iudicantes, vt abstineant se ab idolis, immolato] id est ne edat sacrificia illis oblata [Et sanguine et suffocato, et fornicatione.] Quomodo factum & intelligendum sit hoc supra diffusè tractatum est. [Tunc Paulus assumptis viris, postera die purificatis cum illis] secundum ritum legale [Intrauit in templum, annuncians expletionem dierum purificationis] obseruandae secundum legem circa tales, quales isti quibus iuxit se paulus fuerunt, [Donc offerretur pro vnoquoque eorum oblato. cum autem septem dies consummarentur,] vel ab ingressu pauli in Hierusalem, vt aliqui dicunt, vel potius secundum Bedam & Glossam, nondum in toto consummati erant hi septem dies, sed eorum cursus & consummatio agebatur. Vnde expressius in Graeco habetur, Cum autem inciperent septem dies consummari, alioquin non potest stare quod paulus post quinque dies aduentus sui in Caesarem praesidi ait, Quia non sunt mihi plus quam duodecim dies ex quo ascendi adorare in Hierusalem. Si enim his septem, & illis quinque diebus adiciantur dies consilij, quo paulus phariseos & Sadduceos discossauit, iteque dies quo se deuouerunt Iudaei paulum occisuros, quatuordecim erunt dies. [Hi qui de Asia erant Iudaei] in sua infidelitate obstinati cum vidissent eum in templo, concitauerunt omnem populum] tunc praesentem [Et iniecerunt ei] scilicet paulo [Manus: dicentes, Viri] iracundie adiuuante. Hic est homo, qui aduersus populum Iudeorum [et legem] Mosi [et locum hunc] [vt pote templum] [Omnes docet] quasi populum Iudeorum sit totaliter reprobis, lexque eorum abolita, & templum violandum [Insuper et Gentiles induxit in templum, et violauit sanctum locum istum] quia à templi ingressu prohibet lex Gentiles. Cur autem de Gentilium inductione in templum id dixerint, subditur. [Viderant enim Trophimum Ephesum] discipulum pauli [in ciuitate] Hierusalem [Cum ipso, quem aestimauerunt, quoniam in templum induxisset Paulus] sicque ex sola suspitione in certam sententiam proruperunt. Affectu nanque corrupto, ratio prorsus inficitur, & modica orta occasione turbatur. [Commoataque est omnis ciuitas] Hierusalem hoc rumore audito [Et factus est concursus populi. Et apprebendentes paulum traherunt eum extra templum, et statim clausae sunt ianuae] templi, ne ab aliquo Gentilium amplius violaretur, & ne paulus in illud refugeret. [Quaerentibus autem eum occidere, nunciatum est]

Actu. 15.  
 Actu. 16.  
 Actu. 18.  
 Actu. 13.  
 Actu. 14.  
 Actu. 23.

tribuno cohortis] videlicet Claudio Lysia misso à Felice præside [Quia tota confunditur Hierusalem] id est vniuersus populus eius turbatur. [Qui statim assumptis militibus & cenurionibus] quorum quilibet præfuit centum militibus [Decurrit ad illos] qui propria auctoritate se vindicare vsurpauerunt. [Cum vidisset autem tribunum et milites, cessauerunt percutere Paulum.] Tunc tribunus apprehendit eum] videlicet Paulum [et iussit ligari catenis duabus] putans eum multum forefecisse, contra quem tota plebs Iudaica ita furebat [et interrogata eum quis esset, et quid fecisset] vt si proprio testimonio conuinceretur, non puniretur per alios ad extorquendam notitiam suorum excessuum, sed per tribunum iudicaretur. [Et cum non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit eum duci in castra] id est in turrim regiam qua ponebantur captiui. [Et cum vidisset Paulus ad gradus] fortè turris illius [contigit vt portaretur a militibus propter vim populi] volentis eum disperdere. [Sequebatur enim multitudo, clamans tolle] id est aufer[eum] à vita. [Et cum coepisset duci in castra Paulus, dicit tribuno. s.] id est an [Licet mihi loqui ad te aliquid.] Qui dixit, Græce nos? id est scis Græcum idioma? Loquutus enim fuit Paulo tribunus Græcè, ne Iudæi intelligerent, vt Scholastica narrat historia. Cùmque eadem lingua responderet Paulus, mirabatur tribunus quòd linguam hanc nosceret, idcirco adiecit [Nunnetu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti: et duxisti in desertum quatuor milia virorum scariorum?] Quemadmodum Beda & Scholastica historia ex verbis Iosephi recitant, Aegyptius quidam tempore Felicis præsidis de quo paulò post sermo est, magica arte prophetam se fecit putari, congregatisque triginta milibus circiter Iudæorum, duxit eos per desertum vsque ad montem Oliueti, volens super Hierusalem repente irruere vt caperet eam. Cui occurrentes Felix præfes cum multis militibus fugauit eum cum paucis, & alios interfecit. Nec obstat quòd tribunus efficit mentionem de quatuor milibus, quia fortasse primò pauciores, deinde plures fuerunt. Dicunturque viri scarij, quoniam scias, id est gladios breues manu gestabant, quibus populus clam letaliter vulnerauerunt, ita vt mors præueniret quæ clam, & lateret percussor. [Et dixit ad eum Paulus, ego quidem sum homo Iudæus] non à tribu Iuda, sed prout omnes Israëlitarum tunc Iudæi dicebantur [A Tharsos] vrbe [Cilicia] vt dictum est: [Non ignota] id est obscuræ [ciuitatis] municeps] id est cuius [Rogo autem te permitte me loqui ad populum.] Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus inuuit manu ad plebem] vt eum aduocaret [Et magno silentio facto] non ob reuerentiam Pauli, sed auiditate sciendi, quid excusationis præten deret [Alloquutus est eos Hebræa lingua dicens] Circa hunc locum Scholastica ait historia, Distingue quatuor synodos in primitiua Ecclesia celebratas in Hierosolymis. Primam de substitutione Matthiæ pro Iuda. Secundam de electione septem diaconorum. Tertiam quòd Gentilibus conuersis non esset imponendum onus legalium. Quartam de qua hic agitur, qua statutum est non prohiberi Iudæos à legalibus obseruantis, tempore primitiue ecclesiæ, admodum spem non constituerent sibi in eis. Postremo quia in præinductis frequenter iam habitum est, legem Moysi, quantàm ad aliqua, puta præcepta moralia in lege Evangelica obseruandam, non autem quo ad præcepta caeremonialia, vt illud plenius innotescat, sciendum, quòd sicut in prima secundæ Thomas edocuit, triplicia erant legis præcepta, videlicet moralia, caeremonialia & iudicialia. Moralia sunt decem præcepta decalogi, quia ad bonos pertinent mores, & immediatè de virtutum actibus conferuntur. Lex enim diuina ad dei amorem homines ordinare intendit, quod fieri nequit, nisi per actus virtutum. Diuinæ quoque legis intentio est homines conuenienter disponere, tam ad seipos, q̄ in ordine ad deum, & horum vtrunque in communi de naturali lege seu naturalis rationis dictamine, oportuit tamen vtrunque determinari in speciali, videlicet quantum ad modum colendi deum, & item quo ad modum obseruandi iustitiam inter homines. Illa ergo præcepta, quæ determinant præcepta moralia quo ad deum, assignando speciales modos & ritus cultus diuini, caeremonialia nominantur: quæ verò determinant præcepta moralia quantum ad homines, assignando speciales modos seruandi iustitiam inter homines, iudicialia appellantur. Ad caeremonialia autem præcepta pertinebāt oblationes & sacrificia legis. Cùm autem præcepta moralia sint immediatè de actibus iustitiæ ad charitatem dei & proximi ordinatis, manent & obligant in Euangelica lege: præcepta verò caeremonialia quoniã figuratiua erant Christi & mysteriorum ipsius ac cultus noui testamenti, in noua lege non obligant, nec Euangelio diuulgato fuerant obseruanda. Nam veritate veniente ac patrefacta cessat figura: & I adhuc obseruarentur, hoc esset ipso facto asserere Christum nondum venisse. Præcepta demum iudicialia non erant figuratiua, idcirco in lege noua possent seruari, si ab aliquo, cuius est leges condere, instituerentur.

Expofitio cap. xxii.

[Viri fratres et patres.]

Artic. xxiii.



Viri fratres et patres audite nunc, quam ad vos reddo rationem. Cum audissent autem quia Hebræa lingua loqueretur, magis præstiterunt silentium. Et dixit, ego quidem sum vir Iudæus, natus in Tharsos Ciliciae, nutritus autem in ciuitate ista, secus pedes Gamalielis eruditus iuxta veritatem paterne legis] id est legis Moysi, quia pater meus & prædecessores mei seruauerunt. Porro secundum Beda, parentes Pauli de oppido quodam Galilæe fuerunt, quo à Romanis capto per dispersionem venerunt, & habitauerunt Tharsos Ciliciæ. Filius autem suus Paulus miserunt Hierosolymam ob studia legis. Qui à Gamaliel viro doctissimo ibidem instructus est [Ab imbutor legis sicut vos omnes] hodie] sicut notat hic similitudinè aliquale non totalè, imò nec magnà. Si quidè ante cõuersionem suam Paulus, dum persequeretur credentes in Christo, habuit emulacionem zelumque legis indiseretum & excacatum, sicut & isti infideles Iudæi: sed quando hæc dixit, emulatur fuit legis secundum spiritalem ipsius intelligentiam, non secundum literam occidentem, iuxta quam isti emulabantur eam [Quia hanc viam]

Actu. 21.

1. Cor. 3.

Actu. 7.

A scilicet euangelicam fidem ac legem [Persecutus sum vsque ad mortem] quorundam qui me procurante occisi fuerunt pro fide hæc, quorum Stephanus fuit vnus [Alligans et tradens in custodiam] id est in carcerem [Virus ac mulieres, sicut principes sacerdotum testimonium reddidit mihi.] Factum est autem appropinquante me Damasco, media die subito de celo circumfulsit me lux copiosa, et decidens in terram, audiuì vocem dicentem mihi, saule saule, quid me persequeris? etc.] Ista supra exposita sunt & descripta. [Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem eius qui loquebatur mecum, non audierunt.] Vnde quòd sexto capitulo ait Paulus, vocem quidem audientes, expositum est tibi de voce Pauli, non Christi. Beda tamen hoc loco innuit vtrunque de voce Christi intelligendum, ita quòd sonum confusum audierunt. Ideo supra dixit Paulus, Vocem quidem audientes, non autem vocis seu verborum distinctionem. Estque istud simile voci quæ legitur facta, Cùm enim Christus in Euangelio dixisset, Pater clarifica filium tuum: venit vox dicens, Et clarificauit, & iterum clarificauit. Cuius sonum quidam confusè audientes, dixerunt, tonitruum factum esse. Alij qui distinctus perceperunt, dixerunt (quod verum est) Angelus ei loquutus est. [Et cum non viderem præ claritate luminis illius] sicut qui soli intendit, impeditur in visu alterius rei [Ad manus de ductus, veni Damascum. Ananias autem, etc. dixit mihi, Deus patrum nostrorum præordinauit te, vt agnosceres voluntatem eius] qua vult homines fidem Christi suscipere [Et videres iustum] id est Christum inspiceres siue cognosceres, quando apparuit tibi in via, & maximè infra triduum, quo in Damasco cæcus fuisti, non comedens neque bibens. Tunc enim raptus fuit ad tertium caelum [Et audires vocem ex ore eius, quia testis eris illius ad omnes homines eorum quæ vidisti et audisti, etc.] Factum est autem reuertenti mihi in Hierusalem et oranti in templo, fieri me in stupore mentis. i. eccliam quandam incidere præ eleuatione mentis in deum, sicut in prophetis visionibus fit alienatio à sensu exteriori. Istud contigit Paulo cùm à Damasco redisset in Hierusalem: de quo reditu dictum est supra [Et videre illum] scilicet Christum [Dicentem mihi] Visio ista fuit in spiritu, & imaginaria erat, angelico famulatu exhibita, sicut & illa quam sibi in Apocalypsi describit sanctus Ioannes [festina et exi cito de Hierusalem, quoniam non recipient] habitatores eius [Testimonium tuum de me. Et dixit, Domine ipsi sciunt, quia ego eram concludens in carcerem et cadens] per manus aliorum [Per synagogas eos qui credebant in te. Et cum fundereur sanguis Stephani, ego astabam.] Quasi dicat, Ista post sunt eis suscipere ad credendum, quòd nõ nisi à deo conuersus & missus sum. [Et dixit] Christus [Ad me, vade, quoniam ego ad nationes longe mitam te. Audiebant autem] Iudæi [Eum] scilicet Paulum vsque ad hoc verbum, cum silentio, quo auditio impatièntia superati, eò quòd diceret se diuinitus missum ad Gentiliu cõuersionem, reprobat, obstinatis & derelictis ipsis Iudæis, qui Gentiles velut canes spernebant [Et leuauerunt vocem dicentes.] Feruor & impetus animi facit in magnam prorumpere vocem: nam causa aucta augetur effectus [Tolle] ð tribune [De terra] id est de hominum communiõne [vniusmodi] deceptorem. [Non enim fas est ei in uerbo.] Isti in corrigibiles verba Pauli verificauerunt, quibus id dixit sibi à Christo prænuntiatum, q̄ testimonium suum nequaquam reciperent. [Vociferantibus autem eis, et proicientibus vestimenta sua, et puluerem iactantibus in aerem] per quæ omnia animorum suorum turbulentum & furorẽ monstrarunt, [Iussit tribunus in duci eum in castra] videlicet in turrim, de qua iam dictum est [Et flagellis eum] id est torqueri eum, vt scirem propter quam causam sic acclamarent ei] Suspicabatur enim tribunus, quòd non nisi ob grauem excessum, tam impetuose contra Paulum mouerentur [Et cum abstrinxissent eum loris] seu funibus vel catenis [Dixit autem sibi Cenurioni Paulus, sic hominem Romanum] vt pote ciuem vrbes illius, [Indemnatum] id est de nullo excessu secundum processum & ordinem iuris conuictum [Licet vobis flagellare?] Quasi dicat, nequaquam. Magnis enim priuilegijs gaudebant vbique ciues Romani: inter quæ vnus fuit, ne ante iudiciali culpæ ostensionem aliqua pœna afficerentur. [Quo audito, Centurio accessit ad tribunum dicens, Quid acturus es?] Quasi dicat, Magno te exposuisti periculo, quoniam Romani imperatoris incidens iram, si, quæ egisti, perceperit. [Hic enim homo ciuis Romanus est. Accedens autem tribunus dixit, Dic mihi, si ciuis Romanus es, et ille dixit, etiam. Respondit Tribunus, ego multa summa] pecuniæ [ciuitatem hanc assequutus sum] id est cum magna eam emi pecunia. [Et ait Paulus, ego autem et natus sum] Non quòd Paulus natus sit Romæ, sed quia pater eius legis Romanorum honorificè obuiauit, tam reuerenter se & sua eis exhibuit, quòd ciuitatem hanc sibi largiti sunt, pro ipso & pro filiis suis, antequam Paulus natus sit. Idque diuina factum est ordinatione pro commodo Pauli qui hanc ciuitatem allegauit, non quòd pro Christo pati & mori paratus non fuerit: sed quia humana industria potuit vt ad excutiendum fe de hostium manibus, vt amplius fructificaret in mundo. [Protinus ergo discesserunt ab illo, qui cum erant torturi. Tribunus quoque timuit, p̄ aliquam rescivit] id est verè cognouit, inquisitione diligentiore peracta [Quia ciuis Romanus esset, et quia ligasset eum] timens de hoc apud Romanos accusari. [Postera autem die volens scire diligentius, qua ex causa accusaretur a Iudæis, soluit eum, et iussit sacerdotes conuenire, et omne concilium Iudæorum, et producens Paulum, statuit inter illos.]

Actu. 9.

Actu. 9.

Actu. 9.

Actu. 9.

Actu. 7.

Actu. 21.

Elucidatio cap. xxiii.

[Intendens autem in concilium Paulus.]

Articulus xxiii.

Intendens autem in concilium Paulus] i. Iudæorum principes consulensque aspiciens] Ait, Viri fratres ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deũ, vsque in hodiernum diem.] Conscientia secundum Thomam non potentiam aut habitum nominat, sed actum: sicque in vno homine est conscientia vna in genere, sed multæ in specie, secundum quod homo in variis actibus virtuosus, diuersas in eis conscientias habet bonas. Itaque ait sanctus Apostolus quod à tempore quo ad Christum conuersus est, non fuerit sibi conscius de aliquo mortali peccato, imò in omnibus conscientiana



bonā fortitus est: non tamen per hoc asserit se interim venialiter nō peccasse, nec ista præsūptuosē siue vanē loquutus est, sed opportunē ad gloriam dei, veritatisque ostensionem & aliorum ædificationē. Nam ait, Nihil mihi conscius sum. Sic nanque & alij sancti iustitias suas professi leguntur, vt pater de Sa muele, Dauid, & Ezech. in lib. Reg. quia & Christus ait, Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. [Princeps autem sacerdotum ananias precepit astantibus sibi] subditis suis, [Percurere os eius] tanquam organum, per quod verba præsūptuosā ac blasphemā dixisset, & forsitan indignabatur occultē, quōd Paulus non exhibuisset sibi maiorem reuerentiam in loquendo: sed solū dixisset, viri fratres, &c. Spiritualiter enim superbi, libenter patres & domini appellantur, & nomina quæ æqualitatem præterdunt, abominantur. [Tunc Paulus dixit, Percutiet te deus paries dealbate] Secundum Bedam & Rabanum, verbum istud prophetia est, non maledictio. Et in hoc Augu. sequi videntur. Etenim Beda ait, Nō perturbatione animi Paulus cōmorus hoc dixit, sed vtique prophetando loquutus est: quia figura pōtificum illud legale, quod erat in similitudine parietis dealbati cōpositum, percutiendū esset ac destruendum, cū iam verum sacerdotium apostolis Euangelij Christi prædicantibus aduenisset, & inde est quod ait, percutiet te deus, non ait, percutiat indicatiuo modo, hoc ipsum futurum significans, nō optatiuo maledicēs. Vnde in Scholastica historia dicitur, Fortē prophetavit Paulus de abolitione sacerdotij Iudæorum, dicens, Percutiet te deus paries dealbate: quasi dicat, Destruet sacerdotium tuum. ¶ Vt erū his obicij posset, qd si Paulus prophetando hæc protulit, tunc vtique sensum verborum suorum intellexit. Intelligentia enim est opus in visione: nisi omnino improprie dicatur hæc propheticē retulisse, quomodo Cayphas prophetauit de Christo, Quia expedit vnum hominem mori pro populo. Paulus autem in verbis his præfatū sensum propheticum nō videtur intellexisse, non enim sciebat, qd vir ille pontifex esset, sicut verba statim sequentia contestantur, Quomodo ergo loquendo ad eum, percutiet te deus, intellexit aut in sinuauit percutiendum Iudæorum destruendum? Hoc tangendo, nō reprobando sit dictum. Puto ergo beatum apostolum apostolica autoritate protulisse zelo iustitiæ, futuram punitionem illius reprobī nunciando: tanquam dicat, Percutiet te, id est tua m impietate vindicabit. Denique hoc modo Hieremias & alij sancti frequenter cōtra aduersarios suos loquuti noscuntur. Videam (ait Hieremias) vltionem tuam ex eis. Vocando autem pontificem parietem, notat eum fuisse hypocritam, quia & foris æquitatē prætendebat, & intus passionibus pessimis erat plenus. Quomodo etiā Christus scribis pharisæis que ait, Væ vobis qui similes estis sepulchris dealbatis, &c. [Et tu sedens] in cathedra quasi episcopus [iudicas me secundum legem] vt dicis, quamuis ita non sit: cū lex dicat, innocentem nō cædendum, [Et contra legem iubes me percuti] cū in lege dicatur, Innocentē non condemnabis. Vel sensus est, secundū legem iudicas me esse blasphemum, & tamē non iubes mihi penam infligi blasphemii: quia secundū legem, blasphemii sunt extra castra ducendi ac lapidandi. [Tunc qui astabant dixerunt, Summum sacerdotem de male dicis.] Quasi dicant, In hoc præsūptuosissimē facis, & contra legem quam te perhibes æmulari, & contra propria verba quibus dixisti te in omni bona conscientia conuersatū. [Dixit autem Paulus, Nesciebam fratres, quia princeps esset sacerdotum.] Quasi diceret, Si hoc sciuisset, ad vitandū scandalum pusillorum moderatius essem loquutus, propter eum ad quo est omnis potestas. Non tamen peccauit verba prædicta loquendo, nam æquitate instigante hæc dixit: & inquantū apostolus altioris fuit episcopatus ac dignitatis, quā antistes legalis. Apostoli nanque fuerunt primi pontifices euangelicæ legis. Et sicut sacerdotium noui testamenti præferendum est sacerdotio veteris legis, & pōtificium istud illi pontificio est antepōnendum. [scriptum est enim] in Exodo, [Principem populi tui non maledicēs.] Blandē se excusauit Apostolus, ne illi in vitia laberetur. Sed pontifex iste principatum non habuit super Paulum, nec super quemquam credentium, qui Christi potestati subiecti à legali dominatione fuerunt erepti. Porrò his dictis ceruēs Apostolus, quōd omnes isti de concilio concordēs essent ad faciendum imperum contra eum, cū tamen plurimū inter se discordarent, decreuit malam eorum concordiam dissipare, & vtilem inter eos diuisionem conferre. Quemadmodum enim bonorum pax & vnio bona est, & plurimū utilis: sic impiorum concordia nocet, præsertim dum bono contrariantur communi, aut vnus alteri cooperatur. Itaque sequitur, [Sciens autem Paulus quia pars vna eorum esset] de secta & numero [sadducæorum, et altera pharisæorum, exclamauit in cōcilio, Viri fratres ego pharisæus sum, filius pharisæorum.] Non mendosē hoc dixit, nam ante conuersionem secundum pharisæorum religionem sine querela est conuersatus. Conuersus verò ad Christum, adhuc conseruatiōe sectæ istius tenebat pro loco, causa & tempore, quantum euangelica lex permisit, sicut iam patuit. [De spe et resurrectione mortuorum ego iudicor] id est à vobis condemnor, quoniam resurrectionem ex mortuis prædico, & futuram beatitudinem credentibus euangelizo. Et hoc iterum verum est, allegauitque causam suæ diiudicationis in genere, non in singulari. Non enim dixit, de resurrectione & glorificatione Christi iudicor, sed de spe & resurrectione mortuorū, quorū & Christus fuerat vnus, cuius resurrectionem prædicando, Iudæorum incurrit offensam. Ex quibus elicitur, quōd aliquando liceat vti hone sta industria, & veritate sapienter velare, vt mala maiora vitentur. [Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter pharisæos et sadducæos, et soluta] id est diuisa & disgregata [Esi multitudo] concilij. [sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem,] quia & animas hominum asseriebant mortales, [Neque angelum, neque spiritum] id est immateriales substantias, in quo eorum maxima ruditas innotescit, cum & in lib. Moyfi toties fiat de angelis mentio. [Pharisæi autem virumque confitentur] videlicet resurrectionem mortuorum, & angelos. Erant autem inter Iudæos tres sectæ, videlicet Sadducæi, qui libros Moyfi tantummodo receperunt: & pharisæi, qui etiam libros prophetarum susceperunt: & Essæi, qui fuerunt cæteris religiosiores ac meliores. Vnde nec Christum in Euangelio persequuti leguntur, [Factus est autem clamor magnus] quibusdam vociferantibus cōtra Paulum, & aliis inter se corrixantibus, [Et exurgentes quidam phari

**A**riseorum, pugnant] gladio oris sui pro Paulo contra Sadducæos. [Dicens, nihil mali inuentum in homine isto.] Et hoc verum fuit, quamuis non eo modo quo ipsi putabant, [Quid si spiritus ei loquutus est, aut angelus?] quasi dicant, Non absurdum est hoc, spiritum autem & angelum vel pro eodē accipiant, vel spiritum pro anima defuncti, vel pro spiritu dei, quamuis fidem trinitatis nō habuerint, vt apparet. [Et cum magna dissensio facta esset, timens tribunus ne Paulus discerneretur ab eis, iussit milites descendere, et rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra] p[ro]puta in turrim custodiæ captiuorum, [sequenti autem nocte astans ei dominus] Christus qui post eorum consolationem infundit, [Ait, constans esto.] qualis fuerit visio ista, non dicitur, sed puto quōd imaginaria fuit atque in somno, angelo in persona Christi apparente ac admonente [Sicut enim testificatus est de me in Hierusalem, sic te oportet et Romæ testificari.] Hoc enim à diuina prouidentia est decretum, idcirco per comparisonem ad eam necesse est adimpleri, quāuis in se contingens sit. Tibi quoque & aliis plurimis expediet testificatio seu prædicatio tua Roma. Deinde Lucas describit quemadmodum quadraginta circiter Iudæi voto se astrinxerunt, quōd nec biberent neque comederent, donec occiderent Paulum, Ideo consuluerunt pontifici, vt faceret eum adduci ad se, ad inquirendum de veritate: & ipsi in via interficerent eum. Nec est difficultas in textu [Quod cum audisset filius sororis Pauli] p[ro]puta [insidias] iussit [Venit et annunciat Pauli,] qui per Centurionem direxit nepotem suum ad tribunal, vt hæc insinuaret eidem. Quo facto, tribunus commisit cognato pauli ne alicui proderet, Beda. quōd hæc sibi intimasset, [Et nunc parati sum] Iudæi, suscipere paulum insidiosē, [expectantes promissum] iuramentum] quo eis dixisti, quōd adhuc mitteres eis Paulum ad examinandum. Verum, vt Beda hic ait, non est sapientia, non est prudentia, non est cōsiliū contra dominum. Nam & supra quamuis paulus hostias obtulerit, caput raserit, nudipedia exercuerit, & Iudæis factus sit, vincula tamen quæ prædicta fuerat, nō euasit. Et isti quamuis concilia cogitent, voueant, insidias tendant: seruatur tamen paulus, quatenus Romæ (sicut dictū erat) Christo testimonium reddat. ¶ Sciendum quoque, quōd sicut iuramentum seruandum non est, si desint comites eius, veritas, iustitia atque iudicium seu discretio: ita & de voto ritè tenendum. [Tribunus ergo conuocatis duobus centurionibus, dixit eis, Parate milites ducentos, vt eant vsque caesarem] forte pedes, [Et equites septuaginta, et lancearios ducentos a tertia hora noctis] incipiendo, tribus scilicet horis iam euolutis, seu tertia hora post mediam noctem, vel sumitur horarū istarum distinctio, secundum diuersas vigilias noctis, [Et iumenta preparate,] videlicet equos seu alia bruta ad ferendos homines apta, [Vt imponentes] milites [Paulum] iumentis, forte socios ac discipulos eius aliis iumentis, [Paulum perducerent ad felicem præsidem] tot quippe homines pugnatores misit tribunus cū Paulo, ne ei quid fieret à Iudæis. quod etiam nocte peregit, vt lateret, & seditio vitaretur, [scribens (tribunus) ei epistolam] præsidis [Hæc] verba [continentem, Claudius Lysias optimo præfidi felici salutem.] Videntur tribunus iste binominis fuisse [Virum hunc] scilicet Paulū [comprehensum a Iudæis et interfici incipientem,] tam grauius enim incepterunt eū affligere, qd mors modicæ securura videbatur, [eripui, cognito quod Romanus esset.] Quādo tribunus eripuit primò paulum, nōdum sciebat quōd esset Romanus, imò putauit quōd esset Aegyptius. Veruntamen ita scribit, quasi tunc id nouisset, ad orandum tenorem epistolæ, & vt videatur honorare Romanos, apud quos timuit accusari, quōd paulum ciuem Rom. iudemnatum ligasset ac flagellari iussisset, [Volensque scire causam quam obiciebant illi] Iudæi [Deduxi eum in concilium eorum. Quem inueni accusari de questionibus legis ipsorum] videlicet an legalia essent seruanda, an Messias venisset, & an Iesus Nazarenus esset Messias. [Nihil vero dignum morte aut vinculis habentem criminis. Et cum mihi perlatum esset de insidiis quas parauerunt ei, misi eum ad te, denuncians et accusatoribus] eius Iudæis, [vt dicant apud te] id est quæ sibi obiciunt [vale. Milites ergo per noctem duxerunt Paulum in Antipatridem.] Antipatris ciuitas est palestinae nunc diruta, quam Herodes Ascalonia rex Iudææ ex patris sui nomine appellauit. [Cum venisset caesarem, et tradidissent epistolam] præfidi, statuerunt ante illum et Paulum. Cui præfides [Dixit, audiam te cū accusatores tui venerint, insinuaque in prætorium Herodis custodiui eum.] prætorium est domus maiorum, vbi ad tractandum conueniunt. Est enim domus prætorum, id est præceptorum, secundū Bedam. O Felix præfides, quā verè felix fuisset, si agnouisset qualis & quantus fuerat iste tibi directus, & manibus tuis ad tepus subiectus: quā humiliter eum suscepisses, quā reuerenter tractasses, sicut Cor. Cetero petrum. Et nunc quia id non nouisti, neque per paulum conuerti meruisti, quem tamen pro tua conuersione sæpe orasse non ambigo, miser potius quā felix fuisti.

Expofitio capitis vigefimi quarti. [post quinque autem dies.]  
 Articulus XXXIII.

**P**ost quinque autem dies descendens princeps sacerdotum ananias cum senioribus] quibusdam Iudæis, [Et tertullo quodam oratore] id est viro eloquente seu rhetore, qui esset aduocatus, & verbis ornaret materiam, vt causa eorum rationabilior videretur. Eloquentia enim animum mollit, & ad consentiendum aures inclinat, nisi sapientia aduenientibus adit atque iustitia, [qui audierunt præsidem] Felicē, in Caesarea [aduersus Paulum. Et citato Paulo, cepit accusare Tertullum, dicens, Cū in multa pace agamus per te] id est valde pacificē tuo viuamus regimine. [Et multa corrigantur per tuam prouidentiam.] præfidentis enim est bona conseruare, imò & in melius commutare, mala corrigere, & collapsa in pristinum reformare, [Semper] id est omni tempore quo nobis præfuisti, [Et vbique] in nostra prouincia [suscepimus te optime felix cum omni] id est plena Gratiarum actione. In primis rhetor iste iudicis benevolentiam captat, eumque vehementer commendat, vt blandis alliciat sermonibus, nec ab eis dissentiat, quos suis beneficiis conspexerit adeo gratos.

Psalms. 2.

[Ne autem diuitius protraham te]. i. ne longiori te proœmio occupem, quamuis multo amplius sis laudandus, nempe cū iudex sis, multa habes peragere, nec vacat tibi vacare præiudici [oro, breuiter audias me pro tua clementia]. i. propter tuā pietatem, si non ob merita nostra. [inuenimus hunc hominem pestiferum]. i. inanimarum infectorē in cathedra pestilentie residentem [et concitantem seditionem omnibus iudeis in vniuerso orbe] auertendo quosdam eorum a lege patrum suorum ad nouā legem. Propter quod inter eos & alios in pristina lege manētes seditio oritur [et authorem seditionis scēta Nazarenorum]. i. vnum de principalibus prædicatoribus Euangelicā nouā que legis, quam non arbitramur nisi seditionis originem, sectam seu hæresim Nazarenorum. i. Christianorum, qui tunc a Iesu Nazareno, Nazareni a Iudæis quodam vocabantur opprobrio. Postea verò in Iudæa hæresis cōsurrexit quorundam, qui Iesum esse Christū & dei filium de virgine natū credentes, cum Euangelio simul legalia obseruauerunt. Vnde cū Iudæi voluissent esse & Christiani, nec Iudæi fuerunt nec Christiani. Et isti hæretici vocati sunt Nazareni [Qui etiam templum violare conatus est] inducendo in illud Gentiles, quod sibi mendaciter imposuerunt, quanquā conuersi Gentiles digniores fuerunt ingredi templum, quā infideles Iudæi. [quem apprehensum]. i. tentū & captū a nobis [secundum legem nostram iudicare volumus] dānando eum, tāquam legis diuinæ violatore atque blasphemū. [superueniens autem Lysias tribunus cum magna vi eripuit eum de manibus nostris, a quo] Lysias [Potens] [tu] [ipse iudicans, de omnibus istis cognoscere veritatem]. Quasi dicat, Res attestabit verbis nostris [Respondens autem Paulus annuente sibi præside dixit. Ex multis annis te esse iudicem genti huius scēti, bono animo pro me satisfaciam.] Non præmisit Apostolus verba mulcentia sicut Tertullus, sed ipsa veritate fuit contentus. [Neque in templo inueniunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem populi, neque in synagoga, neque in ciuitate.] Et quamuis ista fecisset Apostolus prædicando de Christo, non tique offendisset, quia & alij apostoli præsertim Petrus & Ioānes ante eū ista fecerunt, quibus & Christus præcepit, Eratis mihi testes in Hierusalem. [confiteor autem tibi, quod secundum sectam] id est Euangelicam legem, & fidem ab aliis diuiliam [quam dicunt hæresim, se deservio deo patri meo] qui per gratiam singularem & deuotissimū cultum est specialiter deus & pater meus [Credens omnibus que in lege et in prophetis scripta sunt] tanquam verbis diuinitus reuelatis aut scriptis spem habens in deum, quam et hi ipsi expectant] videlicet [Resurrectionem futuram] in die nouissimo [iustorum et iniquorum]. Ex quo elicitur istos de pharisæorum secta fuisse, non Sadducæorum, & quod pharisæi instātius persequuti sunt Paulum quā Sadducæi. [Post annos autem plures] à mea ad Christum conuersione [Elemosynam facturus in gentem meam] id est Christianis in Hierusalem habitantibus allaturus collectas, eis a gentibus conuersis missas [venti in Hierusalem, et oblationes et vota factururus] ibidem in templo, secundum quod Iacobus & seniores Christiani cum ipso, mihi suaserūt [in quibus inueniunt me purificatum in templo] quia in hoc legalia obseruauerunt, & dies purificationis prædicauit, vt dictum est supra. [et apprehenderunt me] in templo [clamantes] coram tribuno. [Tolle inimicum nostrum. quidam autem ex Asia Iudæis, quos oportebat apud te præsto esse] si satisfactio ista deberet reputari idonea. Quoniam accusator & accusatus simul coram iudice debent consistere. [Aut ipse] id est Iudæi isti hinc stantes [Dicam si quid inueniunt in me iniquitatis. Nam quæ mihi obiciuntur ex Asianorum habuerunt relatu] cum stare in concilio eorum] Hierusalem [nisi de vna hac solummodo voce. Quoniam de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis. Distulit autem illos Felix] non statim expediendo Iudæos [certissime sciens de via hac,] quia iam nomen Christianorum sibi innotuit, & multos esse Christianos cognouit [Dicens, cum Lysias tribunus descendit, audiam vos] dō Iudæi [insuque Centurioni custodiri eum] videlicet Paulū [et habere requiem] Vt liberè ingredi posset & egredi [Nec quandoquam prohibere de suis] puta discipulis Pauli [Ministrare ei. Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, que erat Iudæa.] Fuit quoque vt in Scholastica fertur historia, pulcherrima, & relicto viro priori, nupti huius Felici. Et quoniam fuit Iudæa, Paulum libenter audiuit [Vocauit Paulum et audiuit ab eo fidem que est in Christum Iesum. Disputante autem Paulo de iustitia et castitate, et iudicio futuro, tremefactus Felix respondit.] De his tribus Paulus differuit: quoniam contra iustitiam ex incōsuetudine Felix coniugem istam adeptus fuit. Quod & ipse cognoscens non immeritō contremuit, auditō quōd à deo esset iudicandus: sed non retiguit eum spiritus sanctus completè, nec conuertebatur ad fidem, sed dixit, [Quid nunc attinet loqui?] de his? Quasi dicat, Non ideo te vocauit vt tractaremus de istis [Vade. Tempore enim opportuno accersam te. Simul et sperans quia pecunia daretur a Paulo] quem vidit tot spiritualium hominū parrem, a quibus putauit eum plurima collegisse [propter quod et frequenter accersens eum, loquebatur cum eo] vir cupidus & voluptatibus deditus, atque ob id ad Euangelicā sapientiā susceptionem indifpositus & indignus. [Biennio autem expleto accepit successorem Felix Porcium Festum] Hoc de biennio conuersationis Pauli in Cæsarea, non præsententiæ Felicis, Beda exponit: in Scholastica tamen historia dicitur, quōd nondum fluxerant duo anni ex quo Paulus venit Hierusalem, idcirco ibidem exponit de biennio ab accusatione, qua Iudæi accusauerunt Felicem apud Neronem imperatorem, & biennio ab accusatione ista expleto, amosque est à præsidatu, & substitutus est ei Festus. [volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vincatum] vt per hoc in sine præsidatus sui placeret Iudæis.

Expositio cap. xxv.

[Festus ergo.]

Articulus xxv.

Estus ergo cum venisset in prouinciā Iudææ, seu Syriæ Palæstinæ cui præses fuit directus [Post triduum ascendit Hierosolymam] videre regiam urbem atque metropolim Iudæorum, & fortè ob alias causas [A Cæsarea] Palæstinæ de qua sæpe dictum est [Audiuerunt que cum principes sacerdotum, etc.] vt Paulū ad eos transmitteret, volentes eū in via extinguere. [resus autem respondit seruari Paulū in Cæsarea.]

A se autem maturius profecturum] id est tempore opportuno ad Cæsaream descensurum. Deinde [Descendit Cæsaream, et sedit pro tribunali, et iussit Paulum adduci.] Quo adducto [Circumsteterunt eum iudei] qui cū Festo contra eum à Hierusalem descenderunt [Multas et graues causas obicientes, quas non poterant probare. Paulo autem rationem reddente, dixit ei Festus, Vis Hierosolymam ascendere, et ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto] quia & tribunal Festi fuit imperatori subiectum, & vt aliqui dicunt, Paulus stetit ad quam sedem quā Herodes parauerat Cæsari, si quando eō veniret, vt resideret in ea, vel iudices mitteret [vbi] vpote apud Cæsarem [Oportet me iudicari. Cæsarem appello] quod ideo fecit Apostolus, vt prædicationi Romæ infisteret, & quia id Christus sibi prænunciavit. [Tunc festus cum A. 2. 3. concilio locutus, respondit, Cæsarem appellasti, ad Cæsarem ibis. Et cum dies aliqui transacti essent, Agrippa rex] A. 2. 3. filius Herodis Agrippæ ab angelo percussus, vt dictum est [Et Beronice] quam Beda vocat sororem Agrippæ, quod secundum Hebræum idioma accipiendum esse dicit Scholastica historia, quia fuit cognata Agrippæ, & aliqui asserunt quod fuit vxor ipsius, vel quasi vxor, quia maximè diligebat eam, habuitque nomen quōd ea abuteretur [Descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum. qui indicauit regi de Paulo dicens, Audierunt me principes sacerdotum in Hierosolymis, postulantes aduersus illum damnationem, ad quos respondi, quia non est Romanus consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, præsentem habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina] quæ ei obiciuntur. Lex ista valde rationalis fuit & pia, non enim leuiter damnandus est aliquis, nec omni credendum spiritui: sed audienda est altera pars, & causa vtriusque diligenter tractanda, responsio quoque partium aduertenda. [Quæstiones quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum] scilicet Paulum [et de quodam resu defuncto, quem Paulus affirmabat viuere. [Festus iussit tanquam homo gentilis, legem seu ritum Iudæorum superstitione quādam putauit. [Paulo autem appellante, vt seruaretur ad Augusti cognitionem] id est vt viuus mitteretur ad imperatorem, & audiretur ab eo [iussit seruari eum.] Romani autem imperatores ab Octauiano potentissimi imperatore, quia rem publicam maximè auxit, atque ob id Augustus vocatus est, non è Augusti sortiti sunt. [Agrippa dixit, Volebam et ego hominem audire. Altera die cum venisset Agrippa, et Beronice cū multa ambitione] id est cū grandi apparatu & fastu [subente festo adductus est Paulus.] &c. [De quo] Paulo [Quid ceruum scribam] ego festus [Domino imperatori] Neroni [non habeo] &c. [Sine ratione enim] id est irratiōnabile [Mibi esse videtur, mittere vincatum] ad iudicem [Et causam eius non significare] verbis aut scriptis.

Explanatio cap. xxv i. [AGrippa vero ad Paulum ait.]

Articulus xxv i.



Agrrippa vero ad Paulum ait, permittitur tibi loqui pro tempore] id est damus tibi licentiam te excusandi veridicè. [Tunc Paulus extenta manu] more concionantium, & vt verba eius diligentius auscultarentur [Cæpi rationem reddere dicens, De omnibus quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, me aslimo beatum] id est innocentem, vel beatitudinem quandā adeptum [Apud te cum sim defensusus me hodie. [Quia cum sis notitiam legis habens, coram te tanquam viro perito libentius respondebo [Maxime sciente te omnia] saltem in genere [Quæ apud Iudæos sunt consuetudines et quæstiones. Propter quod obsecro patienter me audias. Et quidem vitam meam] &c. qualiter à iuuentute inter Iudæos in Hierusalem vixi] Sciunt Iudæi, quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi pharisæus.] Secta autè pharisæorum famosa atque notissima fuit. Cōnumerat quoque Aposto. se Iudæis, dicendo, nostræ religionis, videlicet, Iudaismi seu veteris testamētī, loquens de se pro tempore iuuentutis suæ. [Et nunc in spe reprobationis] æternæ hereditatis, seu Christi, & beneficiorum ipsius [Quæ ad patres nostros facta est à deo] qui ista patriarchis & prophetis reuelauit atque promisit [In qua duodecim tribus nostræ] i. aliqui de duodecim tribubus Israël [Nocte ac die seruiens] deos speram decernere] vt bona promissa obtineant. Quod de cōuersis Iudæis certum est veritatem habere. De incredulis quoque, quodāmodo uerū est, quāuis inordinatè deseruiant, & in modo expectandi bona promissa multipliciter errent. [De qua spe accusor à Iudæis dō rex.] Nam mihi imponunt, quod mendaciter assero spem Ios. 3. istam in Iesu Nazareno partim impletam, plenitiusque complendam, quando electi per ipsum corporis Roma. 8. & animæ glorificationem plenariam consequentur. Gratia nanque & veritas per Iesum Christum facta est, & credentes in Christum, hereditatem cælestem suscipiunt, à reatu originalis peccati eruantur, ac varia gratiæ dona nun capiant. [Quid incredibile iudicatur apud vos, si deus mortuos suscitauit] id est inter eos qui Mofe legem suscipiunt, non debet incredibile reputari suscitatio mortuorum, cum quidam in lege potestate diuina id egerint, vt Helias & Heliseus. Idcirco quod ego assero Iesum à deo resuscitatū, non debet incredibile iudicari, [Et ego quidem existimauit me] &c. Hic resumit Apostolus modū suæ conuersionis, patetque littera ex præiudiciis. [Et per omnes synagogas puniens eos.] Non absolutè per omnes, sed per omnes, circa vel intra Hierusalem. [Vidi super splendorem solis circumfulsisse me lumen, et eos qui simul mecum erant] ita quōd claritas illa cælestis videbatur splendore solis lucidior, eo modo quo stella Magis apparet, cæteris stellis fertur fuisse micantior: quia sic apparebat his, quorum visui fuit propinqua. Denique claritas illa desuper fusa, fuit splendidior claritate solis recepta in terrenis corporibus, eisque subiectiue inhærente. Ex quo tamen non sequitur, quōd fuit maior luce solis, quæ soli inhæret. [Omnes nos cum decedissemus in terram.] Superius dictum est quōd Paulus in terram conuerit: hic verò adiicitur, quōd omnes comites eius in terram collapsi sint, vtique præ timore & admiratione. [Audiui vocem dicentem mihi Hebraica lingua.] Quōd vocem audierit, supra iam dictum est, non autem quōd fuit Hebraica. [Saul Saul, quid me persequeris?] &c. [Exurge et sta supra pedes tuos.] Hoc quoque dominus loquitur Ezechiel, Fili hominis, sta supra pedes tuos & loquar tecum. Per quod designatur, quōd intellectu atque

1. Reg. 12. 4. Reg. 4. Act. 7. Act. 9.

Act. 9.

Ezech. 3.

affectu mentali erigi debet ad deum, qui diuinarum reuelationum secreta percipiet. [Ad hoc enim apparui tibi] ego Iesus Nazarenus [vt constitutum te in ministrum] id est euangelizatorem [et testem eorum que vidisti, et eorum quibus] id est in quibus [apparebo tibi] id est procedente tempore tibi reuelabo [Eripians te de populis et gentibus] scilicet Iudeis atque gentilibus [in quos ego nunc mitto te, aperire oculos] id est illuminare corda [eorum, vt conuertantur de tenebris] ignorantie & peccati, presentimque idololatrie [Ad lucem] quæ Christus est, qui ait, Ego sum lux mundi. Ad lucem quoque Euangelicæ veritatis [et de potestate Satane] cuius serui fuerunt impiè conuersando [ad deum] pœnitendo enim, & in Christum credendo taliter conuertuntur [vt accipiunt remissionem et sortem] id est partem [inter sanctos] videlicet dona gratiæ in presenti, & dona gloriæ in futuro [per fidem que est in me] id est tendit & ducit ad me, & meam diuinitatem sub ratione primæ veritatis habet pro obiecto, [Vnde non fui incredulus celesti visioni] putando eam phantasticam. [Sed omnibus annuntiabam vt pœnitentiam agerent, et conuerterentur ad deum] contemptum bonis variabilibus & caducis [digna pœnitentiæ opera facientes] vt scilicet tâto maiora ac strenuiora essent pœnitentiæ opera, atque ex præcordialiiori cõtritione proceduntia, quantò plura & enormiora fuissent peccata. Sic & Ioannes baptista hortatur, facite [in quibus] dignos pœnitentiæ fructus [auxilio autem dei aditus] sicut in culmine virtutum immobilis [Vsq; in hodiernum diem testificans] minori atque maioribus] quod Iesus sit Christus, & sine conuersione ad ipsum, nulli sit salus [Nihil extra dicens, quàm ea que propheta sunt loquuti] id est in nullo ab illis discordans, imò ea dico impleta, quæ ipsi prænunderunt implenda [si] pro quia [passibilis Christus] fuit, nam eum pro mundi salute passurum dixerunt propheta [si primus ex resurrectione mortuorum] id est inter mortuos suscitatos primus non tempore, sed dignitate & causalitate, & quia propria virtute seipsum suscitauit, quamuis non secundum idem contenerit ei mori & suscitari ad mortuis. Verbum istud superiori plenius fuit expositum capitulo [lumen annunciat rus est populo] Iudeorum [et gentibus]. Hoc enim prænunderunt propheta, hoc prædicauerunt Apostoli: quod Christus sit lumen hominum vniuersorum, lumen vtique corda illuminans, Euangelicam sapientiam docens, ad felicitatem veram perducens. De quo Symeon iustus professus est, Viderunt oculi mei salutem tuam. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium. Et Esaias, Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Item que Ioannes, Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [Hæc loquente eo] scilicet paulo [Festus voce magna dixit, in his paulo. Multa te literæ ad insaniam conuertunt.] Quemadmodum stultam fecit deus sapientiam huius mundi, ita & filiis huius seculi stultitia videtur sapientia dei. Rursus irrationabilis excessus visus est. Festo verò gentili, quod paulus tot supernaturalia prædicauit, quod captiuitatis & vinculo- rum suorum quasi inmemor factus, de puritate conscientie suæ coram deo, de resurrectione mortuorum de communi hominum salute, fecit sermonem. [et paulus, Non insanio, inquit, optime Feste, sed veritatis et sobrietatis verba loquor.] Mirum videri potest, quod sanctus veridicusque Apostolus, virum infidelium gentilem, optimam nominat. Sed optimus, id est valde bonus erat, loquendo de bonitate morali, quantum ad virtutes acquisitas ac naturales: sicut & multi gentiliū eminenter boni fuisse leguntur, vt Hector & Iulius. Vnde & de Hectore refert philosophus, quod potius videbatur filius dei quàm hominis [scit enim de his rex, ad quem et constanter loquitur] non pauens vt moris est aliquibus, qui si cū aliqua eminenti persona loqui debeant, contremiscunt. [Latere enim cum nihil horum] arbitror. Neque enim in angulo quicquam horum gessum est. Non adulatorie, sed veraciter loquutus est Iste Apostolus, quia Agrippa imbutus fuit lege & ritibus Iudæorum. Rumor quoque miraculorum, documentorum, mysteriorumque Christi & discipulorum ipsius ad eum copiose peruenit. Et vt refert hinc Beda, Agrippa rex in concione quadam ad Iudæos habita fertur dixisse, Si de religionis auxilio præsumitis, cum vrbem iam Romanam discipuli Iesu repleuerint, haud sine nutu dei, putamus illam crescere religionem. [Agrippa autem dixit ad paulum, tu modico] id est pro parte [me suades fieri Christianum. et paulus, Opto apud deum, et in modico et magno, non tantum te, sed et omnes qui audiunt, tales fieri quales et ego] scilicet Christianos omnino. [Excepit vinculis his] id est dempto quod non essent vincula vt ego. [Sed cum vinculum esse, vt fuerat paulus, fuerit maxime meritorium, quare id excepit apostolus?] Est respondendum, quod illud excepit, non quia in se malum, aut quia non meritorium, sed sub ratione penè duntaxat, vt scilicet, quid pœnæ secundum se, sic enim optandum non fuit, sed per relationem ad fructum multiplicem [Agrippa autem festo dixit, Dimitti poterat homo iste, si non appellasset cesarem.]

Ioannis. 1.

Ioannis. 1.

Luce. 3.

Ioannis. 6.

Treno. 4.

Danie. 9.

Ioannis. 1.

1. Corin. 1.

Ioannis. 18.

Expositio cap. xxvii. [Vt autem adiudicatum est.]

Articulus xxvii.



Vt autem adiudicatum est] id est posteaquam Agrippa & Festus iudicauerunt [Eum scilicet paulum] [navigare in italiam] puta ad Romam & imperatoris [Tradidit paulum] Festus præses [Cum reliquis custodiis] id est ceteris captiuis. [Centurioni nomine iulio, cohortis Augustæ] quia hic Iulius fuit magister atque ceterio super cohortem seu turbam militum, quos Imp. Rom. misit, qui etiã Augustulus nominatus est, ratione præhabita] Ascendentes autem Adrumetina] Adrumes Adrumetina nomen est ciuitatis in Aphrica, inde dicitur naus Adrumetina, quasi de oppido illo [Incipientes nauigare, cum Asia loca susulimus, sequenti die venimus Sidonem] quæ olim insignis fuit vrbis Phœnicie. [Humane autem] id est vrbane, charitatiuè, & piè. [Tradans iulius Paulum] cuius sapientiam & virtutes fuerat sepe expertus [permissi ad amicos suos] [ire et curam sui agere] ad necessitatem, non ad voluptatem in his que corpus requirit [in inde] vitore à Sidone [cum susulimus, subnauigauimus Cyprum] contra propositum [Propterea que essent venti contrarij] nostro optato processui [Et pelagus Cilicie et Pamphylie] de quibus locis di-

atum est supra [Nauigantes venimus Lysstram] ciuitatem [Que est] vrbis provincie [Lycie, et ibi inueniens centurio nauem Alexandriam] de Alexandria ciuitate Aegypti [Nauigantem in italiam, transposuit nos in eam. Et cum multis diebus tar de nauigaremus, et vix venissemus contra Gnidum] quæ ciuitas est, vel promontorium Doridis provincie minoris Asiae Cretam respiciens [Vento nos prohibente ad nauigauimus Cretæ] ciuitati, seu insulæ [iuxta Salmonem] ciuitatem maritimam illius insulæ. [Et iuxta] Salmonem] Nauigantes, venimus in locum quemdam, qui vocatur Boniportus, cui iuxta erat ciuitas Thessala. Multo autem tempore ibi peractis, cum iam non esset tuta nauigatio, eo quod icinium iam præterisset] id est fames magna præterisset & fatigasset nautas in naui, reddens eos ad labore infirmos, vt quidam exponunt, quod tamen non videtur competere, quia vt infra habetur, in naui erat copia rerum. Vnde quidam exponunt de quodam icinio legis circa hyemem vel in hyeme. In hyeme autem non est tutum nauigare [consolabatur eos paulus dicens, Viri video] id est ex signis tempestatem confidero, seu deo reuelante cognosco. [Quoniam cum iniuria et multo damno, non solum oneris] id est reru quæ vehuntur in naui [et nauis, sed etiam animalium] nostrarum, incipit esse nauigatio] id est cum periculo vitæ nostræ. Anima enim hic pro vita animalis sententia accipitur. Centurio autem gubernatori & nauclero, i. rectori & domino nauis [Magis credebat quam paulo] sequens in hoc sensum humanum, quod vnicuique in sua arte experto amplius creditur. Quod & ideo fecit, quia portus in quo erant non fuit ad hyemandum idoneus, ideo ad naucleri consilium contra consilium Pauli transnauigauerunt. Ideo subditur, [Et cum aptus portus non esset ad hyemandum] quamuis comparatiuè loquedo apertus fuisset, prout Paulus cõsultuit [statuerunt consiliu nauigare inde, si quo modo possent deuenientes phœnicem] alium quemdam portum Cretæ sic dictum [Hyemare, apud portum Cretæ respicientem ad Aphricum et ad Corum] ventos sic dictos. [Aspirante autem austro] id est vento australi [Æstiuantes propositum se tenere] id est portu aptiorem attingere [Cum susulissent de Asson] Superius dictum est Thallam vocari vrbem Cretæ, vbi centurio cum nautis & captiuis multum tempus peregerunt, à quo loco non leguntur soluisse. Quomodo ergo hic dicitur, cum susulissent de Asson] cum Asson superius commemorata sit esse ciuitas Asiae maritima? Ego opinor (saluo doctorum iudicio) eundem locum qui prius Thallam dicitur esse, nunc dicitur Asson, quod forte scriptorum vitio accidit. Aliàs videretur hic à Luca multa omitti, quod non patitur consequentia historiæ [Legebatur Cretam] hoc est, littus illius insulæ præternauigabant. [Non post multum autem] id est post breue tempus [Misit se contra ipsam] Cretam seu nauem [Ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo]. Dicitur ventus Typhonicus, qui inflat & intumescere facit mare, maxime nauigantibus infestus, non solum antennis, sed etiam nauigia ipsa confringens. Generatur autem hic ventus, dum exhalatio terrestris, vntuositatis non omnino expertis, in nube conclusa per foramen egreditur, & pars egressa à terrena reflens, ratione caloris reascendens parti alteri descendens circulariter inuoluitur. Arbores quandoque eradicat, tecta atque ædificia alta deiicit. Dicitur autem Typhonicus, à verbo Græco Typho, id est accendo. [Quumque arrepta esset nauis] impulsu venti istius [Et non possit conari in ventum] id est resistere ei [Data nauis] id est pristina directione cessante ab ea, & incerto euentui commendata [Flatibus ferebantur] scilicet in incertum, quia colligere vela cœperunt. [In insulam autem quidam decurrentes, que vocatur cauda] quam tamen occupare non poterunt [vix potuimus obtinere] id est comprehendere seu attrahere [Scapham] quam de naue deposuerunt in mare in adiutorium nauis. Scapha nanque impetu fluctuum penè rapta fuit. Et dicitur scapha leuis nauicula, ex vna tantum arbore excauata, vel nauis modica ex vimine facta, & crudo corio tecta. Est autem nomen à Græcis sumptum, apud quos scapha alueus, concauitas, fossura dicitur. Deferuntur huiusmodi nauiculæ in nauibus, & imminente naufragio, deponuntur in mare ad succurrendum naui, vt accingatur et in prociuetu tempestatem armetur. Hinc subditur, [Qua sublata, adiutorijs vtiebantur accingentes nauem] ne vi ventorum & fluctuum laderetur. [Timentes autem ne in syrtim incidrent, submisso vase] id est aliquo ponderoso in aquæ demisso ad retardandum cursum nauis, [sic ferebantur.] Porro Syrtis vocantur arenosa loca in mari valde horrenda, in sine Aphricæ sita, quæ inaccesia reddit vadofium ac reciprocum mare: suntque periculosa valde propter æstus, id est motus inquietos, & arenæ copiam. [Valde autem tempestate nobis quassatis, sequenti die iactum fecerunt] vt enilia eiiciendo de nauis pro releuamine eius [Et tertia die suis manibus armamenta nauis protulerunt. Neque sole autem] in die [Neque syderibus apparentibus per plures dies, et tempestate non exigua imminente, iam sublata erat spes salutis nostræ] corporaliter videlicet euasione de mari, ita quod desperauimus nos posse mortem euadere. Et hoc verum est quantum ad illos gentiles, & quo ad naturalem potentiam ac spem. Paulus tamen & eius discipuli diuina virtute crediderunt se euasuros, eo quod sapius paulo fuisset diuinitus reuelatum, quod Romæ foret prædicaturus [et multa icinatio fuisset] id est cum diu icinassemus, vel pro euasione periculū, vel ex victualium inopia, vel ex desolatiōe qua cibus vertebatur in nauis [Tunc stans Paulus in medio eorum dixit, Oportebat quidem o viri, audito me non tollere à Cretæ] id est contra consilium meum non debuissetis à loco illo prætato nauigasse [Lucricio facere iniuriam hanc et iacturam]. i. non incurrere tantum damnum rerum vestrarum. [Et nunc suado vobis bono animo esse. Amisio enim nullius animæ] id est personæ seu vitæ [Exit ex vobis] sepe enim ponitur pars pro toto, præterquam nauis quæ destruetur. [Astuit enim mihi hac nocte angelus dei] vel in imaginaria visione tempore somni, vel in vigilia manifestè [Cuius] dei veri ac omnipotentis [Sum ego] non tantum per creationem, sed & præcipuam dilectionem ac deuotionem, prouidentiamque specialem circa me [Et cui deservio] in actibus latricæ [Dicens, ne timeas Paule. Cesaris te oportet assistere. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum]. i. meritibus sanctitatis omnes illos ab imminente præseruabit periculo tempestatum. [Propter quod bono animo estote viri. Credo enim deo meo] qui licet sit omnium deus creatione & gubernatione ac remuneratione: specialiter tamen deus meus est, per singularem quam ad ipsum habeo, charitatem & cultum. [Quia sic erit quemadmodum dictum est mihi. In insulam autem quãdam oportet nos deuenire.]

Actu. 18.

Hoc eis prædicit quatenus id impleri cœrentes, de veritate verborum Pauli non dubitent. Denique Paulus ista dicendo, nō seipsum iactabat, sed illos ad fidē prouocabat. Nam & ideo pelagus turbari permittum est, vt & per id quod Paulus auditus non est, & per id quod auditus est, specialis eius gratia panderetur. [Sed posteaquam quartadecima die nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediā noctem suspicabantur nauis apparere sibi aliquam regionem. Et submitentes] id est in aquam demittentes [Bolidem] hoc est, pondus plumbi aut similibus rei, qua maris profunditas inuestigatur [Inuenerunt passus viginti] profunditatis maris ubi erant. [Et postillum inde separati, inuenerunt passus quindecim] ita quod profunditas cœpit minor inueniri. [Timentes autem ne in aspera loca inci deremus] ubi nauis progredi non valeret [De puppi mitentes ancoras quatuor] in aquam ad nauem figendam [Oprabant diem fieri] vt cautius sibi prouiderent. [Nauis vero quærenibus fugere de nauis] non enim credebant verbis Pauli, quibus asseruit sibi diuinitus affirmatum quod meritis suis omnes euaderēt [Cum misissent se apham in mare.] Quid sit scapha prædictum est [Sub obtentu quasi in ciperem] a proa ancoras extendere, dextrā paulus] intentionem nauarū deo reuelate cognoscens [querisoni et militibus. Nisi hi in nauis manserint, vos salui fieri non potestis] nō quod deus vnū illorum sine alio non posset eripere, sed quia ab eo decretum fuit, vt omnes pariter de periculo pelagi saluarentur. Nec tamen prouidentia aut prænunciatio dei imponit rebus absolutam necessitatem. [Tunc absiderunt milites funes scaphæ, et passus sunt eam excidere]. i. perire se perdidit. [Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes cibum sumere dicens, Quartadecima die hodie expectantes, ieiuni permanetis, nihil accipientes.] Non est verisimile, quod infra quatuordecim dies nihil comederint, sed quod parum est pro nihilo computatur. Vel quartadecima die qua Paulus hæc dixit, nihil de cibo sumperunt. [Propter quod rogo vos cibum accipere pro salute vestra] id est corporis sanitate & confortatione, seu etiā animæ salute, ne inordinatē ieiunando, seipfos interemisse iudicarentur [Quia nullius vestrum capillus de capite peribit] hac vice, præsentia tempestate. [Et cum hæc dixisset, sumens panem gratias egit deo in conspectu omnium, et cum fre gisset cepit manducare. Animæ quoque animæ facti omnes, et ipsi sumperunt cibum. Erant autem vniuersæ animæ] id est homines [In nauis, ducentis septuaginta sex]. Et satiati cibo, alleuiabant nauem iactantes triticum in mare] Iam enim & Paulus eis prædixit nauem periclitandam. Pont autem hoc loco Lucas partem hominis, sicut licet animam, pro toto homine, sicut in Genesi legitur Iacob in Aegyptum descendisse in animabus sexaginta sex. [Cum autem dies factus esset, errant non cognoscebant, sinum vero] id est portum seu aliū locum consimilem [Quandam considerabant habentem litus, in quem cogitabant si posset enicere nauem.] Et cum ancoras sustulissent] quas paulo ante in aquam miserunt [Committentibus se mari] sine conatu nauigij, videntes quod seipfos iuuare multum non possent [simul laxantes iuncturas gubernaculorum nauis, et leuato artemone] id est modico velo, directioni potius quam celerati nauis accommodato [Secundum auræ flatum, tendebant ad litus. Et cum incidisset in locum ditatissimum] id est cœcursum duorum marium, vel isthmum, id est linguam quandam terræ in mare protensam mari vtrinque circumdatam [Impegerunt nauem] quæ in hunc locum offendit. [Et proa quidem fixa manebat immobilis] vt pote ipsos æquoris fundo violenter infixæ, & solo retenta [Puppis vero soluebatur à vi maris.] id est maris impetu frangebatur. Puppis autem est posterior pars nauis. [Militum autem consilium fuit vt custodias] id est vincetos & captos [Occiderent, ne quis cum enataisset effugeret.] centurio vero volens seruare Paulum, prohibuit fieri] quia & Paulus vnus fuit vincetorum [Iussitque qui posset natæ, mittere se in mare primos, et euadere] vt eorum euasione conspecta, aliorum auerteret fiducia [vt alios in tabulis ferebant. Et sic factum est, vt omnes animæ] id est homines [euaderent ad terram] vt Paulus veridicus monstraretur.

Expositio cap. xxviii. [Et cum euasisset periculum.]

Articulus xxviii.



Act. 27.

**E**t cum euasisset periculum] tempestatē marinæ [Tunc cognouimus] ab habitatoribus loci illius. [Quia Mitylene insula vocabatur] Naufragium tamen hoc vt quibusdam placet, in Adriatico mari accidisse videtur. Nam proximè præcedenti capitulo scriptum est, nauigantibus nobis in Adria. Adria autem [vt dicitur] non solum vrbs est Italiæ ad mare quod vocatur ab ea Adriaticum vel Adriacū, sed ponitur etiam Adria pro ipso mari Adriatico. Vnde hoc loco haud esse legendum, Mitylene insula vocabatur: sed legēdum eis apparet. Meligina insula vocabatur. Nam Meligina vel vt alij appellant Mitylene, est insula in Adriatico mari, Dalmatiæ adiacens, nō longè à Corfya nigra distans, & Garganū Apuliæ montē ex opposito cōspiciens. Sunt alij qui putant legendū esse, Melite insula vocabatur. Nāque Pachino Siciliæ promontorio insula Melite versus meridiem adiacet. Ex hac insula post naufragiū esse nauigatum, hoc illis est argumentum, quod post egressum de insula immediatē in textu subditur, Et cum venissemus Syracusas. [Barbati vero præstabat non modicā humanitatem nobis]. i. multū benignè se habuerunt ad nos, cū tamen barbari soleant esse crudelēs & inhumani, sed tunc ad misericordiā moti sunt, cōsideratione grauissimæ tribulationis, quæ tū diu afflixerat istos. Porro præter Hebræos, Latinos & Græcos, ceteri, Barbari appellantur. [Accensa enim pyra]. i. lignorum strue] Resicabant nos omnes propter hymbrem quæ imminēbat ex frigus] vnde dedicatione velitiū, & corporis calefactione indiguimus] Cum cōgregasset autem Paulus sarmen torū aliquantulā multitudinem]. i. lignorū fasciculū [Et imposuisset super oēm] pro eis fomētō & incrementō [Vt pergerat] occultè latens inter sarmēta [A calore cum processisset]. i. calore fugiens erupisset [Inuasit manū eius. Vt ergo viderunt Barbati pendentes bestiam de manu eius, ad inuicem dicebant, Vtique homicidā est homo hic.] In hoc nō multū errabant, quod cum homicidā dicebant, licet manu propria nō intererent quenquā, quāuis in iudiciō de causa errauerūt, Non em̄ in peccati vltionē, sed ad sanctitatis suæ ostensionē, diuinæque potestatis declarationē ista res cōtigit. Vnde quæ subdūt verū nō est [Quia eū euasisset de mari, vltio eū non

**A** sine viuere. et ille quidem exciens bestiam] venenosam [In ignem, nihil mali] pœnalis [Passus est] ab ea. [Vt illi asserunt] cum in tumorem conuertentur] instar eorum qui veneno infecti sunt [Et subito casurum et mori] & naturaliter ita fuisset, nisi supernaturalis virtus actionem naturalium impediuisset causarū [Diu autem illis expectantibus, et videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se]. i. mutud se aspicientes [Dicebant eum esse deum.] Et hoc aliquid verum fuit, quāuis non eo modo, vt illi putabant. Fuit autē deus quidē per gratiam excellentē modo quo scriptū est, Ego dixi dii estis. Et itē, Diu fortes terræ vehemens eleuati sunt. Natura quidē operātis quodāmodo transformatur in id cuius operationibus præcipuè cōformatur, iugi- P sal. 81. tēque in glitit. Ideo sicut carnalis homo dicitur porcus, sic spiritalis ac virtuosus, ac cōtēplatiuus, dicitur P sal. 46. deus. Iudices quoque & prælati in scripturis dii vocantur, secundum quod Moses ait, Seruus applicabitur ad deos. Et rursum, Ad deos causā præueniet. Itēque, Diis nō detrahes. Rursus propter eminentiā potestatis Pauli ad faciendā miracula, deus quodammodo fuit. Sic enim ad Mosen dominus ait, Cōstitui te deū Pharaonis. Iuxta hos modos, etiā secundū Philosophos, homo solus, dicitur deus vel bestia. Præterea gentiliū stulta cæcitas deū putauit quicquid vltra cōmunē cursum aut seriē, magnū atque insolitum aliquid peragebat. [In locis autem illis erant prædia in sula principis nomine Publij, qui nos suscipiens, triduo benigne exhibuit] Publius iste postea factus est vir eximie perfectionis & sanctitatis. [Coniugit autem patrem publij febribus et dysenteria]. i. profuuito ventris [vexatum iacere] & hoc ordinatione diuina, vt per eius cur rationē multi cōueterentur ad Christū. [Ad quem Paulus intrauit, et cum orasset, et imposuisset ei manus, salua uit eum]. i. sanum effecit, & deinceps cōuertit. [Quo facto et omnes qui in insula habebant infirmitates, accedebant] vel per se, vel adducti per alios [vt curabantur] in quo diuinæ sapiētiae dispensatio est pensanda, quē- T. Tim. 5. admodū miracula ad aliorum cōuersionē seu admonitionē fiunt, & iniustus quādoque potius quā iustus impenduntur. Vnde Paul. ad Timotheū stomacho languidū præce non curat, Trophimū quoque discipulum suum. Mileti infirmū reliquit, qui tamen gentibus cōuertendis tot signa exhibuit. [Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, et nauigantibus imposuerunt que necessaria erant.] Dignū etenim fuit, vt Apostolo eiusque discipulis atque comitibus de corporalibus prouiderent, à quo tot spiritalia beneficia susceperūt, & per quæ ad fidē fuerūt cōuersi. Vnde & in ipsum tanquā Apostolum, spiritalemque patrē vbererabatur, & propter eū & eius discipulos. [Post menses autem tres] infra quos Paul. prædicationē ibidem fuit intentus [Nauigauimus in nauis alexandrina qua in insula hycem auiat]. Cui insula erat in signe castrorum] quia adhuc apparebant vt dicitur in insula antiquorum castrorum vestigia. Vel cui nauis erat in signe castrorum, quia in modū castrorum erant insignita vel intexta. Porro secundum Bedā verior trāslatio habet, non castrorū, sed Castorū, ita quod vitio scriptorū in secunda syllaba adiuncta est litera, r: qui videlicet Castor & Pollux gemini fratres fuerunt, quos gentiles præcipuè in periculo maris inuocabant, maximè autem à piratis mare tueri putabantur. Vnde in littore maris eis templa struxerunt. A lia translatione continet cui erat in signe filiorū Iouis. Fabulantur nāque gētiles, præfertim poëtæ, Castorē & Pollucē fuisse filios Iouis, ex Leda Thesei cōiuge, quā cōstuprauerit Iupiter. [Et cum venissemus Syracusas] vrbe pulcher rimam Sicilia, beatissimæ Lucie virginis martyrio famosam [Manismus ibi triduo, et inde circumflegentes deuenimus Rhegynum] Rhegym in vltimo Italiæ seu Calabriæ (quo loco Sicilia ab Italia dirupta est) situm est oppidum, à quo Rhegyni habitatores vocantur. Et Rhegynensis ecclesia diuum Brunonē, Carthusiani ordinis initiatorē in archiepiscopatum dum adhuc viueret elegit. Sed episcopatu eremiticā vitam præferens, in vltimo Calabriæ solitariam vitam lato sine terminauit. Illic in domo scilicet Stephani à se cōstructa sepultus. [Et post vnum diem affante aulstro sequenti die venimus Puteolos] quæ est ciuitas Colonia Campaniæ secundum Bedā, tamen in Scholastica historia legitur, quod nomen sit insulæ. Fertur quoque in glossa, quod sit locus vbi Virgilius inuenit balnea medicinalia [vbi inuenis fratribus] scilicet Christianis, qui tunc se mutud omnes fratres vocabant, dei & proximi charitate in omnibus æstuante cum omni humilitate [Rogati sumus] ab eis [Manere apud eos diebus septem] ad nostram refocillationem, & ipsorū informationem ac consolationem. Iam enim fama Pauli apud vniuersos Christianos celeberrima fuit. [Et sic venimus Roman. et inde] puta à Roma [Cum audissem fratres] id est Christiani Romani nostrum aduentum siue ab homine siue ab angelo [Occurrerunt nobis] ex charitate & reuerentia sua ad nos, præfertim ad Paulum [Vt que ad Appij forum, et tribus tabernis] Secundum quosdā vnū vocabulum est Appiforum. D est que nomen fori Romæ ab Appio quodam cōsule cōstitutum, à quo Appio & via Appia cognominata est. Præterea in Scholastica recitatur historia, quod forum hoc fuit ab Appio in maris litore constitutū, vt de nocte applicantes ibi inuenirent victualia. Ibidem quoque cōstituit Appius tres tabernas, vt pote tres domos in quibus cibi exonerentur venales. Vnde tribus tabernis est hic vnū nomen indeclinabile significans locum illum, seu tres domos præfatas. [Quos] fratres [Cum vidisset Paulus] nam ex habitu, occurru & apparatu pensauit quæ essent fideles, timorati & iusti [Gratias agens deo] quod iam Romæ conuersi essent nonnulli ad Christum, & quod hi tam charitatiuè sibi occurrerent [Accepit fiduciam] maiorem quā ante, seu fiducia incrementum, quod aduentus suus ad Romam fieret fructuosus. [Cum autem venissemus roman permissum est Paulo permanere sibi met] id est ad suum libitum liberè ambulare in vrbe [cum custodiēte se militē] ita quod vnus miles fuit à centurione deputatus ad eius custodiam, de cuius fuga timendum nō fuit. Nempe cum Romam venissent, nondum fuit Nero in imperio cōfirmatus, nec innotuit eius crudelitas: audiensque cōtrauersiam esse de lege Christianorum ac Iudæorum, paruipendit negotium. nec Paulum reclusit. [Post tertium autem idem conuocauit Paulus primos Iudeorum] qui Romæ manebat scilicet principales [Cumque venissent, dicebat eis, ego viri fratres, nil aduersus plebem faciens] id est cōtra Iudæos, quorū cōparatione gentiles increduli, duratē cursu legis, reputati sunt canes, imō nō Moses tantū, sed & Christus ita eos appellat. Non est, inquit, bonū sumere panē filiorū, & mittere cani- Marc. 7. bus [Aut morem patrum]. i. legis ritum seu Iudaismum [Vinclus ab Hierosolymis, traditus sum in manus Ro- Matth. 13. R. iij

S. Bruno Carthusianus Archiepiscopus Rhegynensis etc.



Marc. 7. *matiorum* videlicet tribuni ac praesidis, ceterionis ac militis [Qui cum interrogationem de me habuissent] causam meam inquirendo & discutendo [voluerunt me dimittere, eo quod nulla causa mortis esset in me, contradicentibus autem iudeis coactus sum appellare Caesarem, non quasi gentem meam] Iudaicam, de cuius semine ego sum. Habens aliquid accusare. Propter hanc ergo causam rogavi vos videre et alloqui] ne forte contingat vos informari sinistram. [Propter spem enim Israel] propter bonum speratum, Israelii promissum, videlicet propter testimonium seu praedicationem, qua dico hanc spem esse impletam, quantum ad primum Christi aduentum, passionem ac resurrectionem [Catena hac circumdatus sum.] Quo constat quod Apostolo. vincens seu catenatus incescit tempore tanto, cuius exemplo patientiam addiscamus. [Dixerunt, Nos neque literas accepimus de te et Iudea]. i. nulla nobis a Iudaeis terrae promissionis scripta est accusatio contra te [Neque adueniens aliquis fratrum] de populo Iudaeorum [Loquutus est quid de te malum. Rogamus autem audire a te quae sentis] de Christi aduentu atque mysteriis [Nam de secula hac]. i. Christianorum lege [Notum est nobis, quia ubique ei contradicitur] a multis tam gentilibus quam Iudaeis, qui & particulares persecutiones contra Christianos moverunt. [Cum constiuisset autem eis diem, conuenerunt ad eum in hospitium plures, quibus exponebat] testimonium Christi [Testificans regnum dei]. i. statum & religionem ecclesiae militantis, beatitudinemque patriae celestis, cum testificatione affirmans nunc aduenisse Christum [Sna denique de Iesu] quod esset verus Messias rex Israel [Ex lege Moysi et prophetis] in mane usque ad vespere] in quo seruo Apostoli innotescit. [Et quidam Iudeorum] illorum [Credebant his quae a Paulo dicebantur, et quidam non credebant. Cumque inuicem non essent consentientes discedebant, dicente Paulo vnum verbum]. i. allegante vnum testimonium prophetalem [Quia bene loquutus est spiritus sanctus per Isaiam prophetam. Vade ad populum istum, et dic ad eos] o tu Esaiam. [Aure] corporali [Audietis] o Iudaei verba Christi, discipulorumque eius [et non intelligitis ea] virtutem & veritatem eorum percipiendo ac intendo [Et videntes] visum carnali, [videbitis] opera Christi ac Apostolorum [et non perspicietis] hoc est, ex hoc non penetrabitis acie mentis vim operum horum, quomodo scilicet non nisi deo agere fieri queat. & qualiter Euangelicae legis veritas per ea monstratur, quae admodum ait Saluator, Opera quae dedit mihi pater, testimonium perhibent de me. [Inuassatum est enim cor populi huius]. i. mens Iudaeorum obtusa, & obtenebrata est nebula propriae peruersitatis, sicut & Moses ait, Incastratus est dilectus, & recalcitrauit. Crassitudo hanc cordis Iudaeorum fuit eorum carnalitas, qua terrenis potissimum inhæretis. Propter quod Christi documenta ad omnium terrenorum contemptum hortantia aspernabatur dicentes, Insanit, Quid eum auditis? Præterea, sicut crassitudo corporalis efficit corpus minus agile, minusque mobile: sic crassitudo cordis, reddit animam celestium incapacem, accedens admodum ait Saluator, [Et auribus] mentis & corporis [Crassiter audierunt] quia & verba Christi indignanter, atque inuitè corporaliter audierunt. ad considerandum quoque eorum efficaciam fuerunt tardissimi: quibus dixit Saluator, Qui ex deo est, verba dei audit. Præterea vos non auditis, quia ex deo non estis, [Et oculos suos] mentales [comprefferunt] hoc est, ab intuitu euangelicæ theoriæ spontaneè auerterunt, spiritui sancto obicem ponentes [Ne forte videant oculis] interioribus, quae sunt veræ salutis [Et auribus audiant] diligenter quae dei sunt. [Et corde intelligant] ea quae fidei sunt, per donum intellectus penetrando [Et conuertantur] per corporalem agnitæ veritatis amorem ad deum, [Et auerant eos] ab infidelitate ac ceteris vitiis, animarum languoribus: secundum quod per Hieremiam dico, Conuertimini ad me, & sanabo auersiones vestras. Hanc autem scripturam allegat Lucas, secundum translationem septuaginta interpretum. Hiero. autem quantum ad tenorem seu formam verborum, aliter transtulit. sensus verò redit in idem, Quemadmodum super Esaiam ostendi. Ioannes quoque Euangelista al legat hæc verba pro tempore Christi prædicta atque impleta. Vbi etiam quædam istorum verborum asserit in persona filij dei esse ad Esaiam prolata, videlicet ne forte conuertatur & sanet eos. Paulus verò primum horum verborum dicit à spiritu sancto prolata, sicut nunc paruit. ex quo Didymus (quem Beda hoc loco beatus apostolus) in lib. de spiritu sancto, diuinitatè spiritus sancti probauit. Quod enim nunc Paulus ait à spiritu sancto dictum, id Esaias à domino dictum perhibet. Et ibi per dominum intelligitur verus deus. Ex quibus omnibus sanctus Hiero. durissimè increpat Originem, qui per dominum sedetè in folio eleuato, ista quæ verba Esaiæ loquentè, intelligit deum patrem. Per seraphin verò filium & spiritum sanctum. Nunc enim ostensum est per dominum ibi significari spiritum sanctum, imò deum absolute seu vnàquamque diuinam personam. Ex quo liquidò demonstratur vnã esse & voluntatè & naturam dei & spiritus sancti. Quod & Didymus subtilissimè docet. [Notum ergo sit nobis, quoniam gentibus missum est hoc saluare dei] hoc est, Christus mundi saluator, ad gentium conuersionem & gloriam à patre per incarnationis mysterium missus est, & per Apostolos deportatus, despicientibus Christum Iudaeis, quæ admodum xii cap. plenius dictum est. [Ipsi ex audient] auribus mentis & corporis, prædicationem Euangelij Christi: iuxta illud, Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. [Mansit autem biennio toto in suo conductu] hoc est, in hospitio quod ipse sibi conduxerat, [Et in custodia libera et susceptibatur] hoc est, ad audientiam suæ prædicationis piæ & charitatiuè admisit, [Omnes qui ingrediebantur ad eum] Iudæos ac Gentiles, [Predicans regnum dei] hoc est, statum & gratiam Ecclesie militantis, quæ frequenter à Christo regnum calorum, & regnum dei vocatur. Statum quoque & gloriam Ecclesie triumphantis, [Et docens quæ sunt de domino Iesu Christo] utpote præcepta, consilia, documenta & testimonia saluatoris [Cum omni fiducia] absistens dei conuersionisque plurimorum [sine prohibitione].] Nam ante aduentum Pauli ad Romam, Nero annis regnavit duobus, nodum tamè fuit confirmatus in regno. Propter quod dimisit Apostolum toto biennio infra Romam in suo conductu liberamque custodiam. Postea verò per decennium scilicet decem annis dimisit eum in libertate maiori, ut etiam extra Romam in occidentalibus partibus prædicaret. Postea xii anno Imperij Neronis, Paulus ab ipso, martyrio coronatur pro fide catholica, quæ radius est primæ & inuolabilis veritatis, omni admiratione, gratiarum actione, honore & gloria dignissime, cum ipsa sit super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

A D. DIONYSII CARTHVSIANI IN

B. Ioannis Apostoli Apocalypsum, Enarratio.

P R O O E M I V M .



Cce puer meus electus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene placuit animæ meae ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit. Verba hæc iuxta sensum ab Esaiam, atque à Mathæo in forma (quantum ad literam) de vnguento dei vero, eterno, naturalique filio domino nostro Iesu Christo conscripta sunt. Matth. 12. De Ioanne tamen Euangelista, iuxta mysticam intelligentiam congruè assumuntur. Ipse enim est vnus puerorum illorum, quibus post resurrectionem suam loquutus est Christus, Pueri nunquid pulmentarium habetis? De quibus per Esaiam dixit Saluator, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus. Ioan. itaque Ioan. 21. loquitur euangelista deus sublimis, Ecce puer meus. Puer utique ab innocentia Esaiæ, 8. puritate ac sanctimonia vitæ: quomodo Paulus hortatur, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli 1. Cor. 14. estote. Et Psalmita, Laudate pueri dominum. Meus, planè per gratiam adoptionis, per providentiam Psalm. 112. æternæ prædestinationis, per communionem præcipuæ familiaritatis, per eminentiam apostolatus, Quem elegi præ milibus, quem & ore proprio à nauis ad discipulatum, deinde ad apostolatum vocavi. Dilectus Matth. 4. meus. & tam singulariter prædilectus, ut ipse toties de seipso loquens veraciter dicat, Discipulus quem Marc. 3. diligebat Iesus. In Quo bene placuit animæ, Christi, ita ut in cæna super pectus eius, & in sinu eius recumbere. Vel ut ad deum patrem seu totam Trinitatem referatur, quod dicitur, Bene placuit animæ Ioan. 13. 20. mea. Anima deo trino ac simpliciter metaphoricè adscribitur, voluntatem seu mentem intelligendo per Hiero. 5. animam, secundum quod per Hieremiam dominus asserit, Nunquid in gente huiuscemodi non vlciscetur Amos. 6. anima mea? Et in Amos propheta habetur, Iurauit dominus per animam suam. Super hunc felicè Ioannem A. 2. 2. posuit deus spiritum suum, utique spiritum sanctum: præsertim in die Pêtecostes, cum sedit spiritus sanctus super singulos discipulorum. Nec tantum posuit deus spiritum suum super eum, dando ei gratiam gratum facientem, & virtutes, ac dona concomitantia illam: sed in super dona gratiæ gratis data accumulauit in eo, fecitque eum apostolum, Euangelistam, prophetam, doctorem, mirabilem operatorem, celestem secretorum altissimum contemplantorem, omnium linguarum atque totius diuinæ scripturæ tribuens ei notitiam. Hic Ioannes, Iudicium id est diuinæ æquitatis effectus & vltiones, æternæ sapientiæ decreta ac instituta, discretionem quoque inter verum & falsum, inter bonum & malum, itémque finale iudicium gentibus nunciavit. Per quem deus omnem militantem Ecclesiam præcipuè illustravit. Nam totius Asiae minoris Ioannes fundauit texturæ ecclesias. Cùmque ad Domitiani Imperatoris præceptum Romam vsque esset deductus, atque in bulientis olei dolium missus, nec læderetur in eo, in Patmos insulam exul est relegatus. Vbi cum solus soli deo vacaret, cognouit per spiritum, quanta mala in ecclesiis Asiae pullularent. Super quo dolens ac dominum deprecans raptus fuit, & non solum quæ fiebant in Asia: sed quæ toto orbe in ecclesiis tunc fiebant, & principalia vsque ad finem mundi ventura vniuersali Ecclesie, angelo reuelante cognouit. Super quibus librum istum composuit, suis eum mittens discipulis: non ad eorum dulcitatè, sed ad omnium Christianorum profectum, Præterea quædam expositioni huius libri posset præmitti, videlicet, quid sit prophetia, de gradibus, speciebus, & ordine prophetie, de multiplici expositione sacre scripturæ, & de septem regulis intelligentiæ scripturarum valde proficiuis: de quibus 1. unc transeo, quia in exordio expositionis libri Psalmodum ea vtique induxi. Postremò quemadmodum librorum veteris testamenti, quidam dicuntur legales, vt libri Mosialij historiales, vt libri regum & paraliipomenon: alij sapientiales, vt libri Salomonis alij prophetales: Ita in nouo testamento libri legales sunt quatuor Euangelia, historiales liber est Apocalypsis: sapientiales libri, Epistolæ Pauli, & alia scriptura canonica: prophetalis autem liber est Apocalypsis. Nec ista intelligenda sunt per præcisionem, sed quandam appropriationem: cum certum sit, in quolibet genere librorum istorum, aliqua de aliorum librorum contineri materia.

Elucidatio 1. cap. [Apocalypsis Iesu Christi quam dedit illi deus.] Articulus 1.



Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi deus palam facere seruis suis. Apocalypsis reuelatio dicitur. Vnde Corinthiis scribit Apostolus, Cum conuenitis vniquisque ve 1. Corin. 14. strum psalmum habet. doctrinam habet, apocalypsim habet. Itaque Apocalypsis Iesu Christi, id est reuelatio facta Christo secundum naturam assumptam à patre, vel tota superbenedicta Trinitate, cuius indiuisa sunt opera. Denique omnium rerum cognitio, vniuersorumque secretorum reuelatio facta est animæ Christi in primo incarnationis instanti: in quo omnium præteritorum, præsentium, ac futurorum plena notitia Christo homini est infusa. propter quod ait in Ioan. pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Et denuò profestatur, A me Ioan. 5. ipso scio nihil, sed sicut docuit me pater sic loquor. Vel Apocalypsis Iesu Christi, id est quam domi- Ioan. 8. R. iiii

nus Iesus per angelum reuelauit Ioanni, & per Ioannem toti ecclesie quam dedit illi deus, scilicet filio secundum quod homo est, deus pater, palam facere, id est manifestare seruis suis, omnibus Christianis, secundum ordinem iam praeactum: quia pater reuelauit filio, filius angelo, angelus Ioanni, Ioannes fidelibus qui serui sunt dei seruitute filialis timoris, non seruilis formidinis. Imò filius secundum quod deus, sibi ipsi, secundum quod homo, hanc reuelationem peregit. Nihilominus filius etiam secundum diuinam naturam omnia habet à patre: sicq; à patre habet virtutem & sapientiam, qua reuelat [*Quæ oportet fieri cito*]. i. reuelatio ista continet atque prænuñciat tribulationes ecclesie, quas fideles cito passuri sunt. Et ista futura non oportet fieri necessitate absoluta: cum in se sint futura contingentia, non sine magno impiorum peccato implenda. Sed eo modo, quo necesse est, & sicut oportet hærefes esse, videlicet necessitate conditionata, & ex hypothese consequentis, non consequentis. Cum enim à deo preuisa sint, & ab eius sapientia ad electorum profectum sint præordinata: non possunt non euenire secundum respectum. Veruntamen prouidentia dei mutabilibus necessitatem non imprimit, nec libertatem hominibus tollit. Oportet demum hæc fieri cito, id est in hæc vltima mundi ætate, de qua ait in 1. Canonica sua Ioannes, Nouissima hora est. Vel ideo ait cito, quia à tempore apostolorum tribulationes istæ sumpturunt exordium. Hinc etiam ait cito, quoniam præsens tempus futuro seculo cõparatum est velut momentum. Propter quod Iacobus, Ecce, inquit, iudex ante ianuas assisit. Præterea oportet, id est expectari, hæc fieri cito: quia expediens est electis, in præsentibus tribulationibus exerceri: vt à vitis emundentur, ad gratiam disponantur, à futuris pœnis per temporales afflictiones eruantur, Christo conformentur. Vexatio quoque dat intellectum, & futuram beatitudinem facit audius desiderari: imò & mundi contemptum inducit. [*Et significauit mittens per angelum suum*] id est Iesus Christus mittens angelum suum, per eundem manifestauit, quæ cito fieri oportet [*seruo suo Ioanni*] in hoc Ioannis commendatur humilitas, quod se Christi seruum potius quam apostolum vocat. Huic autem expositioni alludit, quod infra seruat, Ego Iesus misi angelum meum testificari hæc in ecclesiis. [*Qui testimonium perhibuit verbo dei*]. i. vnigenito patris æterni. In quo verbo docuit sanctus Ioannes duplicem esse naturam, & vnam hypostasim seu personam. In principio, inquit, erat verbum: & verbum caro factum est. Vel testimonium perhibuit verbo dei. i. sermones dei in scripturis contentos veros esse differuit. Nec solù loquendo, scribendo, & sanctissimi conuersando, præclarissima miracula perpetrando, martyrio fe exponendo, exiliūmq; ferendo, perhibuit testimonium dei, secundum vtrumque hunc sensum. [*Et testimonium iesu Christi*] id est de Christo perhibuit [*quæ eumque vidit*] quoniam testimonium istud fuit assertio operum passionisq; Christi, & ceterorum, quæ in eius conuersatione ac passione, post resurrectionem quoque vsque ad ascensionem & spiritus sancti missionem, conspexit Ioannes oculis mentis & corporis. Vnde in Euangelio suo testatur, Et qui vidit, testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. In primæ suæ Canon. ait principio, Quod vidimus oculis nostris, & manus nostræ contrectauerunt, de verbo vitæ annunciamus vobis. Sed quomodo ait nunc, quæcūque vidit: cū in fine sui Euangelij protestetur, Multa alia fecit Iesus, quæ nō sunt scripta in libro hoc? Et respondendū, qd quando Ioannes hunc edidit librum, nōdum scripsit Euangelium nec in eo vnuerſa scripsit, quæ prædicando perhibuit. Distributio quoque ista, qua ait quæcūque, intelligi potest de generibus singulorum, non de singulis generū: quia de omnibus aliqua enarrauit. Iuxta quem modum ait Psalmista, Narrabo omnia mirabilia tua. Et in Eccle. Nūne deus facit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmauit omnipotens dominus, stabili in gloria sua? Nihilominus in eodem libro conscribitur, Quis sufficere enarrare omnia mirabilia eius? Et, pauca vidimus operū eius. Consequenter pandit Ioannes quàm fructuosa sit hæc eius doctrina, & quata attentione sit aduertenda. [*Beatus*] nunc beatitudine vitæ ac spei, siue per meritum: nōdum beatitudine patriæ seu rei, per præmiū [*qui legit*] alios erudiendo vel per seipsum studendo [*et qui audit*] discendo seu aduertendo. vel auribus mentis percipiendo, scilicet obediendo [*verba prophete huius*] id est libri istius prophetici qui vaticiniis plenus est, in quo etiam verba prophetarum frequenter introducuntur [*et seruat*]. i. memoriter retinet, efficaciter implet, patienterq; sustinet [*Ea quæ in ea scripta sunt*]. i. quæ in prophetia huius voluminis docentur, iubentur, prænuñciantur. Si quidē in libro isto cõtenta sunt saluberrima documenta, seriosa præcepta, futura aduersa. Itaque quod ait, beatus qui legit, audit, & seruat. cõiungit et intelligendum. Non enim sufficit legere, vel audire, nisi vt seruētur lecta vel audita, Propter quod ait Saluator, Beati qui audiunt verba dei, & custodiūt illud. Et Iacob, Sciētī bonum & nō faciētī, peccatum est illi. Verūtamen qui nō omnes sciūt hæc legere, sufficit audire & obseruare. Si tamen quod dicitur, legit & audit, intelligatur de lectione & auditione charitatiua interna & attenta (quomodo ait Apost. Nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto) vtrumque per se sufficiens erit: quia & tunc tertium virtualiter includunt, seu comprehendunt. Circa hunc locum dicit Bernardus, Multi præcepta dei legunt vel audiunt, sed nihil eos iuuat. Aut enim acquirendis terrenis mens eorū dedita est, aut libidine exagitur, aut proximum exagitat, aut contra prælatum superbit, aut fingit se potentem vel magnum futurum, aut cæteris vanissimis rebus distenditur. Alij diuinas scripturas legunt & audiunt, vt sapientes egregij apud homines habeantur, & in sæculi prosperitatibus floreat: non vt reprobam corrigant vitam. Cur verò, qui verba libri huius legit, audit, seruat, beatus sit, subditur [*Tempus enim prope est*] id est dies iudicij particularis singulorū, imò & vnuerſalis, tēpus quoque æternę retributionis. Vnde futurę vitæ eternitatem attendens Apostolus dixit, Momentaneum & leue tribulationis nostræ, eternū gloriæ pondus operatur in nobis [*Ioannes*] mādāt & scribit [*scriptis ecclesiis, quæ sunt in Asia*]. Quādo enim Ioānes hæc scripsit, erant in Asia septem ecclesie particulares & principales, videlicet septem congregationes fidelium in septem ciuitatibus Asiæ minoris: cuius Ephesus fuit metropolis: quæ ecclesie & ciuitates infra exprimitur. Per hæc autem septem ecclesias, vnuerſa designantur ecclesie: quoniam septenarius numero vnuerſi-

tas significari solet: eò quod septem dierum numero omne tempus cõprehendatur, & septē diebus omne tempus euoluatur. Et propter septemplem gratiā spiritus sancti, qua impletur Ecclesia. Denique vnuerſe ecclesie, sunt vna ecclesia catholica: quæ per septem ecclesias explicatur, propter septem dona spiritus sancti, quibus illustrata in mundo resurget. [*Gratia vobis et pax*] Gratia proprie sumpta, est habitus supernaturalis menti per creationem infusus, esse spirituale, deiforme, atque idoneum ad promouendam vitam æternā, conferens ei. Hanc habet omnis qui est in statu salutis. Sed sicut charitas, ita & gratia ista perficitur. Itaque gratiam non habentibus opat gratiam dari, habentibus verò appetit perfici. Po- test tamen hoc loco per gratiam quodcūque spirituale donū, conferens ad salutem, intelligi. Pax autem est tranquillitas mentis, & quies eius in deo: quam maximē habere cõdecet Christianum. Nam & Christus sic suos salutauit discipulos, Pax vobis. Et ascensus in cælum loquutus est eis, passioni iam proximus, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Insuper hanc salutationis formam ipse præfixit, In quancūque, inquit, domum intraueritis, primū dicitē, Pax huic domui. Quā verò desiderabile, deificū, ac beatum sit pacem habere, ostendit dicēdo, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Ideo mo- net Apost. pax Christi exultet in cordibus vestris. Nullam itaque turbulentiā animi, nullam inquietu- dinem vitij, aut amaritudinem spiritus admittamus: sed tranquilla deo mēte vacemus. Itaque gratia dis- ponens ad pacem veram, spiritalem, internam, & pax consequens illam, insit, detur, & cõseruetur vobis [*Ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est*] id est à deo patre æterno. Cuius æternitas quamuis sit extensa, inuariabilis, totaq; simplicissimē simul, per tēporum tamen differentias designatur: quoniam omne tem- pus ambit, includit, & temporis omni assisit: nec à nobis intelligitur: nisi ex tempore, & per comparatio- nem ad tempus: eo modo, quo incorporalia atque simplicia, per corporalia & composita intelligere di- cimus: puta per abnegationem, & etiam aliis modis. Itaque deus pater nunc incommutabiliter est, & ante omnia erat, & vterus est ad ecclesiam militantem ac triumphantem, per charitatem, gratiam seu glo- riam inhabitando: sc̄que suis electis manifestando, ac noua & mira agendo, non locum mutando. Sic ne- pe ait Christus, Qui diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum venie- mus, & mansionem apud eum faciemus. Venturus est itaque omnium electorum remunerator & cor- porum glorificator. Quamuis autem iuxta hunc sensum vniciueque diuinæ personę conueniat esse, fuisse, venturūque esse: tamen hoc loco patri appropriatur, propter verba sequentia. Sequitur enim, [*Et a se- ptem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt.*] Per septem spiritus multi expositorum accipiunt spiritū sanctum, eò quod in donis sit septiformis: quamuis sit simplex vnūque in natura. Cuius dona (quæ a- pud Esaiam spiritus nomine exprimuntur cū dicitur, Spiritus sapientiæ & intellectus, &c.) sunt in cõ- spectu throni eius, id est in mente ac intelligentia animæ Christi, cuius humanitas thronus patris vocat- ur. Vel per septem spiritus intelliguntur angeli sancti, ita vt per septem, vnuerſitas angelorum infinue tur, eo modo quo Tobias Raphael loquitur, Ego sum vnus de septem, qui astamus ante deum. Vel cer- tē per septē spiritus, specialiter denotatur illi septem angelici spiritus, qui septem ecclesiis Asiæ præſe- runt. Quidam etenim vni priuatę personę, quidam cõmunitati sunt præſidentes. Omnes autem angeli sunt in conspectu throni dei, id est ipsi deo omnipotenti assisunt, tanquā obsequij præparati. Thronus quoque dei vocatur vno modo ipsum tertium intellectualem cælum, in quo residet Trinitas adoranda. Ad quod secundum vnā expositionem rapus est Paulus, Nec aliud est thronus iste, quàm ipsa resi- dentis autoritas ac maiestas, qui in seipso esse & quiescere perhibetur. Obiter aduertendum quod non eodem modo gratia & pax sunt à deo & angelis eius. A deo enim sunt effectiue, ac principaliter, ab ange- lis imperatiue, & instrumentaliter. Orant quippe pro nobis, & nostra obsequia offerunt deo. [*Et a iesu Christo*] qui secundum diuinitatem est idem dator pacis & gratiæ cum patre & spiritu, & eodem modo cum illis hæc tribuit. Propter quod ait, Quæcūque facit pater, hæc & filius similiter facit. Etenim triū personarum est vna essentia, vna potestas: idcirco & actio ad extra indiuisa. Porro Christus secundum quod homo & mediator, est causa pacis & gratiæ meritoria, instrumentalis, secundaria: cūm eius huma- nitas sit instrumentum proprium, coniunctū, animatū, immediatūque diuinitatis seu verbi: per quam humanitatem verbum incarnatum, seu Christus homo, promeruit nobis dona gratiæ, imò & gloriæ. Et precamur virtute ac merito Christi dona spiritualia nobis præſtari [*Qui est testis fidelis*] id est verax in ver- bis, factis, & promissis, intantum vt dicat, Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Dedit autem testimonium fidele de patre, dicendo, Exiui à patre, & veni in mundum. Et alia multa si- bulimia, quæ in Euangelio Ioannis potissimē sunt descripta. Verbis quoque & factis testimonium perhi- buit de seipso, qui in die iudicij testimonium perhibebit contra reprobos, & pro electis: iuxta illud: Ego sum iudex & testis. Denique Euangelicæ legis doctrinam testatus est populo, de quo loquitur pa- ter, Ecce testem populo dedi eum [*Primogenitus mortuorum.*] Cū innumerabiles mortales & mortui fue- rint ante Christi aduentum, quomodo dicitur est primogenitus mortuorum? Ad quod Berengadus re- spondet, quod primogenitus hic pro primo accipitur: sicut primos eos in populo vocamus, non qui æta- te, sed honore ac dignitate ceteros antecellunt. Et hoc verū est, siue per mortuos intelligamus corpore mortuos, siue spiritualiter atque salubriter mortificatos, quales fuerunt quibus scribit A post. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in deo. Primogenitus itaque mortuorum Christus est, quoniam est prim⁹ & caput omnium inuicem electorū. Vel sic, primogenitus mortuorū, inter resurgen- tes à morte, primus ad immortalē vitam resurgēs, primus etiā inter hos dignitate & causalitate. Qui autē Coloss. ante Christum à morte succitatus legitur, ad vitam mortalem rursus morituri resuscitabantur. Hinc ad Colossenses scribit de Christo Apostolus, Qui est primogenitus creaturæ, & primogenitus mortuorū. [*Et princeps regum terre.*] Omnia enim subiecta sunt Christo, etiam secundum naturam assumptam. Vn-

Gratia qd & quina ea habeat.  
Luc. 24.  
Ioan. 20.  
Ioan. 14.  
Luc. 20.  
Matth. 5.  
Coloss. 3.  
Ioan. 14.  
Esa. 11.  
Tobias. 12.  
Dan. 10.  
Dan. 12.  
2. Cor. 12.  
Tobias. 12.  
Act. 10.  
Ioan. 15.  
Ioan. 14.  
Luc. 21.  
Ioan. 16.  
Hier. 14.  
Esaie. 55.  
1. Cor. 5.  
Eph. 5.  
Coloss. 1.  
Hebr. 2.  
Ioan. 17.

Coloff. 1. de & passione instante dixit ad patrem, Sicut dedisti potestatem omnis carnis. Et teste Apostolo, in nomine Iesu omne genu flectitur, caelestium, terrestrium, & infernorum. De quo Daniel ait, Omnes populi, tribus & linguae seruiunt ei.

Ioan. 17. Sed quomodo princeps regum terrae dicitur Christus, cum tam multi reges terrae ei non pareant, imò rebelles sint? Et respondendum, quod plenariam potestatem super eos sortitus sit: & cum sibi placuerit, potestatem hanc ostendit in eis. Quia dilexit nos amore aeterno & increato, secundum quod deus: amore quoque creato, gratuito & infuso, imò & naturali amore, tanquam naturae suae confortes & fratres, secundum quod homo. Unde monet Apostolus, Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Quam perfecte autem dilexerit nos demonstrat, Maiorem, inquam, hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Si hanc dilectionem volumus nobis prodesse, obediemus iubenti: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. [Et lauit nos a peccatis nostris, in sanguine suo] id est merito passionis suae, & precio sui à peccato originali & actuali nos emundauit tempore passionis, & hoc quantum ad sufficientiam. Quoniam quantum in se est, pro omnibus satisfecit: sed quantum ad efficientiam seu efficaciam, lauit nos à peccatis, in sacramento baptismi ac poenitentiae: quae à passione Christi efficaciam sortiuntur, sicut & caetera sacramenta: quae sunt velut vasa medicinalia, dominicae passionis virtutem & gratiam quodammodo continentia, per quae meritum Christi nobis applicatur. Praeterea quodcumque veniam ex toto corde precamur, lauit nos à peccato in sanguine suo. Nam preces nostrae & omnis nostra operatio, per hoc redduntur deo acceptae ac vigorosae, quod Christo capiti nostro per fidem coniungimur. Hinc ad Ephesios inducitur, Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut illam sanctificaret. Nam quia dilexit, tradidit se & lauit, non quia digni eramus. [Et fecit nos regnum] id est ex hominibus constituit sibi, aedificauit, & fecit ecclesiam: tales eos efficiens, ut in ipsis habitare & regnare in via per gratiam, atque in patria per gloriam dignaretur. Vnde in Euangelio Ecclesiae frequenter regnum caelorum vocatur, imò & regnum dei. Fecit quoque nos regnum, quia caelestis regni ciues nos ascripsit, dicente Apostolo, Iam non estis hospites & aduenae, sed ciues sanctorum, & domestici dei. [Et sacerdotet] quod ad sacerdotes ecclesiae potest referri, quibus competit corpus domini consecrare: generaliter quoque ad omnes fideles, qui per similitudinem, proprietatem & actus quosdam sacerdotes dicuntur. primum quia seipsum offerunt deo, & quoniam corpora sua mortificant per poenitentiae actus, sicut Apostolus instruit. Exhibete corpora vestra hostiam sanctam viuentem, deo placentem. Et quia per compunctionem internam, animas suas immolant creatori. Sacrificium enim deo spiritus contribulatur. Sed & orationes, laudes ac caetera virtutum exercitia, offerunt deo indefinenter. Vnde & in Ecclesiastico scriptum est, Salutare sacrificium, attendere in mandatis. Et in psalmo, Immola deo sacrificium laudis. postmodum summum atque aeternum sacerdotis sunt membra, videlicet Christi. Fecit ergo nos regnum & sacerdotes. [Deo & patri suo] id est, ad gloriam dei patris, qui est deus Christi secundum humanitatem, & pater eius secundum diuinitatem. propter quod ait, Ascendo ad patrem meum & deum meum. [Ipsi gloria] id est beatitudo perfecta inest & competit. Vel gloria, id est excellentia, fide clara cum laude notitia. Ipsi quoque glorificatio ab omnibus impendatur. [Et imperium] nam ipse summus est Imperator, cuius est cunctis praecipere. Ipsi ergo obedientia exhibeatur. Hoc verbo docemur, deo cordialiter de suis beneficiis regratiari, eiusque beatitudinem toto corde congratulari. Ideo sequitur [amen] id est fiat. [Ecce veni cum nubibus] id est in nubibus ad iudicandum venturus est. Quem admodum testatur, Videbitis filium hominis venientem in nubibus caeli, cum potestate magna & maiestate, sic enim ascendit. Et de ipso angeli praedixerunt, Quemadmodum vidistis eum ascendentem in caelum, sic veniet. Venit quoque cum nubibus, id est cum angelicis spiritibus, sanctis apostolis, caeterisque perfectis ac praedicatoribus, qui in scripturis nubes vocantur. [Et videbit cum omni oculo.] Hic ponitur pars pro toto, & genus pro specie: per omnem oculum intelligendo omnem hominem: & rursus per omnem oculum, omnem oculum humanum. Christus quippe cum sit deus & homo, in forma humana à bonis ac malis corporaliter conspicietur. Et electis quidem dalmis ac blandus, reprobis verò seuerus atque terribilis apparebit. Dicuntque aliqui, quod terror & blandities nascetur non ex videntium conscientijs tantum: sed etiam ex ipso iudicio apparatu: qui iustorum visum tanquam conuenientissimum obiectum immutabit, eosque serenissimo vultu aspiciet: reproborum verò visum tanquam obiectum valde contrarium, & seipsum eis iratum ac indignandum, in vultu terrifico exhibebit. Insuper quamuis electi, qui ante iudicium deum beatificè cernunt aut cernent, Christum in ipso iudicio sint in sua diuinitate clarè feliciterque visuri: illi tamen electi, qui vsque ad iudicium nondum iudicati extiterint, vel de suo praemio nondum securi effecti, non videbunt eum durante iudicio in diuinitate sua per speciem: sed per fidem, quae non auferitur electis, nisi ad beatificam peruenierint visionem. Postquam autem Ioannes asseruit, videbit eum omnis oculus, de interfectioribus tamen Christi, quibus visio eius erit specialiter molesta, confusibilis ac poenosa, subiungit. [Et qui cum pupugerunt] ut Iudei qui eius crucifixionem procurauerunt, Pilatus qui dedit sententiam, milites qui illam sunt exequuti. Testimonium istud sumptum est ex eo quod per Zachariam loquitur Christus, Ascipiant ad me quae confixerunt. Quod quantum ad sensum verborum, alibi allegatur cum dicitur, Scriptura dicit, Videbit in quem transierunt. Vnde & tempore passionis Christus testatur est Caiphæ & Iudeis, A modo videbitis filium hominis sedentem à dextris dei, & venientem in nubibus caeli. [Et plangent se super cum omnes tribus terrae] id est multum de tribubus vniuersis. Vel omnes qui terrena potius quam diuina dilexerunt. De quibus loquitur Hieremias, Recedentes à te in terra scribentur. Isti plangent se super eum, id est malitiam, blasphemiam, ingratitude suam in Christum desebunt. Non quod & de ipsa culpa, secundum

A quod culpa est, vel dei offensua, verè dolebunt: sed in quantum est causa punitionis eorum. Iuxta quod scriptum est, Videntes turbabuntur timore horribili, gementes praè angustia spiritus, dicentes intra se poenitentiam agentes, Nos in sensati vitam illorum aestimabamus insaniam. Istud quoque testimonium ex praèallegata propheta Zachariae assumptum est. Quod & in Mattheo Christus commemorat ubi ait, Tunc apparebit signum filij hominis in caelo, & plangent omnes tribus terrae. [Etiam amen] reduplicatio ista designat, quod ita certissime ac inuitabiliter fient. Etiam nanque & Amen idem significant. Deinde verba Christi inducit Ioannes. [Ego sum alpha & o] A est prima litera Graecorum, & o vltima. Literis itaque istis se comparat seu exprimit Christus ad innuendum, quod ipse sit vniuersorum primus principium ac vltimus finis. Omnia enim propter seipsum operatus est dominus. Hinc quasi verba praefata exponens addidit Christus [Principium et finis] est nempe principium effectuum, quia creator, & beatificus finis, quia verè felicitatis obiectum, & ipse beatitudo obiectalis est electorum, qui per Esaiam testatur. Ego primus, & ego nouissimus. Ad ipsum ergo nos ipsos & omnia nostra iugiter ordinemus, ad eum semper synceriter intendamus: nec possumus esse beati aut bene dispositi, nisi ad ipsum stemus conuersi, à quo sumus exorti [Dicit dominus deus] qui solus est propria autoritate omnium dominus [Qui est] quoniam esse verum, plenum, perfectum, immensum, inuariabile possidet, sicut ad Moysen ait, Ego sum qui sum. Haec dices, qui est, misit me [Et qui erat] ab aeterno [Et qui venturus est] ad iudicandum de omnibus [Omnipotens] quia in iudicio omnipotentiam suam demonstrabit potissime, iuxta illud de psalmo, Cognosceret dominus iudicia faciens, possunt quoque haec verba absolute de deo, & de qualibet diuina exponi persona, dummodo vltima ista particula, qui venturus est omnipotens, exponatur, sicut iam paulò ante exposita est de patre.

.Prosequitio huius cap. ab eo loco quo ait, [Ego Ioannes frater vester.] Articulus 11.

**R**ocemio, titulo, ac salutatione praemisit, ponit narrationem, & materia libri huius tangit sua quadam communitate. [Ego Ioannes frater vester] natura, religione atque baptismatis regeneratione. Frater quoque, quia de eisdem protoplastis paritibus secundum carnem, & de eodem deo secundum animam, iuxta illud Malachie, Nunciat non pater vnus omnium nostrum: Nunc quid non deus vnus creauit nos? Item frater, quia eiusdem matris puta Ecclesiae filius, & ratione materiae: iuxta illud in Iob, Ecce me sicut te fecit deus. Et de eodem luto formatus sum. Discipulos itaque suos ac filios nominat tantus pater atque Apostolus frater, dans humilitatis exemplum, ut prelati in humilitate permaneant, & se quasi vnum de grege existimet: iuxta illud Ecclesiastici, Receptor te posuerunt, nolite extolli. Esto in illis quasi vnus ex ipsis [Et particeps in tribulatione]. i. in persecutionibus propter Christum illatis vobis conformis. Tunc enim Domitianus persecutor totam infestauit ecclesiam [Et regno]. i. caelestis patriae praemio, vobis & mihi parato. Quoniam socij sunt tribulationis propter Christum, socij erunt consolationis in regno caelesti cum Christo. Vel in regno militatis ecclesiae, cuius membrum sum ego, sicut & vos [Et patientia] sine qua tribulatio ad regnum non duceret nec prodesset. patientia, inquam, [in Christo Iesu]. i. secundum voluntatem eius, & ad honorem ipsius, à quo vera patientia datur: de quo ait Psal. Veritatem deo subiecta esto anima mea, quoniam iam ipso patientia mea. Et, Quonia tu es patientia mea domine. [sui in insula, quae vocatur Pathmos, propter verbum dei]. i. vniuersum patris, vel propter predicationis instantiam [in testimonium Iesu]. i. propter testificationes, quibus quotidie testificabar Iesum esse regem Messiam, omnium creatorem ac saluatorem. Hac nempe de causa missus est in exilium pathmos à Domitiano [Fui in spiritu]. i. mentis excessu seu extasi, utpote ab exterioribus sensibus alienatus, & ad diuina vehemèter ac supernaturaliter eleuatus, quemadmodum in imaginarijs simul & intellectualibus visionibus prophetarum fieri consuevit. Vnde Ezechiel, Statim, inquit, fui in spiritu [In dominica die] qui est dies diuinorum occupationibus deputatus, plus quam caeteri dies. Sicque verbis praetatis iugiter congruente reuelationis desuper factae sancto Iohanni ex parte loci ac teporis. Loc, in eo quod ait, fui in insula pathmos. Locus enim ab aliorum habitatione semotus, quòd quietior, tantò contemplationi, reuelationi, orationique aptior. Teporis verò dum addit, In dominico die. Denique cum liber iste sit de visionibus, quibus secundum Albertum Magni viri subtilissimam atque doctissimam, non est de facili credendum: sanctorum Ioannes plura tangit, per quae verba sua credibilia sunt, propter quod etiam Beda distinxit, personam, locum, tempus causamque: visionis insinuat, ne carnali phantasmate putaretur illusus. [Et audivi] interiori non corporali auditu [Post me vocem magnam tanquam tubae dicentis] id est tubalem, angelicam, alta magna & mystica significantem. per quod angeli loquentis idoneitas ad sui officij executionem innuitur. Simile huic est illud Ezechielis, Audivi post me vocem commotionis magnae. Sed cur ait post me, & non potius intra me, quemadmodum Zacharias: Angelus, inquit, loquebatur in me, vel supra me? Respondet Berengandus, Quasi post nos est quod ignoramus. post se Ioannes vocem audivit, quia mysteria quae tunc ei reuelata sunt, nondum perfecte cognouerant. profecerunt enim apostoli & prophetae in reuelationibus diuinorum. Quae vox tubae assimilatur. Nam sicut per tubam ad pugnam homines provocantur, ita per verba libri huius fideles ad praemia contra peccata, diabolum, ac persecutorem insaniam inuitantur ac animantur. Veruntamen aliqui dicunt, quòd ita per angelum reuelata, fuerunt Iohanni antea manifesta: quòd intelligi potest quantum ad aliqua principalia, & in quodam communi. propter ea etiam ait post me, quoniam angelus à contemplatione diuinorum, vocavit eum ad considerationem

Zach. 12. Matth. 24.

Proue. 16. Esa. 44.

Act. 10. Exod. 3. Psal. 9.

Malac. 2. Iob. 33.

Psal. 61. Psal. 70.

Ezech. 1.

Albertus.

Psal. 92. Beda.

actum humanorum. Nam & prælati ab apice contemplationis, quodammodo retrahuntur, dum ad subditorum curam & providentiam reuocantur. Insuper de hac voce tubali Haymo scribit, Vox quam audit Ioannes, bene tanquam vox tubæ dicitur; quæ ab interioribus sine strepitu sonum accipit, quem promittit exterior; quia ille sine sono vocis prius audiuit in corde, quod postea exterior sonuit in voce. In visionibus quippe imaginariis omnia per similitudines rerum geruntur ac repræsentantur. [Quod vides] id est ea quæ nunc tibi reuelo, & me monstrante intelligis [scribere] ad informationem fidelium [in libro, et mitte septem ecclesiis, quæ sunt in Asia] de quibus ecclesiis & quomodo per eas vniuersæ ecclesiæ designentur, iam dictum est in præcedenti articulo [ephesum] id est ad fideles in Epheso, metropoli Asiæ minoris, mitte hunc librum. Sic quoque mitte [ad simyrnam et pergamum, et Thyatyras, et Sardis, et Philadelphiam, et Laodiceam]. Ista sunt nomina septem ciuitatû Asiæ, quarum ecclesiis præsidebat Ioannes. Interpretationem ciuitatum istarum, & quomodo per eas cæteræ ecclesiæ designantur, omitto: quia nō videtur magni momenti [Et conuersus sum] spiritali conuersione, aspiciendo ad eum quæ post me audiui. Vel, conuersus sum, aciem mentis à contemplatione supernorum, ad horum aduertentiam dirigendo. Præterea quia in visione imaginaria videbatur Ioanni, quod post tergum suum vox loqueretur ad eum, etiam in eadem imaginatione sibi apparuit, quod retrospiceret ad loquentem [Vt viderem] visione mentali & diligenter aduerterem [Vocem quæ loquebatur mecum] alloquutione interna, quæ exteriori non percipiebatur auditu. Solet tamen visus pro omni sensu accipi. Vnde in Exodo habetur: Populus videbat voces & tonitrua. Vel viderem vocem, id est vociferantem tubaliter, scilicet angelum. [Et conuersus] ad alloquentem me [Vidi septem candelabra aurea]. Quid autem per ea significetur, in fine huius capituli dicitur. Significat enim septem ecclesiis Asiæ, imò per eas totius Christianitatis ecclesiis, septemplici dono spiritus sancti splendentes. Dicitur autem ecclesia per assimilationem quandam candelabrû, quoniam super se portat lumen clarissimum, scilicet Christum & munera eius, quæ sunt splendida lumina mentis, puta gratiam gratificatam, virtutes ac donâ eorumque actus: qui beatitudines appellatur & fructus. Istud quoque candelabrum dicitur aureum, vel propter charitatis ardorê, & sapientiæ salutaris fulgorem: vel propter martyrum sanguinem, & fidelium quotidianam perfectionem, tribulationem, ac mortificationem. Iterum ecclesia, aureum candelabrum nuncupatur, quia per scripturarum notitiâ lucida, per charitatem & gratiam preciosa, per patientiam solida, per obedientiam ductilis, per prædicationem sonora, per perseuerantiam longa, per spem erecta, per fidem in deo fundata. Huic autem visioni Ioannis simile est quod Zacharias ait, Vidi candelabrum aureum totum, & lampas super illud. Vbi per candelabrum aureum al legoricè, hic autem literaliter, designatur ecclesia: sicut ibidem exposuit. [Et in medio] septem [Candelabrorum aureorum] .i. ecclesiarû, vidi similem filio hominis] .i. angelum in specie humana, vel potius in persona Christi, quem repræsentauit. Quod autem angelus Christi personam gerens visus est in medio candelabrorum istorum, id figurauit quod Christus est in medio electorum fidelium, secundum quod ait, Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Et denuo, Ego vobiscum sum cunctis diebus vsque ad consummationem sæculi. Propter quod in Esaia scriptum est, Exulta & lauda habitatio Siô, quia magnus in medio tui sanctus Israel [vestitum] .i. veste sacerdotali, vsque ad talos dependente. Vnde Sapiens asserit, In veste poderis quam habebat Aaron, totus erat orbis terrarû: & magnificentia tua domine, in diademate capitis illius erat scripta. Per vestem hanc Beda intelligit sacerdotium Christi, summi sacerdotis ecclesiæ: qui Apostolos fecit sacerdotes, & in ara crucis fœderis immolauit pro nobis. Alij per poderem intelligunt Christi humanitatem, vel carnem in qua humiliavit se vsque ad mortem, denique se pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis, secundum Apostolum ad Ephe. 5. Vnde de vestimento hoc, angeli Christum sciscitati sunt ascendente, Quare rubrum est indumentum tuum? Esaia 63. Alij per poderem intelligunt totam ecclesiam, vsque ad finem sæculi permacetem: qua Christus quasi vestimento cingitur ac ornatu, cû sit mysticum corpus ipsius. De qua visione in Esaia recollitur, His omnibus, quasi ornamento vestieris. Postremò cû poderis sit vestis lineæ, quæ cõmuniter dicitur alba: potest per eam Christi innocentia, puritasque illibata intelligi. [Et præcinctum] ad mamillas zona aurea. Per hanc præcinctiõnem suam Christus docet atque insinuat, cor esse restringendum ab indiscreto scrutinio diuinarû: iuxta quod Salomon ait, Sicut qui mel comedit multû, nō est ei bonitas: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. In Ecclesiastico quoque legitur, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Præterea contemplandum, quod in veteri testamento prohibetur ipsa luxuria, in nouo autem concupiscentia inordinata. Idcirco in Daniele legitur dominus apparuisse præcinctus ad renes, per quod restrictiõ carnis innotuit. In nouo autem testamento, scilicet loco præsentis, apparuit dominus ad mamillas præcinctus, per quod restrictiõ cordis insinuat. Aurea autem zona charitatem designat, per quam mentis in deo ligatam tenemus, & ab illicitis refrenamus. Porriò secundum Bedâ, mamillæ sunt duo testamenta, zona aurea chorus sanctorû, seu multitudo fidelium vnanimi charitate deo adhaerens, & testamenta quibus spiritaliter nutritur cõpletens, & seruanus (vt docet Apostolus) vnitatem spiritus in vinculo pacis. Apparuit ergo angelus ad mamillas præcinctus, ad inuendum quod Christus ecclesiam sibi connexam per vtriusque testamenti fœdet scripturas. Possumus etiam cõuenienter asserere, ideo ad maxillas zona aurea præcinctus: quoniam peccatus Christi charitate plenissimum est atque ornatu, & suis fidelibus intimè copulatum [Caput autem et capilli eius erant candidi, tanquam lana alba, et tanquam nix] Caput Christi est eius diuinitas vel superior animus portio, ab omni labe peccati instar lane ac niuis immunis. Per capitis quoque albidorem candorê, antiquitas seu æternitas, ac immortalitas maiestatis Christi ostenditur. Vnde in Daniele scribitur, Antiquus dierû sedet. Capilli capitis eius quasi lana munda. Per capillos autem designantur fideles

ex Christo spiritaliter geniti, in esse gratiæ ac virtutum: qui sunt oues ad dexteram collocandæ, & Christo capiti proximè inhaerentes: qui Christi munditiam ac sanctimoniam imitantur, & loti ab eo super niuem dealbantur: quibus petrus in prima sua scribit Canonica, Secundum eum qui vocauit vos sanctum, & vos sancti in omni cõuersatione sitis. At verò sicut lana est alba, mollis, & callestiua: sic isti sunt albi per cordis munditiam, molles per docilitatē ac mititatem, habentē cor carneum ad susceptionem deuotionis aptissimum: calefactiuium propriæ mentis ac proximorum per infusum sibi diuinum amorem. Nix verò est frigida, ita & ipsi concupiscentiæ carent feruore, & frigidi sunt à mundi huius amore [Et oculi eius tanquam flamma ignis]. Nam visus Christi clarissimus, acutissimus, calidissimûsque consistit, dicente Apostolo, Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Mens etenim Christi plena est zelo æquitatis ac sapientiæ. Per hoc quoque ostenditur, quod Christi aspectus valde terribilis erit iniustis. Vnde cuiusmodi sepulchri viso angelo, cuius aspectus erat vt fulgur, facti sunt velut aëtes & mortui. Oculi in super Christi vocantur septem dona spiritus sancti, quæ fuerunt & sunt in anima Christi: de quibus scriptu est, Super lapidem vnû septē oculi sunt. lapis enim angularis est Christus. Oculi isti in anima Christi lucent & ardent vt flamma. Quidam per oculos Christi intelligunt Apostolos, prædicatores, doctores, quorum est aliorû corda illuminare ac inflammare. [Et pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti.] Per quod datur intelligi quod finis Christi in seculo isto per amarissimam passionem fuit, cuius & pedes clauis trāsfixi conformati sunt aurichalco. Haymo autē & Beda per pedes intelligit Christianos in fine seculi tēpore Antichristi: qui erunt extremi & vltimi, sicut pedes sunt extremû & vltimû corporis. Isti similes erunt aurichalco, quod est as per ignem & plura medicamina per ductum ad auri colorem: sic illi per acerbissimas persecutiones exercentur ac perducuntur ad plenum charitatis fulgorem: ideo subditur, sicut in camino ardenti. i. tribulatione ingenti. Qui etiam aurichalco potius, quam auro assimilantur: quia & si primis Ecclesiæ sanctis similes sint futuri, in perfectione virtutum: non tamen ita splendebit, aut innotescet eorum perfectio per miracula, sicut priorum sanctorum. [Et vox illius tanquam vox aquarum multarum]. i. eloquentia eius sonora atque magnifica fuit. Per quod loquentis autoritas designatur, sicut & supra per turbam. Sed quia per aquas populi exprimuntur, ideo vox eius quasi aquarum multarum auditur, quoniam gentes quamplurimè fidem Christi amplexe sunt. Vnde Berengandus, Per vocem aquarum multarum multituudo gentium quæ ad fidem Christi cucurrit, signatur. Et Beda, Vox, inquit, confessionis, prædicationis, & laudis non in Iudea tantum, sed in diuersis populis resonat. Iuxta illud in Esaia, A finibus terræ laudes audiuimus gloriâ iusti. Quod autem huiusmodi vox deceat Christum, patet per illud Ezech. A udiebâ sonum alarû, quasi sonum aquarû multarum, quasi sonû sublimis dei. Rursus vox Christi tanq̃ vox aquarû multarû asseritur: quoniam ipse est fons opulentissimus, ex quo flumina gratiarû procedunt, fluentia sapientiæ deriuantur, riuû virtutum nascuntur. [Et habebat in dextera sua stellas septem] Stellæ hæ sunt episcopi, seu pastores præfatarum Asiæ ecclesiarum: qui stellæ dicuntur, quia illuminant subditos, & in Christo (tanquam in firmamento fixæ & altæ) sunt collocati. Magna etiam potestate ac influentia præditi. Vnde in Daniele legitur, Qui ad iustitiam erudiit plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates fulgebunt. Denique sicut candela ponitur super candelabrum, ita episcopus super ecclesiam: & vt stella orbem cælestem, sic præfatus dignus ornat ecclesiam. Stellæ istæ ad dexteram sunt Christi, quia eius gratiofo auxilio iugiter innituntur: sine quo nil meritorie operantur, secundum quod ait, Sine me nihil potestis facere. Et quia in spiritalibus Christi bonis atque internis cõsolationibus quæ nomine dexteræ designantur, quiescant. Item quia in die iudicii stabunt ad dexteram. Nunc quoque in cælis sunt per amorem & vitæ imitationem. Denique de ipsa Ecclesia dicitur Christo, Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Episcopi autem, tanquam successores Apostolorum, sunt principalis pars huius ecclesiæ. [Et de ore eius gladius exiit, quem aperit ac uertit]. i. sententia iusti iudicii nimis durissima reprobis, & verbum asperum. Ite maledicti in ignem æternum. Vel gladius iste est in Euangelica doctrina Christi, vitia refecans, partem carnalem occidens, homines mutuo charissimos ab iniuicem propter deum corporaliter diuidens. Vnde ait, Non veni pacem mittere, sed gladium. Et Psalmista, Accingere gladio tuo, super fœmur tuum potentissimè. In Esa. quoque loquitur Christus vt homo, Postiit dominus os meum quasi gladium acutum. Præterea aduertendum: quod angelus Ioanni apparetur Lucas 12. Vnde in specie Christi, repræsentauit Christum vt sacerdotem ac iudicem. Idcirco enim potere videbatur psal. 44. vestitus & canos habēs capillos: quia ad sacerdotem ac iudicem canities atque ætatis maturitas pertinet cõdecorat. Nempe, vt terra, cuius princeps puer. Ad iudicem verò gladium certum est pertinere. Verum in Canticis vbi Christus describitur vt sponsus ad quem spectat iuuentus, capilli eius nigri dicuntur. Berengandus per gladium istu intelligit Christianos, qui in fine contra Antichristi errores prædicando pugnant, [Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua] Christus enim est lux mundi, & clarior omni creato. Qui & ante passionem in transfiguratione visus est vultu radiare vt sol. Et cum admirabili fulgore apparuit Ioanni. Quidam autem per solem intelligunt Ecclesiam, quantum ad statum suæ glorificationis post generalem resurrectionem, quando (Christo testante) iusti fulgebunt vt sol in regno patris eorum. Porriò quod ait in virtute sua, potest ferri ad Christum, qui sua virtute ita splendebat: vel ad solem cuius virtus illuminatiua hora meridiana maximè demonstratur. Quæmadmodum autem à sole cuncta sidera ac reliqua corporalia clarificantur: sic à Christo, æterno sole iustitiæ ac sapientiæ omnes electi irradiantur: & signatus est super nos lumen vultus eius. [Et cum viderem eum, cecidi à pedes eius tanquam mortuus]. Totum istud in imaginaria visione fiebat. Est autem homini naturalis, vt in talium in solitiorum aspectu ex sua fragilitate debilitetur, resoluatur & obstupefcat. Quæmadmodum Daniel ait ad angelum, psalm. 4. Domine in visione tua dissolutus sum compages meæ, & nihil in me remansit virium. Sed & halitus meus intercluditur. Vnde prophetæ visis mirabilibus dei communiter se corruisse fatentur. Tres quoque apo-



Matth. 17. stoli cum Christum transfigurati aspicerent, corruerunt in terram. Cecidit quoque Ioannes per humi-  
 Marci. 9. litatem, & Christi maiestate inspecta propria prauitate magis perpendit. Ex quo etiam casu inuinitur, quod quãto quis diuinitatis sublimitate clari⁹ cernit in via, tãto plus videt se ab eius cõprehensione deficere, nec posse se aciem mentis in eius claritatem, secundum quod in seipsa est, figure: sicque profundius seipsum humiliat, & deo altissimo reuerentialius se prosternit. [Et posuit dexterã suam super me dicens.] Sic enim in imaginaria visione Ioanni apparuit. Per quod datur intelligi, quod spiritualiter eum consolabatur, confortauit, erexit. [Noli timere.] Immoderanter ex maiestatis meæ metuendo & inconstituto aspectu. Iuxta hunc modum dictum est Ezechieli, Fili hominis sta supra pedes tuos. Et ingressus est in me spiritus, & dixit, Ne timeas. Et Hieremias ait, Misit dominus manum suam, & tetigit os meum. &c. Daniel quoque similitudinem manus ad se perhibet missam, quæ se confortauit. [Ego sum primus & nouissimus] eo sensu quo iam dixit, Ego sum Alpha & ω, principiu⁹ & finis. Quilibet autē diuina persona dici potest prima atq; nouissima: & omnes simul sunt vnus primus, & vnus nouissimus. Quia in hac superbeatissima Trinitate nihil est prius aut posterius, & ipse tres personæ sunt natura rerum vnum primu⁹ principium, & vnus vltimus finis: sicut sunt vnus Deus, vnus creator, vna natura [Et sum vnus] vita diuina & increata, vita quoque creata humana [Et fui mortuus] secundum naturam assumptam [Et ecce sum vnus in seculo seculorum] Christus enim resurgens ex mortuis, iam vltra non moritur. Quali dicit, Cũ talis ac tantus sis, debes mihi congratulari tanquam charissimo domino, cui in passione condoluisti, non formidare. Ex his confunduntur omnes, qui Christu⁹ puram creaturam esse mentiti sunt. Tunc enim vnus nō effectus [Et habeo clauas mortis et inferni.] Qui clauē domus habet, quem vult intronititur: quem vult, ab ingressu repellit. Christus itaque clauas mortis & inferni habere se asserit, quia quem vult à morte peccati ac pœnis inferni misericorditer eripit, vel præséruat: & quem vult, iustè relinquit atque condemnat. Vnde clauis ista sunt iudicialia Christi potestas, virtus & sapientia. Si autē infernus pro loco, quo patres sancti detinebantur, accipitur: sic Christus de inferno quosdam in resurrectione eduxit. Propter quod in Osea loquitur, Ero mors tua & mors, morsus tuus ero inferne. Et Sapiens, Tu domine vitæ & mortis habes imperium. Itemq; alio loco, Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. Præsatis autem potestatis etiã Ecclesiæ suæ Christus pportionaliter cõmunicauit, cum spiritu sanctum insusflando in Apostolos loquutus est, Quorū dimiseritis peccata, remittentur eis, & quorū retinueritis retenta erunt. [Scribe ergo quæ vidi.] Et quæ nunc tibi ostendis, & opera mea, quæ te cernente ego, cum hominibus conuersando in terra [Et quæ sunt], i. quæ nunc in Ecclesia peraguntur, & quæ fideles quotidie patiuntur [Et quæ oportet fieri cito post hæc] præsèntia quæ per decursum temporum sicut in populo Christiano, potissimè tempore Antichristi, videlicet, tribulationes iustorum ex hoc vsque in fine seculi euenturæ. Itaque scribe & expone [Saceramentum septem stellarum], i. sacrum secretum, siue mysterium quod designant: ubi aliud videtur, aliud que intelligitur [Quas vidi in dextera mea, et septem candelabra aurea.] Porro quid stella ista significent, angelus pandit [Septem stelle, angeli sunt], i. septem episcopos seu prelatos representant [Septem ecclesiarum] A sia, iuxta modum præhabitu⁹. Et quomodo illi septem ecclesiæ vniuersis designat ecclesias, ita hi septem angeli seu prelati cunctos ecclesiarum prelatos siue pontifices. Cum enim angelus nuncius interpretetur, Episcopi, qui à deo sunt destinati ac ordinati vt voluntatem præceptaque dei nuncient, rectè angeli sunt vocati. Imò cum in Mala. non tantum Episcopus, sed & sacerdos angelus nuncupetur: constat Episcopos qui sacerdotu⁹ sunt principes, congruentius angelos dici. Sic enim scriptu⁹ est illis, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius: quia angelus domini exercituum est. Denique (iuxta diuinum Dionysium) supremu⁹ ordinis inferioris cum infimo ordinis superioris precipuan habet conuenientiã, & interdū non vnus vnus transit ad alium. Cum ergo angelus proprie sit non nomen caelestium spirituum infimi chori seu ordinis, Episcopus verò supremu⁹ quid sit in Ecclesiastica hierarchia: conuenientiã magnam sortiti sunt, & vnum nomine alterius designatur. [Et septem candelabra], aurea [Septem ecclesia sunt] secundū sensum & rationes præhabitas. Nam & prelati subditoru⁹ facultatibus sustentantur, sicut candelæ à candelabro. Totus verò hic liber obscuritatibus, & metaphoricis loquutionibus plenus est: sed quæ ad ab angelo exponuntur, vt studiosis detur nobis introitus ad intelligentiam aliorum. Quæ idcirco ab ipso non exponuntur, vt studiosis detur occasio bonæ exercitationis, & spiritus, si illuminatione indefinenter efflagitent: & ne sanctu⁹ canibus detur, ne si mysteria Ecclesiæ propalantur indignis. Et enim sacramentum regis abscondere bonum est.

Elucidatio cap. 11. [Et angelo Ephesi ecclesie scriba.] Artic. 117.



Ræcedenti capitulo dixit angelus Ioanni, vt sibi ostensa ecclesiæ Asia scriberet: nūc ei insinuat, quid vnicuique ecclesiarum illarum scribere debeat [Et angelo], i. presuli & pastori [Ephesi ecclesie] qui Ephesi presuit [scribe] Cui idcirco primò scribitur, quia in Asia minori Ephesus fuit metropolis. Scique episcopus eius, tanquam metropolitani, autoritate & dignitate extitit maior. Vnde sicut eius defectus aliis nocuit, sic emendatio eius aliis ædificatoria fuit. Sacerdos autem & pontifex præter rationes præcedenti articulo introductas angelus nominatur, quia in terris angelicam vitam imitari tenetur, pro mentis & corporis castitate. In carne siquidem sine carne viuere, angelicum perhibetur. Secundò, per contemplationis sinceritatem. Tertio, per gregis sui vigilantiam custodiam. Quarto, per eam qua inter deū & hominem sequester est, mediatione. Nam sicut angeli nostra obsequia offerunt deo, orantq; p nobis, & dei munera gratiosa nobis referunt, & peccata sacerdos & pontifex gregis sui preces, vota hostias immolat deo, cui⁹ gratia sperat populo. Quintò, nā sicut angel⁹ superiorē inferiori purgat, illuminat, pficit: sic prelat⁹ sibi subiectos purgare, illuminare, pficere debet. [Hæc dicit q̄ tenet septē stellas in dextera sua], i. Episcopos .7. ecclesiarū Asia, gratiosè cõseruat

ac dirigit, sicut præcedenti articulo plenius fuit expositu⁹ [Qui ambulat in medio septem candelabrorū aureorum], i. ecclesiarum. Dicitur autē Christus ambulare in medio fidelium, non hinc inde localiter progrediendo: sed corda credentiu⁹ visitado, variisque in eis effectus agēdo: & nūc prosperis nūc aduersis exercēdo. Vnde Moses ait, Dominus deus tuus ambulat in medio castrorū. Et Apost. Vos estis templum dei viui, sicut dicit dominus, Quoniã in habitabo in illis & inambulabo, & ero illorū deus. Hoc modo deus vadit cum suis, secundū q̄ Moses orat, Si non tuipse ambulaueris nobiscū ne educas nos de loco isto. Ita cob quoque in Genesi protestatur, quemadmodu⁹ deus fuerit focus sui itineris. In tuum nāque deduxit dominus per vias rectas. Imò intantū ducit deus clementissimus suos electos, corda eorū in omnibus dirigendo, clarificando, tuendo, fouendo, vt dicat vir sanctus, Tenuisti manum dexteram meã, & in voluntate tua deduxisti me. Denique electos tenet Christus in dextera sua per prædestinationem, ambulatque in eis per donorū infusionem [Scio] per approbationē [Opera tua] quæ ante fecisti, ex charitate fluxerunt: vel etiam quæ nunc agis. Si enim in bono non perseverasset, bona præterita fuissent mortificata, & omni iustitiarum eius deus non fuisset memoratus Sicut per Ezechiele fatetur, Si iustus fecerit iniquitatem, omnes iustitias eius ad recordator. De hac approbationis scientia loquitur Paulus, Si quis diligit deum, hic cognitus est ab eo. Et Moysi dominus loquēs, Te, inquit, cognoui ex nomine [Et laborem tuum] in ministerio dei, & cura atque regimine subditorū. De quo hortatur Apost. Labora sicut bonus miles Christi. Laborē quoque quæ habuisti resistēdo hæreticis ac peruersis, corporis etiã afflictionē omnĩque conatum pro vitis extirpandis, atque virtutibus inferendis [Et patientiam tuam] a thalē & habitabilem, qua aduersa æquanimiter sustines: non admitendo inordinatam tristitiam contra aliquem, nec ad teipsum. patientia nēpe est virtus moralis, passionem tristitia moderans ac refrenans. Quæ virtus omni Christiano potissimè necessaria est, cū per multas tribulationes oporteat nos saluari [Et quia nō potes sustinere malos], i. vitia corū dissimulare, & palpate nō uales: quāuis naturā, personāque diligas. Nā & inimicos iubemur diligere, cibare, potare, imò bonū pro malo reddere. Et psalmista testatur, Cum his qui oderunt pacē, erā pacificus. Itaque huic verbo, quo laudatur iste Episc. quia malos sustinere nō potuit, nō repugnat illud Gregorij, Qui malorū prauitate æquanimiter sustinere nō potest, ipse sibi pro impatientiã suam testis est, quia bonus non est. Illudque Augustini, Bonus non fuit qui malos sustinere non potuit. Non enim ex aliorum malitia siue molestia, frāgi vel cõcuti debet patientia nostra. Nihilominus illorū impietas per charitatem & zelum iustitiæ est increpanda ac punienda, potissimè à prelato: & quando est spes de resurrectione eorum. Rursus quidā sunt mali, qui commune bonum Ecclesiæ conantur corrumpere, & illi non sunt sustinendi, sicut hæretici, dicente Apost. Hæreticu⁹ hominē post vnã & secundã correptionē deuita. Alij sunt peccatores, qui bonū cõmune corrūpere non intendunt: & isti sunt sustinendi, dum speratur eorū correctio. Vnde circa hunc locū loquitur Bereng. De hæreticis mihi dicere videtur. Nam proximorū mala aliquodò reprehendēdo corrigere debemus, tēpore scilicet opportuno: aliquodò tolerare, vt quos correctio nō emēdat, paciētia ad emēdationē prouocet. Sunt nāque nonnulli, qui reprehēdere proximos necesse, nisi ira accensū. Horū aliquis si nō solum pro magna, verū etiã pro parua aliqua re, cõtra proximū cõmotos fuerit: tam diu irā in corde gestat, vsque dū in actibus proximi aliquid videat, quod reprehēdere possit. Et tunc lætus efficitur, cū reprehensionis vindictam intulerit proximo. Quod si alicui viderit displicuisse, dicit se zelo dei id fecisse. Ad te ergo loquor qui talis es, Cur tuæ ris fallere deū, qui cordium occulta considerat? Si zelus dei in te est, cur oculi tui per diuersa vagantur more diabolico, desiderās potius malū videre quàm bonū? Desiderās in proximo videre malū quod reprehēdas, non bonū vnde ædificeris? Sunt etiã multi, qui eos à quibus aliqua iniuriā perulerūt, etiam pro minimis culpis impatienter infestantur: eos verò quos diligant, nō solū non reprehēdunt, imò tota virtute defendūt. O infelix amicitia, quæ illū quē diligit tacendo & defendēdo diabolo tradit, illum verò, cui iratus est reprehēdendo à diabolo abstrahit. Hæc ille [Et tentasti eos, qui se dicunt apostolos esse, et non sunt.] Hos tentasti doctrinã eorum sapienter p̄sando, cū eis sollicitè cõferendo, opera eorū cõsiderando. Sic enim ait Saluator, A fructibus eorum cognoscetis eos. De quibus Romanis scribit Apost. Huismo di pseudapostoli nō Christo, sed suo ventri deseruiūt. Isti fuerunt hæretici, qui se à Christo missos dicebant: vt Ebion, Marcion, & Chirinthus, qui tunc in Asia consurrexerunt [Et inuenisti eos mendaces] verbis & actibus [Et patientiam habes] vitiosam tristitiam, seu turbulentiam nō admittendo. Sicque non obuiat huic verbo quod dictum est, nō potes sustinere malos [Et sustinisti] infestationes illorū ac persecutioes atque laborem in gregis tui defensione ab illorū infestatione [propter nomen meum] id est amore mei & propter maiestatem meã honorē, & non propter propriū priuatu⁹, seu bonū momentum. Hinc in Ecclesi. scriptum est, In humilitate tua patientiam habet. Et Apost. Beneficiētes (inquit) nolite deficere [sed habeo aduersum te pauca]. Cõmendatione præmissa increpationem subiungit, quam tamen sobriè promittendo pauca. Nam in multis offendimus omnes. per quod in formamur, vt si quæ reprehēdere volumus, primò bona eius cõmemorādo, beneuolentiã eius captemus: & ne nimis asperè increpatione proponatur, sed magis in spiritu bonitatis, nisi fortè ratio aliud postulet, propter causas. [Quod charitatem tuam primam reliquisti.] Secundū Haymonem non reprehēditur presul propter ratione sui, sed quorundã subditorū ipsius malorum. Idem videtur Beda sentire. Porro Berengandus hic ait, Multi sunt, qui initio cõuersionis suæ in seruitio dei feruētēs existunt, sed processu tēporis tepescūt. Quod presuli ecclesiæ Ephesi manifestū est cõtingisse. Alij asserunt increpationē istam dirigi ad episcopum hūc nō solū pro se, sed & pro subditis suis. Sed litere magis consonare videtur, q̄ Episcopus principaliter increpatur, non quod charitatem absolute amiserit, in mortale rucido: sed q̄ pristinu⁹ charitatis ardorē, & quædam opera charitatis omiserit. Iam enim dicit dominus approbare se opera eius, & q̄ nō defecerit: idcirco dicēdū, q̄ nō defecit, & defecit. Defecit quidē

Ezech. 2.  
 Hieron. 1.  
 Danic. 10.  
 Ioani. 14.  
 Roma. 6.  
 Ioan. 19.  
 Oseg. 13.  
 Sapien. 6.  
 1. Reg. 2.  
 Ioan. 20.  
 Baruch. 3.  
 Malach. 2.  
 Matth. 5.  
 Iob. 12.  
 Apoc. 1.  
 Danic. 10.  
 Apoc. 17.

Deute. 23;  
 2. Cor. 9.  
 Exod. 33.  
 Gene. 33.  
 Sapien. 10.  
 Psal. 72.  
 Ezech. 3.  
 1. Cor. 8.  
 2. Tim. 2.  
 A ctu. 14.  
 Matth. 5.  
 Roma. 12.  
 Psal. 119.  
 Psal. 7.  
 Matth. 7.  
 Roma. 16.  
 2. Cor. 11.  
 Eccles. 2.  
 Galat. 6.  
 S ij

à præfato feruore, non penitus ab amore, & actibus charitatis. Refert Lyra, q̄ expositores communiter dicunt episcopū istum fuisse Timotheū, quē Paulus Ephesiis præfecerat: ego tamen in nullo expositore id legi. Reprobatur etiā Lyra dictum illorū expositorū, Quia ut ipse affirmat, illi ex hoc mouētur, q̄ circa tēpora illa nullus excellentior Timotheo legitur Ephesiorum rexisse ecclesiā. Fateor quōd istud motuum inualidum esset, veruntamen dicto istorum aliquid certius posset apparentiam facere. Siquidē in exordio secundæ Epistolæ ad Timotheum scribit idem Apost. Admoneo te vt resuscites gratiā dei quæ est in te. Noli erubescere testimonio domini nostri Iesu Christi. Vbi expositores cōcorditer astruunt, q̄ Timotheus abūdantia tribulationū aliquid fractus fuit, ac remissus egit. Propter quōd in Epistola illa ad martyrium hortatur eum Aposto. Sed quicquid de isto dicatur, incertū puto an Episcopus hic increparus fuerit Timotheus. [Memor esto itaque vnde excideris]. i. de quali charitatis feruore, operūque instantia, tepescendo paulatim, & tuum circa subditos officium remissius adimplendo [Et age penitentiam] q̄ in via dei non continēte profecisti [Et prima opera fac] id est tam feruenter ac abundanter operare quæ bona sunt, sicut tēpore primi tui feruoris. Sed quia remissi vicissim cōminatione magis quam blanda admonitione corriguntur, subiungitur [si autem] id est si ita non feceris [venio tibi cito iudicando] vindictam celeriter [Et mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris] id est ecclesiam tuam tollam à te, ita q̄ non præris ei, nec quiescet in te sicut in patre & capite, secundum q̄ per Esaiam dominus indigno ait præfato, Expellā te de statione tua, & de ministerio tuo deponā te. Rursus ne Episcopus iste ex increpatione hac exasperetur, vel aliis contemnatur, à domino commendatur [Sed hoc habes] bonum [Quia odisti facta Nicolaitarum, quæ et ego odi] Secundum August. libro de hæresibus, Nicolaus iste fuit vnus de septem Diaconis primis: qui cum culparetur, quōd vxorem suam quæ pulcherrima erat nimis zelaret, volens se de hoc excusare, dixit, Non curo quid faciat: qui vult vtatur ea. Vnde vt dicitur, transit in vsum communem. Quod factum imitati vnus aliqui, Thomas in summa contra gentiles affirmat, q̄ Nicolaus prædicauit, mulieres debere esse communes, sicut & cætera bona exteriora, quæ in primitiua Ecclesia erāt communia. Porro in Scholastica historia dicitur, q̄ Nicolaus iste vixit sanctē & castē: sed volens se excusare de vitio zelotypiæ, dixit coram apostolis, Ecce vxor mea, qui vult eā accipiat. Non intendens per hoc eam communitare, sed se excusare. Verū incontinentes verbum eius in peius interpretantes, dixerunt vxores debere esse communes: & id Nicolaum dixisse, Et isti vocati sunt Nicolaitæ: contra quorum errorem & opera vitiosa prædicauit hic Ephesiorum antistes. [Qui habet aurē] interiorē: puta mentem capace[m] [Audiat] auditu corporali, si eum habuerit, atque mentali. i. diligenter aduertat [Quid spiritus dicat ecclesiis]. i. spiritus sanctus de quo ait Saluator, Spūs blasphemia non remittitur hominibus. Vel spiritus. i. deus trinus & vnus. Spiritus enim est deus. Et Apost. ait, Dominus spiritus est. Hunc modum loquendi Christus in Euangelio habet, dicendo, Qui habet aures audiēdi audiāt. Et ad Ezechielem dominus ait, Domus Israël aures habent ad audiendum, & non audiunt. [Vincen] cuncta aduersa per patientiam, perseueranti vsque in finem, dominanti animo suo, superanti mūdū vanitates, carnales affectus, diabolica tentamenta [Dabo edere de ligno vitæ]. i. me ipsius beatifica fruitione reficiam eum [Quod est in paradiso dei mei]. i. in patria beatorū, in loco voluptatis deificæ, in ecclesia triumphante. Christus autē secundū quōd homo, deum suum nominat cælestis paradisi dominatorem. Christus verō lignū vitæ vocatur, secundū quōd de sapiētia Salo. loquitur, Lignū vitæ est omnibus apprehēditibus eā. Ipse siquidē est viride lignū, & fructuosissimā arbor, à qua vita gratiæ vitæque gloriæ emanauit, qui suis electis immortalitatē concedit. Qui licet vbique sit per diuinitatis naturam, & in Ecclesia militante per sacramentalem præsentiam in regno tamen cælesti propriē & apertē consistere dicitur, vbi facie ad faciem cernitur. Cui ait Psalmista, Adimplebis me lætitiā eū vultu tuo. Et, Satiabor eū apparuerit gloria tua. Hoc præmium etiam Christus spondet, dicendo, Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. His verbis vniuersi fideles ad patientiam atque cōstantiā animantur. Patet quoque ex his, q̄ ea quæ vni Episcopo vel vni ecclesiæ, cunctis episcopis ecclesiisque scribuntur. Sicut & Christus in Euangelio ait, Quod vobis dico, omnibus dico. Vnde & supra iubetur Ioanni, vt scribat & mittat ecclesiis: & tamen hic iubetur angelis ecclesiarū scribere: quia Episcopus est principalis pars suæ ecclesiæ, & quod ei dicitur, omni Christiano dicitur, qui eis dēfectibus subditur. Hinc præiudicatis verbis omnes Episcopi, prælati, & subditi, qui à pristino charitatis feruore prolapsi sunt, admonentur penitentiam agere, & ad priorē feruorē ac agilitatem in sanctis operibus sine dilatione reuerri. Quod tamen prælati omnibus summē necessarium extat. Consequenter dirigitur sermo ad Smyrneorum ecclesiā præfulem. [Et angelo Smyrne ecclesiæ scribe. Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus et viuus] scilicet Iesus Christus, de quo verba ista ante scripta sunt atque exposita [scio] id est attendo, approbo, remunerare dispono [Tribulationem tuam] id est molestias, quas ab hæreticis & tyrannis, à rebelibus & ab peruersis, imō & inuisibilibus hostibus sustines: nō solum in teipso, sed in populo tibi commissio: quorum tribulatio tuam auget, quibus in prosperis congratularis, in aduersis compateris [Et paupertatem tuam] in temporalibus rebus, quia & tua paupertas ergogasti, & infideles te ac tuos spoliasse creduntur [Sed dices es] id est in! spiritualibus opulentus virtutibus, quæ sunt veræ diuitiæ animi, plenus. Diuitiæ enim salutis sapientiæ & scientiæ. Et minimum bonum gratiæ ac virtutum, præstantius est cunctis terrenis diuitiis. Denique, quanto quis dei amore periturus diuitias amplius spernit, eō in anima exuberantius locupletatur: sicut in beato Franciscō ostensum est. Et quanto quis temporales diuitias diligentius querit, eō in anima extat pauperior [Et blasphemaris] id est blasphemus vocaris, vituperaris, contemneris [Ab his qui se dicunt Iudeos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanae] id est congregatio ad diabolū pertinens. Isti fuerunt Iudæi secundū carnem propagationem, non secundum virtutum imitationem, nec secundum nominis sui interpretationem. Iudæi enim confitentem interpretabantur.

2. Timo. 1.

Esaia. 22.

August. Actū. 6.

Matth. 12. Marci. 3.

Fsal. 17. Fsal. 16. Ioan. 14.

Marc. 13. Apoc. 1.

Esaia. 31.

A isti autem Christum negabant. De quibus ait Apost. Videte Israël secundum carnem. Hinc non fuerit digni Iudæi vocari, secundum q̄ incredulus Iudæus ait Saluator, Si filij Abraham es, opera Abraham facere. Quasi dicat, Cum eius virtutes nō imitemini, non estis digni eius filij nuncupari. Ideo subdit, Vos ex patre diabolo estis [Nihil horum timeas quæ passurus es] id est corporales afflictiones, & varias impugnationes. Sic enim hortatus est Christus, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Et alibi dicitur, Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fenem arefcit? Porro qui deū sibi assitit, æternūque præmium dare paratum considerat, potest dicere cum Psal. Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? Et, Non timebo milia populi circumdantis me [Ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem] id est suggerente diabolo, aliqui de grege vestro ab infidelibus in carcerabuntur. Potestque nomine carceris qualibet tribulatio designari [vt tentemini]. i. patientia vestra per aduersa probetur, & aliis ad ædificationē innotescat. Iuxta illud, Tanquā aurū in fornace probauit iustus dominus. Et, Valā figuli probat fornax, homines autē iustos tentatio tribulationis [vt habeatis tribulationem diebus decem.] Per hoc intelligi potest, q̄ tribulatio hæc diebus decem durius læuebat: sic enim Beregandus exponit. Alij per decem dies intelligunt totū tēpus vitæ præsentis, in quo in decē præceptis exerceri debeamus. Et quia frequenter per numerū determinatū, indeterminatus exprimitur, sicut in Psalmo, Memor fuit testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes. Et in Iob, En decies confunditis me [Esto fidelis] id est cōstans in fide atque iustitia [vsque ad mortem] in clusiuē, sicut sanctus Iob ait, Donec deficiā, non recedam ab innocentia mea. Hinc in Eccles. dicitur, Pro iustitia agonizāre pro anima tua, & vsq; ad mortē certa pro iustitia: & deus expugnabit pro te. Et rursum, Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. Debemus autem deo fidelitatem immobiliter obseruare [Et dabo tibi coronam vitæ] id est præmium essentiale beatorum in patria, quod aurea dicitur, & mentem coronat regināque efficit, ac omnē mortis occasum excludit. De quo fertur in Psalmo, Posuisti in capite eius coronā de lapide preciofo. Et alibi, Accipient iusti regnū decoris, & diadema speciei de manu domini. Huic verbo consonat illud Iacobi, Beatus vir qui suffert tentationē, quoniā cum probatus fuerit, accipiet coronā vitæ, quam reprobis deus diligentiūbus sc. Itaque perseueremus vsque in finem: qui enim in finē perseuerauerit (Christo testate) saluus erit. Qui perfectus est, amore boni perseuerat in bono. Occidi potest, flecti non potest. Qui imperfectus, saltem amore præmij perseueret. Non enim sunt cōdignæ passionis huius tēporis ad venturā gloriam. Hinc Hebræos monet Aposto. dicens, Deponentes Grego. omne pondus & circūstantis nos peccatū, per patientiam curramus ad propoſitū nobis certamē: aspicientes in authorē fidei Iesum, vt nō fatigemur animis nostris. [Qui habet aurē, audiat quid spiritus dicat ecclesiis]. i. in authorē fidei Iesum, vt nō fatigemur animis nostris. [Qui habet aurē, audiat quid spiritus dicat ecclesiis]. id est à damnatione æterna sc. pena inferni, quæ infra mors secunda vocatur. Potest quoque per mortem secundam intelligi culpa, quæ animam lædit ac perimit. Porro secundū Albertum, peccatum rectē mors Albertus dicitur: quoniam sicut mors corporalis separat animam à corpore, ab amicis, à diuitiis, à vili, imō ab omni corporeo sensu: sic peccatum separat mentem à deo, ab angelis, cunctisque sanctis, à spiritibus, diuitiis, à visu interno, ac cæteris spiritibus sensibus. Rursus mors animæ puta peccatum mortis corporis assimilatur in multis. Nam primō corpus distemperatur, deinde infirmatur, postea moritur. Hinc effertur, sepelitur, lapide operitur, nouissimē à vermibus cōsumitur. Sic anima primō distemperatur per malam affectionem, infirmatur per noxiā delectationem, moritur per consensum, effertur per opera, sepelitur per consuetudinem malam, operitur lapide per obdurationem, ignibus vermibusque gehennæ torquetur in finem. præterea aduertentū, q̄ memoratum Smyrne pontificē quidam affirmant fuisse beatum Polycarpum: & Iudæos incredulos in vrbe illa morantes excitasse persecutionem contra Polycarpum & eius discipulos, inflammando gentiles contra hos Christianos: in qua persecutione multi Christianorum fuerunt occisi, sanctūque Polycarpus in ignem proiectus. Vbi cum non læderetur tandem gladio casus migravit ad Christū. Consequenter ad præfulem pergamenis ecclesiæ sermo dirigitur. [Et angelo ecclesiæ Pergame scribe, hæc dicit, qui habet rhombeam ex vtraque parte acutam] id est Christus de quo supra dicebatur, De ore eius procebat gladius ex vtraque parte acutus, quod ibidem expositum est. per quod vtique insinuat rigor diuini iudicij, quāque horrendum sit incidere in manus dei videntis. D Quidam autem per rhombeā intelligunt sacram scripturam, quæ vitia ressecando, mentem ad cælestia acuendo, intima cordis penetrando, animam à rebus secularibus, desiderijsque carnalibus occidendo, acuta vocatur. Et ex vtraque parte acuta, propter duo testamenta: quorum scripturæ hæc agunt. Hinc de Christo dicitur, Ipse quasi ignis conflans, & quasi herba fullonū. [scio vbi habitas] scilicet in quali oppido atque consortio. Quasi dicat, Hoc te laudabiliorē, ampliorique præmio efficit dignū, q̄ inter tōs prauos non relinquis iustitiam. Difficilius etenim est, inter peruersos iuste viuere, quā inter deutos [vbi sedes est Satanae]. i. infidelium hominum multitudo, in quorum cordibus manet diabolus [Et testes nomen meum]. i. fortiter prædicas, confiteris, exaltas, & Christiano nomine dignum te exhibes, Christi formiter conuersando [Et non negasti fidem meam] timore persequutorum, vel molestia impugnationum. [Et in diebus illis] quibus inter illos moratus est. [Auipias testis meus fidelis] fuit in vrbe hac [Qui occisus est apud vos] ab infidelibus pergamini [vbi Satanas habitat] in vasis suis pratis hominibus. Vnde in Euangelio ait Saluator, quōd immundi spiritus ingressi hominē habitant ibi. Constat virum istum, qui cæteris omisissis tam sollemniter à domino commemoratur & commendatur, singularis sanctitatis atque constantiæ extrisse: qui dicitur testis Christi, quoniam verbo, & sanguinis sui effusione testimonium perhibuit veritati fidei Christianæ. Martyr autem græce, latine dicitur testis. [Sed habeo aduersum te pauca] emendatione digna [Quia habes illic] scilicet inter tuos [Tenentes doctrinam Balaam] qui consilio Balaam equiuolenter consentiunt [Qui docet Balach] id est offendiculum Luc. 11.

1. Cor. 19. Ioan. 18. Matth. 10. Esaie. 51. Fsal. 26. Fsal. 3.

Fsal. 20. Sapien. 5.

Marc 24. Grego. Roma. 8. Hebr. 12.

Apo. 21.

Apo. 1. Hebr. 10.

Malac. 3.

Pfal. 105.

Apoc. 1.  
Iud. 1.

oculorum & occasione peccandi [Coram filiis Israel] nam suggerente Balaam hariolo, Balach misit facinas speciosas propè filios Israël: vt earum pulchritudine tracti in luxuriam ruerent, & que de sacrificiis idolorum comederent. Ideo subditur [Edere] de sacrificiis idolorum [Et fornicari.] De hoc in Psalmo, Et imitati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum [nababes et tu tenentes doctrinam Nicolitarum] id est hæreticos quosdam inter tuos esse permittis, nec eos expelles, seu idonee reprobas: qui instar Balaam, docent cum illegitimis commisceri, asserentes mulieres debere esse communes: sicut dictum est plenus supra de erroribus Nicolitarum. De talibus quoque in Canonica Iudæ habetur, Væ illis qui via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt. Hi sunt in epulis suis coniuuantes sine timore, semetipsos pascentes, arbores infructuosæ, bis mortuæ, dispumantes fualis confusiones: quibus procella tenebrarum conseruata est in eternum. [Similiter poenitentiam age] id est sicut episcopo Ephesi iussi, sic iubeo tibi poenitentiam agere. Vel similiter, id est sicut & isti decepti. Nam pari reatu tenetur, qui peccat: & qui peccantem cum potest & debet, non corripit, vel peccare permittit. [si quo minus] feceris, id est, nisi poeniteris [veniam tibi cito] id est per castigationem districtam te visitabo, vel ate mortem vel in morte, seu in iudicio generali: quod comparatione futuræ perpetuitatis mox erit [Et pugnabo cum illis] errantibus, quos reprimere negligis, id est, contra illos disceptabo [in gladio oris mei] id est per sententiam damnationis, & per iudiciariam potestatem, eosque damnabiles esse conuincam. Itaque tu cum illis peribis, nisi poenitentiam egeris. Quo patet, quàm periculosa sit cura animarum, cum pastor damnatur, nisi oues errantes pro posse reduxerit, diligenter instruxerit, feriose arguerit, & quantum valet respuerit. Vel pugnabo cum illis in gladio oris mei, id est, te de statione tua amoto, meliorem in tuo loco substitutam: per cuius verba aduersarios veritatis deiciam, ac deceptos reducam. [Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis] istud frequenter repetitur. Et quoties clausula hæc in hoc loco vel alibi in scripturis inseritur, signum est notabile, magnum aut mylticum, salubre, omni quoque aduertentia dignum esse quod dicitur. [Vincenti] passiones & vitia, tentationes, & cuncta aduersa [Dabo manna absconditum] id est resurrectionem internam, consolationem occultam, panem caelestem. De quo in Euangelio legitur, Beatus qui manducabit panem in regno dei. Vel manna absconditum, est ipsemet dulcissimus dominus Iesus, cuius figura fuit manna filiis Israël præstitum. Vnde ait Iudæis, Non Moses dedit vobis panem, sed pater meus dat vobis panem verum. Ego sum panis vitæ. Hunc panem dat nobis deus, seu ipsemet Christus, in via per quandam dulcem prægustum, per contemplationem & spem, per quotidianam appropinquationem: in patria autem per plenariam communicationem, ac beatificam resurrectionem. Deniq; Christus suo corpore & sanguine nos in præfenti exilio fouet, consolatur, ac reficit, tanquam per gratiæ instrumentum gratiæ veraciter contentiuu: per diuinitatem verò nos alit, tanquã per principale obiectale beatificatiu edulum. Manna insuper istud absconditum fertur, quia secundum diuinitatẽ Christum est incomprehensibilis. Iuxta illud Efaiæ, Verè tu es deus absconditus, deus Israël Saluator. Et quia nunc per fidẽ ambulamus, atque per speculum in ænigmate cognoscimus. In sacramento etiam non parum absconditur, nec à carnalibus eius sapor percipitur: sed deuotis, dicente propheta, Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã abscondisti timentibus te. Similiter de sapientia scriptum est, Abscondita est ab oculis omnium viuentium, nec inuenitur in terra suauiter viuentiu. Trahitur autẽ sapientia de oculis. Vnde secundum Berengan. manna absconditum dicitur, quia sapientia dei superbis absconditur, humilibus reuelatur, Christo dicente, Confiteor tibi domine pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis [Et dabo ei calculum candidum]. i. corpus incorruptionis gloria in futuro resurgens, secundum Bedam. Sicque per manna potest intelligi præmiu essentialẽ, & per calculum præmiu occidentale. Sed & ipsemet Christus, qui est preciosissima margarita pro qua cuncta spernuntur, splendidissimisque carbunculus in tenebris lucens, easque fugans: candidus calculus appellatur, qui per humilitatẽ se paruũ exhibuit, electorum verò corda suo splendore perfudit. Rursus, per calculum candidum intelligi potest aureola martyrum. Nam ad martyrium verbis his Christus suos milites animauit. Sicut enim per lapidẽ preciosum, præmiu essentialẽ, seu aurea: ita per calculũ candidum pura carbunculum, præmiu accidentale atque aureola intelligitur. [Et in calculo nomen nouum scriptum] quo beatus vocabitur, & filius dei per dona gloriæ censetur. Recipiendo enim hunc calculum, sortietur & nomẽ nouum, in calculo ipso relucens: vt perfectè glorificatus & duplici stola indutus dicatur. [Quod nemo scit] per nouitiũ experimentalẽ, plenariam, seu formatam [Nisi qui accipit] ipsum. Quid enim sit deo sic frui, ita beatificari, ita per similitudinem donoru gloriæ dei filius esse & appellari, nunc perfectè cognoscere non valeamus: dicente Apostolo, Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit deus diligentibus se. Vel per nomẽ istud intelligitur ipsemet Christus nomine designatus, vt sit fermo de nomine nominato: de quo legitur, Non est aliud nomẽ datum hominibus sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri. Christus autẽ, tanquam purissimus amator, ac liberalissimus dator, dando dona gratiæ & gloriæ, simul cũ illis præstat seipsum: quẽ nemo nouit, nisi qui per charitatẽ ipsum suscepit. loquendo de cognitione formatã. Si quidẽ qui dicit se nosse deũ, & mandata eius nõ custodit, ab Apostolo Ioanne, imò à spiritu sancto, mendax vocatur. Berengandus per calculũ cãdidum intelligit Euageliũ: & per nomen in eo scriptũ, illud quod legimus, In principio erat verbũ, &c. Quidã Episcopũ istũ Pergami asserunt fuisse sanctum Carpum. Consequenter ad Episcopũ ecclesiæ Thyatirensis dirigitur sermo. [Et angelo Thyatiæ ecclesiæ scribe, hæc dicit filius dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, et pedes eius similes aurichalco] hoc totum semel expositum constat. [noui operatiua] virtuosa quæ approbo [Et fidem] viuam, formatam, rationibus credendorum ornata, & purificata mentis intelligentia decoratam, quæ est fides secundum statum perfectum [Et charitatem] qui deum & proximum amas [Et misterium]. i. officij tui executionẽ in actibus Episcopatus ac sacerdotij [Et patientiam tuam] inter tot aspe-

A [Et opera tua nouissima plura prioribus] ita, quòd in bonis actibus abundanter creuisti, sed habeo aduersus te, quia permittis mulierem Hiezabel, quæ se dicit prophetem, docere et seducere seruos meos, fornicari et manducare de idolothytis. ] Fuit itaque in ecclesia huius antistitis mulier, quæ vel proprio nomine dicta est Hiezabel, vel propter parem impietatem cum Hiezabel vxore quòdam Achab regis Israël, de cuius prauitate, Regum habetur, sic dicta fuit. Dicuntque aliqui, quòd fuit vxor huius Episcopi. Vnde secundum Albertum alia translatio habet, Habeo aduersus te, quòd finis vxorẽ tuam Hiezabel. Et ita audacius dixit se esse prophetissam, tanquã antistitis, & quidẽ tam sancti antistitis, coniugẽ. Idcirco etiam dixit se prophetissam, vt dum crederetur inspirata diuinitus, facilius eius doctrina susciperetur. Docuit ergo fallaciter, & docendo induxit fideles ad fornicationem carnalem, eo modo quo Nicolaita: vel ad fornicationẽ spiritalem, quæ est cum dæmonibus, dum rebus caducis magis quàm deo altissimo inhæretur. Non autem docuit idololatriam corporalem, secundum Bedam, quia tunc nõ potuisset se fingere prophetissam. Dicit quoque Albertus, quod per mulierem hanc (scilicet eius imitatione siue exẽplo) introducta fuit perfidia Machometi, qui etiam finxit se esse prophetam. Porro per idolothyta intelliguntur, quæ idolis immolata seu consecrata fuerunt: de quibus manducare licet, secundum Apostolum, quando fit sine scandalo proximi, & non in veneratione idolorum: sed mulier ista docuit illud passim licere. ¶ Sed mirum videtur, quòd Episcopus iste tantæ perfectionis, tam grande malum permittit. Ad quod Haymo respon dens, Nulla, inquit, ratio permittit, vt iste hoc vitio notetur, quem dominus tanta laude prosequitur: sed à corpore electõrum conuertit sermonem ad partem reproborum: quæ in doctoribus intelligitur, qui sua negligentia prædicta mala in Ecclesia esse sinunt. Alij tamen de Episcopo isto verba inducenda exponunt. Et potuit fieri quod Episcopus in aliis occupatus, prauitatem feminæ huius non satis aduertit, vel eius culpam nõ tam citò vel tam efficaciter increpuit, vt debuit. [Et de di illi tempus, vt poenitentiam ageret] in quo misericordia dei ostenditur. Omnipotens enim est patiens redditor, nec animas vult perire [Et non vult poenitere a fornicatione sua] quam docet & facit: præteritam deplorãdo, & futuram vitando. Vnde impletum est in muliere hac illud Iob, Deus dedit illi locum poenitentia, & ille abutitur eo in peccatum. Sed quia tantò districtior est dei vindicta, quantò longanimior atque clementior fuit expectatio sua, subiungitur, [Et ecce mitto eam in lectum]. i. graui languore eam visitabo, & per mortem corporalem mittã eam ad mortem ac lectum infernalem, vbi sepultus est diues. [Et qui moechantur cum ea]. i. eius doctrinis ac vitij participat, vel ei miscetur [in tribulatione maxima erunt] ita quòd dira morte confitentur, deinde æterna supplicia patientur [Nisi poenitentiam egerint ab operibus suis] imò & ab affectionibus suis verbis, & cogitationibus: quæ omnia actus & opera hominis frequenter in scriptura dicuntur. Hinc in Euangelio Christus ait, Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et in Ecclesiastico habetur, Nisi poenitentiam egerimus, incidemus in manus dei, & non in manus hominum [Et filios eius] id est imitatores, qui præ ceteris ei in vitij conformantur. Propter quod non solũ participes, sed & filij eius vocantur [interficiam in morte] formaliter scilicet ipsa morte, id est insanabili plaga, vel morte gehennæ, quæ est mors secunda, damnatioque perpetua. [Et scient omnes ecclesiæ] ex effectu meæ iustitiæ [Quia ego sum scrutans corda et renes]. i. intimè cernens, diligenter discutens, vsque ad vnguem diiudicans desideria & opera carnis, quæ nomine renum signantur, & cogitatus affectionesque cordis [Et dabo vnicuique vestrum secundum opera sua] ita quòd nullum bonum dimittam irremuneratum, nullumque malum impunitum. Hæc idem per Hieremiam dicit, Ego dominus, inquires, scrutans cor & probans renes, qui do vnicuique iuxta vias suas, & iuxta fructum adinventionum suarum. Quod & in Psalmo cantatur, Veruntamen nomine scrutationis quandoque datur intelligi inquisitio quædam de re ignota, vel nota aliquid, vt nõ scatur certitudinaliter: sicque deo nõ competit. & iuxta hoc scriptum est, Nunquid licet dies hominis, dies tui: vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? Præterea cùm ratio meriti atque demeriti magis consistat in actibus interioribus, potissimè voluntatis, quam exterioribus, qui rationem virtutis aut vitij ab interioribus sortiuntur, cùm deus dicitur vnicuique redditor secundum opera: per opera intelliguntur actus interiores & exteriores, ita vt & passiones sub nomine actus cõprehendantur. Vnde quòd actus interior opus dicatur, patet ex eo quod in Euangelio loquitur Christus Iudæis, Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille [Vobis autem] fidelibus meis [Dico et ceteris qui Thyatiæ estis] id est cunctis qui estis in domo Episcopi, & in tota vrbe hac commemorantes [quicumque non habent doctrinam hanc] impissimæ Hiezabel, id est ei non acq̃uieuerunt [Et qui non cognouerunt] per approbationem [Alteritudinem satanæ] id est superbias atque astutias diaboli, siliumque eius hæresiarum, Ebionis, Chertinti ac Martionis [Quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus]. i. ego non imponam vobis obseruationem legalium, quam Petrus apostolus vocat importabile pondus: quemadmodum hæretici iam præfati dixerunt, & me missurum asseruerunt. Docuerunt enim legalia cum Euangelio obseruanda, ita quòd deus mitteret hoc pondus super ceruices discipulorũ, vltra pondus Euangelicæ legis [Tamen id quod habetis tenete] id est Euangelica documenta firmiter obseruate, quæ iam dudum accepistis [Donec veniam] id est vsque ad mortem, quando vos visitabo, & perseruantes de via ad patriam eleuabo. [Et qui vicerit] secundum sensum iam saepe inductum [Et qui custodierit vsque in finem opera mea] id est sine reprehensione & macula exhibuerit opera mihi placita, & mea virtute peracta: in omnibus custodit, circumspicit, caute, sollicitè, timoratè se habens [Dabo illi potestatem super gentes.] Sancti enim secundum Apostolum de hoc mundo iudicantur, quibus & Christus promisit, Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israël. Vnde in libro Sapientiæ scriptum est, Iudicabunt nationes & dominabuntur populis. [Et veget eas in virga ferrea] id est in rigore iustitiæ. Vel cùm damnationis sententia mittet seu dirigit eas ad finem eis debitum, puta ad poenas inferni. Nam simul cum Christo iudicabit, & eius sententiam approbabit. [Et tanquam vas figuli]

3. Re. 16. 18.

2. Cor. 9.

Haymo.

Eccle. 5.

Iob. 34.

Luc. 16.

Luc. 12.

Eccle. 12.

Apoc. 21.

Psal. 7.

Iob. 24.

Hier. 17.

Psal. 7.

Iob. 10.

Ioan. 6.

Actu. 15.

2. Petr. 3.

Micheg. 6.

1. Cor. 6.

Matt. 19.

Psal. 2.

Luc. 22.

*confringemur* non esse, sed omne bene esse, perdendo. Denique sancti in patria potestatem sortiti sunt subueniendi vitoribus, & gratiam boni regiminis eis procurandi, impioſque torquendi. Vel, qui custodierit vsque in finem opera mea, id est in bonis actibus stabilis manserit, & verè ac efficaciter in bono perseverare decreverit: dabo illi potestatem super gentes, id est alijs eum præficiam tanquã dignum prælatum, alioſque docere idoneum. Et reget eos in virga ferrea, id est constanti inflexibilique iustitia. Vel in evangelica lege seu rigore disciplinæ. Et tanquam vas figuli confringentur, à sua duritia amittendo non esse naturæ, sed propriæ peruersitatis & libertatis irrefrenatæ. Secundum quod Salomon ait, Verte impios, & non erunt. Hæc est salubris conſtrictio, qua quis vincit seipſum, & frangit proprium animũ, quod est abnegare seipſum. Quod qui fecerit, dicere potest illud apostoli, Vivo autem iam non ego, vivit verò in me Christus [sicut et ego accepi a patre meo] potestatem præfatam acceptione æterna, secundum quod deus: & acceptione temporali, secundum quod homo. Omnia enim filius habet à patre: iuxta illud, Omnia mea abs te sunt. Et in ipſo incarnationis instanti, prælata est humanitas Christi omni creaturæ, & data est ei tunc omnis potestas in cælo & in terra: videlicet potestas iudiciaria, sacerdotalis ac regia, miraculorumque operatiua, autoritas quoque iubendi angelis bonis ac malis, propter hypostaticam suam vnionem cum verbo: sed quantum ad manifestationem, dicitur ista potestas Christo in resurrectione collata. Vnde ipse tunc dixit, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Porro hæc verba in Epistola de Christo ad literam scripta sunt, vbi pater ait ad filium secundum formam seruilem, Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, quæ secundum hanc eorum introductionem, de membris ipsius exponantur [Et dabo illi stellam matutinam] id est meipſum secundum quod infra dicitur, Ego sum radix David, stella splendida & matutina. Iterum, Dabo illi stellam matutinam, id est angelũ sanctum suæ vitæ custodem, socium habebit in gloria, eritque sicut angelus dei, atque in cælo empyreo matutina stella figetur. Quod enim angeli sancti stellæ sint matutinæ, beato Iob dominus pandit dicendo, Vbi eras cum me laudarent astra matutina & iubilarent omnes filij dei? Vel stella matutina, est lucidissima contemplatio diuinorum. Denique sicut prædictum est: quicquid in istis capitulis ad præfules Asiæ scribitur, cunctis prælatis, imò & partim viuueris Christianis denũciatur. Defectus itaque propter quos antiſtes illi reprehenduntur, omnis prælatus seu Christianus in se & suis debet corrigere, si de eis sibi conscius fuerit. Virtutes quoque, de quibus illi laudantur, exequi debet. Vnde si quis primæ charitatis feruorem, & pristinæ deuotionis alacritatem reliquerit, memor sit vnde excedit, & poenitentiam agat: ne cum spiritu coeperit, carne consummetur & pereat. Cũ enim in eode statu homo non maneat, qui non proficit, deficit: & qui negligit modica, paulatim penitus euacuatur, nisi sollicitè se emendet. Propter quod tali dicitur, Si non in timore domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. Et enim timor filialis & castus, qui est fuga mali culpæ, ab omni abſtrahit diuinitatis offensa, à torpore atque igna uia, secundum illud dictum Salomonis, Qui timet deum, nihil negligit. Præterea si quis prælatus in grege sibi commisso percipiat aliquos esse pestiferos, peruersa docentes, & scandalizantes pusillos, trahentes ad carnis inquinamenta vel spiritalia vitia, omnem mox diligentiam ac laborem apponat, vt tantum malum extirpet, animarũ subuersores corripiat, excludat, deuitet, si se emendare noluerint. Consideremus solenter, quanta sit pietas dei, quantum nostram optet salutem, quomodo nunc minãdo pœnas, nunc promittendo iucunda, fatigat nos à vitis reuocare, ad virtutes inflammare, ad beatitudinem sublimare. Nō parvipendamus gratiam dei, nec providentiæ eius sumus ingrati: alioquin dominum cooperantur nobis in malum, & quantum maiora ac plura sunt eius beneficia, tantò enormiora erunt nostra facinora, & duriora supplicia.

Explanatio cap. III.

[Et angelo Sardis ecclesie scribe.]

Artic. IIII.



Capitulum præcedenti scripta sunt, quæ ad quatuor Episcopos quatuor ecclesiarũ Asiæ pertinent: nunc quæ ad reliquos tres episcopos eiusdem prouinciæ spectant, scribuntur. [Et angelo] id est præfultus [ecclesie] scilicet Christianorum qui sunt in ciuitate [sardis scribe, Hæc dicit qui habet septem spiritus dei] id est Christus in quo septem dona spiritus plenissime fuerunt & sunt, qui & septem spirituum, id est omnium angelicorum spirituum dominus est: qui per septem spiritus designantur, vt dictum est super illud, Et à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt [Et septem stellæ] id est septem episcopos Ecclesiarum Asiæ: per quos viuueris farum significantur ecclesiarum Episcopi & prælati: quia omnes in manu sunt saluatoris: vnde in fine primi capitis scribitur, Septem stellæ, angeli [id est Episcopi] sunt septem ecclesiarum. [scio opera tua] quæ displicent mihi. Bona scit deus per approbationem, mala per simplicem cognitionem & detestatio nem: iuxta illud, Cognoui multa scelera vestra. Et illud, Dominus scit cogitationes hominum, quoniã vanæ sunt. Nec obstat quod Abacuc dicit, Mundi sunt oculi tui domine, ne videas malum: & respicere ad iniquitatem non poteris. Hoc enim non asserendo, sed conquerendo, & ex contrario dicitur sensu [Quia non habes, quod viuas] id est ab alijs per charitatem & gratiam viuere æstimaris, & famam bonam per hypocrisin tuam sortitus es. Fama autem nomen vocatur, iuxta illud, Curam habe de bono nomine. Et illud Machabæorum, Faciamus & ipsi nobis nomen [Et mortuus es] morte peccati, de qua ait Saluator, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Spiritualis siquidẽ vita animæ est charitas, quam, qui mortaliter peccat, amittit, spiritaliterque moritur, nec aliquem actum deo placentem ac meritorium operatur: sed est velut turpe foetidumque cadaver corã super sanctissimo deo. [Isto vigilans] id est diligens in custodia cordis tui ac subditorum: & quò pluribus præes, tantò sollicitior & agibilior consistas. Omnem

A enim profusè torporè abicere debet prælatus, & omni metu timore atque tremore suam ac gregis Philip. 2. operari salutem. Vnde de indignis pastoribus dicitur, Speculatores cæci, videntes vana & dormientes Esa. 56. Hinc Romanos monet Apostolus, Qui præest in sollicitudine, supple, præstitit [et confirma cætera que mo Rom. 12. vira erant] id est opera tua parua, quæ facis & de genere bona sunt, maiore puritate exercere vt ex charita Galat. 6. te nascantur, & meritoria comprobentur: quæ alias nihil tibi proficiant ad salutem. Vel confirma cætera quæ moritura erant, id est infirmos seu imperfectos gregis tui, orando, dicendo, exemplariter conuersando ad virtutes erige. Sicut & petro ait Saluator, Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Grex Luca. 22. nōpe citò in vitia labitur, & mortè culpæ mox patietur, nisi à prælato iuuetur, confirmetur, & deducatur. Ezech. 34. Secundum quod dominus per prophetam ait, Dispersæ sunt oues meæ, eò quod non esset pastor. [Non enim inuenio opera tua plena] i. veraciter virtuosas [coram deo meo] secundum quod homo sum. Qui enim vana intentione quæ bona sunt agit, mente est vacuus, peccato exhaustus, verè pauperimus. Tales sunt qui quarunt placere hominibus, qui apparentiam magis quam existentiam sanctitatis assumunt: qui etsi coram hominibus aliquid videntur: deum tamen fallere nequeunt. Vnde & fatuarum virginum lampades extinguuntur. Et teste Ambrosio, plenitudinem vitæ iusti habet, inanes autem sunt dies malorum. [In mente ergo habe] id est diligenter considera [Qualiter acceperis] gratiam dei in baptismo, deinde sacerdotium, Episcopatũque gradum [Et audieris] à me cæteriſque sanctis ea quæ ad Episcopum pertinent, ac reliqua Etangelicæ legis documenta, præcepta, consilia [Et serua] hæc omnia memoriter recollendo, & efficaciter profequendo. Vnde & Timotheum admonens Paulus, Noli, inquit, negligere gratiã quæ data est tibi cum impositione manuum presbyterij. Et rursus, Cofortare in gratiã, & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus [Et poenitentiam age] de bonis omisiss & malis commissis. [Si ergo non vigilaueris] id est nisi officium tuum solenter fueris exequutus, oculis que direxeris ad considerandos defectus tuos ac subditorum [Veniam ad te] per potentiam meam effectum, & æquitas vindictam [Tanquam fur] id est improvisè, iuxta illud Apostoli, Dies domini tanquam fur in nocte ita. Theſ. 5. veniet [Et nescies qua hora veniam ad te] nisi cum pœnam ipsam coeperis experiri. Nam hora mortis incerta est. Quapropter Christus hortatur, Vigilate, nescitis enim qua hora dominus veniat, serò an meridiana nocte, an gallicantu, an manè: ne cui venerit repente, inueniat vos dormientes: vigilate, videte & orate. Denique corporaliter dormit, qui oculos carnis tenet clausos, nec vitur ratione, nec quippiam facit aduertens: sic spiritaliter ac miserabiliter dormit, qui oculos mentis ad ea quæ dei sunt ac suæ salutis non aperit, qui rationem, quæ ad optima instigat, non sequitur, qui nil meritorium operatur. [Sed habes pauca nomina in sardis] id est quosdam fideles in tua ecclesia [qui non inquinauerunt vestimenta sua] id est vestem innocentiam in baptismo collatam seruauerunt incontaminatam, postea mortaliter non peccando, & de venialibus quotidie satisfaciendo: imò in splendore gratiæ ac virtutum creuerunt. Vestimenta quoque anime sunt virtutes ac dona spiritus sancti: quibus mens decoratur, & contra frigora vitiorum, atque ardores concupiscentiarum, ac tentamentorũ munitur. Vnde & charitas dicitur vestis nuptialis. Et de sponsa cantatur, Vidi speciosam, cuius inestimabilis odor erat nimis in vestimentis eius, quibus se indutam gloriatur quæ dicit, Gaudens gaudebo in domino, quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me. Hæc vestimenta non fœdat, qui in mortale non ruit: & de venialibus omni hora se purgat, mentem frequenter eleuando ad deum, bonis que actibus iugiter infiltendo. Iterum vestimenta sunt opera. Vnde quæ opera tenebrarum adiecit, ait, Exui tunicam meam, quomodo induar illam? Qui itaque fatigat deo in puritate seruire, nemini (quantũ in se est) dans vllam offensionem: iste vestimenta sua non inquinat. Ad quod Philipenses hortatur Apostolus, Charitas vestra magis ac magis abundet, vt sitis syncri & sine offensione. Sed quomodo potest quis vestimenta ista seruare non inquinata, cũ conqueratur propheta dicens, Facti sumus vt immundi omnes nos, quasi panem menstruatũ viuere iustitig nostræ? Et respondendum, quod comparatione lucis ac puritatis diuine id dicitur. Sic enim & cæli non sunt mundi. Hinc in libro Iob dicitur, Non iustificatur homo compositus deo. Et item, Quid est homo vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Nihilominus ait Psalmista, Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. Et Apostolus, Nihil mihi conscius sum. Propterea aduertendum, quod duplìter dicitur quis vestimenta præfatata non inquinat. Primum, cũ post primam iustificationem seu gratiæ infusionem nunquam peccauit mortaliter quod paucissimis competit. Secundum, cũ actualiter in charitate & gratia est studens deo in sanctitate & iustitia cunctis diebus suis seruire: quod omnibus verè poenitentibus, ac proficientibus certum est conuenire. Luc. 11. Queritur quare potius ait dominus, habes pauca nomina, quàm paucos homines, cũ de hominibus sermo sit? Et respondendum quò ideo, vt innuat quòd electos & bonos noscit per modum specialem, per acceptionem & directionem præcipiam, dicente Apostolo, Quos prædestinauit, hos & vocauit. Et Moſi ait Exod. 33. qui omnia nouit, Te ipsum noui ex nomine. Vnde de seipſo loquens Christus sub nomine boni pastoris ait, Proprias oues vocat nominatim. In parabola quoque purpurati diuitis, electum pauperem expri mit nominatum, reprobum diuitem appellatione communi. [Et ambulabunt mecum in albis] id est mecum erunt in regno celesti, stola gloriæ ac immortalitatis induti. In albis quoque, id est corporibus glorificatis ac splendidissimis gloriæ donis. In ecclesia etiam militanti ambulabunt mecum, id est coram me & velligia mea sequendo. Qui enim se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Sic David commendat scriptura, quòd coram domino ambulauerit. Et Abrahæ dicitur, Ambula coram me, & esto perfectus. In albis, id est innocentie indumentis, si gratiam baptismalem non perdiderrunt. Vel in bonis operibus, secundum Berægandum. Vnde, vt Haymo asserit: non solũ qui in innocetia permanferunt, sed & hi qui per poenitentiam surrexerunt, puta omnes electi, ambulabũt cum Christo in albis: qui dicit, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego & illi sint mecum: vt videat claritatẽ meam

Prou. 12. Luc. 9. Galat. 2.

Ioan. 10. Ioan. 17. Matth. 18.

Eodem. Psal. 9.

Matth. 22. Iob. 34.

Galat. 3. Iob. 14. Eccle. 19. Eccle. 27. Eccle. 7.

philip. 2.

Apoc. 2.

Esa. 11.

Apoc. 1. Eodem.

Matt. 25. Ambros.

1. Theſ. 5. Marc. 13.

Matth. 22. Eant. 4. Clã. 6.

Canti. 5. 1. Cor. 6. Philip. 1.

Esa. 64. Iob. 15. Iob. 9. Iob. 15. Psal. 81. 1. Corin. 3.

Luc. 11. Rom. 8. Exod. 33. Ioan. 10. Luc. 16.

1. Ioan. 2. Ruth. 4. 2. Reg. 3. Gene. 17.



[Quoniam digni sunt] Ex quo sequi videtur, quod aliquis de condigno mereatur vitam æternam, cum tamen dicat Apostolus, Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam. Et Saluator, Cum feceritis, inquit, omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutilis sumus: quod debuimus face- re fecimus. Sed dicendum, quod homo existens in charitate meretur vitam æternam de condigno, in- quantum spiritus sanctus charitatem mouet & excitat ad agendum, non in quantum procedit, vel passio acceptatur a libero arbitrio etiam habitu charitatis adiuncto. Hæc est sancti Thomæ responsio. [Qui vi- cerit] vanitates sæculi, desideria carnis, suggestiones diaboli [sic vestietur vestimentis albis] id est præindu- ctis bonis gratiæ donis ornabitur [Et non delebo nomen eius de libro vitæ] Minus dicit & plus si- gnificat, ut sit sensus, Ostendam eum scriptum esse in libro vitæ. Vbi quærendum est, quomodo aliquis dicatur deleri de libro vitæ. Et respondendum, quod liber vitæ in deo est electorum conscriptio, tenax memoria seu firma notitia in mente diuina, qui liber est ipsa prædestinatio. Itaque secundum Thomam, aliquis dicitur scriptus in libro vitæ dupliciter. primo, secundum ordinationem prædestinationis, ut hi quos deus saluare decreuit: & sic nullus deletur. Secundo, quantum ad prædestinationis effectum, scilicet charitatem & gratiam, quam qui habet, dignus est vita æterna. Ideo scriptus dicitur in libro vitæ. Et cum ea peccando admittit, deletur secundum istum respectum, videlicet quo ad effectum prædestina- tionis diuinæ. In idem redit quod alij dicunt, aliquem scriptum in libro vitæ, per præsentiam æternam, & sic scriptus nunquam deletur, sicut nec dei præsentia fallitur. propter quod scriptum est, Sanctus vsq; cabitur omnis, qui scriptus est in vita Hierusalem. Secundo, per præsentem iustitiam: & sic potest dele- ri. Vnde cum Moses dixisset ad dominum, Aut dimitte populo hanc noxam, aut dele me de libro quem scripsisti, dominus mox respondit, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Porro qui scriptus est in libro vitæ primo modo, dicitur simpliciter scriptus: qui secundo modo, scriptus dicitur secundum quid. Ideo absolute loquendo, nullus proprie deletur de libro vitæ: sicut nec prædestinatus damnatur. [Et confitebor nomen eius] id est in hora iudicij eius particularis ac vniuersalis, ipsum ad me pertinere tes- tabor [Coram patre meo, et coram angelis eius] quæ confessio est honoris præclarus, ob quem contemnen- dus est omnis honor terrenus [Qui habet aures audiat, quid spiritus dicat ecclesiis]. Ista admonitio pollicita- tionis diuinæ nunc præponitur, nunc subiunguntur: ad inueniendum, quod verba dei ac diuinæ promissæ diligenter aurescunt debemus, siue ad hoc præmonemur, siue non. Consequenter præfili Philadelphie ecclesiæ sermo dirigitur. [Et angelo Philadelphie ecclesiæ] id est Episcopo congregationis Christianæ in vrbe hæc commemorantis [scribe. Hæc dicit sanctus verus] id est Christus, qui secundum diuinam natu- ram essentialiter sanctus & verus est, secundum naturam quoque assumptam sanctior vniuersis & verus in verbis atque operibus: qui testatur, Ego sum via, veritas, & vita. De quo apud Danielem dicitur, Vngatur sanctus sanctorum [Qui habet clauem David] Clavis est qua abdit referatur, & clausa panduntur, ac ianua aperitur. Ita clavis hæc Dauid quam habet Christus, est virtus sua illuminatiua seu sapientia, per quam aperit nobis mysteria scripturarum, sicut & Apostolis aperuit sensum, ut intelligerent scripturas. Per hanc autem virtutem aperit nobis & ipsum Dauid, seu librum Psalmorum, in quo secundum diuinum Dionysium, virtualiter continetur, quicquid in scripturis habetur. Vnde & clavis ista vocata est clavis Dauid, qui præ cæteris de Christo prophetauit, cuius Psalmos Christus elucidauit. Veruntamen secundum Berengandum & Haymonem, per clauem Dauid intelligitur Christi humanitas de semine Dauid assumpta, per quam referata sunt omnia, & quæ Dauid de deo, & quæ deus ad Dauid loquutus est: per quam etiam ianua regni cælestis est patefacta, & tota ecclesia illustrata [Qui aperit] id est scriptu- rarum notitiam menti infundit, corda ac gratiam, charitatem & fidem parua facit [Et nemo claudit] qui cui Christus sic aperit: quoniam Christi operationem nullus prohibere, impedireve potest directè, & dum Christus noluerit: quamquam diabolus & homines prauis nonnumquam disponunt illuminatum ad tene- bras falsitatis ac vitiorum declinant: sicut in Euangelio ait Saluator, Venit diabolus, & tollit verbum dei de corde ipsorum, ne salui fiant. Et denuo, Vg vobis scribæ & pharisæi, qui clauditis regnum cælorum ante homines: ipsi non intratis, nec alios intrare permititis, scilicet quantum in vobis est. [Claudit] id est gratiam subtrahit, intellectum scripturarum salutarem non insuit superbis ac reprobis [Et nemo aperit] eis tanta bona. Ipse vti que clausit Iudæis & aperuit Gentibus. Sicut in Euangelio loquitur, In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant: & qui vident, ceci fiant. At verò verba hæc scri- pta sunt in Esaia de Eliachim, secundum quod fuit Christi figura cum dicitur, Dabo clauem domus Da- uid super humerum eius, & aperiet: & non est qui claudit, &c. [scio opera tua] per approbationem. [Ecce dedi coram te ostium apertum] id est patefeci tibi ingressum ad intelligentiam scripturarum, mentem tuam claritate scientiæ illuminando, [quod nemo potest claudere] tibi cum ego id aperueri, qui po- tens sum te in data diuinorum notitia conseruare. Hoc etenim ostium est insula clarificatio animæ per quam scripturas intelligit. Denique præter ostium hoc loquitur scriptura adhuc de multiplici ostio. Est enim prædicatio ostium: iuxta illud Pauli, Ostium mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi. Fides etiam dicitur ostium, ut in Actis, Retulerunt, quia aperuisset deus gentibus ostium fidei. In- super præparatio cordis ad ea, quæ dei sunt, ostium appellatur, dicente Apostolo, Cum autem venissem Troadem, & ostium mihi apertum esset in domino. Christus nihilominus etiam ostium cælestis patriæ nuncupatur. Ego, inquit, sum ostium [quia modicam habes virtutem]. Hoc multipliciter exponitur. Qui- dam enim per modicam virtutem intelligunt humanitatem, per quam efficitur homo diuinam illustra- tionem suscipere aptus: iuxta illud, Declaratio sermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. Alij dicunt quod ideo fertur habere modicam virtutem, quia non habuit potestatem seu gratiam fa- ciendi miracula, sicut Episcopi communiter tunc habebant: idcirco deus in intelligentia scripturarum ei recompenfauit, quod in illa ipsi gratia defuit. Berengandus videtur istud subtilius elucidare, dicendo,

A Videtur mihi, quod iste angelus Philadelphie ecclesiæ in diuinis scripturis non satis fuerit eruditus: & ideo dixit eum modicam habere virtutem ad cõuincendos fidei inimicos. Ideo dedi coram te ostium aper- tum in diuinis scripturis, ut intelligas mysteria scripturarum: quod nemo poterit claudere, id est sapien- tia quæ tibi dabitur, nullus poterit resistere inimicorum. Potest quoque sic accipi. Modicam habes vir- tutem, id est naturalis & propria virtus atque scientia tibi non sufficit, idcirco auxiliij gratiæ tibi impen- do, [Et seruaisti verbum meum]. i. sermonibus meis obediisti [Et non negasti nomen meum] meis sum: sed te esse Christianum, & me esse dei filium liberè es professus. [Et ecce dabo tibi de synagoga satane] id est ali- quos incredulorum Iudæorum per tuam prædicationem conuertam, & tibi subiciam, [Qui se dicunt iu- deos esse] verè ac proprie secundum nominis proprietatem, & virtutem patrum suorum imitationem. Iu- dei enim quasi confidentes dicuntur, & isti antequam fidem Christi reciperent, iactabant se deum fide- liter colere & confiteri, patrumque suorum fidem ac opera sequi: quod ita nõ fuit, ideo subditur, [Et nõ sunt] hoc modo Iudæi [sed mentiuntur] quia secundum carnem tantum Iudæi sunt. Christiani verò spi- ritualiter circuncisi, secundum proprietatem spiritalem atque virtutem Iudæi vocantur, cõstitantem Chri- stum de semine Iudæ exortum. Propter quod ait Apostolus, Non qui in manifesto Iudæus est, ne- que quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu non litera. Et iterum, Qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraham. [Ecce faciam illos] tales per gratiã [ut veniant et adorent ante pedes tuos] id est tibi humiliter se fide suscepta, subiciant, teque ut patrem hono- rabunt: deum cultu latræ, & te cultu dulciæ venerantes [Et scient quia ego dixi te] quem ad tantam abun- dantiam gratiæ gratum facientis, ac gratiæ gratis datæ promouit, ita illuminaui, Episcopum ordinaui, a- liorum pedagogum cõstitui. Cũ enim diligere sit alicui bonum velle, hos diligere deus, quos ad bona gra- tiæ donaque gloriæ præordinauit. [Quoniam seruaisti verbum patentiæ meæ] id est documentum meum, quod patientiam præcepi ac docui, quam & opere demonstrasti [Et ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum, tentare habitantes in terra.] per hanc horam tentationis quidam intelligunt tempus persequutionis ecclesiæ ab Antichristo, qui vbique persequutus est Christianos: alij diem iu- dicij. Potest autem magis ad literam ad huius Episcopi tempus referri, & de persequutione Christiano- rum à Romanis Imperatoribus eorumque satellitibus accipi. Iam enim quando Ioannes hæc scripsit, cœ- perunt hi ecclesiam generaliter persequi: & quidam post eos grauius persecuti sunt eam. promittitur er- go huic Episcopo, quod instantibus grauisimis quibuscumque tribulationibus, per virtutem & gratiam spi- ritus sancti seruibatur: non vt aduersa non patiatur, sed ne eis vincatur, ne in tentationem ducatur, id est tentationibus obruatur atque consentiat. Vnde vt Haymo asserit, tẽtatio hęc pro deceptionis lapsum ac- cipitur. Nihilominus qualibet persequutio ac tribulatio dici potest tẽtatio: quia per eam homo exami- natur, & qualis sit noscitur. Sic enim deus tentat electos, quia per aduersa & aspera de eorum perfectio- ne accipit experimentum, probationem, seu euidentiã: nõ vt ipse agnoscat, sed vt aliis ad ædificationẽ patefcat. Sic enim legitur, quod deus tentauerit Abraham, Moses quoque populo Israël loquitur, Re- cordaberis cum tui itineris, per quod adduxit te dominus: vt affligeret te atque tentaret, & nota fierent que versabantur in corde tuo: ut ruc custodires mandata illius, an non. Vnde & in libro Sapientiæ, Deus pro- bauerit illos, & inuenit illos dignos se. Præterea ex eo quod dominus ait: quia seruaisti verbum meum, fa- ciãtiam vt veniant & adorent ante pedes tuos, dicitur, quod dum homo humilitatè patientiamque; obserua- aduersarij ei reconciliantur: quem admodum scriptum est, Quis placuerit domino via hominis, inimi- cos quoque eius conuertet ad pacẽ. [Ecce venio cito] transferendo te de via ad patriam, de tribulatione ad gloriam, de merito ad præmium. Hoc verbo consolationem infundit, & ad paciẽtiam excitat [Tene quod habes]. i. in donis gratiæ perseuera [vt nemo accipiat coronam tuam]. i. ne præmio disposito desituaris per propriam culpam, & alius loco tui subrogetur. Quum enim certus sit numerus saluandorum, si vnus iu- stus ceciderit atque perierit: alius in gradum eius seu locum succedit. Quamuis autem nec prædestina- tus possit corona priuari, nec præscitus eam sortiri in sensu cõposito, puta vt talis & per cõparationẽ ad prouidentiam dei: vt que tamen manet liberi arbitrij, & in sensu diuiso ille potest damnari, & iste salua- ri. [Qui vicerit]. i. peccata cõtempserit, nec alicui illicito consensum præbuerit. [faciam illum columnam] id est fortem, fixum ac eminentẽ [in templo meo]. i. in ecclesia, vt possit aliorum imbecillitatẽ portare, & simpliciores docere. Vnde per colinam perfecti & prædicatores ac prælati signatur: quorum est, cæteros per charitatẽ portare, roborare, constabiliare: sic enim Paulus, Petrum, Iacobum, & Ioannem columnas appellat. [Et fortis non egredietur amplius] ab ecclesiastica vnitate, ac indiuidua charitate recedẽdo: imò vt que in finem, me operante, in finis operibus perseverabit [Et scribam super eum nomen dei mei] id est dei filium eum faciam appellari, quãdoquidem & virtuosos homines dii vocantur: iuxta illud, Ego dixi, dii estis. [Et nomen ciuitatis dei mei nõue Hierusalem]. i. nomen ecclesiæ militantis imprimam ei, ita quod catholicus, seu ecclesiasticus, ac fidelis per omnia asseretur. Ecclesia enim est ciuitas dei noua per gratiam, quæ Hierusalẽ nuncupatur: quia in ea est visio pacis, inchoatio ac cõtemplatio quietis cælestis [Quæ de- scendit de celo ad deo meo]. i. a supernis à spiritu sancto profluxit, regenerata est, ordinatur ac regitur. Om- ne enim bonum optatum, & omne donũ perfectum defursum est, descendens à patre luminũ. Nihilominus ecclesia ascendit ad cælum, ad bona gloriæ aspirando. Hæc loquitur Christus secundum quod ho- mo, dicens à deo meo [Et nomen meum nouum] scribam super eum, vt à me Christo Christianus vocetur. Nã filius dei ex tẽpore ceperit Christus vocari. Sed quia nonnulli si delium, qui in ecclesia videbantur co- lumnæ ceciderunt, & per prauã doctrinã foras egredi sunt, quorum vnũ dicit Berengandus fuisse O- rigenem: hinc locũ hunc exponit de præmio atque ecclesia triumphante: vt sit sensus, Qui vicerit, faciam illum columnam in templo dei mei, id est in regno cælesti firmissima stabilitate locabitur: nec beati- tudinem illam amittet, hoc est forsitan non egredietur amplius. Et scribam super eum nomen dei mei.

Lucæ. 12. Ioan. 8. Roma. 2.

Galat. 3.

Rom. 8. Lucæ. 12.

Sapient. 3. Gene. 2. Deut. 8. Sap. 3.

Galat. 2.

Psal. 81.

Iaco. 1.

Actu. 11.

philip. 4. Nomen dei est esse æternum, quod super vincentes scribitur, cū eis æternitas communicatur, ita quod sine fine cum domino commorantur. Et ciuitas dei mei nouæ Hierusalem, id est ecclesiæ triumphantis: quæ Hierusalem dicitur, quia in ea increata pax dei omnem sensum exuperās, facie ad faciem cernitur. Huius ergo ciuitatis nouæ per dona gloriæ nomē scribitur super electos, quando eā ingressi, ciues ac filij eius vocantur. Quæ descendit de cælo, quia domino Iesu Christo de cælis ad nostram redemptionem descendente, simul ac sancti descenderunt: quia iam per prædestinationem illi coniuncti erāt. Sic ille exponit. Consequenter ad Laodicensis ecclesiæ præfalem sermo dirigitur. [Et angelo Laodicæ ecclesiæ scribe, hæc dicit amen testis fidelis et verus] id est Christus qui est verus & veritas, testis dei patris, & actuum humanorum. Amen quandoque nominaliter sumitur, vt hic, & tunc significat verum. Sicque competit Christo, qui est ipsum primum, summum, & exemplare verum. Quandoque sumitur aduerbialiter, & tunc significat verē [Qui est principium creature dei] id est vniuersorum creator, per quem pater omnia fecit: iuxta illud, Omnia per ipsum facta sunt. Propter quod ait Iudeis, Ego principium qui & loquor vobis. Vel principium creature dei, id est inter creata primus dignitate & gratia, secundum naturam assumptam: quemadmodum supra plenus dicitur [Et scio opera tua] [simplici notitia] [Quia neque frigidus es] per inhospitalitatem [neque calidus] per charitatem infulsam [vntiam frigidus esses, aut calidus] id est in altero extremorum, videlicet totaliter sine notitia dei & simulata iustitia, vel feruens amore: tunc enim minus esset tuum peccatum, eod quod seruus sciens voluntatē domini sui, nec implens, grauius peccet. Facilius quoque tunc conuertereris ad feruorem amoris, quia auditio dei verbo te peccatorem apertum perpenderes: nec te aliquid reputares, sed accusares: sicque vbi abundauit culpa, abundaret & gratia. [Sed tepidus es] id est piger, acediosus & negligens, habens fidem informem, & aliquid esse te reputans [Et non frigidus, neque calidus, incipiam te euomere de ore meo] id est mea sententia reprobare, à fidelitū numero segregare, ab officio tuo deponere. Fideles autem & feruidi Christo sunt incorporati, à quo reuiciuntur dum in mortale labuntur. Quemadmodum autem aqua tepida, tanquam fastidium generans, citō euomitur: sic tepidi isti sunt deo specialiter detestabiles atque ingrati. Et videmus ad oculum quod hi qui manifestē sunt vitiosi, ita, vt nec aliquid boni fe egisse aut agere putent, facilius conuertantur, quam tepidi: seu illi qui volunt partim deo, partim sæculo coherere, placere, feruire. Tepidum demum hoc loco non sumitur quali medium, de charitatis calore aliquid participans: sic enim melius est esse tepidum, quam frigidum [Quia dicitis] verbo mentali, siue vocali [Quod dicitis sum] per virtutes & dona spiritus sancti [Et locupletatus] per opera meritoria copiosa [Et nullius ego] id est maior profectus seu gratia, vel aliorum oratio, seu doctrina mihi necessaria non est ad salutem [Et nescis] .i. non attendis, vel scire nō vis: sicq; habes ignorantia affectatam, quæ inexcusable perhibetur: de qua fertur in Psal. Noluit intelligere, vt bene ageret [Quia tu es miser] per culpā: iuxta illud, Lustitia eleuat gentē, miseris facit populos peccatū [Et miserabilis] iustis, propter pœnā tibi imminentem ac debitā [Et pauper] donis gratiæ spoliatus [Et cæcus] sapientiā non habēdo, & vitis excæcatus [Et nudus] à bonis operibus, ac virtuosus habitibus. [Sua deo tibi emere a me] opulentissimo fonte omnium bonorum [Aurum ignitum] .i. charitatem feruentem diuinitus commendatam, aduersitatibus exercitaturam, veram nō fictam, ab omnibus verē sapientibus approbatā. Hæc charitas sic inter cæteras excedit virtutes, rubet, fulget, perornatque thalamū mentis: quemadmodū aurū inter metalla præstantius est, & corporalem structuram decorat. Charitas autem & gratia emi adferunt, nō quod aliquis in mortali existens eas de condigno mereatur, sed vt eque de cōgruo: quando fe ad eas habilitat & disponit, faciens quod in se est. Hinc enim ait Apostolus, Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia nō est gratia. Rursum per aurum intelligitur sapientiā, potissimē illa quæ est primū inter dona: quæ est saporosa & affectuosa diuinitati cognita. Idcirco ignita vocatur atque probata: quoniam eos, à quibus habetur, amorfos & deo acceptos constituit. Vnde & Salomon, Thesaurus, inquit, desiderabilis in ore sapientis. Quomodo autem charitas vel sapientiā emitur, cū sanctus Iob cōtestetur. Nō dabitur pro ea aurū obrizum, & nescit homo precii eius? Sed & Salomō, Preciosior est, ait, sapientiā cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic nō valent cōparari. Ad quæ propheticus sermo respōdet, Omnes sitientes venite ad aquas, & qui nō habent argentū properate, venite, emite absque argento, & absque vlla cōmutatione vinum & lac. Itaque non tēporali re emitur, sed bonis operibus, cōtinuis precibus, misericordiā actibus, pœnitentiæ studiis, omniū terrenorum contemptu, postremō charissimo nummo, puta seipso, seu propriā voluntatis abnegatione, spōtanea paupertate. Ideo loquitur Christus, Si vis perfectus esse vēde omnia quæ habes, & da pauperibus, & venies sequere me [Et locupletus fias] in spiritalibus bonis. Nempē qui charitatem, vel sapientiā donū adeptus est, omnes habet virtutes & omnia dona [Et vestimentis albis induaris] .i. mundis operibus adornis, sicut ait scriptura, Omni tempore vestimenta tua sint candida. Passiones autem & vitia nigredini comparantur [Et non appareat confusio nudicatis tuæ] .i. ne corā deo & eius ministris tēd in honestas, ac spiritaliter turpis, mentēq; vacuus ac detestandus appareas. Si enim de corporis nuditate corā hominibus verecundamur, potissimē propter inhonestiora corporis mēbra: incōparabiliter plus erubescere nos oportet coram deo & angelis eius de animæ nuditate, de formitate, de fordidatione. Hæc est erubescētia salutaris, qua diuinæ puritatis aspectui erubescimus maculati & sordidi apparere. [Et collyrio inunge oculos tuos, vt videas.] Per collyriū, quod de terra nascitur, quo oculus primō turbatur, deinde à noxio humore purgatur, sicque clarioris visus efficitur: cordis contritio, seu cōpunctio designatur: quæ primō per dolorem de peccatis mentē amaricat: vitiorū squalore emūdat, lachrymas elicit, illuminationē procurat. Hoc collyrio oculi cordis vnguntur, dū in deo verē cōpūgimur, sicq; videmus in lumine gratiæ, & defectus nostros cognoscimus, deū perpēdimus: quicquid salus nostra requirit cōsideramus. Rursum collyriū dici potest sermo diuinus, vel dominicæ passionis memoria, vel scientia salutis. Vnde vt Beda dīsseruit, Collyrio oculis

A vngere, est b oni operis exequutione scripturarum intelligentiam promereri. Sed quia increpatio præ-inducta aspera satis videtur, clementissimus deus increpatum, ne plus induretur, dulcissimè consolatur. Quo dat prælati increpatoribusque exemplum, vt verbis asperæ increpationis, charitatis dulcia iungant eloquia instar boni Samaritani, qui vino oleum miscuit. [ego quos amo] puta electos & bonos [Arguo] per me & meos vicarios, verbis [Et castigo] verberibus seu aduersis, ne quid mali in eis remaneat. Lucæ. 10. Cum ergo hos taliter tractem, quanto magis tu imperfectus debes hæc cum gratiarum actione gaudenter recipere, tanquam animæ medicinam? Hinc spiritus sanctus monet, Disciplinam sanctus moni, fili mi, ne abicias, & ne deficias cum ab illo argueris. Quem enim diligit dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. Et alibi, Beatus homo qui corripitur à domino. Hinc ait Apostolus, Si extra disciplinam ellis, ergo aduerti, & non filij estis. Itaque grauisima dei ira ac vltio est, dum peccatorem prosperari atque ad libitum peccare impunè permittit: quemadmodum de reprobis ait in Psalmo, Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in aduentionibus suis [emulare ergo] id est bonos sequere: iuxta illud, A Emulamini bonū in bono semper. Et iterum, A Emulamini charismata meliora, [Et pœnitentiā ege] quod huicque tam negligens extitisti. Nam & ego paratus sum tibi succurrere. Et ideo subdit [Ecce sto ad ostium] id est ostio cordis, scilicet libero arbitrio, seu voluntati, assisto seu præsens sum: qui omnia impleo, & nullibi desum [Et pulso] per sacram scripturam hortando, per vicarios meos loquendo, per angelicam inspirationem, per morionem internam qua moueo mentem ad supernaturale bonū, per beneficiorum collationem, per aduersitatum exercitationem. His siquidem modis, deus omnipotēs cordis nostri pulsata quotidie ianua. Vnde & loquitur sponsa seu animæ amorosa, Aperi mihi foror mea, amica mea, columna mea. Hinc de increata sapientia legitur, Sapientia præoccupat eos qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat: qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet. Itaque Christus pulsata, sicut scriptum est, Vox dilecti mei pulsantis. Præterea contuendum, quod gratia interdum accipitur pro habitu essentiam rationalis creaturæ deo gratam faciente, interdum pro diuina motione qua deus animam mouet ad supernaturale bonum: quemadmodum motione naturali ac generali mouet omnia ad sibi connaturalia. Propter quod dicitur, Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hic autem diuinus instinctus siue influxus, vel motio hæc communitur sit cunctis hominibus quandiu in vita præsentis subsistunt. Quem quidem influxum quidam sequuntur per liberi conatum vel cooperationem arbitrij ad supernaturale bonum se disponētes. Alij non sequuntur, propter quod merentur sibi ipsi relinqui, sicque ex sua defectibilitate de peccato in peccatum labuntur. [Si quis audierit vocem meam] id est inspirationi diuinæ siue angelicæ, vel verbis sacre scripturæ consenserit, atque paruerit [Et aperuerit mihi ianuam] cordis sui, id est mentem cum affectu spiritaliter dilatauerit seu patefecerit ad me suscipiendum: secundum illud prophetæ, Præpare in occursum dei tui [Intra ad illum] dona gratiæ infundendo, infusa augendo, misericorditer consolando, varios effectus in secretis animæ producendo [Et cenabo cum illo] id est eius saluti atque profectui congratulabor: sicut scriptum est, Beneplacitum est domino in populo suo. Et iterum, Gaudium domini est fortitudo vestra [Et ipse mecum] delectando in me per conscientie puritatem, & de celestis gloriæ promisso lætando per spem. Et in isto ineffabiliter commendatur nobis clementia, charitas atque dignatio dei nostri ad nos tãtilos vermiculos. Hinc etenim cōtestatur dicens, Delitiæ meæ, esse cū filiis humanum. Et iterum, Lætabor super eis, cum beneficiore eis. Tantum igitur pulforem nō repellamus, cum tanto hospite cœnare quotidie properemus: quicquid eius introitum impedit, quicquid vultum ipsius offendi, vitemus. Porro ipse lux est, peccata & passiones sunt tenebræ: & scimus, quod non sit conuentio luci ad tenebras. Ab his ergo mentis cœnaculum emundare oportet. Sed cur potius ait cenabo cum illo, quam prandebo? Est respondendum: vt innuat scilicet, se velle pernoctare nobiscum, atque in thalamo mentis quiescere: vt in pace in id ipsum dormiamus, & requiescamus. Sic cœnat cum Christo, atque in eius castis quiescit amplexibus, qui corde deuoto pergit ad stratum, & in meditationibus sanctis obdormit. Talis non timet à timore nocturno, sed de mentis securitate reficitur. Secura enim mens, quasi iuge conuiuium. [Qui vicerit] impedimenta salutis suæ [Dabo ei se d. re mecum in throno meo] id est in regno cœlesti in cælo empyreo. Telle enim propheta, Cælum mihi sedes est. Hinc in Euangelio ait, Vado parare vobis locum. Et, Iterum veniam & assumam vos ad meipsum: vt vbi ego sum, & vos sitis. Dabo

B quoque ei sedere mecum in throno meo. i. potestatem iudicandi mecum in finali iudicio, secundū promissionē illam, Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël [Sicut et ego vici] per patientiā, cuncta aduersa: per passionem meam, diabolum: per aciem virtutū, aciem vitiorum: per Matth. 19. inflexibilem æquitatem, blanda & aspera mundi. Christus enim fortem armatum ligauit, vasa eius diripuit, mundi gloriam strauit: sed & aduersarios suos induratos Iudæos deiecit. Hinc ait militibus suis, In mundo pressuram habebitis. Sed confidite, ego vici mundum [Et sedi cum patre meo in throno eius] in cælesti palatio: iuxta illud Apostoli, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. De quo throno scriptum est, Mitte sapientiā in sede magnitudinis tuæ. Itēque, Ad eam cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Qui thronus intelli potest, vel ipsum cælum, vel iudicaria regiæque potestas, dignitas siue autoritas dei, in seipso inuariabiliter quiescentis. Vnde quod ait, sedi cum patre meo in throno eius, sic potest exponi, potestatem iudicandi a patre accepi. Pater enim omne iudicium dedit filio. Et Psalmista ait, Deus iudicium tuum regi da. Quamuis autem Christo secundum diuinitatem conueniat iudicare per autoritatem, tamen iudicij exequutionem meruit per suam humiliationem ac passionem: sicut & corporis glorificationem, & exaltationem super omnes cælos, per palmam præfatam meruit. Ideo loquens Christus de patre & seipso testatur, Potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis [Qui habet aures, audiat quid spiritus dicat ecclesijs]. Exhortatio ista iam septima vice repetitur, atque in epistola cu-

insublet ecclesie Africe ponitur: quatenus omnes Christiani ista perpendant, & quicquid Episcopis Africe scriptum est ad suam informationem conuertant: quod tamen episcopis ac prelati summe incumbit. Videamus itaque, ut opera nostra plena sint coram deo, & ne nomen sanctitatis habendo mortui simus coram altissimo: quod eis eueniet, qui laudes querunt humanas, ac commodum temporale: insuper caueant pigri potissime religiosi remissi, quod dominus cuidam tunc improperauit, quia nec frigidus es, neque calidus, &c. Cum religiosi teneantur quotidie ad perfectionem, iuxta sua professionis exigentiam tendere: hi qui per uigilem curam non adhibent per passionem suarum reformationem & ordinis obseruationem ac operum dei reuerentialem executionem, tepidi comprobantur, & non progrediendi in dei itinere, infeliciter retrogrediuntur. Postremo ex praedictis certissimum est, per angelos septem ecclesiarum Africe in istis duobus capitulis non intelligi spiritus supernos beatos, quibus prescripti defectus nullatenus competunt.

Elucidatio cap. IIII. [Post hanc uiam, et ecce ostium apertum in celo.]

Articulus quintus.

Apoc. 12.

difficultas libri huius intellectus.

P

Ostquam in praecedentibus, beatus Ioannes septem ecclesias Africe, praesertim earum Episcopos informauit, & per eos uniuersam ecclesiam: nunc totius ecclesiae statum, sublimitatem, decursum, generalius pleniusque persequitur, seu describit. Est autem totus hic liber mirabiliter difficilis & obscurus, etiam praecun-ctis libris prophetis. Nam per imaginarias uisiones ac species est descriptus, ita quod sensus literalis ipsius est, qui per similitudines ac res, non qui per uoces signatur. Vnde & expositores uariis modis hunc librum exponunt, nec aliquis plenè eum intelligit, ita quod expositiones huiusmodi pro magna parte sunt infra certitudinem, nec aliquid certum intuentur in his, nisi ut secundum

fidem sint. Hinc & ego pusillus, nil noui introducere praesumens, ea quae ab aliis catholicè dicta sunt, quantum deus praestiterit, breuiter tangam & colligam. [Post hanc uiam, et ecce ostium apertum in celo] Quod ait, post haec, ad ordinem uisionis, non ad interualla seu uicissitudinem temporis refertur, secundum Haymonem & Glossam. Eodem enim die uidit omnes uisiones in libro isto descriptas, sicut superius insinuauit, dicendo: sui in spiritu dominica die.

Apoc. 1.

Danic. 10.

¶ Porro septem sunt uisiones huius uoluminis, quarum secunda hic incipit. Itaque post haec, id est post reuelationem primam hucusque protensam: uidi, uisione imaginaria, ac intellectuuali. Eadem quippe uisio interior, imaginaria & intellectuualis fuit. Imaginaria, quia per corporalium rerum similitudines, seu materiales imagines, in interiori sensu angelico ministerio formatas fiebat. Intellectuualis, quia per illuminationem supernam Ioannes, quid illa species designaret, ueraciter intellexit: aliis non fuisse propheta. Quia intelligentia est opus seu principale in uisione, prout in Daniele legitur. Veruntamen quod ait, post haec, etiam ad temporis distinctionem uidetur posse referri. Quamuis enim omnia ista intuitus sit uno die, & forte una hora uel tempore breuiori, non tamen simul & semel, seu eodem tempore praecise, sed quaelibet uisio suam habuit morulam. Simul enim non intelliguntur uisiones, nisi quae per eandem speciem representantur. Porro haec diuisiones per diuersas offensa sunt species. Sed quia inter uisionum istarum impressiones non fuit notabilis interstitio temporis, imò una alteri mox successit: dicunt expositores, non ad ordinem temporis, sed uisionis referendum quod ait, post haec, Et ecce ostium apertum in celo. Per ostium istud communiter expositores intelligunt Christum: qui ait, Ego sum ostium ouium. Per me si quis introierit, saluabitur. Quod apertum asserit, quoniam Christus notitiam sui aperuit mundo, & ore suo apertum per seipsum docuit homines. In passione quoque corpus eius multis uulneribus fuit apertum, quando & unus militum lancea latus eius aperuit. Insuper Christus omnibus ad se uenientibus gremium offert clementiae, & misericordiae suae aperuit ianuam: secundum quod ait, Venite ad me omnes qui laboratis. Et idem, Eum qui uenit ad me non eiciam foras. Hoc ostium apertum est in celo, id est in ecclesia militante, quam Christus in euangelio regnum caelorum appellat dicendo, Simile est regnum caelorum decem uirginibus. Quarum utique fatuae quinque fuerunt, quod ecclesiae triumphanti nullatenus competit. Aliqui uero dicunt, quod Ioannes in isto capitulo describit maiestatem dei, qui unus est in natura, trinus in personis, qui Christo homini Apocalypsim, seu uisiones huius libri, per se immediatè reuelauit seu indicid. Idcirco primò describitur, ut maiestas, quantum ad eminentiam sui throni seu loci, quo residere censetur. Et ita per hoc quod dicitur, ecce ostium apertum in celo, datur intelligi, quod Ioanni in uisione imaginaria apparebat, quod ianuam quandam aperiretur in celo, ut dei omnipotentis maiestas ipsi ostenderetur sub corporalium speciebus, atque ad inueniendum quod desuper ipsi reuelaretur status ecclesiae. Iuxta quem modum Ezechiel dicit, Aperti sunt caeli, & uidi uisiones Dei. Itemque, Thronus super firmamentum, & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. Per quod deus altissimus omnibus praesidens designatur: prout ibidem plenius dixi [ut uox prima, quam audiui, tanquam tubae loquentis mecum dicens, Ascende huc, & ostendam tibi, quae oportet fieri cito post haec] Per uocem istam tubalem, quae prima fuit in hac uisione, quidam intelligunt uetus testamentum seu doctrinam propheticam, quae per illuminationem supernam audiuit interiori auditu Ioannes, quae admonuit eum ascendere huc scilicet ad Christum, spiritualemque intellectum. Haec autem expositio uidi' tur nimium spiritalis, nec apparet quomodo ista uox dixerit Ioanni, ostendam tibi quae oportet fieri cito post haec, nisi fortè formaliter. Deuotique in die sancto Pentecostes, ueniente super apostolos spiritu sancto, infusa fuit Ioanni excellens notitia legis & prophetarum. Alij ergo per uocem hanc intelligunt inspirationem diuinam. Sed

Ioan. 10.

Ioan. 19.

Matt. 11.

Ioan. 6.

Ezech. 1.

A quoniam deus non docuit haec Ioannem immediatè per seipsum, imò nec per Christum, sed per angelum in persona Christi apparentem: aptius, ut arbitror, posset per uocem hanc angelica alloquitio seu in spiratio accipi, uel ipsemet angelus Ioannem interius alloquens & informans. Cur autem uox angelii quasi uox tubae dicitur, semel iam expositum est: cum de hac uoce dixit Ioannes, Conuersus sum, ut uiderem uocem quae loquebatur mecum, intelligendo per uocem uocis prolatorem. Sed & Dionysio contestante, propheticae reuelationes per angelos factae sunt. Itaque ait uox prima, quasi dicat eadem quam iam ante audiui. Nam quod praecedit primum uocare solemus. Veruntamen Berengandus per uocem primam intelligit Ioannem Baptistam, qui de seipso fatetur, Ego uox clamantis in deserto. De quo fuit praedictum, Tu puer propheta altissimi uocaberis. Ascende huc, id est ad contemplationem te erige. De spiritali nanque non de corporali ascensu hoc dicitur, & ostendam tibi quae oportet fieri cito post haec, id est processum, statum, & tribulationes ecclesiae: quae ex hoc usque in finem mundi protrahentur ac sicut [ut statim sui in spiritu,] id est alienatus ab omni exteriorum sensuum usu, atque extralibentis, per intentissimam eorum quae mihi ostendebantur interius considerationem [et ecce sedes posita fuit in celo] Si per caelum intelligamus militante ecclesiam, sedes in eo posita, est quaevis congregatio deuota, seu corda amore dei accensa, in quibus deus regnat, residet & quiescit: dicente Apostolo, Templum dei sanctum est quod estis uos. Nam & anima iusti sedes est sapientiae. Vnde scriptura asserit, Iustitia & iudicium preparatio sedis tuae. Quia uidelicet, per iustitiae executionem, atque iudicij discretionem, anima deo disponitur: ut in ea residere dignetur. Si uero per caelum intelligatur patria beatorum, seu triumphans ecclesia, per sedem in ea positam intelliguntur angelicae potestates, omnès que mentes deo beatificè persequentes, quibus deus sublimiter praesidens, interius cuncta disponit. Rursus per sedem hanc auctoritas & potestas dei ecclesiam gubernantis, exprimitur. Deus etenim nulli uerius, quam in seipso esse & quiescere prohibetur. Postremo quia & ipsa ecclesia sedes est dei, sedes in celo est posita quia ecclesia militans, quamuis adhuc in carne uersetur, mente tamen caelum inhabitat [et supra sedem sedens] scilicet deus unus & trinus omnibus dominans. De quo fertur in psalmo, Deus in celo sedes eius. Et, deus sedet super sedem sanctam suam. Quidam autem per sedentem specialiter intelligunt Christum, de quo scriptum est, Dominus quidem Iesus postquam loquutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet ad dextris dei [et qui sedebat, similis erat aspectus lapidis iaspidis, & sardij] Per aspectum Iaspidis ac Sardij, color eorum exprimitur. Iaspis autem uiridis est coloris, qui color uisum oblectat atque confortat. Sardius uero rubeum habet colorem. Hinc Berengandus & Haymo per Iaspidis uiriditatem, intelligunt Christi diuinitatem, quae interiori uisum summe oblectat, reficit, & confortat. Per Sardij rubeum, eius humanitatem pro nobis sanguine sacro perfusam accipiunt. Iuxta illud, Quare ergo rubeum est indumentum tuum? Rursus, quoniam Iaspis apparentiam aquae habet, Sardius uero ignis, Christus omnium iudex secundum Bedam, his comparatur, quia iam unum iudicium per aquam exercuit, & aliud per ignem exercebit. Albertus per Iaspidis uireorem intelligit immarcescibilem felicitatis coronam, quam Christus electis donabit. Per Sardij rubeorem, aeterni ignis incendium, quod reprobis irrogabit. Alij qui per sedentem intelligunt deum unum ac trinum: dicunt, Quod imaginariae illae propheticae apparitiones, sunt secundum congruentiam ad id, quod per imagines designatur, ac reuelatur. Deus autem apparuit, ut militantis Ecclesiae gubernator, ad quam se habet ut dulcis consolator, & charitatis accensor: quorum primum designat uiriditatem Iaspidis, secundum Sardij rubor. Porro in uisione Ezechielis, deus sedens in throno uidetur in similitudine electri, uelut aspectus ignis. Et ibidem per splendorem electri (quod aurei igneae coloris est) prouidentia & sapientia dei designatur. Hinc ergo hoc loco per Sardij igniformem rubeorem, diuina sapientia: per Iaspidis uero uireorem, incommutabilitas, decor ac dignitas diuinae naturae, quae aeternaliter eiusdem uigoris est, uel etiam assumptae humanitatis, quae in resurrectione refluoruit, intelligi potest [et iris erat in circuitu sedis] sicut in Genes. legitur, Dominus dixit ad Noè, Arcum meum ponam in nubibus caeli, & erit signum foederis inter me & inter terram. Itaque per irim seu arcum, clementia & foedus amicitiae dei ad ecclesiam insinuatur. Sic enim dilexit mundum, ut unigenitum filium suum daret ei, & pro eo, Eia. testante, Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Itaque iris erat in circuitu sedis, id est Ecclesiae seu electorum, qui thronus sunt dei, quoniam misericordia dei, & pactum amicitiae eius circumdat, munificenter ecclesiam. Misericordia enim domini ab aeterno & uisus in aeternum super timentes, [similis uisioni smaragdinae.] Smaragdinus est lapis uiriditatis uariis ac plenioris quam Iaspis: est enim nimis, atque gratissimae uiriditatis, intantum, ut uidentium animos in admirationem conuertat. Quod ergo iris, in quo tripartitus color apparet, uisioni seu coloris smaragdi assimilatur, designat: quod misericordia, gratia, dilectio dei ad Ecclesiam fit electis admirabilis, summe accepta, euidētissimè cognita, confortatiua, & consolatoriua. Vnde per irim euangelica lex, quae est lex amoris & gratiae, potest intelligi. De quo Hieremias loquitur dominus. Feriam domum Israel & domum Iuda pactum nouum. Rursus, per arcum seu irim designatur, quod deus omnibus elementis, eorumque impressionibus, & alterationibus dominetur [et in circuitu sedis sedilia uiginti quatuor, & super thronos uiginti quatuor seniores sedentes] Secundum Berengandum, per uiginti quatuor seniores in libro hoc, interdum patres ueteris testamenti, interdum patres noui testamenti: aliquando simul utriusque significantur. Nunc autem per eos secundum dictum Berengandum, significantur patres ueteris testamenti. Et per sedilia uiginti quatuor, insinuatur uiginti quatuor libri ueteris testamenti: in quorum lectione ac meditatione, quasi in sedibus, ueteres sancti à laboribus curisque seculi quietebant. Sed cum secundum hunc expositorem per sedem intelligatur Ecclesia militans, cuius decursus & status hoc libro describitur: non uidetur quod patres ueteris testamenti tem-

Apoca. 1.

Luc. 1.

Psalm. 88.

Esa. 37.

Ezech. 1.

Genes. 9.

Hierem. 31.

pore huius reuelationis, dicti sint esse in circuitu ecclesie militantis, qui iam ad triumphantem ecclesiam in Christi ascensione erant translati: nisi forte dicantur esse in circuitu ecclesie, eam suis prefdiis muniendo, non ad eius numerum pertinendo. Quod si dicatur, nondum apparet, quod tunc in libris veteris testamenti, seu eorum lectioe ac meditatione quiescebant: quando iam non per fidem sed per speciem cognoscebant. Omnis enim scriptura noui ac veteris testamenti ad fidei obscuram spectat notitiam, cum iuxta Apostolum per speculum in enigmate cognoscimus. Quod si quis dixerit per ecclesiam iam signari vniuersos fideles a principio mundi vsque ad vltimum electorum, qui nascetur in mundo (sicut Gregorius in parabola euangelica de vinea tangit) hoc rursus non approbat. Nunc enim describitur Ecclesie status, prout a synagoga distinguitur: utpote prout a Christi aduentu, & Euangelice legis predicacione, seu nouo testamento sumptit exordium. Et quamuis illud quis diceret, nihilominus tempore huius reuelationis patres veteris testamenti, extra statum & ordinem militantis ecclesie fuerunt. Porro si per sedem autoritas, & potestas trini ac simplicis dei intelligatur, non inconuenienter patres veteris testamenti in circuitu sedis huius ac sedenti assidisse feruntur: qui iam tempore huius prophetie ad patriam deuenerunt, & cum angelicis mentibus regi glorie assidebant. Sed tunc in prefdiis sedilibus non sederunt. Alij ergo per viginti quatuor seniores veteris ac noui testamenti sanctos patres intelligunt, vt Beda & Haymo: qui propter duodecim apostolos atque duodecim patriarchas, a quibus spiritaliter siue corporaliter nati sunt, viginti quatuor describuntur. Vnde sicut apud Mattheum per duodecim sedes, in quibus ad iudicandum sessuri dicuntur apostoli, vniuersitas sedium ac perfectorum qui in eis ad iudicandum sedebant exprimitur: propter duodenarium numerum apostolorum, eorumque dignitatem, quorum filij vniuersi sunt Christiani: ita hoc loco per viginti quatuor sedes vniuersitas sanctorum vtriusque testamenti, quibus iudicaria comunicatur aliquo modo potestas, inuicitur: sicque per numerum determinatum, indeterminatus numerus denotatur. Verum contra hoc videtur praeducta instantia, quantum ad patres veteris testamenti, procedere: nisi forte quis dicat, quod Ioannes hoc loco more propheticum ponit tempus praefens pro praeterito, quantum ad sanctos Moisaicae legis. Alij ergo per viginti quatuor sedes intelligunt vniuersas euangelice legis cathedrales ecclesias: & per totidem seniores, earum episcopos: & hoc propter concordantiam noui testamenti ad vetus. Nam primo Paralipomenon scriptum est, quemadmodum David diuinum cupiens cultum augere, constituit viginti quatuor sacerdotes successiue per hebdomadas in templo ministrantes. Et sic rursus per numerum determinatum indeterminatus exprimitur. Interdum siquidem septenario, quandoque denario, subinde centenario, aliquando millenario, nonnquam & aliis numerorum speciebus vniuersitas designatur, secundum varias consideraciones, numerorumque proprietates vel perfectiones. Sed quia praefati viginti quatuor sacerdotes a David dispositi non erant pontifices, imo sub pontifice, apparet quod per eos conuenientius vniuersitas sacerdotum euangelice legis exprimeretur: per sedes autem eorum potestas & gratia, seu virtus, & merita eis collata, in quibus velut in sedibus spiritaliter quiescunt. Dicuntur quoque ista sedilia & eorum sessorum esse in circuitu sedis, puta Ecclesie: quia eorum est, alios ab antiquo hoste, cunctisque verae fidei aduersis tueri. Veruntamen ista atque similia, solum probabiliter sentio, plenam certamque notitiam deo, & his quibus ipse reuelare dignatur, committens: nec aliorum atque maiorum meorum, quorum comparatione nihil sum, dicta in aliquo reprehendens [Circumamisti solis albis] quia (ad litteram) albis tempore sacrificij induuntur, caltitate quoque corporis, & mentis puritate debent fulgere [Et in capitibus eorum coronae aureae] sunt enim regale sacerdotium, & rectores fidelium. Porro in scripturis per caput mens, per aurum sapientia, exprimi solet. Aureas ergo in capitibus suis habent coronas, quia mentes eorum dono sapientiae decorantur. Vel coronae istae sunt merita quibus futurae beatitudinis promeruerunt coronas [Et de throno,] id est de ecclesia militante, quae sedes est dei [Procedebant fulgura] puta miracula, quae in star fulguris terrent atque illuminant: sicut scriptum est, Timebunt qui habitant terminos terrae a signis tuis. Et in Euangelio sapius legitur: quomodo turbauit visus Christi prodigijs timuerunt. Fulgura etiam sunt comminationes futuri iudicij, & poenarum inferni [Et voces] id est praedicatio mediocris & simplex, sicut de seipso loquens commemorat Apostolus, Quasi paruulis in Christo lac dedi, non solidum cibum. Vnicuique enim proponendum est verbum dei secundum suam capacitatem [Et tonitrua] id est praedicatio sublimis, sonora, profunda. Vnde in euangelio Christus quosdam apostolorum filios tonitruum nuncupauit. Et alibi sermo diuinus testatur, Ecce haec ex parte dicta sunt viarum dei. Et cum vix paruum stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudines eius intueri? Tonitrua sunt verba Ioannis. In principio erat verbum, & verbum caro factum est. Et illud quod Paulus dicit, Audiui arcana verba, quae non licet homini loqui. Itemque Sapieniam loquimur inter perfectos [Et septem lampades ardentes ante thronum] id est in conspectu ecclesiae, & ante oculos fidelium interiores, vel potius in mente ipsorum. Quid autem significent lampades ardentes, ipse subdendo exposuit [Qui sunt septem spiritus dei] id est septem dona spiritus sancti, qui bus mens velut lampadibus illustratur, ac inflammatur. Vel septem spiritus dei, intelligendi sunt omnes angeli sancti, quorum ministerio corda fidelium irradiantur, & accenduntur. Vnde & superius dicebatur, A septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt [Et in conspectu sedis] id est ecclesiae militantis, quae thronus est dei [Quasi mare vitrum,] id est baptismatis sacramentum, in quo submergitur exercitus vitiorum, sicut in mari rubro exercitus Aegyptiorum, quod in stratibus pellucidus est, animasque clarificat. Per quod velut per vitrum splendor solis iustitiae mentem subintrat [Simile cry stallum] ratione sui effectus. Ab omni enim culpa ac poena emundat, omniu virtutu atque donorum speciositatem inducit: ita vt eolet qui ipsum suscepit, nisi aliunde foedetur. Rursus in crytallo, quod ex ni-

1. Corin. 13.

1. Para. 2.4.

Marci. 4.

Marc. 3.

Ioan. 1.

Apoc. 1.

B

F

G

H

Amia cogelatione non fluit, neque resoluitur, assimilatur baptismus ob sui effectus soliditatem. Nam indelebilem characterem imprimit, vnde nec iteratur. Quidam per mare vitreum simile crytallo intelligunt poenitentiae sacramentum, in quo esse debet fons lacrymarum. Porro Berengandus per mare vitreum simile crytallo, intelligit nouum testamentum. In hoc etenim maria tria in sinuantur, videlicet mare, & vitrum, item crytallum. Per mare ergo historia, per vitrum moralis intelligentia, in qua velut in speculo, homo quicquid in se vitiosum est, perspicit: per crytallum, quod cunctis gemmis splendidius est radioseque splendoris emittit, spiritalis intelligentia designatur, quae obscura quaeque scripturarum elucida, mentes spiritualium sensuum flammis illuminat, & quosdam dei ac caelestis patriae amore succendit. Denique, secundum eundem venerabilem patrem, in templo Salomonis mare quoniam fuisse legitur: in quo lauabant sacerdotes, antequam accederent ad hostias offerendas. Aeris vero splendor quadam nigredine cito obnubilatur. Per mare itaque aeneum lex Mosi designatur, quae fulgorem spiritualis intelligentiae; literae nigredine obscurat. Et sicut aes, si lima teratur, splendor eius aperitur, ita & spiritalis intelligentia, quae literae superficie obscuratur in lege: si a fidelibus viris diligenter discutiatur, per dei gratiam manifestatur. In hoc ergo mari sacerdotes lauabantur, quia per sacrificia, & quasdam obseruationes legales; quaedam peccata veteris populi debebantur [Et in medio sedis, et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retro] Hoc (vt asserit Berengandus) secundum historiam stare non potest. Neque enim tam paruis numerus ambitum sedis & medicamentum eius potuit obtinere: sed spiritaliter intelligenda sunt. Haec quatuor ergo animalia in hoc libro, non semper quatuor euangelistas, sed & omnes doctores ecclesiae, qui eorum doctrinam sequuntur, designant. Huic assertioni etiam Beda & Albertus subscribunt. At enim Beda, per quatuor animalia in hoc libro non semper quatuor euangelistas intelligi, sed quandoque ecclesias. Et Albertus ait, quod per quatuor animalia omnes praedicatores, & praecipue quatuor Euangelistas, signati sunt. Dicuntur autem praedicatores quatuor animalia, quia de quatuor euangelis eorum praedicatio sumitur. Itaque sensus est, Et in medio sedis. i. in sustentatione ecclesiae, inter fideles, & in circuitu sedis, id est in protectione atque custodia Christianorum, quatuor animalia, id est vniuersi doctores & praedicatores consistunt, quorum est gregem dominicum ab omni animarum mutire dispensat, qui pleni sunt oculis ante & retro, id est scripturarum sententis, & consideratione praeteritorum ac futurorum. Veruntamen quoniam, teste Gregorio super Ezechielem, & secundum plurimorum doctorum consonantem assertionem, per quatuor animalia quatuor Euangelistae notantur, dicendum: quod ipsi suis praedicationibus ac doctrinis seu Euangelicis libris, vsque in praesens, ecclesiam Christi sustentant, custodiunt, ac defendunt. Vnde & spiritaliter ambiunt eam. Nihilominus huic expositioni difficultatem facit, quod subditur [Et animal primum simile leoni, et secundum animal simile vitulo, et tertium animal habens faciem quasi hominis, et quartum animal simile aquile volanti] Qui enim animalia ista et euangelistas interpretantur, per faciem hominis Mattheum accipiunt: qui primus est in ordine euangelistarum, & primus euangelium scripsit, secundum Hieronymum. Cum ergo hoc loco animal habens faciem quasi hominis tertio loco ponatur, non videtur per ipsum significari Mattheum. Ista obiectio, quam aliqui ponderant, non videtur mihi alicuius momenti. Primum, quoniam teste beato Gregorio, Hieronymo, multisque sanctis doctoribus, quemadmodum apud Ezechielem, ita & hoc loco per praefata animalia euangelistae signantur. Ezechiel autem faciem hominis ponit primo loco, & per eam ibidem significatur Mattheus. Similiter hic non obstat variatio ordinis: nam diuersis respectibus, idem alicui praepositur, aut postponitur. Hinc, vt Haymo ait, Ezechiel primo ponit hominem, secundo leonem, tertio vitulum, quarto aquilam: seruans historiae ordinem, quoniam primo natus est Christus vt homo, secundo terribiliter praedicans vocem emisit vt leo, tertio in passione oblatum est vt vitulum, postremo ascendit in caelum vt aquila. Porro Ioannes primo ponit leonem, quoniam Christus iam surrexit a mortuis, cuius resurrectionis fides praesertim innuitur: deo Ioannes tanquam testis resurrectionis, primo expressit leonem. Quamuis autem praefata Gregorij expositio, qua per hominem Mattheus, per vitulum Lucas, & caetera in sinuantur, communis sit: aliqui tamen sanctorum aliam habuerunt considerationem. Nam sicut hic recitit Beda, beatus Augustinus per leonem intellexit Mattheum, quoniam regiam Christi profapiam in exordio Euangelij sui conscripsit. Per vitulum autem Lucam, quoniam sacerdotalem Christi originem scripsit, vt fertur, & Hilarius tangit. Per hominem Marcum, quoniam caeteris iam praefatis omisit, humanos Christi actus conscribit. Per aquilam vero omnes Ioannem intelligunt, ob sensuum sui Euangelij sublimitatem. praeterea (vt recitat Berengandus) quidam aliter moti per leonem (vt dictum est) Mattheum, per vitulum vero Marcum propter eloquij simplicitatem, & per hominem intellexerunt Lucam, quoniam humanam Christi generationem est plenius profecutus. Videlicet quemadmodum Angelo nunciante conceptus sit, qualiter natus, in praesepio collocatus, circumcisus, in templo oblatum, in eodem duodecim habens annos inuentus. Aliqui demum per quatuor animalia ista, quatuor patriarchales ecclesiae intelligi volunt. primam, videlicet Hierosolymitanam per leonem, propter constantiam apostolorum, ac primitiuae illius ecclesiae. Secundam, scilicet Antiochenam, per vitulum, propter obedientiam, qua primi illius ecclesiae filij parati fuerunt apostolis obedire. Tertiam, utpote Alexandrinam, per hominem, quia in ea a principio fuerunt doctissimi viri. Quartam, puta Constantinopolitanam, per aquilam, quia in ea fuerunt viri per contemplationem eleuati. Sed hoc Hierosolymitanam ecclesiae multo sublimius competi, quando in ea fuerunt apostoli, & primi Christi discipuli apostolicae perfectionis viri, qui omnes in contemplationis gratia prorsus omnibus praefulerunt. Finaliter per quatuor animalia quatuor euangelistas hic designatos opinor: quanquam per ea etiam Christus & membra eius, scilicet viri Christiani, queant intelligi: sicut Gregorius eleganter edocuit. Fuit enim Christus homo in natiuitate, vitulus in passione ac obedientia, leo in praedicatione ac resurrectione, aquila in contemplatione &

2. Para. 4.

Beda. Albertus.

Gregorius

Hierony.

Gregorius

Matth. x. Marci. i.

Matth. x.

Gregorius



ascensione. Sic & quilibet Christianus, homo est, rationem sequendo: vitulum, carnem cum vitis & cōcupiscentis crucifigendo: leo, spiritaliter resurgendo, & hostibus suæ salutis fortiter ac magnanimitè resistendo: aquila, celestium contemplationibus insistendo, orationi, deuotioni, laudi diuinæ vacando [Et quatuor animalia singula eorum habebant alas] Alæ sanctorum sunt virtutes, quibus in alta conscendunt. Quoniam ergo senarius numerus est perfectus, & per ipsum frequenter perfectio designatur: ideo quodlibet animal sex alas habere asseritur. Quia in vniuersiūque Euangelistæ libro omnium virtutum perfectio edocetur, ac nouæ legis doctrina perfectionaliter continetur. Rursus sex alæ sanctorum sunt, lex naturæ, lex Moysi, doctrina prophetica, lex euangelica, Apostolica documenta, & catholicorum patrum in scriptis seu generalium conciliorum statuta. His alis homines virtuosus per amorem & contemplationem ascendunt, & ad proximorum ædificationem descendunt. Volant quoque ad dexteram, gratias agendo in prosperis, item ad sinistram, per patientiam in aduersis. Præterea seraphin quæ Esaiæ apparuerunt, sex alas habebant. Hinc & animalia ista, sex alis alata feruntur, quoniam per euangelistarum doctrinam ad angelicam perfectionem, beatitudinemque pertingunt. Iterum per sex alas, sex species contemplationis (secundum quod quidam eas assignant) intelligi possunt. Queritur, cur hoc loco animalia sancta sex alas habere scribantur, cum apud alium prophetam quatuor pennas habere commemorentur. Huic questioni respondere difficile arbitror, nisi quis contendat mysterium animalium horum Ioanni euentibus atque sublimius reuelatum fuisse quam illi [Et in circuitu] .i. per totum corpus suum, sicut & Ezechiel vidit. Vnde alia translatio habet, ante & retro [Et intus plena sunt oculis] .i. considerationibus sapientialibus & scripturarum sententiis, creatoris ac creaturarum notitiis. Quia in omnibus circumspicere se habent, reuerenter ad deum, exemplariter ad proximum, discere ad seipsum: præterita recolunt, præsentia pensant, futura prouident: & ipsi Euangelistæ non sibi duntaxat, sed toti ecclesiæ Christi videntur. Nec fuit quicquam in congerie actionum eorum, quod oculo directionis careret. Quod & sapientibus & virtuosis competit, secundum quod ait Saluator, Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Vnde & nos in omnibus oculati esse debemus, nec aliquid sine prudenti consideratione peragere, prout Salomon loquitur, Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Et apostolus, Sine præiudicio (id est, præiudicio) nihil facias. Et in Ecclesiastico, Fili sine consilio nihil facias, & post factum non penitebis. [Et requiem non habebant] Sancti enim in hac vita variis tribulationibus exercentur, nec modo corporalem paulatim libenter admittunt, vt in futuro æternaliter conquiescant. Reprobi verò in hoc seculo pacem suam carnalem & requiem quarunt, quibus æterna tribulatio imminet. Requiem quoque animalia non habebant, quoniam euangelistæ, & vniuersi qui eorum doctrinam sectantur, à dei laudibus, orationibus, ac bonis operibus non cessauerunt, neque desistunt. Oportet enim, Christo testante, semper orare & non desicere, iuxta Dauidicam professionem. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Ideo subditur, [Die ac nocte] .i. congruis horis dierum ac nocturnum, in prosperis & aduersis [Glamantia, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus omnipotens, qui erat] ante omnia ab æterno [Et qui est] inuariabiliter in ipso æternitatis instanti atque momento [Et qui venturus est] id est æternaliter erit, & in iudicio suam æquitatem ac potestatem monstrabit, venturusque est omnium iustissimus remunerator. Illud supra plenus fuit expositum. Huic autem cantico simile est & illud angelicum, Clamabant alter ad alterum, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum. Itaque ecclesiæ militans in laudibus creatoris se triumphanti conformat, tanquam ventura ad illam, & sine fine deum cum ea feliciter laudat. Porro in eo quod ter sanctus profertur, superbeatissimæ trinitatis mysterium commendatur: vnitatis verò diuinitatis, per id quod singulariter subditur, dominus deus omnipotens. Est autem deus gloriosus & summus essentialiter sanctus, tanquam in sui ipsius natura verè purissimus, supermundissimus, lux imensa, sapientia infinita, virtus fontana: à quo omnis sinceritas deriuatur, in quem solum per naturam culpa cadere nequit: cum ipse sibi sit finis, & à nullo dependeat. Quod autem quis sanctior est, eò sceditatem peccati plus detestatur. Cum autem deus adorandus ac benedictus sit sanctitatis omnifarè infinitæ, constat, quod detestatio immensa abominatur turpitudinem culpæ. Si igitur ei placere, vniui, conformari optamus, deformitatem peccati tota mente odiamus, vitemus, purgemus. Non enim habitabit iuxta eum malignus, nec permanebunt iniusti ante oculos eius. Adde, quod quantum quis in sanctitate profecerit, si ad diuinæ mentis sanctitatem se conferre contenderit: obscurum & maculatum se proclamabit [Et cum darent illa quatuor animalia gloriam, & honorem, & benedictionem] id est quatuor euangelistis verbis & scriptis per mundum Christi mysteria & euangelicæ legem disseminantibus, per quod glorificabant, honorabant, ac benedicebant [Sedenti super thronum] id est deo prædidenti ecclesiæ, & propria autoritate omnibus dominantis [Viuenti in secula seculorum] id est æternaliter: cum ipse sit per essentiam viuens & vita, totiusque vitæ superopulenti principium [Procidant viginti quatuor seniores, ante sedentem in throno] id est vniuersi sacerdotes, prædicatores ac patres noui Testamenti deo te profundè humiliarunt, ac paruerunt [Et adorabant viuentem in secula seculorum] scilicet deum verum, cui soli cultus lætiæ est impendendus, non idolis. Quo datur intelligi, per Euangelistarum prædicationem idololatram pro maxima parte destructam, secundum quod propheta vaticinatus est dicens, In die illa, dicit dominus, disperdam nomina idolorum de terra [Et mittebant coronas suas ante thronum] id est deo altissimo humiliter gratissima mente adscripserunt, quicquid sapientiæ ac virtutum, quicquid victoriæ de hostibus suæ salutis obtinissent: non in se sed in domino gloriantes [Dicentes, Vignus es domine deus noster] omnium vitæ deus per creationem & prædiciendam omnipotentem, in cuius ditio ne cuncta sunt posita. Specialiter autem deus noster, per singularia beneficia tua super nos, atque per nostram deuotionem ad te [Accipere gloriam, et honorem, et virtutem] id est vt tibi à cunctis gloria, honor, omnisque virtus attribuat, seu impendatur, vel adscribatur, & omnia ad tuam gloriam ordinentur:

Esaiæ. 6.

Ezechiel.

Matth. 6.

Lucæ. 18.

Apoc. 1.

Psalm. 5.

1. Tim. 1.

Zach. 13.

Hierem. 9.

R  
F  
G  
H


A non proprius, sed tuus semper honor quærat: tu solus virtuosus, omnipotens, per te sufficiens, omnis quoque virtutis collator ab omnibus prædiceris: sicut Psalmista ait, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Et apostolus, Soli deo honor & gloria [Quia tu creasti omnia] qui solus es ens per essentiam, & alia vniuersa sunt entia per participationem. Creauit autem deus omnia, vel totaliter quantum ad id quod sunt, vel quo ad primordiale materiam, vel quantum ad eorum primarias causas [Et propter voluntatem tuam erant] non antequam crearentur, sed quod ex eo instanti ex quo creata sunt, erant, & vsque in præsens perseverant, tuæ est liberrimæ voluntatis. Propter quam, se ex qua [Et] secundum quam [creata sunt] liberè, non per modum naturalis emanationis, vel de necessitate naturæ, sicut radius procedit à sole. Imò potius eo modo, quo dona procedunt à dante, & artificata ab artifice. Propter quod dicit apostolus, Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Et de increata sapientia dicit quidam, Omnium est enim artifex, omnem habens virtutem. Vel sic, Propter voluntatem tuam erant, id est secundum voluntatem tuam per complacentiam fuerunt æternaliter, quantum ad esse ideale, in in creata tua arte, ac dispositione seu prædestinatione: iuxta illud, Quod factum est, in ipso vita erat. Et creata sunt, de esse ideali procedendo ad esse proprie speciei & existentie actualis: tunc & taliter, quando & qualiter tibi supergloriosissimo creatori complacuit. Quemadmodum vestis seu domus est in mente artificis antequam in opere fiat. Propter quod septimo primæ philosophiæ Aristoteles ait, quod domus est à domo, & sanitas à sanitate. Domus videlicet materialis & sanitas corporalis, à domo & sanitate quæ sunt in conceptu artificis per intelligibile esse. Itaque quoniam omnia proflexerunt à deo, omnia ad eum sunt referenda, vt vnde exeunt flumina, reuertantur. Et de omnibus atque in omnibus exhibenda sunt deo, honor, gloria & virtus, tanquam principio & fini absolutè perfectio.

Ephe. 1.

Expositio cap. v.

[Et vidi.]

Artic. vi.



**E**t vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris, signatum sigillis septem. Quidam hunc librum in aliquibus locis tot modis exponunt, vt expositionis multiplicitas confusionem, obscuritatem atque fastidium parere videatur. Hinc planius procedendo, & quantum deo agente potero, iuxta literam permanendo, id quod ordini literæ magis cōuenire apparet, inducam. Iam autem satis præhabitu est, quod in isto volumine decursus ac status ecclesiæ à tempore Christi vel apostolorum vsque in finem seculi describatur. Vidit ergo Ioannes imaginaria visione in dextera sedentis super thronum, id est dei omnipotentis toti ecclesiæ prædidentis librum scriptum intus ac foris, & septem sigillis signatum. Sic nanque in imaginaria visione apparebat Ioanni, quod huiusmodi librum videret, quemadmodum etiam Ezechiel asserit, Vidi, inquiens, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris. Quemadmodum ergo in visione Ezechielis per librum imaginaria representatione visum, scriptum, expolitum, & comestum, designatur eorum cognitio, quæ deus Ezechieli per angelum reuelauit, quæ & in Ezechielis libro conscripta sunt: ita hoc loco per librum Ioanni ostensum intelligitur notitia vel scientia eorum, quæ Ioanni de ipso ecclesiæ statu fuerant reuelanda. Que & nunc in hoc Apocalypsis volumine sunt descripta. Qui liber intus & foris scriptus apparuit, scilicet ab vtraque parte, vel in ambobus lateribus: ad inueniendum, quod valde multa mysteria contineret, & sensibus redundaret. Item, quædam obscura, & aliqua clara haberet. Imò & aliqua de præsentibus militanti ecclesiæ, & aliqua de futura vita nondum nobis patentibus: sed quasi intus scripta, siue inclusa serualet. Porro quid septem designent sigilla, infra deo implente dicitur: nunc verò intantum tangatur, quod tot sigillorum signatio, difficultatem, obscuritatem, preciositatem sententiarum libri huius significat. [Et vidi angelum fortem prædicantem voce magna, quis est dignus aperire librum] id est sententias huius libri exponere [Et soluere signacula eius] id est causas difficultatis eius amouere: vt quæ latent, pateant? Quidam hunc angelum dicunt fuisse Gabrielem, qui fortitudo dei interpretatur: potius tamen apparet, quod fuerit angelus Ioanni in Christi persona apparens, eumque de omnibus his informans, secundum quod superius dicebatur. Denique angelus iste tam tubaliter inquisiuit, quis librum hunc aperiret, quatenus mentem Ioannis ad horum aduertentiam prouocaret, atque sciendi hæc desiderio inflammaret. Non enim ex ignorantia interrogauit. Clamauit quoque voce tam grandi, ad inueniendum quod magna profus existeret quæ erant scripta atque pandenda. [Et nemo poterat in celo] id est nullus angelorum [Neque in terra] id est nullus viatorum [Neque sub terra] id est nullus eorum qui sub terra sunt, scilicet mortuorum, vel demonum, vt quidam exponunt, quod tamen improprie (vt arbitror) sonat. Idcirco per eos qui sub terra sunt, potius designati videntur defuncti saluandi, qui in locis purgatoris sunt: vel angelus boni, qui ad eorum consolationem descendunt [Aperire librum] id est horum scientiam elucidare [Neque respicere illum] id est secreta eius comprehendere aut rimari. Quidam per librum istum vniuersæ testamenti scripturam intelligunt: Per angelum verò fortem, patres veteris testamenti. Sed hanc scripturam sancti angeli intelligunt aperiri que possunt, prophetæ quoque ea quæ de Christo prædixerunt, eiusque mysteria sibi ostensa, intellexerunt, cum intelligentia sit opus in visione. Insuper sanctus iste Ioannes, quando in die Pentecostes spiritum sanctum suscepit, vniuersæ testamenti scripturas atque mysteria eminenter cognouit. Hinc per librum istum potius arbitror designari horum secretorum notitiam, secundum quod est in mente diuina: cuius scientiæ incomprehensibilem esse constat. Vel certe hanc ipsam notitiam, secundum quod Christo homini fuit reuelata atque infusa: quia in tanta plenitudine nul-

Danie. 10. Actu. 2.

Colloz. 2.

li alteri comunicatur. Sicque liber iste visus est in dextera dei ad innuendum, quod in pia ac gratiosa dei virtute constat, cui & quantum velit aliis hæc secreta manifestare. [Et ego flebam multum, quoniam nemo] id est nullus præfatorum [Dignus invenus est aperire librum, nec videre illum] secundum sensum prædictum. Potuit tamen aliquo modo videri, cū Ioannes dicat se eum vidisse. Sed scientiam increatam, vel animæ Christi insulam, nullus horum potuit penetrare. In quibus utique verbis pandit Ioannes, quanto feruere optavit horum notitiam ac futurum ecclesiæ decursum & statum agnosceret: ita quod verè cum Daniele & plus quam Daniel, vir desideriorum possit vocari. [Et vnus de senioribus dixit mihi] me consolando. Nempè tam sancto dolori ac fluiti consolatio debebatur, quia post flentem virtutis deus consolatio nem infundit, docente Christo, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. [Ne fleueris] tam amarè, [Ecce vicit leo de tribu iuda]. i. Christus, qui dicitur est leo propter fortitudinem, regiam dignitatem, ac im perterritum animum. Ortusque est de femine Iuda per Dauid, qui moriendo mortem destruxit, atque in resurrectione victor apparuit. Hic vicit diabolum, eius vasa diripiendo, eiusque potentiam debilitando. Vnde passio iam proximus dixit, Nunc princeps huius mudi eicietur foras. Et ego si exaltatur furo ro à terra, omnia traham ad meipsum. Insuper spoliatum infernum, captiuum duxit captiuitatè, & per patientiam omnia superauit aduersa, [Radix Dauid] quia de radice ipsius Dauid, secundum naturam assumptam descendit, sicut prophetatum fuerat, Egredietur virga de radice Iesse. Christus quoque secundum suam diuinitatem, fuit origo, radix ac fundamentum Dauid, & omnium. Rursus, Christus est radix Dauid, i. radix ad Dauid secundum carnis propaginem pertinens: de qua radice fideles quasi virgulta nascuntur. Imò & ipsa ecclesia tanquam oliua arbor ac vinea fructuosa est nata. [Aperire librum, & soluere septem signacula eius] id est Christus quoniam victor surrexit, potens est tibi libri huius mysteria reuelare, & quicquid scire cupis, ostendere: ita quod increata dei cognitio futurorum ac secretorum, per ipsum tibi secundum tuam capacitatem nunc patefiet, Christo quippe etiam secundum formam assumptam, competit omnem mentem creatam purgare, illuminare, perficere ex plenitudine sibi collata. Notandum, quod per vnum seniorum, qui Ioanni ista loquutus est, quidam Matthæum apostolum, quidam Petrum archiepiscopum putant expressum, qui tempore huius reuelationis iam sub Nerone, per martyrium migravit ad dominum. Probabilius autem loqui videntur, qui omnia ista per eundem angelum Ioanni reuelata affirmant: qui tamen in vi imaginatiua Ioannis, diuersarum personarum formam effigiem. Sicque in illorum persona sermo dirigebatur interno affatu ad hunc sanctum. Consequenter prosequitur quomodo Christus aperuerit librum [Et vidi, et ecce in medio throni, et quatuor animalium et seniorum] id est in medio militantis Ecclesiæ, quæ sedes est Christi, ad quam Euangelistæ ac ceteri pertinent sancti. Nam & secundum Berengandum, per thronum & quatuor animalia ac seniores, vna Ecclesia cum cunctis suis ordinibus designatur [Stantem agnum] scilicet Christum, de quo ait præcursor Baptista, Ecce agnus dei. Et de quo item Hieremias, Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Agnus nanque propter innocentiam, mansuetudinem, obedientiam, obediens vocatur. De quo & Esaias prædixit, Sicut ouis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Christus itaque in medio Ecclesiæ visus est à Ioanne. Nam & hoc spondit, Ecce, inquit, visibis sum cunctis diebus. Præterea Christus dicitur in medio fidelium ambulare (inquantum dona sua eis distribuit) & in throno sedere ut omnium princeps ac iudex: nunc verò dicitur stare, quasi paratus iuare certantes [Tanquam occisum] quia reuocata ante fuit occisus, & nunc quasi occisus apparuit cum cicatricibus vulnerum, cū indubitanter ad immortalitatem referre vitam [Habentem cornua septem]. i. omnium regum atque regnorum potestates: iuxta illud, Omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnū eius quod nō corrumpetur. Item in psal. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruiēt ei. Berengandus per septem cornua omnes electos intelligit: qui regnū dei vocantur, & per septem mundi ætates distinguuntur [Et oculos septem, qui sunt septem spiritus dei] Itaque oculi isti sunt septē dona spiritus sancti, quæ spiritus, i. spirituales influxus appellantur [Misti in omnem terram]. i. per totam Ecclesiam fidelium animabus infusi. Istis donis plena est anima Christi, de quibus sermo propheticus loquitur, Super lapidē vnum oculi septē sunt. Sed quia per oculum intellectus exprimitur, possunt per septē oculos vniuersæ angelicæ mentes, quæ propter cognitionis eminentiā oculi nominantur, intelligi: quæ ad ecclesiam custodiendā ac gubernandā mittuntur. Sicut Apostolus ait, Nūc omnes administratorij spiritus sunt in ministerium missi, propter eos qui hæreditatē capiūt salutis? Qui omnes sunt in manu Christi, sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. [Et venit et accepit de dextera sedentis in throno librum.] Sic nempè in imaginaria visione apparebat Ioanni, quod Christus homo ad patrem in throno sedentē accedens, librum præfatum de dextera eius acciperet. Simile & in Daniele scriptum est, Aspicietbam in visione noctis, & ecce quasi filius hominis veniebat, & ad antiquum dierū peruenit. per hoc igitur quod vidit Ioannes, figurabatur quod Christus ut homo à patre, imò à tota superperfecti Trinitate, omnem suam scientiā, efficiaciāque; aperienti librum fortitus sit: non tunc quando Ioannes hæc vidit, sed à primo incarnationis momento. Sed nunc ista monstrantur illi, ut videat se per Christum, mediante angelo, edocendum. [Et cum aperisset librum] diuina secreta, & statum Ecclesiæ, ac scripturarum mysteria referendo [Quatuor animalia, et viginiquatuor seniores] id est primi doctores ac prelati & sacerdotes Ecclesiæ, prout in præcedentibus plenius dictum est [Ceciderunt coram agno] ei humiliter gratias de tantæ illuminationis beneficio referentes. Cum enim fideles in Asia, deinde & ceteri, reuelationem hoc libro contentam à Christo per angelum & Ioannem suscepissent, in domino sunt gauisi [Habentes singulis citharas et phialas aureas] per citharam, carnis mortificatio, quæ in auribus dei bene sonantem facit harmoniam, exprimitur, porrò per phialas aureas, quæ latæ ac lucidæ sunt, mentes deuotæ per charitatem dilatatæ, per sapientiam clarificatæ signantur [Plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum] exponit

Danie. 10.  
Tob. 3.  
Matth. 5.  
Lucæ. 6.  
Matth. 1.  
Hebr. 2.  
Matt. 2.  
Ioan. 2.  
Psal. 67.  
Esa. 11.

Ioan. 1.

Esa. 56.

Matt. 28.

Danie. 7.

Psal. 71.

Zach. 3.

Heb. 1.

Psal. 122.

Danie. 7.

A hoc loco seipsum, ut per hoc in aliis ad expositionem mysticam manuducamur. Hæc itaque odoramenta sunt spiritalia, pura orationes sanctorum istorū, quas pro seipsis ac aliis fundunt, & sicut incensum coram deo ascendunt eisque suauiter redolēt, & per eas bonus odor Christi deo efficitur, multo amplius quam per sacrificia legis, quorū odorem deus toties legitur odoratus, quod non est aliud, nisi quod ea propter deuotionē offerentium acceptant, [Et cantabant canticum nouum] id est ad euangelicam pertinēs legē, & de humani generis inuouatione tractās, nouaque gesta cōtinens [Dicentes, Dignus es domine deus] Iesu Christe, qui in vna persona es verus deus verūque homo [accipere librum & soluere signacula eius] id est præfata mysteria fidelibus elucidare [Quoniam occisus es, et redemisti nos deo] id est ad gloriam dei, qui vnus ac trinus est [In sanguine tuo] id est preciosi tui sanguinis effusione. Ex quo sequi videtur, quod Christus sua passione libri huius acceptionem meruit, ac reuelationem: quem tamen, ut dictum est, ab incarnationis exordio sumptis ac nouit. Itaque aduertendum, quod secundum Damascenum humanitati Christi ratione suæ hypostaticæ vniōnis cum verbo, data est & competit ab incarnationis instanti plenitudo gratiæ ac sapientiæ: potestas quoque atque prælatio super omnem creaturam, ita quod quicquid deus scit scientia visionis, quæ est de exitu secundo quacūque differentia temporis, scit etiā anima Christi à primo suæ creationis momento. Nihilominus corporis sui glorificationem, exaltationem, iudiciariam dignitatem, dicitur sua passione ac humiliatione promeruisse, quāuis hæc ratione præfata vniōnis ei cōpeteret. Vnde quod nunc dicitur agnus dignus accipere librum & soluere eius signacula, quia occisus est: intelligendū est quod tantū ad manifestationem huius acceptionis. Sicut & agnus ipse Christus dominus est post passionem cōtestatus, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Quia tunc cepit potestas hæc manifestari. Veruntamen aliqui dicunt quod solutionem signaculorū lib. videlicet reuelationem mysteriorum, Christus sua passione promeruit, sicut & corporis sui glorificationē. Itaque redemisti nos [ex omni tribu et lingua, et populo et natione.] Hoc dupliciter exponitur. Primò, quod ipsa ecclesia ex omnibus istis constitit siue collecta sit, iuxta illud, Reminiscemur & cōuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. Secundò, quod fideles, præsertim electi, ex omni tribu, lingua, & populo ita redempti sunt deo, quod alij multi eiusdem populi linguæ ac tribus relictī & reprobi sunt. Secundum quod Lucas ait, Crediderūt quotquot præordinati erant ad vitam, [Et fecistis deo nostro regnum et sacerdotes] hoc ipsum supra scriptum est atque expositū [Et regnabimus super terram] id est corpori nostro dominabimur, eius carnalitatem ac passionem frenando. Iuxta quod ait Saluator, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Denique Christo seruire regnare est, & ingenuitas summa, quemadmodū beatissima protestata est Agatha, Quid enim est Christo seruire, nisi diabolo, mundo, carni ac propriæ voluntati victorialisiter dominari? Quemadmodum nanque viciosi sunt serui diabolī: sic virtuosī sunt domini eius. Vel quia non dicunt regnabimus in terra, sed super terram: exponi potest quod dicitur super terram, id est in celo. Sed & cælum terra viuientium appellatur. Imò cum sint verba quatuor animalium & seniorum n, per quos prælati, doctores, & sacerdotes intelliguntur: exponi potest de præfidentia, qua isti inferiores gubernant. Præterea quoniam angeli sancti humanum genus, tanquam sibi in intellectuali perfectione simile diligunt, eisque salutem desiderant: & quoniam per hominum saluationē eorum inflaturat ruina, submūm quoque & gaudium accidentale augetur. idcirco saluationi hominum congruati sunt, sicut subūgitur, [Et vidi] id est spiritaliter intuitus sum [Et audiui] interiori auditu [Vocem angelorum multorum in circuitu throni, et animalium, et seniorum] id est per gyrum totius ecclesiæ, quam angelī sancti circumueiunt, custodiunt, protegent, sicut & dæmones eandem circumueiunt ad deuorandum [Et erat numerus eorum milia milium] id est penè innumerabilia milia. Siquidem per hunc maximum numerum innumerabilis eorum multitudo exprimitur: quæ & si deo sit certa, viatoribus tamen innumerabilis est. Hinc vox illa admirantis, Nūquid est numerus militum eius? Hic autem, secundum Berengandum & alios, fit sermo de angelis ad hominum custodiam destinatis, quia de inferioribus consistunt ordinibus: nisi quis dicat, omnium cælestium ordinum spiritus ad externum mitti obsequium: quod sancto Dionysio non concordat. Si ergo est tantus numerus angelorum Ecclesiam custodientium, quantus est numerus vniuersorum: præsertim cū iuxta diuinum Dionysium quantū in cælestibus hierarchiis chorus seu ordo est altior: tantō plures in se angelicos continet spiritus. Hinc asserit sanctus Thomas, quod sicut cælestia corpora excedunt inferiora quasi incomparabiliter in magnitudine: ita angelici spiritus in multitudine. Propter quod ait Daniel, Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei [Voce magna] id est iucundissima & vehementer affectuosa [Dicentium, Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem et diuinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem] id est rationale est, iustum & opportunum, ut omnia ista Christo adferbantur, conuenire seu in esse dicantur, eisque competere manifestentur. Accipit ergo ista à nobis, quando laudamus, & con fitemur ei ista in esse, seu conuenire. Ipse quippe est virtus & sapientia patris, vniuentis dei, & verus deus. Fortitudo quoque creata ei maxima est collata, secundum quod homo. Benedictum autem Christo benedictione laudis, & benedicti nobis benedictione consecrationis, seu sanctificationis, mē nera gratiā infundendo. De qua benedictione ait Apostolus, sine vlla contradictione, quod minus est, à maiore benedicitur. [Et omnem creaturam quæ in celo est] id est vniuersos sanctos dignus est possidere, & subiectos habere, etiam secundum naturam assumptam [Et quæ in mari, et quæ sunt super terram, et quæ sub terra] id est homines viatores & damnatos, imò & cuncta creata [Et quæ sunt in aere] id est pisces & aues. Vnde ad Christum maximè pertinet illud Dauidicum, Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi, Volucres cæli & pisces maris. Hinc alius propheta testatur, quod antiquus dierum, videlicet pater æternus, dedit Christo potestatem, honorem, & regnum. [Omnes] id est angelos vniuersos & militantis Ecclesiæ seniores, ac filios [Audiui dicen-

2. Cor. 2.  
Gene. 8.  
Exod. 29.  
Leni. 26.  
Num. 28.

Coloss. 1.

Philip. 2.

Matth. 28.

Psal. 27.

Act. 13.

Apoc. 1.

Iob. 21.

Dionysius

Danie. 7.

1. Cor. 1.

Hebr. 1.

tes *sedenti throno*] id est deo excelso vni ac trino [et agno] id est Christo secundum naturam assumptam. E  
 [Benedictio] laudis & gratiarum actionis [Et honor] laudis, seu hyperdulie quantum ad Christi humanita-  
 tem [Et gloria et potestas in secula seculorum] Hæc competunt deo, & hæc ei ab omnibus adscribi optare,  
 & eius perfectioni ac beatitudini congaudere, debemus [Et quatuor animalia dicebant amen] diuina præ-  
 conia confirmando, & de laude ac excellentia dei cordialissimè exultando. Quod & Euangelistis præ-  
 cipue competit. [Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas] deo omnipotenti mente & corpore se  
 humiliter prosternendo, quod & quotidie agunt electi fideles [Et adorabunt viuentem in secula seculorum]  
 Ioan. 5. scilicet deum, qui essentialiter vita est: in quo idem sunt viuens, vita, & viuere. Cuius vita tantæ est emi-  
 nentiæ, vt eius respectu nullum aliorum viuens dicatur: quia ab aliis vitæ puritate, felicitate ac plenu-  
 dine, distat in infinitum iuxta quem modum solus deus dicitur bonus, solus ens, solusque sapiens. Ab hoc  
 i. Tim. 6. viuente primo fontano, purissimo: cuius vita in seipsa mundissima est, nobilissima, deliciosissima, inua-  
 riabilis, in finitum diuinitus plena: profluit omnis vita. Vita vegetatiua, vita sensitua, vita secundum locum  
 motiua, & intellectiua. Vita naturæ, vita gratiæ, vita gloriæ. Denique ex prædictis patet consensum militan-  
 tis ac triumphantis Ecclesiæ in laudibus dei: & quantum omnes sancti regratiati sunt Christo pro benefi-  
 ciis eius: præsertim quod suo nos sanguine liberauit. Hinc ergo & nos debemus deum indefinenter, cordi-  
 aliter concorditerque laudare, beneficia Christi, potissimè eius salutiferam passionem, incessabiliter  
 menti nostræ proponere, gratias agere, imitari ac obedire. F

Explanatio cap. v. i. [Et vidi quod aperuisset agnus vnum de septem sigillis.] Artic. v. i. i.



**D**ecedenti cap. dictum est, librum in dextera dei visum fuisse septem sigillis si-  
 gnatum: nunc de refectione sigillorum istorum, & quid cuiuslibet sigilli aper-  
 tionem sequitur sit, edocetur, [Et vidi quod aperuisset agnus vnum de septem sigil-  
 lis] id est primum sigillum quo clausus fuit liber hic. Nunc incipit ostendere  
 quid ista sigilla designent. Qui ergo per librum intelligit tota vtriusque testa-  
 menti scripturam, per ista sigilla intelligunt inuolutiones seu obscuritates, qui-  
 bus Christi atque Ecclesiæ mysteria in scripturis velantur. Sed quia probabilis  
 visum est, vt per librum istum intelligatur increata scientia dei, qua deus Eccle-  
 siæ decursum & statum prænoscit: cõsequenter per septem sigilla intelligendæ sunt occultationes, qui-  
 bus deus scientiam istã ab oculis omnis viatoris abscondit. Et hæc occultationes in re aliud non sunt, nisi  
 ipsæmet deus, secreti sui abscondens ac pandens pro libito suo. Porro sigillorum apertio, est diuinæ huius  
 scientiæ manifestatio. Vidit ergo Ioannes imaginaria visione, quod Christus librum in dextera patris seu  
 dei trini ac simplicis apparentem, in manu accepit, primumque eius sigillum aperuit. Ita, inquam, appare-  
 bat Ioanni in visione præfata. Per quod intellectualiter designabatur, quod Christus præscientiam dei  
 de statu Ecclesiæ cepit Ioanni per angelum cõmunicare, reuelare, seu aperire. [Et audiui] interiori audi-  
 tu [Vnum de quatuor animalibus tanquam vocem tonitru] .i. tubaliter, autoritatiuè, ac terribiliter loquens [Di-  
 cens, veni et vide] Cũ per quatuor animalia, quatuor euangelistæ signentur, per animal vnũ seu primum  
 quidam intelligunt Marcum, qui per leonem signatur. Leo autem in ordine quatuor animalium primò  
 exprimitur. Quidã autem per animal primũ intelligunt apostolum Iacobum minorem, alij euangelistã  
 Mathæum. Insuper aliqui asserunt, quod sancti per quatuor animalia significati, qui in isto cap. scribũ-  
 tur affari Ioannẽ, fuerunt tempore huius reuelationis defuncti: & quod animæ eorum in visione apparue-  
 runt Ioanni, alloquentes eundẽ. Aliis magis apparet, quod non ipsi veraciter apparuerunt: sed aliqua effi-  
 gies eos representas, angelico ministerio in vi imaginatiua sancti Ioannis formata: sicque angelus in eo-  
 rum persona ipsum affatus est. Et iuxta hanc viam non oportet eos fuisse defunctos, qui hic loqui cum  
 Ioanne scribuntur. Nã in quarta animal: scilicet aquila, Ioannẽ designans inducitur ipsum affari. Si-  
 militer animal secundũ, scilicet Lucas, qui post hanc reuelationẽ multis vixit diebus. Cur ergo animalia  
 ista scribuntur alloquuta Ioannẽ, vel angelus in persona eorum, nisi propter cõgruentiã quãdam: ad de-  
 notandum, quod tota Ecclesia (cuius vicem gerit, typum seruat, personamque representat Ioannes) à  
 quatuor Euangelistis informationẽ fortitur? Itaque primum animal dixit, Veni, spiritali appropinqua-  
 tione, desiderando & aduertendo diuina. Et vide. i. intellige eos. Iuxta quem modum ait Psalmista, Ac-  
 cedite ad eum, & illuminamini. [Et vidi, et ecce equus albus, et qui sedebat super illum habebat arcum.] Sic ima-  
 ginariẽ apparebat Ioanni. Cuius rei intelligentiam seu significatum ipse angelo instruento cognouit, sed  
 non expressit, ideo obscuritatem induxit, expostitoribũque laborem reliquit. Beda & eũ sequentes, per  
 equum albũ intelligunt primitiuam ecclesiam in baptismo lotam, & super niuem dealbatam, vestẽque  
 innocentie decoratã. Alij per equum album accipiunt cœtum seu chorum Apostolorum. Sed hoc cum  
 priori expositione satis concordat, quia primitiue Ecclesiæ dignissima portio fuerunt Apostoli. Porro  
 nonnulli per equum album, intelligunt cœtum primorum prædicatorum siue doctorum. Et hoc rur-  
 sus redit in idẽ. Hi enim fuerunt Apostoli. Hic itaque Apostolorũ, seu primitiue Ecclesiæ chorus, dicitur  
 equus: quonia vlox & agilis in prædicando, fortis in operando siue aspera sustinẽdo, audax in testifi-  
 cando: Albus verò per sanctitatis candorẽ. Sessor autem huius equi est Christus, qui in illorũ cordibus  
 tanquam magister, director, & ductor iugiter præsidebat. Qui habebat arcum in manu sua, id est sac-  
 cram scripturam & prædicationi idoneitatem in propria potestate. Congruẽ quoque scriptura dicitur  
 Abac. 3. arcus, quia ex ea procedunt veritatis eloquia, virtutumque documenta, vt tela contra inuisibiles atque  
 Esã. 66. visibiles hostes Ecclesiæ, & contra aciem vitiorum. De quibus scriptum est, Mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad insulas longè tenentes sagittam [et data est ei] videlicet Christo secundum quod ho-

A mo est, à deo seu à tota Trinitate [Corona] id est dignitas regia, potestas dominatiua, beatitudo com-  
 pleta. Hæc quantum ad rem, data sunt ei in incarnatione: quantum verò ad manifestationem, in resur-  
 rectione & ascensione. Hinc testatur Apostolus, Videmus Iesum propter passionem mortis gloria &  
 honore coronatũ. Potest quoque per coronam intelligi fidelium multitudo: quæ eum velut corona cir-  
 cundedit, ornauit, ipsi etiam tanquam capiti suo adhæsit. Hinc ait Esaias, Eris corona gloriæ in manu  
 Esã. 61. domini, & diadema regni in manu dei tui. Denique data est ei à Satanæ synagoga, spinæ corona, quam  
 Ioan. 19. patienter ferendo, promeruit totius accidentaliter mercedis coronam. Quidam per coronam intelligunt  
 Christi carnem. Nam sicut coronam baiulat caput, & corona velut caput: sic diuinitas verbi portat Chri-  
 sti carnem, & caro Christi vestiuit diuinitatẽ. Et de hac Corona intelligi potest illud Canticoꝝ, Egredi-  
 mini filie Sion, & videte regem Salomonem, in diademate quo coronauit eum mater sua [Et exiuit] de  
 Cant. 3. medio Hierusalem seu primitiue Ecclesiæ, quando post passionem, & spiritus sancti missionem, Apo-  
 stolos misit per mundum: sicque per potestatis suæ operationẽ exiuit cum eis. Item exiuit apatre, & ve-  
 nit in mundum. Exiuit itaque [vincens] diabolom sua profundissima humilitate, mundum sua pauper-  
 tate, carnẽ sua castimonia [vt vinceret] Nam aduersarios suos suæ potestati subiecit, quosdam conuertens  
 do ad fidẽ & obedientiam, alios deserendo & abijciendo damnationi per proprię æquitas sententiam.  
 Propter quod ait propheta, Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent) in corda inimicorũ regis. Et item,  
 Dominare in medio inimicorũ tuorum [vt cum aperuisset sigillum secundum] id est diuinæ præscien-  
 tiæ secretum de futuro statu Ecclesiæ copiosius mihi Ioanni elucidasset [Audiui secundum animal dicens,  
 Psãl. 44. veni et vide] Secundum animal, secundum ordinem quatuor animalium supra inductum, est vitulus, Psãl. 109.  
 per quem designatus est Lucas Qui quomodo intelligendus sit affari Ioannem, iam tetigit. [Et exiuit  
 alius equus rufus, et qui sedebat super eum, datum est illi vt vinceret pacem de terra] In isto capitulo ponit  
 Apoc. 4. sanctus Ioannes apparuisse sibi quatuor equos: quorũ primus fuit albus, secundus rufus, tertius niger,  
 quartus pallidus: ad quos pertinet prima quatuor sigilla libri. Vnde in cuiuslibet sigillorum istorũ aper-  
 tione videtur egredi equus. Per quod datur intelligi, quod mox cum Ioannes in visione imaginaria cer-  
 nebat ab agno aliquod horũ sigillorum aperiri, seu solui, intuitus est equũ imaginariẽ egredi. Per quod  
 ei imaginaria visione præsentabatur, & simul intellectuall reuelatione pandebatur, quid in statu Eccle-  
 siæ esset venturũ seu inchoatum, pleniusque implendũ. Itaque secundũ Bedam & Albertũ sequẽtes in  
 hoc Augustinũ, in primi sigilli apertione, per equum albũ ostenditur status primitiue Ecclesiæ. In tri-  
 bus autem sigillis sequentibus triforme bellũ contra Ecclesiam. Ita quod in apertione secundi sigilli per  
 equum rufum ostenditur status Ecclesiæ tempore persecutorum ac martyrũ. In apertione verò tertij  
 sigilli, per equum nigrũ status Ecclesiæ tempore hæresiarcharum. In apertione autem quarti sigilli, per  
 equum pallidum status Ecclesiæ hypocritarũ, falsorũque fratrum. Porro in quinto sigillo ostenditur  
 gloria triumphantũ in hoc bello. In sexto autem sigillo, ea quæ sient in persecutione tempore Anti-  
 christi. In septimo quietis æternę initium. Alij verò aliã considerationem assumentes, putantes omnia ista,  
 quæ in quinque sigillis apertionibus visa sunt, ad Imperatores Romanos Ecclesiæ persecutores de-  
 bere referri, ita vt per equũ rufum & eius sessorẽ, intelligatur populus Romanus, & Nero Imperator  
 ei præfidentis: qui propter sanguinem fidelium, quem fuderunt, per equũ rufum eiusque sessorẽ, signan-  
 tur. Insuper per equum nigrum & eius sessorẽ, intelligunt populum Romanum & Titum Imperato-  
 rem: qui nigro equo signati sunt, quoniam Iudæos ad tantam calamitatẽ duxerunt, quod fame fuerat de-  
 nigrati. Per equum pallidum & eius sessorẽ, accipiunt populum Romanum & Domitianum Impera-  
 torem. Per apertionem quinti sigilli, dicunt manifestatum statum ac persecutionẽ Ecclesiæ à Traiano.  
 Per apertionem sexti sigilli, persecutionem Ecclesiæ sub Diocletiano. Septimi verò apertionem sigilli  
 referunt ad tempus hæreticorũ. Verum contra hoc multa possent induci. Primũ, quod isti expostores  
 nituntur reuelationes sancti Ioannis exponere secundum processum ac ordinem temporis: vt quæ pri-  
 mò sunt scripta, prius credantur impleta, nec eadem rēpius iterentur. Hoc autem omnino incertum est, 32.  
 præsertim cum liber iste propheticus sit, & instar prophetalium procedat voluminum: in quibus tempo  
 Hier. 21. ris ordo non obseruatur sicut in historialibus libris: & in quibus etiam sepe eadem tractantur. Sicut in 32. & 39.  
 Esã, Hieremia, Ezechiele, clarissimum est videre. Quoties nempe de Sennacherib regis assyriorũ de-  
 Ezec. 7. 17. iectione Esaias propheta? quoties Hieremias atque Ezechiel de vastatione Hierusalem per Chaldæos & 2. 4.  
 D vaticinantur? Præterea qua ratione per equum rufum & eius sessorẽ populus Romanus ac Nero signan-  
 tur, alij quoque Imperatores præfati significari dicerentur Omnes tãtum in effusione sanguinis Christi  
 ni ruffi ac cruenti fuerunt, maxime Diocletianus. At verò quod dicunt de Tito, non videtur ad pro-  
 positum pertinere. Titus enim non fuit Ecclesiæ persecutor: sed infidelium Iudæorum: & anteq̃ obsedit  
 Hierusalem ac Iudæã, Christiani qui morabatur ibidem, ex angelica admonitione inde regressi fuerunt,  
 & regnum Agrippæ (qui fuit confœderatus Romanis) inhabitauerunt, quemadmodum in Ecclesiastica  
 narrat historia Eusebius. Præterea ex præhabitis innotebit, ea potissimè in horum sigillorum apertura  
 Ioanni ostensa, quæ ante latebant, vel futura erant. Titus autẽ ante hanc reuelationẽ vastauit Iudæos, & Zach. 6.  
 obiit. Nam Domitianus frater eius imperauit post eum. Postremò his, que hoc loco scribit Ioannes de  
 Hierony. quatuor equis, similia pro magna parte sunt, que apud Zachariam leguntur. Scribit enim ibidem ille  
 quemadmodũ viderit quatuor quadrigas egredientes. In quarum prima fuerunt equi rubei, in secunda  
 equi nigri, in tertia albi, in quarta equi varij & fortes. Et secundũ Hieronymum & alios doctores, ibi-  
 dem per quatuor quadrigas & earum equos, in colore quadrimiter variatos, intelliguntur quatuor  
 regna & reges eorum: sicut tamen vt per eisdem equos plures reges eiusdem regni signentur. Idcirco  
 & hoc loco probabile est, omnes Romanos imperatores cruentes Ecclesiæ persecutores, eiusdem scilicet  
 regni reges aut imperij, per equum rufum significari. Itaque Augustinũ, Bedam, Albertum sequen-

do, aperto secundo sigillo, exiuit alius equus rufus. Sic apparebat Iohanni in imaginaria visione. Et est sensus, quod per illum equum ac eius sessorum, sibi tunc reuelabatur status Ecclesie tempore persequutorum, qui à tempore Neronis ceperunt Ecclesiam generaliter persequi. Vnde per equum rufum exprimitur multitudo ministrorum principum persequutorum. Per cuius sessorum, intelligitur multitudo dominorum illorum crudelium, qui per martyrum occisionem sanguinarum exteritur. Huic multitudini principanti data est potestas, qua abutitur in persequutione iustorum. Sicut & Christus dixit Pilato, Nō haberes aduerium me potestatem ullam, nisi tibi desuper datum esset. Datum itaque seu permissum est ei [sumere pacem de terra]. i. fideles in terra peregrinantes terrere, turbare, inquietare, occidere: secundum quod Christus prædixit, Trademini à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & eritis odio omnibus hominibus propter me. Hoc à tempore Neronis vsque ad Constantini conuersionē durauit. Abstulit ergo electis pacem temporis, & exteriorem quietem: non pacem pectoris, aut æternitatis [et ut se inuicem interficiant]. Fideles enim, ut dictum est, ab infidelibus etiam valde propinquis, familiaribus, & amicis occidebantur: quod in sanctorum legendis & chronicis factis describitur. Propter quod præmonuit Christus, Tradet autem frater fratrem in mortem [et datus est illi gladius magnus]. i. grandis potestas occidendi fideles. Romanis enim Imperatoribus persequentibus Christianos data delerari fuit monarchia, sed abusi sunt ea, & sibi subditos ac fauentes spiritaliter peremerunt, ad tot scelera ac sacrilegia eos trahendo [et cum apperuisset sigillum tertium]. i. vltiorem, maiorem, & extensioem futurorum notiarum mihi reuelare cepisset, librum incretæ scientie mihi plenius exponendo, seu aperiendo [Audiu tertium animal dicens, Veni et vide]. Tertium animal habens faciem quasi hominis Mathæum significat. Cuius anima vel effigies, seu angelus in eius persona dixit Iohanni, Veni et vide [et ecce equus niger]. i. hæreticorum caterua vitis denigrata, atque à lumine veritatis maximè aliena, dæmonibus coæquata [et qui sedebat super eum] videlicet hæresiarum, qui errorum inuentores errantiumque rectores fuerunt, catena seu multitudo: vt Arius, Manichæus, Forinus [Habebat stateram in manu sua]. Per stateram, quam hæreticorum doctores in manu, operatione seu vsu habent, intelligi potest simulata eorum iustitia: qua fe alios posse ponderare, eorumque opera mensurare, præsumunt. Vnde Saluator, Attendite (inquit) vobis à falsis prophetis, qui veniunt in vestimentis ouium. Rursus statera est sacra scriptura, qua cognoscitur quanti ponderis sit spiritus: quemadmodum per stateram penditur, quanti ponderis sit corpus. Hanc hæretici pro se allegant, dolose proponunt, falsè exponunt, doctores se iactant, secundum eam se viuere afferunt. Denique vt hi qui volunt aliquid emere in statera ponderant illud, sit ne dignum precio an non: ita hæresiarum eos quos sibi acquirere atque decipere intendunt, prius per considerationem acutam ponderant, an graues sint an leues, docti vel simplices, virtuosos an ad ruinam procliuos [Et audiuit tanquam vocem in medio quatuor animalium] id est angeli existentis inter hæc animalia, ita quod vox ista de throno seu Ecclesia sonat [Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres ordi denario vno, & vinum et oleum ne leseris]. Bilibris est mensura seu vas continens duas libras: per quam hoc loco signatur ecclesiastica congregatio, vtriusque Testamenti doctrinis imbuta, gemina charitate fundata, duobus ex populis adunata. Porro per triticum, quod est optimum granum, prælati, perfecti ac prædicatores expressi sunt: quorum est, alios spiritaliter ac saporosè reficere. Itaque bilibris tritici est collectio eminentium personarum Ecclesie. Hæc empta est denario vno, scilicet precio sanguinis Christi: sicut ait Apostolus, Empti estis precio magno Vel denarius est vita, seu merces beata in patria: que in Euangelio per denarium significatur diurnum. Hoc nummo digna censetur Ecclesia, & pro eo obtinendo redempta est & renata in Christo. Insuper nomine ordi inferiores, rudiores, & subditi exprimuntur. Tres verò bilibres ordi, sunt tota hæc fidelium multitudo, in fide superdignissima Trinitatis viuens: quæ licet inferior sit gradu, dignitate, aut merito: eodem tamen precio est redempta, & ad eandem beatitudinem ordinata. Ideo cum tantæ estimationis sint apud deum fideles, clamant angelus ne ledantur malo exemplo: vel ne corporalis asiditio eis spiritaliter noceat, videlicet ne succumbant, imò per aduersa proficiant & saluentur. Item ne corporaliter plus quàm deus permittit, ab aliquo molestantur. Per vinum autè & oleum intelliguntur, qui quasi medio modo inter istos se habent, vel medium statum tenent: qui propter deuotionis feruorem, & mentis in deo iucunditatem, significantur per vinum. Per oleum verò, propter pietatem & animi bonitatem. Tales præcipuè sunt religiosi, qui similiter non sunt lædendi. Potest quoque verborum horum hic esse sensus, quod vox illa dei prædixerit fideles maiores atque minores intantum à persequutoribus esse vilipendendos, vt pro vno denario traderent multos, vsique alicuius valoris eos habent. Iuxta id quod in fine dicturi sunt, Nos in sensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem sine honore. Quomodo ergo computati sunt inter filios dei? & inter sanctos fors illorum est? Vnde cum preciosi sint coram deo, per vinum & oleum designantur, & persequutori omni precipitur, ne eos lædat modis prætactis. [Et cum apperuisset sigillum quartum] secundum sensum de aliorum sigillorum apertione indutum [Audiu vocem quarti animalis] videlicet aquilæ per quam Iohannes significatur: cuius vice loquutus est angelus ad eundem, personam Ecclesie representantem [Veni et vide. Et ecce equus pallidus] id est hypocritarum & fallaciarum fratrum cæcus [et qui sedebat super eum] id est quicumque principalis & ductor illorum [Nomen illi mors] quia & ipse in anima mortuus est, aliorumque animas subuertendo occidit. Hic equus est pallidus, quoniam designati sunt per eum, qui charitate & sapientia quasi aurum se fulgere fingunt: sed simulatione pallefcunt: insuper exterminant facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes [et infernus siquebatur eum] id est eterna pœna morientem talera mox comitatur. Sed & multi diaboli currunt post eum, & suæ dolositatis sunt comites & confortes [Et data est illi potestas super quatuor partes terre] quia in omni loco Ecclesie hypocritarum ac seductorum genus consistit, est que vbique in falsis fratrum periculum. Nam vir fratrem suum vena-

Iohan. 19.

Matth. 10.

Marc. 31.

Lucæ. 21.

Matth. 7.

1. Cor. 6.

Matth. 20.

1. Cor. 5.

Matth. 6.

1 Cor. 11.

Mich. 7.

A tur ad mortem. At que in omni angulo terræ inueniuntur, qui proximum à deo auertere, & ad vana conuertere moluntur. Ideo subditur. [Interficere gladio] id est sermone venenato: nam gladius in labiis eorum, [Fame] id est subtractione alimonie: verbi dei ac sacramentorum [et bestis terre] id est carnalibus & Matth. 4., irrationabilibus concupiscetiarij vitorumque motibus: vel crudelibus prælati atque principibus, per quos multi spiritaliter corporaliterque necantur, [et morte]. i. alio quouis modo nocendi ac perimendi, in corpore siue in anima. [et cum apperuisset sigillum quintum] iuxta sensum præhabitu[m] [vidi subius altare]. i. in secretario laudis æternæ, quod est sublime altare triu mphantis ecclesie. Vel subius altare, id est sub Christi custodia & quiete. Christus enim vno modo alta re vocatur, in quo & super quod cuncta im molamus, offerre debemus, videlicet in fide & charitate ipsius [Animas interfectorum propter verbum dei, et testimonium quod habebant] id est animas martyrum qui occisi sunt eo quod Christum prædicauerunt siue confessi sunt. Has animas earumque gloriam vidit Ioannes in spiritu, eo modo quo vidit & angelum secum loquentem. Omnia enim hæc per qualdam effigies sibi præsentabantur. [et clamabat in voce magna] i. plurimum affectuosa [vsque quo domine sanctus et verus non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra]. i. in persecutoribus nostris? Hæc beatæ animæ diuinæ æquitati penitus conformata, zelo iustitiæ, non appetit vltionis nudæ precatur. Quod enim id liceat per id constat, quod Christus ait in Euangelio, Deus non faciet vindictam seruatorum suorum, clamantium ad se de ac nocte? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Hinc subditur [Et data sunt illis singule stole albe]. i. vnicuique præmium essentialia, quod est gloria animæ [et dictum est illis]. i. à deo responsum [vt requiescerent tempus ad huc modicum] id est patienter prætolarentur, & interim corpora eorum in sepulchris quiescerent vsque ad diem iudicij: quod modicum est, comparatione durationis futuri sequentisque seculi [Donec impleatur numerus conseruorum eorum] qui nunc in militanti ecclesia deo ministrant: vel concuium suorum, qui cum ipsis in cælis deo deseruiunt [et fratrum eorum qui inuertiendi sunt, sicut et illi] pro fide occubuerunt. Multi enim sub Antichristo circa finem seculi occiduntur. Et tam diu durabit huius mundi decursus, quousque electorum numerus completur. Vnde per fratres possunt intelligi martyres propter amplioem mutud similitudinem. Per conseruos verò confessores. Itaque in huius sigilli apertione, plenius declarata est sancto Iohanni gloria quiescentium in Christo, & cõsolatio eorundem, futurumque martyrum plurimorum in ecclesia militanti. Sed cum sancti in patria nil preceperunt nisi quod obtinent, animarum itarum oratio fuit à domino exaudita: quia nec ipsi aliter appetierunt fieri vltionem, quam deo placeret. Ex his etiam probantur animæ ante futuram resurrectionem beatificari. Iterum innotescit ex his, quàm stulta fuerit hæresis dicentium, impios in die iudicij precibus electorum saluandos: cum ex hoc loco ac Euangelio pateat, quod sancti orant postulantque iustam vindictam [et vidi, cum apperuisset sigillum sextum] magis ac magis reuelando mihi diuinæ scientiæ de statu Ecclesie sacramentum [ecce terram motus factus est magnus] ista de nouissima sub Antichristo persecutione acerrima exponuntur. Loquitur autem Iohan. more prophético de futuro quasi præterito, propter certitudinem prophetiæ. Tunc igitur erit magnus terræ motus, id est maxima inquietudo, turbatio, motio, habitantium in terra. Erunt enim tunc tri bulatio qualis non fuit à principio, vt proprio ore contestatus est Christus: qui & per danielem id ipsum prædixit [Et sol factus est niger]. i. Christus sol iustitiæ tunc maiestatem suam minus solito declarabit, nec coruscabit per seruos suos miracula. Diffamabiturque nomen ipsius, & blasphemias ipse in honorabiliter maxime vehementer [Tantum faccus cilicinus] qui est obscuri coloris, & vilis putatur. Quidam per solem intelligunt doctores Ecclesie, qui tunc per sapientiam non lucebunt vt ante, nec fulgebunt prodigijs [et luna facta est vt sanguis]. i. Ecclesia plus solito sanguinem fundet, atque ab impijs languinolenta, seu peccatrix dicetur [et stelle cæli ceciderunt super terram]. i. qui in ecclesia splendidi videbantur, timore & acerbitate persequutionis illius à fide recedent: quidam veraciter, quidam simulatè, seu apparèter. Alii qui quoque simulata sanctitate & miraculis Antichristi fallentur [sicut ficus emittit grossos suos, cum vento magno mouetur] tunc enim grossi, id est primi temporis fructus arboris fici ex vento impellente mox cadunt in terram [et calum recessit]. i. Ecclesia tunc prædicationem suam abscondet, nec publicè more solito apparere, Christumque colere & laudare audebit: nisi aliqui valde perfecti seu deprehensi [sicut liber inuolutus]. i. signatus & clausus. Nam sicut huiusmodi liber quid intus contineat, non ostendit: sic Ecclesia tunc filijs suis, non extraneis se manifestabit. Vnde Beda hic ait, Sicut liber inuolutus mysteria quidem intus, sed foris nõ apparentia cõtinet: sic & tunc Ecclesia suis tantum cognita, persequutionem discretè vitans recedet: vt ab extraneis abdita, non videatur [et omnes montes insule moti sunt de locis suis] id est magni ac eis in insulis subditi, à facie tyrannidis Antichristi vel corporaliter fugient, vel ab Ecclesiastica vnitata ac fide recedent. Sic tamen, vt sit distributio pro generibus singulorum: quoniam quidam de omnibus mouebuntur. [et reges terre, et principes, et tribuni, et diuites, et fortes, et omnis seruus, et liber absconderunt se in speluncis et in petris montibus. et dicunt monibus et petris, cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum]. i. dei omnipotentis, qui vnus est trinus [et ab ira agni] videlicet Christi, secundum naturam assumptam, in qua iudicium exequetur. Torum istud vno modo exponitur de Christianis, qui tunc ab Antichristi ferocia se abscondent diuersis ac secretis latibulis, & præ vehementi angustia, quasi per excessum loquentes precantur, vt à montibus & petris operiantur & abscondantur à facie sedentis super thronum, id est persequutionis acerbitem, quam deo permitteute seu ordiante sciunt grassari in populo Christiano, effugiant. Iuxta quem modum & in Euangelio scriptum est, Dicent montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Quod & Christus tempore passionis testatus est, peccatores esse dicturos. [Quoniam venit dies magnus ira ipsorum] scilicet sedentis in throno & agni, id est tempus grauissimæ persequutionis à deo & Christo permittæ, quæ patientibus atque timentibus quasi ira dei videbitur: quamuis propriè deo non competat, qui electos suos & amore potius & pietate, quam ex ira in

Lucæ. 1. 18.

Matth. 2.

Dan. 7.

Beda.

Lucæ. 23.



præfenti flagellat, vt emendentur aut perficiantur. præterea per montes & petras, à quibus quarunt operiri & abscondi, quidam intelligunt maiores & perfectiores, quorum consilio, auxilio, precibusque inferiores & minus perfecti, quærent iuari, defendi, saluari: ne Christo veniente sint imparati, sed fixi reperiantur in fide. plerique per montes & petras intelligunt sanctos in patria confirmatos in bono, instar petrarum & quasi montes præcellos: quorum suffragia tunc isti postulabunt. Secundò hic locus exponitur de reprobis, qui die iudicij imminente, se quærent abscondere, & irâ dei euadere [Et quis poterit stare]. i. constans in fide manere tẽpore tantę persecutionis? Nullus vtique propria virtute. Erit enim nũc, tentatio tanta, vt in errore ducantur etiam, si fieri potest, electi. Postremò quod dictum est, sol factus est niger, & luna vt sanguis, & stellę cęli ceciderunt, & cælum recessit, & cætera, puto adhuc aliter posse intelligi. Si quidem sanctus Ioannes volumine isto prophetali sequitur modum loquendi prophetarum. Est autem consuetudo prophetis, vt grauem cum aliquam hominibus vastitatẽ denunciant, luminaria cęli afferant immutari: quia videlicet hominibus in mœrorem deiectis ad solatium non relucunt, quibus omnia sunt amara, & ipsa etiam lux consistit odibilis. Et iuxta hunc sensum verba hęc posita in prophetis quoque inueniuntur conscripta. Et primò (vt aliqua cõmẽmorentur) apud Ioëlem dicitur, Sol & luna obtenebrati sunt, & stellę retraxerunt splendorem suum. Itẽmque, Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Itẽm apud Esaiam, Complicabuntur sicut liber cęli. Sic & in Ezechiele, cum dominus pharao nis clades prædiceret, Operiam (inquit) cũ extinctus fueris cælus, & nigrescere faciam stellas. Omnia luminaria cęli mœrere faciam super te.

Ioë 29.

Esaiã. 24.  
Ezec. 32.

EXPOSITIO CAP. VII. [Post hæc vidi quatuor angelos stantes.] ARTIC. VIII.



Noniam ea, quæ in fine præcedentis capituli sub sexti sigilli refectione descripta sunt, ad Antichristi persecutiones ac temporã sunt relata: conuenientius reor ex ipso textu tenore, connexionẽ, & forma etiã quæ sequuntur, ad prædicta referre. Subditur enim [Post hæc vidi quatuor angelos, stantes super quatuor angulos terrę, tenentes quatuor ventos terrę, ne flarent super terram.] Itaque quæ nunc dicuntur ostensa sunt ei post ea quæ præcedenti capitulo scripsit, tanquam implenda, dum implebuntur quæ sexti sigilli apertionem concernunt. Nondum enim de septimi sigilli apertura differuit. Denique tempore Antichristi, satellites eius in principibus mundi patribus, plagis, seu regnis tenebunt dominũ, nec Euangelicę legis prædicatores permittent verbum dei disseminare. Est itaque sensus, Post hæc vidi quatuor angelos id est quatuor dæmones secundum Haymonem. de quibus paul. Nescitis (inquit) quia & angelos iudicabimus? Et rursus, Certus, sum, quia neque angeli, neque principatus, neque virtutes poterunt nos separare à charitate dei. Alij per quatuor angelos, intelligunt seculi principes, stantes super quatuor angulos terrę in quatuor partibus mundi habentes dominium, si de terrenis id est principibus intelligatur. Si autẽ de spiritalibus malis, sensus est, quod & ipsi in locis impiorum consistunt. Quemadmodum autem regnis præfident angeli boni, ita apponuntur eis & angeli mali. Tenentes quatuor ventos terrę, id est vitæ spiraculũ auferentes creditibus, & suo dominatu omnia præfocantes: ne flarent super terram. i. ne fidelibus pacificẽ viuere cõcederetur. Per hanc metaphoricam loquutionem innuitur, quod ad tantam angustiam impij illi perducent Ecclesiam, vt respirare vix queat. Rorsus venti terrę dicuntur prædicatores, qui audientium corda refrigerant, spiritalis vitæ flatum infundunt, nubem obstruantis gratiæ afferunt. Itaque præfati angeli tenebunt quatuor ventos terrę. i. prædicatores totius Ecclesię impediunt, ne flent super terram. i. ne verbum dei hominibus prædicent. De quo flatu in Canticis dicitur, Veni auster perfla hortum meum [Neque super mare] id est in insulis maris, & his qui occupantur in aquis multis [Neque in vllam arborem]. i. in eos qui habitant in locis arboribus consistit. Vel arbores sunt homines, secundũ quod ait Saluator, Aut facite arborem bonam, aut facite arborem malam. [Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis]. i. ab oriente [Habentem signum dei viui] Per hunc angelum quidam intelligunt Iesum Christum, qui est magni consilij angelus visitauitque nos oriens ex alto: & ascendit, id est sublimiter venit & gloriosẽ innotuit, ab ortu solis æterni, ex corde patris altissimi, ex summo cælo, vbi est nunquam deficiens. Vbi soli intelligentiæ mentibus oritur beatorum. Hic habuit signum dei viui. s. crucis vexillum. Habuit quoque signum quod verẽ missus esset à deo, & quod esset deus verus: secundum quod ait, Opera quæ dedit mihi pater, testimonium perhibent de me. Veruntamen per angelum istum potius arbitror intelligendum angelicum spiritũ diuinitus missum, prout infra in textu tangi videtur, Deus enim per angelos disponit ecclesias. Qui angelus in visione imaginaria videbatur Ioanni quasi ab oriente cõscẽdere, atque in altiora volare: sicque in sublimi stans, ea quæ subsequuntur clamare. Habuit autem signum dei viui, quia in eo certũ videbatur iudicium, quod esset de curia summi regis, & angelus sanctus non malus, sicut prædicti. Præterea angeli sancti subinde cum crucis vexillo apparuisse leguntur. Sed & signum istud intelligi potest potestas refrenandi ac compescendi ferociam malignorum spirituum [id est clamauit voce magna] id est grandi auctoritate præcepit [Quatuor angelis, quibus datum]. i. permissum, vel etiam diuina iustitia exigente concessum [Est, nocere terrę & mari]. i. persecutionẽ inferre fidelibus, in prouinciis ac insulis hinc inde manentibus [Dicens, Nolite nocere terrę & mari, neque arboribus]. i. vltra nõ attẽtatis vexare fideles qui per terrã mare & arbores, sicut expositũ est, designantur sicut fecistis [Quoadusque signemus seruos dei nostri in frõtribus eorũ]. i. quoadusque ego & angeli sancti, mihi cooperates, crucis vexillo fideles ab infidelibus discernam? vel præ destinatos ad fidẽ cõuertẽdos notemus, eorũque cõuersioni cooperemur. quib? verbis instrumur, qd licet de? pmitit Antichristũ ad tẽp? regnare, citò tñ malitię ei? satellitiũque ipsi? finẽ imponet, ita qd angeli san

Apoc. 6.

1. Cor. 6.  
Rõma. 8.

Cant. 4.  
Matth. 12.

Esaiã. 6.  
Lucę. 7.

Ioan. 18.

Hebrę. 1.

A Si dæmonũ quoque tunc compescent sauitiã, ne Christianos omnino extinguant, nec electorum cõseruatiõẽ ad Christũ impediãt. Quidã verò, vt Berengandus & Beda, exponunt hæc pro tempore primi aduentus Christi, quando quatuor principalia regna mundi perfida erant, & homines variis modis vexabant, postea quoque Euangelicę legis prædicationẽ impedire conati sunt. Quorũ prauitatem compescuit Christus, suosque protexit, ne eorũ quis impediret salutẽ. Imò ante suã natiuitatem ex virgine voluit pacem esse in mundo, cum fratre subiectis Romano imperio. Quamuis autem istud catholicẽ dictum sit, nõ tamen videtur expositio ista ad præcedentia atque sequentia esse connexa. Neque enim in primo Christi aduentu impleta sunt, quæ mox subduntur. Alij referunt istud ad tempora Constantiniani Imperatoris, cuius temporibus dicitur fuisse quatuor persecutores præcipuos in diuersis prouinciis, quos dicitur hic per quatuor angelos, tenentes quatuor ventos signari. Et per angelum ascendentem ab ortu solis æstimant Constantinũ Imperatorẽ notari, cuius virtute prædicti persecutores à Christianorũ infestatione repressi sint. Veruntamen eius tẽpore impletum non est, quod de signatione seruorum dei in frontibus suis subiungitur, nisi secundum spiritalem intelligentiã, secundum nominũ interpretationem acceptã. Sequitur enim de numero signandorum, & iam in dei præsentia signatorum [Et audiui numerum signatorum] signo dei in fronte, vt dictum est [Centum quadraginta quatuor milia ex omni tribu fillorum israel] ita quod omnes simul accepti, tot fuerunt, seu erunt. Ex qualibet enim tribu erunt duodecim milia. Cũque duo. B decim tribus sint, signati ex omnibus tribubus istis pariter sumpti constituunt numerum memoratum. Nam in fine, Antichristi detecta perfidiã, omnes tribus Israël conuertentur ad prædicationem Helix. multo vtique plures quã hęc taxantur. Vnde per numerum istum determinatum indeterminatum eximitur, propter perfectionem numeri huius: quemadmodum expositores satis declarant [Ex tribu iuda duodecim milia signati]. i. duodecim milia hominum ex hac tribu signabuntur signo crucis fide suscepta [Ex tribu ruben duodecim milia signati, & c.] Conuenienter à tribu Iuda incepti, quia ex ea nati sunt reges. & quoniam Iudas suos robustissimus fuit, vt primo Paralipomenon legitur. Potissimẽ autem, quia de semine eius natus est Christus. Omittit autem tribũ Dan, quia de ea (vt dicitur) Antichristus natuscetur. Duodecim tamen nomina tribuum ponit. Nam tribum Manassẽ & tribum Ioseph distinguit cum tamen Manassẽ filius fuerit Ioseph. Similiter tribum Effraim non exprimit: cuius secundum quodãdam est ratio, quia Hieroboam primus rex decem tribuum Effraeus, populum Israël ad idololatriam traxit. Alij asserunt, per tribum Ioseph tribum Effraim designari. Qui autem hoc loco per duodecim tribus intelligunt vniuersos fideles (qui patriarcharum fidem & opera imitando, spiritaliter eorum filij nunc cupantur, iuxta illud Apostoli, Si enim vos Christi, ergo semen Abraham estis) mysticam intelligentiam penes nominum interpretationẽ accipiunt. Iudas enim interpretatur confessio. Idcirco per tribum Iuda omnes, qui Christum veraciter confitentur, & propria quoque mala confiteri non renuunt, intelliguntur. Porro Ruben interpretatur videns filiũ, vel videns in medio, vel filius visionis. Eius itaque tribus sunt, qui visioni contemplationis insistant, & in medio laqueorum se positos cernunt. [Ex tribu Gad, duodecim milia signati] Per Gad, qui interpretatur accinctus, intelliguntur qui virtutibus contra peccata armantur [Ex tribu asir duodecim milia signati] Per Asir, qui interpretatur beatus, significantur qui Euangelicarum beatitudinum possessores sunt & futuram prægustare beatitudinem nunc merentur. [Ex tribu Neptalim duodecim milia signati] Per Neptalim, qui latitudo interpretatur, hi qui charitate extenduntur ad omnes, significantur [Ex tribu Manassẽ duodecim milia signati] per Manassẽ, qui obliuio interpretatur, signati sunt Gene. 49: qui inferiorũ ac volubiliũ obliuiscetes, diuinorum meditationibus suam semper replere & occupare nituntur memoriam. [Ex tribu symeon duodecim milia signati] per Symeonem, qui audiens mœrorem interpretatur, sunt intelligendi, qui ex passionis Christi memoria, salubri conficiuntur mœrore, etiam ex desiderio patriæ, ex contemptu propriæ culpæ, ex proximorum ruina, & ex proficiendi affectu [Ex tribu Leui duodecim milia signati] per Leui, qui additus dicitur, exprimitur qui bona bonis accumulãnt, & obseruantia præceptorum obseruantiam consiliorum adiciunt, [Ex tribu ysachar duodecim milia signati] per ysachar, qui merces interpretatur, dantur intelligi qui meritis abundare satagunt, præmijque intuitu fortiter agunt [Ex tribu Zabulon duodecim milia signati] per Zabulon, qui habitaculum fortitudinis interpretatur, signati sunt qui perseuerantes in bonis, in deo quasi in firmissima terra, quiescunt [Ex tribu ioseph duodecim milia signati] per Ioseph, qui interpretatur augmentum, expressi sunt qui spiritalibus diuitijs quotidie augmentantur [Ex tribu Benjamin duodecim milia signati] per Benjamin, qui filius dexteræ interpretatur, figurati sunt qui deum sibi gratiosẽ ac piẽ assistentem fortiti sunt, atque in eius dextera collocabuntur. Sed quia post Antichristi interitum & generalem Iudæorum conuersionem, mox beatitudo æterna præstatur, congruenter de triumphante Ecclesia subditur [Post hæc vidi] in spiritu [Turbam magnam, quam dinumerare nemo] id est nullus homo viator [poterat] beatis verò in patria numerum electorum concinium suorum consistere, probabile est [Ex omnibus gentibus, & tribubus, et populis, et linguis stantes ante thronum]. i. coram maiestate diuina, cuius thronus quandoque Ecclesia militans, quandoque Ecclesia triumphans, interdem Christi humanitas, interdem anima iusti, interm cælum empireum, nonnunquam ipsamet dei authoritas ac potestas vocatur: sicque nõ potissimẽ sumitur. Dicuntur autem sancti stare coram deo, & ante eum, non quasi deus non sit intra eos, qui omnia implet ac penetrat: sed humano more loquuntur scripturæ, morem gerentes infirmitati intelligentiæ nostræ. Stant itaque ante thronum, tanquãm vultui maiestatis intenti, eiusque obsequio cum inæstimabili reuerentia indesinenter parati [in conspectu agni] quia de Christi humanitate speciali gaudio reficiuntur, cui etiam secundum naturam assumptam reuerenter subduntur. [Amisti stolis albis]. i. candidissimis incõtaminatisque gloriæ vestimentis, puta duplicibus stolis, beatitudine animæ & corporis, præmio essentiali, & accidentalit: sicut scriptum est, propterea in terra sua duplicia possidebunt [Et palme] id est victoriæ suæ indicia

Psal. 58.

1. para. 28.  
Matth. 1.

Gene. 41.

Galat. 5.  
Gene. 29.

Eodem

Gene. 42.  
Gene. 30.

Gene. 41.

Gene. 22.

Gene. 49.

Gene. 30.  
Gene. 25.

Esaiã. 61.

[*In manibus eorum. Et clamabant voce magna*] id est amorosa, iucunda, deuota[ *salus deo nostro, qui sedet super thronum*] id est vno trinōque deo sit summa, æterna, & infinita felicitas, omnisque gloria ei attribuitur: & quicquid salutis in nobis est, ab ipso profluit. Hoc congratulando dicunt, quia sic est, non orando: vt sit sicut cum dicimus, Laudate eum omnes angeli eius[*et agno*]. i. Christo secundum quod homo est. Aliter tamen competit salus Christo vt homo, quam super benedictæ Trinitati. Si quidem secundum quod homo est, causa est nostræ salutis instrumentalis & meritoria, habetque felicitatem creatam finitam: sed maiorem, quam cæteri vniuersi simul accepti. [*Et omnes angeli stabant in circuitu throni et sentorum et quatuor animalium*]. i. hominum beatorum in cælo glorificatorum. s. Euāgelistarum & præcipuorum patrum Ecclesiæ: qui, vt dictum est, per quatuor animalia & seniores expressi sunt. Loquitur autem Ioannes de istis, secundū quod ipsi in visione apparuit, & pro statu futuro in patria. [*Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas*]. sic in imaginaria visione apparebat Ioanni. Quo significatur, quod angeli sancti deo spiritaliter atque humiliter prosternuntur, eisque de hominum triumpho & gloria regitantur [*Et adorauerunt deum, dicentes Amen*] id est sic sit, & verè sic est, sicut sancti isti homines sunt loquuti, salus deo nostro, &c. Nam dicendo amen, hominum laudem confirmauerunt, diuinæque maiestatis honorationi congratulari se monstrant. Denique addunt, [*Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo deo nostro in secula seculorum Amen*] id est ista omnia deo nostro conuenientia debentur. Ipsi benedictio, id est laudatio impenditur, ab omnibus benedictus cognoscatur & commendatur. Ipsi claritas, pulchritudo, syceritas. nobilitas cōpetit, in quo nulla est macula, nulla imperfectio: nis aut defecibilitatis admixtio. Deus enim lux est, & tenebræ non sunt in eo vllæ, qui in seipso immensa prorsus claritate reuultus est. Ipse quoque sapientia est, & omnis virtutis origo, cui omnes mentes bene dispositæ, intimo regantur affectu, & optare debemus, vt ei ab omnibus sempiterna gratiarum actio exhibeatur, cui soli honor latræ debetur. Ipse est virtus virtutum, sanctus sanctorum, omni virtute sine menlura conspicuus: cuius fortitudo seu omnipotentia finem non habet. Hoc angelicum canticum mente & ore deuotissimè frequentemus, nūcque pro viribus vitam inchoemus cælestem, pfallendo deo iugiter in cordibus nostris: semper gratias referentes eidem, & cōfidentes ex animo, quod à digna ac plena gratiarum actione deficiamus in immensum. [*Et respondit*] id est ad animæ meæ admirationem seu dispositionem conuenienter loquutus est [*vni de senioribus*] mihi in visione apparentibus [*Et dixit mihi*] non quasi ignorans, sed me instruere volens. [*Hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt, et vnde venerunt? Et dixit illi, Domine, tu scis*] qui iam vnus illorum es, & regnas in patria. sicut Zacharias angelo, ita Ioannes seniori huic respondit, quem aliqui putant Petrum fuisse apostolum, qui tempore huius reuelationis triumphauit cum Christo. [*Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione*]. Per multas enim tribulationes oportet nos ingredi regnum dei [*Et lauerunt stolas suas, et dealbauerunt eas in sanguine agni*] id est opera interiora & exteriora, quæ sunt mentis & corporis spiritalia indumenta. Vel stolas sunt corpus, quo anima vestitur, & anima quæ corpus ornatur. Has stolas ab inquinamento peccati mundauerunt in sanguine agni, id est in fide & imitatione, in virtute & merito passionis Christi. Vnde non ait rubricauerunt, sed dealbauerunt: ad innuendum, quod de spiritali dealbatione sit sermo: itémque, quod omni carerent immunditia culpæ, quæ nigredini comparatur. Præterea aliqui dicunt hæc de solis martyribus dici. Beda verò & alij multi, exponunt de cunctis beatis hominibus. Nam & aliqui confessionum, longum, magnum, ac durum in mundo duxerunt martyrium, sicut Hieronymus & beatissimi eremitæ: ideo sunt ante thronum dei] id est deo facie ad faciem fruuntur [*Et seruiunt ei*] cultu latræ, scilicet laudatione, adoratione, gratiarum actione [*Die ac nocte*] id est sine interruptione in ipsa æternitate, omne temp<sup>o</sup> dierum ac noctium complectente [*in templo eius*] puta in patria ac triumphanti ecclesia. Veruntamen infra dicit Ioannes templum non vidi in ea, scilicet in ciuitate cælesti: quod quomodo intelligendum sit, ibidem deo implente dicitur. Hæc seruitus, quietissima atque dulcissima merces est seruitutis præsentis laboriosæ. [*Et qui sedet super thronum*] id est deus omnipotens, trinus & simplex [*Habitat super illos*] id est in eis per dona gloriæ indefinenter quiescit, & desuper possidet eos, gubernatque immediatè per seipsum, non dirigendo eos in finem adipiscendum, sed seruando immobiliter in fine adepto. [*Non esuriunt neque sitient amplius*] secundum quod in esurie ac siti defectus atque pœnalitas includuntur: iugiter tamen appetent eum, in quem & angeli desiderant prospicere. Satiatur ergo & omnino impletur in bonis desiderium cordis eorum, ita quod contentantur. [*Neque cadet super illos sol*] id est feruor persequutionis [*Neque vllus æstus*] diræ aduersitatis vel anxietatis [*Quoniam agnus, qui in medio throni est*] id est inter beatos, & omnium corda inhabitans [*Reget eos*] id est confirmatos tenebit in bono, ita quod amplius errare, peccare, labi aut pati non poterunt [*Et deducet eos ad fontes vitæ aquarum*] id est plenitudine sapientiæ, exuberantia gaudiorum, inundantia æternitatis diuinarum, eos sine fine reficiet & potabit. Iuxta quod scriptum est, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ. Fontes enim aquarum vitæ sunt in finita ipsa sapientia dei, immensa eius opulencia, plenitudoque incunditatis ipsius. Quæ omnia quamuis in deo sunt vnus simplicissimus fons, tamen ob diuersitatem effectuum seu donorum pluraliter nominantur: Sicut & misericordia dei in se vna est, quæ frequenter plurali numero designatur. De hoc fonte ad plenum potantur beati: iuxta illud, Fluminis impetus latificat ciuitatem dei. In quibus impletur, quod dominus per prophetam dicit, Ecce ego declino in eos vt flumen pacis, & vt torrens inundans gloriæ gentium. Quod hic dictum est, apud Esaiam ferè eisdem verbis exprimitur, vbi habetur, Non esurient neque sitient amplius, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos [*Et absberget deus omnem lachrymam ab oculis eorum*]. Ecce quàm dulce verbum, quàm familiarem se exhibet deus in patria his, qui piè lachrymantur,

A atque salubriter cōpungantur in via. Quom felix lachryma, quam creatoris clemētissimi manus absterget. Ideo ait Saluator, Beati qui lugent, quoniam ipsi cōsolabuntur. Hoc ipsum est, quod propheta prædixit, Præcipitabit (inquiens) dominus mortem in sempiternum, & auferet lachrymam ab omni facie. Nūcne stultissimi ac vanissimi probantur, qui propter huius breuissimæ vitæ ac immundissimæ carnis delicias, tanta se beatitudine priuant? Quibus loquitur & Christus, Væ vobis qui ridetis, quia plorabitis & flebitis. Væ vobis diuitibus, quia nunc habetis consolationem vestram.

Explanatio cap. viii. [*Et cum aperuisset sigillum septimum*] Artic. ix.

O Ctauum capitulum quidam incipiunt in hoc verbo, Et cum aperuisset, quidam in eo quod post pauca subiungitur, [Et] vidi septē angelos. Itaque cum agnus habes clauem scientiæ, in quo sunt omnes sapientiæ thesauri [*Aperuisset sigillum septimum*]. i. seipsum vltimūque libri ostensi sigillum, secretum præscientiæ dei de statu Ecclesiæ plenius enodasset, & quid in fine seculi Antichristo perempto futurum esset, insinuaasset [*Factum est silentium in celo*]. i. quies & pax in ecclesia [*Quasi media hora*]. i. modico tempore. Per quod figurabatur, quod Antichristo delecto ecclesia erit in pace, & liberè prædicabit, quod tamen non diu durabit, quoniam citò veniet ad iudicium Christus. Vnde Beda hęc ait, post interitum Antichristi aliquantula requies futura creditur in ecclesia. De qua Daniel ita prædixit, Beatus qui expectat, & perueniet ad dies mille trecentos triginta quinque. Quod exponens Hieronymus, Beatus (inquit) qui interfecto Antichristo supra mille ducetos nonaginta dies. i. tres semis annos dies quadraginta quinque prætolatur: quibus dominus atque Saluator in sua maiestate est venturus [*Et vidi septem angelos*] Hic secundum Albertum incipit tertia visio. Et de angelis istis infra singillatim tractatur. Per quos quidam intelligunt septem hæresiarum, Arrium, Macedonium, Pelagium, &c. Quibus quod subditur non videtur bene congruere [*stanes in conspectu dei, et data sunt illis septem tubæ*] nisi fortè dicatur, quod etiam alibi Sathan legitur affuisse inter filios dei, & coram eo stetit. Hinc Berengandus, Haymo, Beda, & alij multi per septem angelos intelligunt prædicatores euangelicæ legis vniuersos: quia frequenter & maximè in libro isto, per septenarium vniuersitas denotatur. Quibus diuinitus datæ sunt septem tubæ. i. cuiuslibet data est efficacia prædicandi, & sermo idoneus, quæ tubæ nomine exprimitur: iuxta illud, Quasi tuba exalta vocem tuam. Et illud, In gutture tuo sit tuba. [*Et alius angelus venit et stetit ante altare*] Quoniam hic iam alia visio est ostensa Ioanni, dicunt doctores catholici, hoc loco statum & cursum ecclesiæ plenius quasi à principio demonstrari atque conscribi. Vnde per angelum istum intelligitur Christum, qui est magni consilij angelus, & per incarnationis mysterium venit in mundum, stetit: quæ ante altare. i. in conspectu ecclesiæ: quæ secundum Berengandum & Bedā altare vocatur. Vel altare est ara crucis, in qua ipse summus sacerdos sacrificauit deo patri seipsum. Sed & mensa, in qua cenauit & primā misam celebravit, corpus suum & sanguinem consecrando, atque discipulis porrigendo, nunc altare ritè vocatur? Vel stetit ante altare illud sublime in patria. Quia licet esset in terra visibiliter, in cælo tamen erat veraciter, & per clarissimam contemplationem assistit patri [*Habens thuribulum aureum in manu sua*] Thuribulum aureum quidam exponunt corpus Christi immaculatum, ex quo deus odorem suauitatis accepit. Alij corda apostolorum, atque credentium quæ erant in manu, dispositione, directione Christi. Potest nihilominus per thuribulum istud intelligi sanctissima conuersatio, seu meritum Christi, splendore sapientiæ & charitatis ardore ornata: quæ thuribuli proprietates & actus impleuit, sicut paulò post dicitur. [*Et data sunt ei incensa multa*]. i. spiritalia holocausta, videlicet, orationes sanctorum iugitæ, quas fideles offerunt Christo mediatori, vt meritis suis sacratissimæ in mundo hoc conuersationis perficiantur, atque à deo patre seu Trinitate exaudiantur. Sicque conuersatio seu meritū Christi sortitur rationem thuribuli. quia sicut in thuribulo ignis & thus simul ponuntur vt odor suauis erupat, ita in conuersatione ac merito Christi preces fidelium actūsque fundantur, vt coram deo suauiter redolescant [*Vt daret*]. i. patri offerret, tanquam aduocatus ac mediator, non vt verbum genitori æquale [*De orationibus sanctorum*] quia incensa ista sunt de numero orationum, quas deuoti per Christum immolant deo. Iuxta illud, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo [*super altare aureum*]. i. super conuersationis suæ meritum. Vel corpus suum ac corporis sui passionem, vt scilicet horum dignitate atque virtute orationes sanctorum sortirentur effectum. Denique, teste apostolo, Christus interpellat pro nobis. Et Ioannes nec dicit, Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris [*Quod est ante thronum dei*]. i. in approbatione & beneplacito eius, sicut ad filium loquutus est pater, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui [*Et ascendit fumus aromatum*]. i. odor seu gratia acceptio [*De orationibus sanctorum*] quæ sunt flagrantissima coram deo aromata [*De manu angeli*]. i. virtute, interpellatione, & merito Christi: qui preces suorū immolat patri, cuius vultui nunc apparet pro nobis ostēdens ei quam pro nobis assumpsit naturam, & quid in ea pro nobis fecit ac pertulit. Ideo subditur [*Coram deo. Et accepit angelus*]. i. Christus [*Thuribulum aureum*]. i. corpus suum incontaminatum, vel conuersationem suam sanctissimam, eam pro nobis patri allegando, ac offerendo, seu ostendendo [*Et impleuit illud de igne altaris*]. i. donis, seruore, & gratia spiritus sancti: qui altaris. i. ecclesiæ ignis est. Nam & Christo homini dedit pater, vt trinitas spiritum non ad mensurā. Et ipsemet christus opera sua in summa charitate exhibuit & effecit [*Et misit in terram ignem*] ignem istum seu gratiam & ardorem spiritus sancti. Nā de plenitudine Christi accepimus omnes: qui ait, Ignem veni mittere in terram. Misit quoque corpus suum in terram, scilicet in sepulchrum, & derelinquens illud in sacramento ecclesiæ cūctis fidelibus ad resurrectionem salutis, ad charitatis indicium, ad perpetuam rei memoriam. Sed & conuersationem suam nobis in exemplum reliquit. Sicut scriptum est, Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplū

vt sequamur vestigia eius [Et facta sunt tonitrua & voces]. i. sublimia ac mediocria documenta [Et fulgura] i. coruscantia signa, prout supra magis expositum est [Et terra motus magnus]. i. grandis admiratio habitatorum terræ, alijs pœnitentibus, alijs obstinatis & conuersos vexantibus. Quamuis autē expositio ista sit vera atque catholica: apertius tamen videtur vt angelus iste intelligatur angelicus spiritus ecclesiæ præfides .s. Michaël, quia nunc princeps extat Ecclesiæ, sicut olim synagogæ. Ille ecclesiam visitat, & ante eius altare stat, habens thuribulum aureum, id est charitatem præcipuam ad fideles, per quam eorum spiritalia sacrificia colligit, deo que offert: cui dantur incensa multa, quando ecclesia eius suffragia petit, suasque preces per manus illius deo offerri precatur. Quod & ille diligenter exequitur, offerens preces & actus fidelium super altare aureum illud cæleste in patria, super quod beati laudes & preces offerunt domino. Insuper accipit angelus thuribulum suum aureum, quia charitatem suam extendit ad nos, eumque implet igne præfati altaris, seipsum ad nos amandos inflammans: vel precibus suis ac nostris ardorem sanctæ charitatis nobis à deo obtinens ac reportans. Ideo sequitur, et misit in terrâ. i. corda fidelium hoc igne charitatis succendit, quo factio fiebant tonitrua, voces & fulgura, quia tunc corda præceptorum, & prelatorum siue doctorum confortata sunt atque idonea facta ad prædicandû, & ad miraculosè agendum [Et septem angeli qui habebant septem tubas.] Quid per angelos istos eorumque tubas signetur, pro viribus dictum est [Parauerunt se, vt tuba canerent] id est ad profequendum prædicationis officium sibi iniunctum se idoneos exhibuerunt, se humiliando, in dei ope sperando, iuste viuendo, vt quod prædicaturi erant, primò implerent, exemplo Christi qui cepit facere & docere [Et primus angelus tuba cecinit] Per primum angelum tuba canentem, primus prædicatorum ecclesiæ ordo, videlicet apostolorum chorus, tubaliter prædicans designatur [Et facta est grando & ignis mixta sanguine] hoc accipi potest in bono, quantum ad electos atque conuersos: & in malo, quantum ad infideles, duros & reprobos. Iuxta primum sensum per grandinè quæ percutit verba apostolorum, quæ corda prauorum arguendo percutiebant, & conuertebant, intelligitur. Per ignè amor & gratia spiritus sancti. Per sanguinè cruor Christi pro hominibus fusus. Hi ergo verbo dei percussit, & spiritus sancti igne inde succensi sunt, quæ grando & ignis mixta sunt sanguine. i. virtute dominicæ passionis dabantur & operabatur. Porrò iuxta sensum secundum, per apostolorum prædicationem reprobi maiorem damnationem promeruerunt, verbis dei non obediendo: sicque facta sunt eis grando & ignis mixta sanguine. i. tempestas atque incendium infernale pro sanguinolentis & carnalibus eorum operibus. Verùm enim uero Beda venerab. hunc assumit sensum, quod per apostolorum prædicationem hæ pœnæ infernales innotuerunt hominibus, ita vt per grandinem intelligatur frigus inferni, per ignem ardor ipsius. Ab aquis enim niuium ad calorem nimum transiit, & vsque ad inferos peccarum illorum. Vt Iob ait, præter hunc & alius non inconueniens sensus accipi potest, q. i. ex apostolorum prædicatione facta est grando tempestas & ignis æmulationis in mudo, ad quæ cõsequuta est sanguinis copiosa effusio, quibusdam credentibus, alijs contradicentibus, & credentes necantibus [Et missum est in terram] Totum istud secundum Glossam. s. grando, ignis, & sanguis. i. hominibus ista denunciata siue illata sunt, electis quidè salubriter secundum primam expositionem, reprobis verò damnabiliter. scilicet damnationem eorum, iuxta expositionem secundam [Et tertia pars terræ, et arborum combusta est, et omne fœnum viride combustum est] Sacra scriptura multiplicem sensum habere asseritur, non idcirco duntaxat, quoniam literaliter, tropologicè, allegoricè, & anagogicè explanatur: sed idem quoque, quia in ea vicissim sensus literalis est multiplex, secundum Augustinû. Cuius ratio est quia interdum sensus literalis scripturæ non est qui per verba, sed qui per res verbis designatas exprimitur. Res autem huiusmodi diuersas fortitæ sunt proprietates & actus, ideo iuxta hoc sensus literalis multiplicatur. Sic autem est in loco præfenti. Præterea quod per terram habitates in terra significentur, certissimè constat, quod etiã per arbores intelligantur homines, liquet ex eo quod ait Saluator, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignè mittetur. Quod demum nomine fœni homines innuntur, pandit sermo propheticus dicens, Verè fœnum est populus. Insuper per tertiã partem istorum. s. terræ, fœni, ac arborum intelligenda est pars valde magna eorû. Itaque tertia pars terræ. i. hominû inferiorum ac subditorum, & arborum. i. maioru ac prelatorum, & omne fœnum viride. i. homines in quibus floret iuuentus & humor carnalitatæ ac mundi prosperitatæ, combusta sunt. i. consumpti. Quidam salubriter, esse culpæ amittendo, iuxta sapientis sententiam dicentis, Verte impios & non erunt. Quidam infeliciter, damnationem incurrendo, prout grando, ignis, & sanguis dupliciter exponuntur. Quod autem grandinis nomine verbû dei possit intelligi, hinc constat, quod per Hieremiã dñs loquitur, Nûnquid non verba mea sunt quasi mal leus conterens petram? [Et secundus angelus tuba cecinit] .i. chorus ordo seu cœtus discipulorum, quos apostoli à suis sedibus ad loca diuersa prædicandi gratia direxerunt, vel incertis vrbibus ordinauerunt episcopos: quales fuerunt excellentissimi patres ac prædicatores Dionysius, Polycarpus, Ignatius [Et ecce tanquam mons magnus igne ardens] .i. diabolus per superbiam eleuatus: cui dicitur, Quid tu mons magne coram Zorobabel, in quo est ignis inuidiæ, seruator totius impietatis? Vnde secundum Dionysium in diabolo est amens furor, [Missus est in mare] id est in corda incredulorum amara & iniqua ingressus est, vt per eos euangelicæ prædicationi resisteret. Nã (vt Dionysius scribit) audientes Græci crucem prædicari & resurrectionem ex mortuis, lato ore riserunt, & tyranni exacerbati fuerunt [Et facta est tertia pars maris sanguis] id est valde magna pars gentium fidem recipientium sunt occisi [Et mortua est tertia pars creaturæ, quæ habebat animam in mari] Quia, vt dictum est, in hoc mari magno, quod est seculû nequã, multi istorum sunt trucidati. Alij verò qui vel non crediderunt, vel credentes vexauerunt, spitaliter mortui sunt. Itaque nomine creaturæ intelligitur homo, testante seruatore, Prædicare euange liû omni creaturæ. Et apostolo dicente, Inuisibilia dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellectu conspicuntur [Et tertia pars nauium interit] .i. rectorû & prelatorum ecclesiæ, quorû est alios per hoc ma-

Daniel. 2.

Actu. 1.

Iob. 14.

August.

Matth. 3.

Esaiæ. 40.

1. petri. 1.

Prou. 1.

Hiere. 23.

Zach. 4.

Marci. 16.

Roma. 1.

F

G

H

A re turbulentissimum ad salutis vehere portum. Tunc nanque episcopi, alijque principales inter fideles, primi trahebantur ad mortè [Et tertijs angelus tuba cecinit] .i. ordo sanctorum doctorum qui cessante persecutione ecclesiæ à tyrannis contra insurgentes hæreticos tubaliter prædicauit, & scripturas verè expo sicut scilicet Hieronymus, Augustinus, Ambrosius [Et cecidit de celo] id est de ecclesiâ; [Stella magna] .i. quiuis hæresiarcha, vel hæresiarcharum catena vel cœtus, qui ad scientiæ eminentiam, sanctitatisque apparentiam, stellæ vocatur. Nam & tales ab Apostolo Iuda sydera errantia vocantur. Et quidam per stellam istã intelligit Pelagium hæresiarcham, qui fuit valde literatus & monachus [Ardens sicut facula] Hi enim flamma proprii sensus & igne ambitionis vehementer accensi fuerunt. [Et cecidit in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum] .i. corda multorum etiam baptizatorum infecit ac perturbauit. Imò & fontes aquarum, doctores videlicet & prelatos, à quibus riuus scientiæ ad subditos profluunt, partim subuertit. Nam multi episcopi ac prelati per hæresiarchas fuerunt corrupti [Et nomen stelle dicitur absinthium] quia maxima amaritudo, tristitia, dolor generabatur electis ex cuiuscunquæ hæresiarchis peruersissimis documentis [Et facta est tertia pars aquarum absinthium] idque dupliciter. Nam qui cõsenserunt hæresiar chis facti sunt similes eis, & appellantur absinthium, propter amaritudinem vitiorum, quibus contra hæreticos læuebant. Cateri autem fideles propter hæreticorum impudentiam & errores, simpliciterque peruentium seductione amarè planxerunt [Et multi homines mortui sunt de aquis] .i. de hæresiarcharum doctrinis, siue discipulis [Quia amara facta sunt aqua] .i. spiritus sancti dulcedinem perdidierunt, & felle falsitatis ac prauitatis infecti sunt. Vnde & quosdã catholicorum corporaliter occiderunt. [Et quartus angelus tuba cecinit] .i. ordo vel cœtus doctorum qui contra negligentiam, & peccata fidelium præsertim pastorum loquuntur. Olim nanque quando vigeant hæretici, erant valde sancti episcopi, postea autè red dita vndique pace cœperunt prælati negligentiam agere, & quadam securitate torpere. Vnde & subditi inferiorèsque delapsi sunt [Percussa est tertia pars solis] id est prelatorum qui debent instar solis lucere, & calorem amoris diuini in aliorum corde producere. Quibus ait Saluator, Vos estis lux mundi. Isti verbis diuini percussit, reprobentur, notati sunt [Et tertia pars lune] id est congregationis ecclesiasticæ illis subiectæ à quibus est illustranda [Et tertia pars stellarum] id est religiosorum ac inferiorum prædicatorum, quibus ornatur ecclesia sicut cælum astris [Vt vt obscuraretur tertia pars eorum] Nam ex prelatorum potissi mè episcoporum ruina & impia vita, inferiores isti passi sunt magnam diuinæ illustrationis & gratiæ minorationem, splendoremque sanctitatis, & famæ perdidierunt nitorem [Et diei non lucretur pars tertia, noctis similiter] per diem contemplatiui, per noctè actiui, & in pœnitentiæ actibus constituti signantur. Horum grandis pars claritatem gratiæ amiserunt, ita quod sicut teneret, proximis suis nõ lucent exemplo, fama, doctrina, consilio atque auxilio: quandoquidè maximum malum ecclesiæ, est negligentiã superiorum, & consequens inde casus inferiorum, ac dissolutio atque carnalitas religiosorum multorum. Iuxta hunc modum sumendum diem & noctem fertur in Psal. Dies diei eructat verbû, & nox nocti indicat scientiam [Et vidi] id in imaginaria visione [Et audiui] .i. angelo edocete percepi ac intellexi. Vnde istud videre & audire realiter idem sunt [Vocem vnus aquile volantis per medium cælum] Per aquilæ huius effigiem quã in interioribus sancti Ioannis angelus sanctus formauit, ipsemet Ioannes horum scriptor ac denunciator figurabatur. Porrò per medium cælum, ecclesiæ protensio insinuat [Et dicentis voce magna] .i. seriosa & affectuosa [Vt vt vae habitantibus in terra] id est viatoribus præsertim terrena amantibus. Dicitque ter vae, ad ampliore exaggerationem, clarioremque mentis suæ expressionem, conformans se consuetudini prophetarum, qui inuitante magno periculo, vocem doloris significatiuè ter exprimere consueverunt. Quemadmodum Ioël, Hieremias, Ezechiel, in quorum libris libidine sic scribitur, A, a, a, diei domini, vel aliquid tale. Et in Zacharia, O, bis repetitur [De ceteris vocibus trium angelorum qui erant tuba canituri] id est toties dixit vt habitantibus, &c. propter acerbiter tribulationum denuntiãdorum sub vocibus trium angelorum sequenti. Iam enim quinque angelorum buccinatio est descripta, restat trium. Itaque si per vae intelligatur poena damnationis æternæ vel malum culpæ, referenda erunt hæc vae ad ipsos persecutores iustorum, seu reprobos. Si verò temporalem afflictionem designet, poterit ad electos, qui multipliciter affliguntur, referri. Vnde & ad intuentum triplex malum, dicit ter vae. Est enim peccatû, tum poralis vexatio, æterna damnatio. Postremò que dicta sunt, ad nostram possent informationem conuertit, vt scilicet discamus & studeamus continuis atque ardentibus orationibus insudare: quum tanta sit orationis virtus & dignitas, vt angelicis manibus recipiatur, ac in cælum mox deferatur, faciãtque suauem coram deo odorem, & qualiter cetera nobis valeant coaptari, perfacile reor.

Iudg. 1.

Danie. 2.

Matth. 5.

Psal. 18.

Ioël. 1.

Hiere. 1.

Ezech. 2.

Zach. 4.

Tob. 12.

Ex planatio capitis IX. [Et quintus angelus tuba cecinit.]  
Articulus X.



Quemadmodum statim post Christi ascensionem, & spiritus sancti missionem, cepta euangelicæ legis prædicatione hereses oriri cœperunt: sic secundum quosdam catholicos doctores & patres, Antichristi aduentum præcurrere sunt hæreticæ prauitates. Et inde quidã exponunt præfens cap. Omnes autem de hæreticis ista exponunt. Sed aliqui de illis hæreticis, qui in primitiua fuerunt ecclesiâ, aliqui de illis qui post Arriu eruperunt. Beda verò, Albertus & alij multi, de illis qui Antichristi præcurrunt aduentû. Sensus autem pro magna parte redit in idem. Vnde & sic exponenda est litera, vt omnibus que aptari [Et quintus angelus tuba cecinit] id est quintus ordo vel chorus prædicatorum atque doctorum, ea quæ Christi sunt fortiter

prædicauit, quod tamen potissimè sumitur de his prædicatoribus, qui post præfatos erunt, adueniētibus memoratis hæreticis Antichristi aduentum præcurrentibus [Et vidi stellam de celo cecidisse in terram] id est quempiam hæresiarcham, seu hæresiarcharum cateruam, qui ob scientiæ fulgorem stellæ vocantur. Et quia plerique eorum, antequam laberentur in hæresim, quasi stellæ in ecclesia splenduerunt, secundum Berengandum. Labuntur ergo de cælo, id est de ecclesia quæ regnum cælorum vocatur. In terram, id est ad vitam terrenam & vitiosam: atque ad eos quorum affectio in terrenis versatur [Et data est illi clauis putei abyssi] id est potestas siue industria aperiendi profunditatem, vel secretum fluctuantis amari hæretici documenti. Aqua enim doctrinam significat: Abyssus verò mortifera ac submergentia hæreticorum figmenta. Hæresiarchæ itaque per apparentem ac fictam sanctitatem, per eloquentiæ venustatem, per naturalem philosophiam, per scripturarum inordinatam allegationem, secreta suorum pandunt atque proponunt errorū. Denique puteus abyssi dici potest intellectus hæresiarchæ, ex quo dogmata hauriuntur iniqua: & hunc puteum suum simulatores & callidi hæresiarchæ sub specie serenissimi fontis aperiunt, fœlque sub colore mellis propinant. Hinc subditur, [Et aperuit puteum abyssi] id est eordis sui veritatis hæreticisq; errores [Et ascendi fumus putei abyssi sicut fumus fornacis magna] id est hæreticæ impietatis tenebrosus error & falsitas nubilosa, longè latèque dispersa vit copiosè, & fœtor perfidia coram deo ascendit: sed & fama hæresiarchæ vulgata est. Quia vt facerent sibi nomen, noua asserere præsumpserunt [Et obscuratus est sol et aer de fumo putei] Per solem sicut iam dictum est, prælati atque doctores ac superiores quique seu eminentes (quorum est alios illustrare) signatur, & talium multi hæreticorum errore commaculantur: lumen recte fidei, ac virtutum perdentes splendorem. Aëris verò nomine plebs ipsa seu grex significatur, qui à prælato suscipit scientiæ lumen, quemadmodum à sole aër fulgorem. Plebs autem facilius etiam decipitur. Obscurantur quoque electi, dum per hæreticos diffamantur & contristantur [Et de fumo putei exierunt locustæ super terram] id est hæretici hæresiarcharum filij siue discipuli, instar locustarum multi, & distortè incedentes per semitas tenebrarum, animo leues ac petulantia. Hi nempe ab hæresiarchis spiritaliter generantur [Et data est illi potestas sicut habent potestatem scorpiones terre] id est deo permittente potestate sibi concessa abuterentur, & nocebant ac animas lædent improuisè, acutè, blanditosè: sicut scorpio improuisè diffundit venenū. nam vultu blanditur, & percutit cauda [Et præceptum est illis] id est deo agente prohibiti sunt [Ne læderent fœnum terræ, neque omne viridè, neque omnem arborem: sed tantum homines, qui non habent signum dei in frontibus suis] Per fœnum, inferiores, fragiles, & incipientes: per viridè mediocres & proficientes: per arbores, maiores atque perfecti sunt designati: quibus deo iubente hæretici non queunt nocere in anima, quando electi sunt: quoniam dei gratia conseruantur. Homines verò signum dei in suis frontibus non habentes, sunt qui charitatem & opera fidei non habent: qui iusto dei iudicio falli ac disperire sinuntur. Quemadmodum ait Apostolus, Mittet illis deus spiritum erroris, vt credant mendacio: eò quòd veritatis charitatem non receperūt. Et Christus testatur, Quoniam refrigescet charitas, abundabit iniquitas multorum [Et datum est illis] id est hæreticis à deo præordinatum [Ne occiderent eos] puta præfatos fideles, morte perfidia vel naturæ. Nam & si aliquos Christianos, non tamen vniuersos, occidere permittentur [Sed vt cruciarent eos] id est corporaliter persequerentur [Mensibus quinque] id est per omne tempus vitæ præsentis: quæ propter quinque sensus in quibus agitur, & quinque ætates quibus extenditur (quæ sunt infantia, pueritia, adulescentia, iuuentus & senectus) per quinque menses designatur. Beatus Gregorius facit sex ætates in homine. Nam vltimam bipartitur, vocans posteriorem eius partem decrepitam, vt sex ætates hominis, sex ætatibus mundi conformet. Itaque permittit deus in seculo isto catholicos ab hæreticis tribulari, sicut Apostolus loquitur, Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiât [Et cruciatus eorum] id est pœna à perfidis inflicta fidelibus erit [Vt cruciatus scorpionum cum percutit hominem] id est talis erit, qualis est pœna quam sustinet à scorpione percussus: quia vt tactum est acutè, improuisè, & venenatè nocebunt. [Et in diebus illis] quibus hæretici sic vastabunt ecclesiam, & variis modis eam irreuerenter tractabunt, plurimòque decipient, [Querent homines mortem] corporalem dicentes cum Paulo, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vt scilicet sint cum Christo, nec tantam enormitatem conspiciant. Sicut & Moses domino ait, Obsecro vt occidas me, ne tantis afflictionibus [Et non inuenient eam, et desiderabunt mori, et fugiet mors ab illis] Quoniam deus pro ampliori eorum profectu, atque propter inferiorum custodiam conseruabit eos in vita. Itaque in tribulatione grauissima constitutus potest appetere mortem corporalem, vt viam ad vitam beatam, & cum conditione saltè implicita, inquantum scilicet deo placuerit. Sic enim Helias & Tobias animas suas tolli rogabant à corpore. Paulus quoque, supra modum, inquit, grauati sumus, ita vt tæderet nos viuere [Et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium] Non ait locustæ, sed similitudines locustarum, ad innuendum quòd omnia ista in imaginaria visione sibi ostensa sunt. Itaque similitudines locustarum, id est hæretici similes erāt equi ad pugnam paratis, id est cum feruore & impetu procedentes, sine dei timore ac discretione. Et sicut equi non sua ratione, sed sessoris impulsu aguntur in bellum: ita doctores pestiferi diabolico spiritu agitati feruntur contra ecclesiam [Et super capita eorum tanquam corōnæ similes auro] id est signa victoriæ præferent. In mentibus quoque eorum, quæ spiritaliter capita nuncupantur, secularis sapientiæ fulgor, imò & scripturarum quædam cognitio refulgebit. Verūtamen quoniam vera & salutari sapientia caret, nec ipsas scripturas rectè intelligunt, sed subuertunt, non coronæ aureæ, sed tanquam coronæ auro similes in eorum capitibus describuntur. [Et facies eorum sicut facies hominis] Hoc ideo dicitur, quia hæresiarchæ & quidam eorum sequaces, frequētè sunt ingeniosi seu cautelosi. Per faciē equidem ratio designatur. Ad insinuādum ergo quòd rationabiles quodāmodo esse videntur (nam & natu-

ralis rationis argumentis se muniunt) dictum est, facies eorum, sicut facies hominis. Et sicut in facie hominis sunt os, per quod eloquentia, nasus quo discretio, oculi quibus sapientia & mansuetudo seu modestia designantur: ita hæresiarchæ eloquentes, prudentes, discreti inaniter apparebunt. [Et habebant capillos sicut capillos mulierum] Per capillos capitis, cogitationes, affectionesque cordis signantur. Quom ergo hæretici cogitationibus affectionibusque carnalibus, mollibus, instabilibus, effeminatis repleti sint: rectè instar fœminarum criniti feruntur. [Et dentes eorum sicut dentes leonum] id est quicquid simulationis & fictæ pietatis assumpserint, tamen re ipsa fœuissimi erunt, & animas dilaniabunt, atque consumptas in diaboli corpus traicient. Rursus, quemadmodum dentes leonum fœtorem emittunt: sic isti per diffamiam fœtidè erunt, & vitii coram deo fœtentes [Et habebant loricas sicut loricas ferreas] id est indurata contra veritatem præcordia, & varia errorum suorum munimenta, vndique contra catholicos se armantes [Et vox alarum] id est insolentia verborum, seu strepitus exercituum, earum [Sicut vox equorum multorum currentium in prælium] Quo datur intelligi, quòd nullam habent in loquendo verecundiam garruli & procaces, quorum sermo serpit vt cancer. Præterea, quòd per alas significantur exercitus, patet per illud Esaiæ, Erit extensio alarum eius, vt pote regis Assyriorum, implens latitudinem terræ: & Emanuel [Et habebant caudas] id est fautores & turmas post se currentes [Similes scorpionum] id est pungitiuas, crudeles, procaces. Qui enim alium sequitur adulando, iuuando, hortando, cauda vocatur: Esaiâ dicente, Propheta docens mendaciam, cauda est [Et aculei] id est industria decipienti, blasphemie, scandala, & tormenta quæ insigunt catholicis, [Erant in caudis eorum] quia his aculis feriunt, & occidit quam plurimos [Et potestas earum nocere hominibus mensibus quinque] Permittitur enim decipere reprobos, temporalitèrque affligere iustos. Cur autem per menses quinque totum tempus præsentis vitæ exprimitur, iam patuit [Et habebant super se regem angelum abyssi] id est diabolum qui in impiis regnati iuxta illud Iob, Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Impij autem, secundum quod Esaiâ profatur, sunt quasi mare feruens quod quiescere non potest. Quemadmodum autem quidam angelici spiritus præsentent singulis hominibus, scilicet, quilibet vni, & quidam eorum præsentent regnis, vt hi qui sunt de supremo ordine infimæ hierarchiæ: sic & quilibet homo vnium habet exercentem diabolum, & regnis certi aduersantur diaboli. Nam & de quolibet ordine angelorum aliqui lapsi creduntur. [Cui nomen Hebraice abaddon] quod interpretatur exterminas, seu disperdēs [Græce autem apollon, Latine autem habet nomen exterminans] & hoc ab effectu suæ malitiæ. Nam per seipsum & suos ministros infestenter conatur fideles exterminare, hoc est, extra fines seu terminos ecclesiæ militantis ac triumphantis statuere, & vera beatitudine, quæ rationalis creaturæ finis est, spoliare. Ponitur autem nomen diaboli in tribus linguis præcipuis, per quas cæteræ dantur intelligi: quia hæc scripta sunt ad totius profectum ecclesiæ, ex variis linguis collectæ, quatenus vniuersi diaboli innotescat proprietas: qui & in omni lingua multos exterminauit. De quibus Sapiens loquitur, Ab itinere iusto aberunt in exterminium [Vt vnium abii] id est vna harum trium tribulationum modo descripta est, & tempore suo finem habebit [Et ecce veniunt adhuc duo vj] id est duæ prægrauas tribulationes post illam sequentur sub tuba sexti & septimi angeli [Et sextus angelus tuba cecinit] id est sextus ordo seu chorus prædicatorum valde prædicauit. Quod de prædicatoribus illis accipitur, qui instante Antichristi aduentu ecclesiæ filios præmunire studebunt, secundum Haymonem, Bedam, Albertum [Et audiui vocem vniam ex quatuor cornibus altaris auri, quod est ante oculos dei]. Omnia ista in imaginaria visione ostendebantur Ioanni per angelum, qui verba, effigies, atque imagines in interiori sensu Ioannis formauit. Itaque per vocem istam, quam audiuit in spiritu designatur, concors totius ecclesiæ sensus, prædicatio, vel doctrina. Porrò altare aureum appellatur ecclesiæ fides & charitas eius, secundum quod plenius dictum est. Quatuor cornua sunt quatuor euangelia, vel quatuor principales virtutes, vel vniuersi doctores ac prædicatores, ecclesiam in quatuor mundi partibus protegentes: ex quibus omnibus vnanimis prædicatio oritur, vt contra Antichristum & eius fallacias prædicetur. Et hoc altare hoc ante oculos dei, quia acceptum est cuncta cernenti. Oculi enim domini super iustos. Et beneplacitum est domino in populo suo. Itaque audiui vocem, [Dicentem sexto angelo, qui habebat tubam] id est memorato ordini prædicatorum tempore suo fortiter prædicaturo [Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno euphrate] per hos quatuor angelos quidam intelligunt dæmones. Alij principes seculi in fideles, qui omnes dicti sunt quatuor, propter quatuor plagas terræ principales, in quibus demorantur & regnant. Insuper per Euphratem, seculum nequam procellosum ac fluctuans designatur: in quo angeli isti ligati sunt, quoniam diuina virtute eorum refrenatur crudelitas, ne iuxta libitum suum queant nocere. Hos igitur angelus iste soluet, id est soluetur denunciat, quia tunc plus solito defauiere, tentare & persequi permittentur [Et soluit sunt quatuor angeli] id est aduersarij isti tempore suo ecclesiam impugnare sinentur. [Qui parati erant] id est erunt. Loquitur enim de futuro quasi præterito, consuetudine prophetali, propter certitudinem veritatis [In horam et diem et mensem et annum] id est indefesso animo parati erunt continuo seu omni temporis sui spatio, persequi iustos. Verūtamen Haymo per horam intelligit medium annum, per alia tria, tres annos, quibus Antichristi durabit tyrannis [Vt occiderent tertiam partem hominum] id est plurimos valde [Et tertia pars terre combusta est] id est multitudine habitatorum terræ igni impietatis seu duritia tribulationis consumpta. Multos enim spiritaliter periment, quos à Christi fide & cultu auertent: quos autem auertere nequierint, corporaliter lædent [Et numerus equestris exercitus] istorum quatuor angelorum Satanæ est [Vicies milies dena milia] Hic rursus, sicut & supra frequenter, ponitur numerus determinatus pro indeterminato, quasi innumerabilis multitudo tunc persequutura est Christianos. Vicies autem est bis decies, hoc est viceies, porrò, vt ait Berengandus, quemadmodum deus habet equos suos, scilicet prædicatores, qui eum per vniuersum orbem deportauerunt: ita habet diabolus equos suos, id

Eccle. 12.  
2. Tim. 3.  
Esa. 8.  
Esa. 9.  
Iob. 41.  
Esa. 57.  
Heb. 1.  
1. Petr. 3.  
Ephe. 6.  
Sapient. 11.  
Apoc. 1.  
Marc. 16.  
Psalm. 30.  
Psalm. 149.  
Iob. 3.  
Matth. 24.  
Apoc. 7.



est omnes impios super quos sedet, & ad perpetranda diuersa scelera impellit. Denique hæresiarcharum discipuli dicuntur eorum equi: omnes quoque ministri principum iniquorum, equi eorum vocantur, dum eis ad mala agenda infeliciter obsequuntur [Et audiui numerum eorum] id est angelo loquente & edocente, percepi ac intellexi numerum huius equesstris exercitus, & quid significaret [Et ita vidi equos in visione] imaginaria atque prophetica, quod scilicet isti veritates aduersarij heretici, fuerit mihi ostensi tanquam diabolorum mæcipia [Et qui sedebant super eos] id est dæmones hæresiarcharum ac hæreticis prædidentes. Vel hæresiarcharum & principes persecutores suis discipulis ac ministris dominantes [Habebant loricas igneas et hyacinthinas, et sulphureas] Per loricas hoc loco exprimitur quæcunque armatura spiritalis contra fidei ac virtutum sinceritatem, seu cordis duritia. Vel propriè lorica est iniuitia: sicut & lorica bonorum extat iustitia, secundum illud Pauli, induti lorica iustitiæ. Istæ loricæ sunt igneæ, propter ardentem persequendi affectum, & propter ignem iræ atque furoris persequutorum. Et hyacinthinæ, id est cælestis cuiusdam apparentiæ erunt, quoniam magnam erunt, quoniam speciem sibi assumunt: secundum quod diabolus transfiguratur se in angelum lucis. Hyacinthus autem cælestem habet colorem. Vel hyacinthinæ, id est fumæ, secundum Haymonem & Bedam: ed quod oculum mentis obtenebrabant, quemadmodum fumæ oculos corporales. Sulphuræ quoque scribuntur, quia per falsitatem, impietatem, blasphemiam contra Christum procedunt [Et capita eorum] id est dæmones, hæresiarcharum atque tyranni, impiorum istorum capitaneis [Et erant vi capita leonum] id est superbi erant, feroces, & deuoratores fidei delium [Et de ore ipsorum procedebat ignis] id est sermo inuidiosus & rabidus, seu sententia occisionis contra fideles [Et super eos] id est verba ventosa, vanitatisque vapor instabilis [Et sulphur] .i. blasphemiam factor. Etenim sic loqui, imprudentibus, non sapientibus competit: iuxta illud Job, Nūquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum? [Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars] .i. magna multitudo [Homini] ut pote [De igne, fumo et sulphure] Nam & ipsi hæresiarcharum & hæretici suis erroribus & peccatis primò spiritualiter seipos occidunt, deinde multos inficiunt: stabilitos verò in fide & gratia corporaliter tribulabunt [Potestas enim eorum] id est hominum impiorum istorum [In ore ipsorum] id est sermone iactantiæ. Vel in ore .i. hæresiarcharum eorum magistro, qui est tanquam os discipulorum suorum, pro quibus effatur [Et in caudis eorum] id est ministris os sequentibus. Vel in caudis, id est officio astiturisque eorum. Ideo subditur, [Nam caudæ eorum similes sunt serpentibus] propter calliditatem, & quia salutate venenis erant repleti [Habentes capita] id est magistros ac principes mendaciorum ac vitiorum. [Et in his nocent] id est autoritate, virtute, suggestionem capiti horum vastabit catholicos. [Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis] id est pagani atque idololatres, qui pro fide perse quutionem passi non sunt [Neque egerunt poenitentiam ab operibus manuum suarum, ut non adorarent simulacra aurea, et argentea, et ærea et lapidea] id est de idololatria sua se nõ emendauerunt [Et non egerunt poenitentiam ab homicidijs suis neque a veneficijs] quibus occultè læserunt [Neque a fornicatione neque a furtis] omnes, in quâ, hi simul peribunt. Estque hic modus loquendi detruncatus seu decurtatus, in quo aliquid subintelligere & supplere oportet.

Expositio capitis x. [Et vidi alium angelum fortem, etc.]  
 Articulus x i.



Ventis modum tactum est, quidam conati sunt librum istum exponere de statu & tribulatione Ecclesiæ, secundum processum & orcinem temporum sub Euangelica lege, à tempore apostolorum seu primo Christi aduentu, vsque ad persequutionem Antichristi, finemque seculi. Talem quoque expositionem ex historiis & chronicis extrahunt, & vsque ad tempus suum quo taliter hæc exposuerunt, protendunt. Denique quidam eorum satis subtiliter applicant historias huiusmodi ad huius libri tenorem. Et quod duobus præcedentibus capitibus de septem angelis tuba canentibus scriptum est, de angelis Satanæ seu pessimis hominibus, scilicet hæresiarcharum atque eorum sequacibus, interpretantur, per primum horum angelorum intelligentes Arrium, qui patrem & filium & spiritum sanctum persona & natura distinguunt mentitus est. Pro cuius intolerabilis condemnatione erroris, congregata fuit sancta Synodus Nicæna trecentorum decem & octo episcoporum. Per secundum intelligunt Macedonium, qui patrem & filium vnium esse naturæ concedens spiritum sanctum creaturam esse affirmare præsumpsit, sequens in hoc Lactantium, qui hoc ipsum asseruit, teste Hieronymo, Contra huius Macedonij perfidiam, collecta fuit Synodus Constantinopolitana centum quinquaginta episcoporum. Porro per tertium angelum accipiunt pelagium hæresiarcharum, qui contra articulum fidei de gratia spiritus sancti, dixit hominem propria potestate sine gratia, scilicet ex puris naturalibus, posse meritorie agere, nec peccatum priorum parentum transfundi in posteros. Per quartum intelligunt Eutichen hæresiarcharum Constantinopolitanum, asserentem in Christo esse vniam duntaxat naturam, ex vnione naturæ diuinæ & humanæ resultantem. Per quintum angelum intelligunt Valentem imperatorem, qui de coniugis suæ consilio in Arrianam lapsus est hæresim. Per sextum autè Laurætium, qui ad papatum inordinatè tendebat. Sub his angelis impijs factæ sunt graues persequutiones fidelium, præsertim sub primo & eius fautoribus, scilicet Arrianis. De septimo autem angelo dicitur postea. Veruntamen contra expositiones has quædã superius breuiter fuerit obiecta. Insuper quod presentij nunc elucidando cap. scribitur [Et vidi alium angelum fortem descendentem de caelo, amictum nube, et iris erat in capite eius, et facies eius erat vt sol, et pedes eius tanquam columna ignis] exponunt de Iustino seniore Imperatore Constantinopolitano, qui fuit vir Christianissimus atque piissimus, & contra Arria-

A norum mendacia fidei zelo succensus. Hanc autem expositionem non prosequor, præsertim cum in commento cuiusdam nunc satis non contenta sit, & quia superioribus non satis concordat, nec antiquis ac solidis expositoribus Augustino, Haymoni, Bedæ, Berengando, &c. consonare videtur. Illos ergo sequendo dicendum, quod descriptis Ecclesiæ persequutionibus, nunc consolatio ponitur ex descriptione mysteriorum Christi. Nempe in libro isto, sicut in cæteris libris prophetiis, sapius de eodem fit, & repetitur sermo, sub alia ac alia forma & cum additione, maiorèque explanatione. Itaque per hunc angelum fortem descendentem de summo vtique caelo: iuxta illud, A summo caelo egressio eius, haud dubium quin per incarnationis mysterium intelligitur Christus magni consilij angelus. Sicut superius declaratum est plenus [Amictum nube] id est carne assumpta, peccato non aggrauata, per quam pluuiam gratiæ, sapientiæ, & sanguinis nobis diffudit. Vnde in Esaiæ propheta dicitur, Ecce dominus ascendit super nubem leuem, & ingreditur Aegyptum [Et iris erat in capite eius] id est charitatis & reconciliationis indicium atque clementia in ipso apparuit. Id nanque iris designat: iuxta quod dominus ait, Arcum meum ponam in nubibus caeli, & erit signum fœderis inter me & terram [Et facies eius erat vt sol] hoc supra tractatum est plenus, vbi habetur, Facies eius sicut sol lucet in virtute sua [Et pedes eius tanquam columna ignis] per pedes intelliguntur affectiones. Sanctæ autem & seruiliæ affectiones sunt quasi columna ignis, quoniam ardent in se, & aliis exemplariter lucent, quod Christo maximè competit. Certum est autem, quod sicut corpus pedibus, sic spiritus moueatur affectibus. Ideo quoque Christi pedes quasi columna ignis apparuerunt, quoniam ipse in cunctis suis operibus im maculatus permanit, nec terram calcando labem incurrit, imò in extremis ac infimis actibus suis corporalibus, sicut sunt manducare, bibere, &c. in pleno charitatis feruore, sapientiæ quoque splendore actualiter mansit stabilis indefessus. Præterea pedes Christi sunt prædicatores virtuosos, præsertim apostoli, qui eius nomen vbique tulerunt, quemadmodum de Paulo loquitur, Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus. Hi ergo habent pedes vt ignis columnam, charitate feruendo, & sapientia illustrando, imò & alios inflammando, & fideles charitatiuè porando, prout Paulus commemorat, dicendo, Petrus, Iacobus & Ioannes, qui videbantur columnæ esse [Et habebat in manu sua libellum apertum] Sic enim in imaginaria visione apparuit, & per libellum hunc significabatur Euangelica Christi doctrina, verbis parua, sensum verò maiestate maxima. Vnde & Esaias prædixit, Verbum abbreviatum faciet dominus super terram. Hunc libellum Christus præsertim aperuit, quando per spiritus sancti infusionem in die sancto Pentecostes corda apostolorum de lege Euangelica plenè instruxit, quando item proprio ore sermocinatus est mundo. Præterea ante iam dixit Ioannes, Vidi in dextera sedentis super thronum librum signatum sigillis septem, & vidi agnum, & accipit librum de dextera sedentis super thronum. Cùmque aperuisset librum, &c. Itaque quod ibi per librum signatum est, hoc hic per librum apertum, diuersis respectibus insinuat, vt pote quia æterna dei præscientia de statu, de cursu, tribulatione ecclesiæ latuit homines, quouique per Christum eis est refferata. Ideo quia iam de septem sigillorum libri illius apertione præhabitu est, meritò scribitur angelus iste, libellum in manu apertum habere. Sed cùm liber iste sit æternæ atque immensæ præscientiæ dei designatiuus, cur modò libellus vocatur? Respondendum quia per comparisonem ad plenitudinem præscientiæ & notitiæ rerum in mente diuina permodicum est, quicquid hominibus reuelatur [Et posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram] id est tam habitantibus in insulis maris, quàm eis qui in arida commorantur, Christus per discipulos euangelium prædicauit, imò & proprio ore aliquatè id impleuit ad mare Tyberiadis, & ciuitates maritimas prædicando, quando & subinde in nauicula stetit in mari. Berengandus per pedem dextrum intelligit nouum testamentum, per sinistrum vetus, per mare Gentiles in quibus erat profunditas ignorantiae & errorum: per terram Iudæos, qui per legem & prophetas erant exculti. per hoc itaque, quod in visione ista apparuit angelus Christum repræsentans quasi ponens pedem dextrum super mare, signatum est quod euangelicam legem proposuit gentibus per apostolos Christum. per hoc verò quod sinistrum pedem posuit super terram significabatur, quod Iudæis vetus tradidit testamentum. præterea quia, vt dictum est, per pedes Christi eius apostoli exprimentur (dextrum vocamus quod iucundum ac prosperum est, sinistrum quod aduersum) tunc Christus pedè dextrum posuit super mare, quando relicta olim Gentilitati per apostolos prospera nūciauit, quod, scilicet, ad bona gratiæ & gloriæ esset electa. prout in Actis paulus testatur dicendo, Ecce conuertimur ad gentes. Vbi mox subditur, Audientes autem gentes gauisæ sunt. Sinistrum autem pedem posuit super terram, id est super carnales & induratos Iudæos, quando eisdem per apostolos prænunciavit, quod relinquentes essent ac perituri, secundum quod paulus dicebat, Notum vobis sit, quia gentibus missum est hoc salutare dei [Et clamauit voce magna, quemadmodum leo rugit.] Christus enim affectuosissimè ac seriosissimè prædicauit, dæmones impijsque perterritus, & cum summa authoritate ac efficacia eis loquutus. Diffusa est enim gratia in labijs eius. De quo & aduersarij eius compulsi sunt dicere, Nunquid sic loquutus est homo, sicut hic loquitur. Sed quomodo stare hæc possunt, cùm apud Esaiam prophetam de Christo prædictum sit (quod & Mathæus allegat) non clamabit, nec audietur foris vox eius? Et respondendum, quod per hoc non nisi irrationabilis passionatisque clamor auferretur à Christo. Sicut & paulus hortatur, Omnis amaritudo, & indignatio, & clamor tollatur à vobis. [Et cum clamasset] Euangelium prædicando [Loquuta sunt septem tonitrua voces suas] id est vniuersi prædicatores eius, præsertim Apostoli atque eorum discipuli: qui septenario exprimentur propter illius numeri perfectionem & mysteria, & quoniam septiformi gratia spiritus sancti erant repleti, ex Christi commissione, prædicationis voces effundere sunt exorti. Nam & ante passionem misit

Psal. 18.

Esa. 10.

Gene. 9.

Act. 9.

Esa. 10.

Act. 2.

Matt. 10.

Act. 13.

Act. 28.

Esa. 42.

Matth. 12.

Ephe. 4.

apostolos & septuagintaduos discipulos euangelizare, post passtonem verò loquens apostolis, Euntes, inquit, in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Prædicatores autem sancti propter verborum suorum efficaciam & terrorem tonitrua appellantur. [Et cum loquuta fuissent septem tonitrua voces suas] iuxta sensum præhabitu[m] [Scripturus eram] id est putauit ac præparauit me conscribere eas. Sicut supra ab angelo sancto audiui, Quod vides, scribe in libro [Et audiui vocem de celo dicentem] per inspirationem internam, quæ vox ab angelo est formata [Signa quæ loquuta septem tonitrua noli ea scribere] Quod ait signa, potest esse nomen & verbum. Si nomen, sensus est: Signa, id est voces præfatas quæ signa sunt rerum non scribas. Si autem sit verbum, quod magis apparet, sensus redit in idem. Signa; id est absconde, & sub secreto claude ea, quæ loquuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere, seu omnibus pandere. Hoc ideo dicitur, quia non omnia omnibus competunt, nec Christianæ fidei mysteria cuiusvis sint passim pandenda: cum dicat Saluator, Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras proiciatis ante porcos, ne conculcent eas pedibus suis. Propter quod Paulus de se quasi de alio loquens, Audiui, inquit, arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et rursum, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: Ista ergo secretiora Christianæ sapietis documenta, non nisi sapientibus & perfectis, sed imperfectis & iniustis celâda, vt pateat probis, lateant improbis. Hinc Danieli loquutus est angelus, Signa librum & claude sermonem vsque ad tempus statutum [Et angelus quem vidi sedi stantem super mare] cum dextro pede. [Et super terram] cum sinistro, vt dictum est [Leuauit manum suam ad celum] gestum habitumque iurantis assumens [Et iurauit per videntem in secula seculorum] scilicet per deum æternum totius vitæ opulentissimum & incommutabilem viuissimum fontem [Quæ creauit celum] id est omnes orbis cælestes [Et ea quæ in eo sunt] scilicet angelos & beatos, solem, & lunam, & alia. [Et terram, et ea quæ in ea sunt, quia tempus amplius non erit] Quomodo autem tempus amplius non erit, subiungitur, [Sed in diebus vocis septimi angeli cum cæperit tuba canere] id est fortiter prædicare [Consummabitur] id est ad effectum ducetur seu perficietur [Mysterium] id est secretum [Dei] quod in fine mundi præsignauit implendum [Sicut euangelizauit per seruos prophetas] qui tam in veteri, quam in euangelica lege fuerunt, atque de Christi mysteriis, cõsummationeque seculi, & retributione finali noscuntur loquuti. Omnes quippe Apostoli & cæteri quidam discipuli in nouo testamento spiritu fulserunt prophætico. Sicut & sanctus Dionysius qui huic beato Ioanni in Patmos relegato misit epistolâ, in qua & de eius reditu ad Ephesum prophetauit. Itaque quod angelus iste iurando asseruit, quia tempus ultra non erit, refertur ad seculi consummationem, quia præcto finali iudicio cessabit motus primus mobilis, cuius motus mensura est tempus, cessabitque tunc motus cælestium corporum, ac transmutatio elementorum. Porro si tempus sumatur secundum quod dicitur mensura motus rerum mutabilium, manebit quantum ad reprobos in inferno: iuxta illud, Inimici domini mæriti sunt ei, & erit tempus eorum in secula. Vnde & Beda hæc ait, Erit vtique, vt ait Psalmus, tempus impiorum in æternum, sed mutabilis secularium temporum varietas in nouissima tuba cessabit. Haymo quoque ait, quod in beatis tunc tẽpus non erit, sed in reprobis. Si verò obiiciatur, id quod diuinus sermo quodam loco testatur dicendo, Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, dicendum quod verbis illis non tẽporalis vicissitudo, sed perpetuitas patriæ designatur. Ex his vacillare videtur expositio, exponens hæc de Iustino Imperatore, & quæ infra dicentur de septimo angelo de Iustino Imperatore filio filij Iustini præfati. non enim tunc tempus cessabit. Nec Iustino illi seniori competit, quod hæc de angelo super mare stante asseritur, quod iurauit, quia tempus ultra non erit, &c. [Et vocem quam audiui iterum loquentem mecum et dicentem] per vocem hanc intelligitur interna alloquutio angeli qui iam paulò ante dixit Ioâni, Signa quæ loquuta sunt septem tonitrua, noli ea scribere, &c. per quem angelum quidam intelligunt angelum, qui in persona Christi Ioanni ista ostendit ac dixit, secundum quod supra dicebatur. [Vade accipe librum apertum de manu angeli stantis super mare et super terram] id est scripturarum nouæ legis intelligentiâ sume à Christo. Quidam putant hoc dictum Ioanni in persona apostolorum, ad innuendum quod omnes apostoli à Christo instructi sunt. Vel in persona futurorum prædicatorum, qui docebuntur à Christo. Verius tamen reor, vt in persona propria Ioanni hoc dictum credatur, vel vt scripturarum mysteria profundius contemplantur, clariorque cognoscatur: vel vt futura ecclesiæ aduersa, cursum, & statum plenius nosceret: vel vt prædicationis officium ad Ephesum reuersus resumeret: vel certè ad insinuandum, quod post istam reuelationem in Asia euangelium esset scripturus [Et abij ad angelum] stantem super mare & terrâ, puta ad Christum [Et dixi ei vt daret mihi librum] id est horum notitiam mihi infunderet. Videbatur autè Ioanni in imaginaria visione, quod ista corporaliter agerentur: sed intellectualiter deo per angelum edocente cognouit, quid significarent. Itaque mente studiosa veritatique auida, animo obedienti ac prompto, spiritali approximatione accessit [Et dixit mihi, accipe librum, et deuorâ illum] id est diuinorũ ac futurorum notitiam diligenter assume, memoria retine, spiritaliter mastica, mentis visceribus imprime. Verbum etenim dei cibus est animæ. [Et faciet amaricari ventrem tuum] i. memoriam tuam seu mentem; quæ animæ venter est: iuxta illud diuini eloquij, Fili, accipe sapietiam quæ pulchra tibi erit, cû in ventre tuo eam acceperis. Et illud Ioannis. 7. Flumina de ventre eius fluunt aquæ viue. In reuelatione enim præfata cognouit Ioannes, quanta passura esset ecclesia: idcirco ei compassus est, & amaritudine bona repletus. Amaricata quoque est anima eius, quia tot Christianos vidit in hæreses & alia vitia ruituros. Quæ admodum & Ezechiel cum librum sibi oblatum se deuorasse describeret, addidit, Abij amarum in indignatione spiritus mei, quæ videlicet fuit indignatio virtuosa contra iniquorũ peccata: quam Apostolus Corinthiis scribens cõnumerat bonis affectibus ex tristitia, quæ secundum deum est, cõsequentiibus. Insuper faciet amaricari venter tuum. i. inferiorem animæ tuæ portionem, & corporalem naturam: quando

Matt. 7.

2. Cor. 12.

Danie. 12.

Esaia. 80.

Prouer. 22.

Ezech. 2.

1. Cor. 6.

F

G

H

A cognitionem libri huius cõperis effectui mancipare, predicando & operando ac multipliciter in dei vinea laborando [Sed in ore tuo erit dulce sicut mel] i. in ipsa diuinorum reuelatione, primò delectationem in intellectu habebis. Veritatis namque consideratio dulcis est ex sua natura: nec delectationi, quæ est in considerando, opponitur tristitia. Delectabile ergo est animæ diuinitus illustrari, regi, doceri. Sed quia nunquam in tali reuelatione seu consideratione monstrantur dura & mala, idcirco iu attendèdo affectus qui consequuntur, amaritudo seu dolor mox generatur [Et accipi librum de manu angeli, et deuorâ illum: et erat in ore meo tanquam mel dulce]. Istud totum modò expositurum est. Vnde & Psalmista decantat Psalmum centesimo decimo octauo, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. In visione autem apparebat Ioanni, quod ista corporaliter fierent: sed eorum significationem intellexit [Et cû deuorâsssem eum], ruminando quæ mente precepi [amaricatus est venter meus] secundum intellectum nunc introductum. [Et dixit mihi, oportet te iterum prophetare] i. futura prænunciare ac euangelizare, & scripturas sacras interpretari, verbo vel esset [populis et gentibus, et linguis, et regibus multis] His verbis angelus prænuntiauit Ioanni, quod de exilio esset Ephesum reuersurus, atque ibidem ac locis circumiacentibus prædicaturus. Sed cum reuersus nõ nisi in Asia prædicasse legatur, quomodo populis & gentibus & linguis, multisque regibus prædicauit, vel prophetauit? Est respondendũ, quod verbo vel scripto eis locutus est, mediãtè vel immediatè. Et quoniam ea quæ scripsit in libro isto & in Euãgelio post Apocalypsis huius descriptione cõscripto omnes Christianos cõcernunt. Dubiũ quoque non est, quin diuersarum regionũ ac prouinciãrum Christiani ad Ephesum causã vidèdi & audiendi tam sublimem apostolum copiosè confluerint, præsertim cum post reditum à Patmo toti vixerit annis, vsque ad Traiani Imperatoris tempora persecrans. Postremò secundum Berengandum, præcipitur Ioanni vt librũ accipiat. i. Christi diuinitatem consideret, & Euãgelium inde cõscribat. Deuorauit autè hunc librum, cùm scientiam Euãgelij à Christo suscepit. Præinductæ insuper reuelationi Ioannis de libro accipiendo ac deuorando consonant illud quod in Ezechiel. 3. capite dicitur, Fili hominis comede volumen istud. Et aperuit os meum, & cibus bavit me volumine illo: & factum est in ore meo quasi mel dulce. Hoc quoque pensandum, quod cunctis deuotis verbum dei in meditatione & auditione dulcescit: sed vèter eorum ac sensualitas amaricanatur, & affliguntur: dum secundum verba dei operantur, & carnem suam cum vitis & concupiscentiis per abstinentias, vigiliis, disciplinas, solitudines, lachrymas, crucifigunt.

Explanatio cap. xi. [Et datus est mihi calamus similis virgæ.] Artic. xii.

ET datus est mihi Ioanni, haud dubium quin ab angelo, secundum imaginariã apparitionem [Calamus similis virgæ] Calamus plura significat. Interdum enim accipitur pro mensura sex cubitorum, vt apud Ezech. 40. Ezechielem: vbi angelus templum mensurans, calamum fertur habuisse in manu. Per calamum autem Sapient. 2.

C ibidem scientia seu prouidentia dei omnipotentis (qua cuncta in numero, pondere, & mensura constituit atque vniuersa metitur, cunctorum autem actus meritique perpèdens) signatur. Interdum calamus pro instrumento scriptorio accipitur, sicut in Psalmo, Lingua mea calamus scribæ. Itaque secundum Berengandum & Bed. hoc loco per calamum intelligitur euãgelium, quod scripsit beatus Iob. Vel, vt alij dicunt, sacra scripturæ notitia: per quam virtutes animo inferuntur, merita quoque; & demerita hominũ perpenduntur: sicut per calami litere in membranis formantur. Estque calamus iste similis virgæ, quoniã corrigit vitia, Christi regnũ describit, bene agentibus regnũ cæleste promittit. Per eam quoque prælati gregẽ domini dirigit, peccatibus cõminat. [Et dictum est mihi,] ab angelo [Surge] i. ad actum quem tibi iniungo procede, in diuinorum illuminationib; cresce, ad altiora & anteriora te erige. Hoc modo surgere debemus, quantumlibet elemos. Sicut apostolus proficitur, Ego non arbitror me apprehendisse, sed quæ priora sunt oblitus, ad anteriora extendo meipsum [Et metire templum, et altare, et adorantes in eo] Templum est ecclesia militans, seu fidelium congregatio: cui ait Apost. Templum dei sanctum est, quod estis vos. Altare verò sunt perfecti, & contemplatiui: quorum auxilio aliorum sacrificia innituntur. Adorantes verò in templo sunt reliqua credentium multitudo. Potest quoque de templo & altari materialibus accipi inanimatisque. Sicque adorantes in templo sunt vniuersi catholici. Si templum & altare primo modo sumantur, sensus est, Metire, id est singulorum capacitatem, perfectionem, mensuram, considera: vt vnicuique secundum suam capacitatem, & modum dei proponas, Alij enim & alij aliter sunt dicendi. Quod Paulus obseruans ait, Sapientiam loquimur inter perfectos. Et rursus, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus. Itẽmque, Facti estis quibus lacte opus est, non solido cibo. Si autem secundo modo sumantur, sensus est, Metire templum & altare, id est quemadmodum ecclesiæ atque altaria Christi, per totum mundum sint cõstruenda intende, ita, quod sicut in Malachia prædictum est, in omni loco offeretur deo oblatio munda. Iuxta hunc modum scriptum est apud Zacha. quemadmodum angelus veniens mensurare. Hierusalem habebat in manu funiculum mensorũ [Atrium autem, quod foris templum est] id est peccatores impoenitentes, præsertim hæreticos: qui vel merito, vel fide, sunt extra ecclesiam: nec Christo per charitatem sunt incorporati [Projice foras] per excommunicationem & reprobationem, seu foris proiciendum denuncia. Quia in veneras proiciuntur tartareas [Et ne meritis illud] id est ab illis auertere, nec designes eos ad ecclesiam pertinere, aut in structura supernæ hierusalem collocandos. Ita & Paul. loquitur Tito, Hæreticum hominem post vnã & secundam correptionem deuita [Quoniam datum est gentibus] id est inter paganos & perfidos hi computantur, atque cum eis inferni supplicia fortientur. Quibus & Christus dicturus est, Amen dico vobis, quia nescio vos. Porro Bereng. per atrium istud intellexit populum Iudæorum, qui per infidelitatem extra ecclesiam fuerunt, & tamen in cordibus. Apost. per amorem manserunt, desiderantium conuersionem eorum. Quoniam verò indurati erant, iubetur Ioan. vt verbũ prædicationis eis nõ inferat, qui gẽtibus cõparati sunt, & manibus traditi Romanorũ [Et ciuitatem sanctam] puta ecclesiã dei, de qua paul. testatur, quod christus elegit sibi gloriosam ecclesiã, non habentẽ maculam, ne-

Galat. 5.

psalm. 44.

philip. 3.

1. Cor. 5.

1. Cor. 2.

1. Cor. 3.

Hebr. 5.

Malac. 1.

Zach. 2.

Matth. 25.

Titum. 3.

Matth. 25.

Ephes. 5.

que rugamicuius mysteria in decem vltimis Ezech. cap. iusto describuntur sermone [Calcabunt mensibus quadraginta duobus]. i. annis trib. cum dimidio. Tanto enim tempore dicitur Antichristus regnatus, secundum quod Dan. ait: per tempus, & dimidium temporis: per tempus intelligens annum, per tempora duos annos, per dimidium temporis medium annum, quibus Christiani atrocissimè opprimentur [Et dabo duob. testibus meis]. s. Enoch & Helias, copiosissima gratia & virtute, & constantiam contra Antichristum, sapientiam & eloquentiam conuertendi Iudæos, fortitudinem patiendi martyrium [Et prophetabunt] contra Antichristi perfidiam fortiter predicando, cuiusque ruinam pronunciando [Diebus mille ducentis sexaginta] id est tribus annis cum medio vel circiter. Aliqui enim dies deficient. Sed in talibus computationibus scriptura non solet vim facere de modico [Amihis succis] penitentialibus. asperis, abiectis, humilibus indumentis: vt sicut verbis, ita & habitu penitentiam predicent. Denique quod horum testium vnus fuerit Helias, Christus in euangelio protestatur. Et in Malachia dicitur, Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequam veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. Quod verò Enoch sit alter, elicitur ex eo quod in Genesi legitur, videlicet quod tulit eum deus. Et in Eccles. quod translatus est in paradysum [Hi sunt duæ oliuæ] id est arbores fructuosæ, quæ oliuæ vocati sunt, quoniam charitate ac pietate, vñctioneque spiritus sancti sunt pleni [Et duo candelabra] id est fidelium luminaria, qui donis sapientia, scientia, intellectu, consilij, intra se lucent, aliisque per ea verbis & exemplis lucebunt. Et sicut candelabrum super se positum gerit lumen, & assidentes per illud illustrat: sic isti christum, qui vera lux, in corde portabunt, & per eum plurimos illuminando docebunt [in conspectu domini terra stantes] id est deo placentes, eius imperio promptè obediens, & seipos coram deo sollicitè custodientes. Sicut Helias nondum translatus dicere consuevit, Viuit dominus in cuius conspectu sto hodie. Huic autem verbo consonat, quod in Zacharia habetur, Cum enim Zacha. dixisset ad angelum, qui sunt istæ duæ oliuæ? Responsum est ei, Isti sunt duo filij olei, siue splendoris (secundum quod Aquila translulit) qui assident dominatori vniuersæ terre. Quod ibidem ad literam de Iesu sacerdote magno siue pontifice, & Zorobabel principe Iudæorum dicitur [Et si quis voluerit eis nocere] id est à predicationis officio impedire, terrere, ligare [ignis]. i. virtus, gratia, sermo ignitus, verbum igneæ predicationis [exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum] id est rationabiliter fureberit, confundet, damnandos ostendet. Dabit enim eis Christus os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarii eorum omnes. Nam & id heliæ ante translationem suam collatum est: iuxta illud eocl. Surrexit Helias quasi ignis, & verbu illius quasi facula ardebat. [Et si quis voluerit eos ledere] in corpore [sic oportet] diuina iustitia exigentes [Eum occidit] in anima. Omnis nempe qui gladium accipit, gladio perit: quoniam alium persequedo impiè, aut occidendo, animam suam peccando mortaliter perimit. Quod maximè euenit, dum quis iustos infestat. Vniuscuiusque etenim culpa, malitia, crudelitas, in propriu recidiuat autorem, magisque, imò incomparabiliter amplius nocet sibi, quàm alteri: dū alter patientiā seruet, nec deum offendat. Ideo Salomon loquitur. In insidijs suis capiuntur iniqui, & Qui dissipat seipem, mordebit eum coluber [Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus propheta eorū: et potestatem habent super aquas, conuertendi eas in sanguinem: et percussere terram omni plaga, quotiescunque voluerint] Circa hoc loquitur Berengandus, Legimus Heliam oratione clausisse cælum, & iterum aperuisse: sed & Mosen aquas in sanguinem conuertisse. Non ergo putandum est Heliam minorem virtutem habere, cum ad explendum suæ predicationis officium venerit, quàm habuit eo tempore quo inter homines conuersatus est, sed potiorum. Ex quo sequi videtur, quod Helias & Enoch tunc miracula sint facturi, quod & quidam concedunt. Alij asserunt, quod Ecclesia, durante rabie Antichristi, non coruscabit miraculis, quod item Helias & Enoch tunc potestate hac non videntur. Ideo ista spiritaliter inter prebantur, vt dicantur potestate habere claudendi cælum ne pluat super terram: quoniam tantæ virtutis & familiaritatis sunt apud deū, vt queant quibusdam pluuiam gratiæ, & rosè benedictionis cælestis orādo acquirere: alijs autem iusto zelo punitionem cōdignam desuper imprecari. Rursus per cælū Ecclesia designatur, quam poterunt claudere, ne documentorum fluua in fluat habitatoribus terræ. Poterunt etiam aquas. i. riuos doctrinarū suarum in sanguinem. i. peccatum conuertere, reprobis predicādo, qui ex predicatione audita dum eam non implent, grauius condēnantur. Vel aque sunt hereticorum doctrinæ iuxta illud. Aquæ furtiue dulciores sunt. Quas conuertent in sanguinem, eorum errores reprobandō, & morte æterna dignos monstrādo. Habent etiā potestatem percussere terram omni plaga, quotiescunque voluerint. i. aduersa & vltionis habitatoribus terræ diuinit⁹ procurare, verbum predicationis indignis subtrahere. Sicut ad mosen dominus dixit, Constituī te dominum Pharaonis. Deniq; Ecclesia virtute clauium potest claudere cælum ne pluat, quoniam dona gratiæ non infunduntur his, quos Ecclesia iuste non absoluens iudicat. Potestque terram percussere omni plaga per excommunicationis sententiā prolata. [Et cum fuerint testimonium suum] id est predicationē qua Iesum esse Christū contestabuntur [Bæstia]. i. Antichristus irrationabilissimus blasphemus & ferrox, de qua in Daniele plura leguntur [Quæ ascendit de abyssu] id est de tenebroso suo latibulo, quo se bonū & iustū simulauit, vt pote de calliditate sua atque hypocrisis: qui & nascetur de execrato populo Israël, & de hoc saculo nequam mari magno ascendat ad apertā tyrannidē vsurpatūque regnū. Sed & abundantia impietatis, ac diabolicæ cooperationis caligo, abyssus sunt, vnde hec bestia scandet [Faciet aduersus eos bellum] verbis, factis, signis, corporalium suppliciorū: in infestationibus. Varijs enim modis Antichristus persuadebit, se verum Christum esse [Et vincet illos] non ratione, sed violentia: quia interimet eos, sicut subiungitur [Et occidet eos. Et corpora eorum iacubunt in plateis ciuitatis magne] id est irreuerenter insepulta manebunt ad terrorem fidelium [Quæ spiritaliter vocatur Sodoma et Aegyptus.] Per ciuitatem hanc magnam quidam intelligunt ipsam Hierusalem, eò quod subditur [Vbi et dominus illorum crucifixus est] scilicet Christus, dominus Helie & Enoch

Matt. 17.  
Malac. 4.  
Genes. 3.  
Eccle. 44.

Ioan. 1.

3. Reg. 17.  
18.  
Zach. 4.

Lucę. 21.

Eccle. 48.

Matth. 27.

Prou. 23.  
Eccle. 20.  
3. Reg. 17.

Prou. 9.

Exod. 7.

Dan. 7.

E

F

G

H

A ac omnium prophetarum. Sed contra hoc arguit Berengandus, Quia Hierusalem, in qua passus & crucifixus est Christus, funditus sit destructa, & ea quæ p̄ illa constructa est, in alio sita est loco. Et quoniam tempore Berengandi à Christianis ciuitas illa habitabatur, ideo non diceretur Sodoma & Aegyptus. Itē que quia in libro isto per ciuitatem magnam, intelligitur Babylon ciuitas diaboli, ex omnibus reprobis constans, hinc per ciuitatem hanc quidam intelligunt generaliter infidelium Antichristi satellitum collectionem, inter quos isti sunt occidendi: quæ congregatio ob vitiorum abominabilitatem, & mentis calliginem, Sodoma & Aegyptus spiritaliter appellatur. Quemadmodum, Petrus in prima sua Canonica Romā nominat Babylonem. Aegyptus autem caligo seu tenebræ, Sodoma verò muta vel cæcitas inter Petri. 5.  
pretantur. Ip̄mij autem à dei laudibus obmutescunt, excæcatæque mente ad inferos præcipiti properant gradu. Veruntamen de hac re nihil affirmo. Neque enim certum habeo an sancti isti in Hierusalem occiderent. Argumenta quoque Berengandi faciliter soluerentur, presertim cum Hierusalem modo constructa sit vbi crucifixus est dominus, ita quod locum illum intra se continet: de qua ciuitate nunc agitur penes qualitate eius pro tempore Antichristi. Si verò ciuitas magna intelligatur sæculum nequam, quæ congregatio iniquorum, palam quod in ea occisus sit Christus [Et videbunt de populis, & tribubus, & linguis Galat. 1. et gentibus]. s. multi ex omnibus istis [Corpora eorum per tres dies et dimidium] in plateis iacentia [Et corpora eorum non sinent poni in monumentis, et in habitantes terram]. i. terreni ac vitiosi satellites Antichristi [Gaudebunt et iucundabuntur] anima & corpore gloriando de illorū occisione [Et munera mitem inuicem] in signū pacis & gaudij, [Quoniam hi duo propheta cruciauerunt eos qui habitant super terram] id est amatores terrenorum, contra eorum carnalia desideria predicando, æternam damnationem eis minando, contra eorum magistrum Antichristi efficaciter edocendo [Et post tres dies et dimidium] spiritus vitæ a deo intravit in eos] id est deo ministrante animam suam quicque eorum recepit, & resuscitatus est [Et steterunt supra pedes suos, et timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos] iam suscitatos per diuinam potentiam. Increduli enim quod de eorum occisione magis grauii sunt, eò de eorum suscitatione amplius doluerunt: formidantes ea omnia fore implenda, quæ illi fuerunt comminati. [Et audierunt] Enoch & Helias iam suscitati. [Vocē magnum de celo dicentem, Ascendite huc] hæc fuit vox angeli, in dei seu Christi persona loquentis [Et ascenderunt in cælum in nube] eos obumbrante, sicut & Christus ascendit. Loquitur autem de futuro per modum preteriti, more prophetico [Et viderunt illos inimici eorum]. s. infideles. Quemadmodum loquitur Berengandus, an hæc secundum historiam implebuntur, hominibus quidem incognitum est: deo autem nota sunt omnia. Multi tamen doctores asserunt, hæc literaliter adimplenda. [Et in illa hora] quando ascendere visi sunt [Factus est terræ motus magnus] quia tunc vel circiter terra mouebitur, seu habitatores eorum varijs affectionibus agitabuntur [Et decima pars ciuitatis cecidit] quia circa hoc tempus multi de Antichristi ministris simul cum ipso peribunt. Ciuitas itaque hæc est congregatio impiorum, quæ est ciuitas diaboli. [Et occisi sunt in terræ motu nomina hominum septem millia] per numerum istum determinatum exprimitur indeterminata multitudo seruorum Antichristi, qui in præfata tempestate peribunt [Et reliqui] qui cum illis non perierunt [in timore missi sunt]. i. diuinæ æquitatis iudicium ex consideratione tantæ vltionis mox expauerunt [Et dederunt gloriam deo cæli] ei de sua euasione regratiantes, nec aliquid boni sibi ipsis de cætero adscribentes. Multi enim ab Antichristo seducti, visa hac vltione conuertentur, & gratias agent immensas [Vt secundum abij]. i. media de istis tribus grauioribus tribulationibus (de quibus supra dictū est, quæ ad trium vltimorum angelorum de septem præfatis angelis tubicinum pertinent) suo tempore sub Antichristo celeriter finietur [Et ecce v̄ tertium venit et cito]. s. pressura atque angustia hominum, ex A. p. 8.  
consideratione finalis iudicij imminentes [Et septimus angelus tuba cecinit]. i. septimus ordo prædicatorum qui Antichristo deiecto instanter idem iudicij imminentem insinuabit, & retributionem electorum nūc proximam esse [Et facte sunt voces magne in cælo]. s. in Ecclesia militante, ac triumphante [Dicentes] cum ingenti gratiarum actione, & gaudio [Factum est regnum huius mundi dei nostri et Christi eius]. i. multitudine hominum, in quibus tempore Antichristi regnauit diabolus, & erant filij huius mundi: nunc Antichristo oppresso cum multis suorum ad deum patrem & Iesum Christum, ab eo secundum naturam assumptam spiritaliter vnctis, conuersa est, pertinetque ad patrem & filium, nec dubium quin æque ad spiritum sanctum [Et regnabit] in eis deus & Christus eius [in secula seculorum].] Tunc enim totus penè mundus ad Christum conuertetur, secundū doctores. Vnde angelus loquitur Danieli. Regnū autem & potestas quod est subter omne cælum, tradetur populo sanctorū: qui & obtinebunt illud vsque in sæculū seculorum. [Et viginū quatuor seniores, qui in conspectu dei sedent in sedibus suis] per viuos hoc intelligi possunt hoc loco tam præcellentes in Ecclesia militanti, quàm triumphanti: imò & omnes beati. De quibus senioribus & significatione eorum ac sedibus, dictum est plenius supra. Sedes autem, quas habent in patria, sunt quies & mansio illa cælestis. Sedent beati in patria, in diuino cōspectu. i. suauissimè requiescunt, creatoris faciem beatificè intendo, eiq; cū omni reuerentia assisendo [Ceciderunt in facies suas] deo hu Apoca. 4.  
millimè se prosternentes, eiq; super immensam altitudinem admirantes [Et adorauerunt deum dicentes, Gratias agimus tibi domine deus omnipotens] pro beneficio tantæ clementiæ, quæ homines demeritis erroribus eruiti & cōuertisti. Imò & pro vniuersis beneficiis tuis. s. donis natura, gratiæ, & gloriæ [Qui es, qui eras, et qui venturus es] quomodo istud intelligendum sit, & de deo vno ac trino, itē que specialiter de Christo accipi possit, diffusè tractatum est [Qui accepisti virtutem magnam] id est, inuariabili tua potestate, quam æternitate habes, in reproborum damnatione, electorūque saluatione, euidenter ac recen ter nunc vsus es: eamque plus solito nunc demonstrasti, in effectibus misericordiæ, atque iustitiæ tuæ [Et regnasti] in cordibus electorum, & demonibus & peccatis depulsis: quæ corda electorum tuę voluntati nunc subdidisti, humilitérque seruire fecisti. [Et irate sunt gentes] scilicet reprobi, oblinati: qui nec Antichristo occiso penitentiam agent, & de principis sui deiectione dolebunt [Quia aduenit ira tua] i. hora Xij

Petri. 5.

Galat. 1.

A. ctuum. 1.

A. p. 8.

Dan. 7.

Apoca. 4.

Apoca. 1.

iuste tuę vindictę, qua & gentes intantum exceçari permiffi, digna quoque pro tot malis tormenta infliges [Et tempus mortuos iudicari]. i. tempus aduenit, quo mortui iudicentur. tempus etiam aduenit [reddere mercedem feruis tuis prophetis et sanctis, et timentibus nomen tuum] i. iustitiam tuam. i. vniuersis electis, siue qui gratia prophetali fulserunt, siue qui sine ea virtuosę vixerunt [Purissimę et magnę]. i. perfectę & minus perfectę, prelati & subditi, superioribus & inferioribus. Non enim est personarum acceptor deus, de quo Sapiens ait, Pusillum & magnum ipse fecit, & æqua est illi cura de omnibus. Iterum tempus aduenit [Exterminandi eos, qui corruperunt terram]. i. separandi iniquos à consortio electorum, vt sine extra fines electę Ecclesię: qui habitates in terra spiritualiter infecerunt, seferunt, & peremerunt, puta seipfos & proximos, impię conuersando, scandalizando, falsa docendo, fallaciter consulendo. Itaque istud est tubicinium septimi angeli, scilicet exterminatio reproborũ in die iudicij. At verò quod dictum est, gratias agimus tibi domine deus omnipotens, specialiter accipi potest de Christo: qui virtutem suam, tẽpore passionis quasi deposuit, eam non demonstrando. Iuxta illud Abacuc, Isti abscondita est fortitudo eius. Sed in resurrectione, sanctorum de inferno educatione, ascensione, & spiritus sancti missione, accipit eandem omnipotentiam suam, palam ostendens: & regnauit per fidem, charitatem, & gratiam in cordibus eorum, qui præordinati fuerunt ad vitam æternam. Hunc autem versiculum, etiam nos vbertim Christo grata mente cantemus, & de vniuersis beneficijs eius, gratias cum pura charitate veraque obedientia referamus. Postremo d. penultimum, quod illi, qui asserunt Heliam & Enoch ante alios alii quos resurrecturos, dicunt quod eorum resurrectio erit tunc gloriosa, & ex speciali priuilegio per anticipationem præstanda est eis. Cũ verò asseritur quod omnes simul resurgent, dicunt hoc secundum communem legem intelligendum. Quantum præterea in huius capituli expositione quidam à forma textus recedat, dum ista secundum temporis cursum & ordinem exponere nititur, & per duos testes præfatos, Siluerium papam & alium quendam dei seruum intelligendos putat, omni intuenti satis reor patere. Neque enim hi duo leguntur fuisse propheta, nec ita occisi sunt quod corpora eorum insepulta iacere visa sunt, nec post tres dies & dimidium à morte sunt suscitati.

Expositio cap. xii. [Et apertum est templum dei in celo.]

Artic. XIII.



Secundum explanationem antiquorũ doctorum catholicorũque patrum, Augustini, Bedę, Haymonis Berengandi, & item eos sequentes Alberti, frequenter, in isto volumine sanctus Ioannes, cum persecutiones Ecclesię à tyrannis ab hæreticis à falsis fratribus, vel ab Antichristo eidẽ inferendas descripsit, ab exordio rursum resumit: & Christi mysteria sub alijs verbis, plenius eminentiusque describit. Verum, vt sæpe nunc tetigi, quidam conati sunt librum istum de diuersis Ecclesię euentibus, secundũ temporis processum ac ordinem explanare: de quorum expositione videatur hi à textu tenore recedere, paulò post tangam. Solidorũ ergo illorum sententijs in hærendo procedam [Et apertum est templum dei in celo] Templum dei vno modo est Christus vt homo, seu corpus ipsius. Secundum quod ait, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui, vt euangelista Ioannes exponit. Hoc templum apertum est, id est manifestatum, effusum, paratum in celo, id est Ecclesia militante: cui per euangelistarum doctrinam, apostolorum prædicationem, miraculorum operationem, ac cætera Christianæ fidei argumenta, innotuit Christus: qui & seipsum ei aperuit, per largissimam gratiarum suarum infusionem. cunctis quoque apertum, seu paratum se exhibet, qui pœnitenti ac humili mente, ad ipsum confugiunt. Rursum templum dei est Ecclesia, quæ aperta, id est diuinorum illustrationibus referata, ablato velamine legalium figurarum: aperta quoque, quia publicè deum colit, & Christum liberè confitetur, cuius vsque cor apertum est ad suscipienda charismata spiritus sancti. In celo, id est in conuersatione cælesti, sicut Apost. astruit, Nostra conuersatio in cælis est [Et visa est arca testamenti eius in templo eius]. In arca Moysi, vt dicitur ad Hebræos, fuerunt tabulæ Moysi, virga Aaron quæ fronderat, & manna. Per arcam itaque quidam intelligunt Christum, in quo est sapientia & doctrina per tabulam designata, virga correctionis & directionis ac potestas, quę significabantur per virgam Aaron: manna quoque pietatis, consolationis, refectioisque nostre. Est itaque sensus, quod per oculum fidei & gratiam contemplationis, in templo Ecclesię militantis, Christus à fidelibus sit conspexus postquam seipsum eis aperuit. Diuersis itaque respectibus Christus vocatur templum dei, & arca testamenti noui cuius ipse est institutor. Beda verò per arcam intelligit corpus Christi, in quo velut in auro mundo consistit diuinitas. Porro Berengandus per templum dei, intelligit Christiferam Mariam: in qua, velut in templo, Christus tot mensibus requieuit, atque in mente ipsius semper gratiosissimè habitauit: per arcam verò Christum, qui ex ea carnem assumpsit. Dicitur autem virgo beata aperta, in quantum ex ea Christus visibiliter prodit: quamuis vterus eius virgineus clausus permanferit. Postremò apertum est templum dei in celo, quando in primitiua Ecclesiã, testamentum, lex, scriptura & status synagogę, spiritaliter intellecta, clarè cognita, veraciterque adimpleta fuerunt. Tunc quoque arca testamenti eius visa est in templo eius, quando spiritu sancto edocente innotuit Christianis, quod iuxta spiritalẽ intelligentiam arca illa, scilicet Christus, seu euangelica eius doctrina in templo dei, vero, viuo & rationabili. s. in Ecclesiastica congregatione, maneret. [Et visa sunt fulgura]. i. præclara miracula, quę instar fulgurum timorem incutiunt, ad virtutis splendorem deducunt, & causant stuporem [Voces et tonitrua]. i. prædicationes, laudationes, pœnarum cõmemorationes, magnę & paruę, altę & submissę difficilioris & minus difficilis [Et grando magna]. i. persequutionũ tẽpestas. Statim nempe misso desup spiri-

A ctu. 10. Sapien. 6.

Abac. 3.

A ctu. 15.

Ioan. 2.

Hebr. 6.

A ctu. 2.

A tu sancto, facta sunt ista in Christi Ecclesiã quando apostoli orsi sunt prædicare, Christũ laudare, in cre. Act. 2. dulis pœnam æternam minari, miraculis coruscare. [Et signum magnum apparuit in celo]. i. in Ecclesiã, scilicet mihi Ioanni, cui subscriptum in signũ, seu imaginaria visio monstrabatur. Secundũ Albertum hęc incipit quarta visio huius libri. Vnde & multi asserunt, hęc esse exordium duodecimi capituli. Consequenter quod fuerit signum istud, subiungitur [Mulier amicta sole] In hac etenim quarta visione status Ecclesiã describitur, sub figura mulieris parientis: in qua labores atque virtutes Ecclesiã aperit, & præmia digna se rependere Christus demonstrat. Itaque mulier amicta sole. i. Ecclesiã militans, que in Galat. 3. baptismo induit Christum sapientiæ atque iustitię solem, iuxta illud ad Galatas, Quicumque in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Denique in pœnitentiã emendatione, seu mentis cõuersione, induimus Colo. 3. Christum. Secundum quod ad Colossenses hortatur Apostolus, Expoliantes vos veterẽ hominem cum Roma. 13. actibus suis, induite nouum. Imò quantò plus in Christi imitatione proficimus, tantò plus eũ induimus. Ideo nanque ait Apostolus, Induimini dominum Iesum. Quod modum autem vestis corpus tegit, or- Galat. 3. nat, ab incommodis protegit, & calefacit: sic Christus sol iustitię animam tegit, eius peccata per gratiam sacramentorum operendo: ornat, virtutes & dona sancti spiritus infundendo: protegit, tentationes & vitia repellendo: calefacit, dei & proximi charitatem præstando [Et luna sub pedibus eius] per lunam ob suam continuum variationem, mundialium rerum instabilitas, seu terrena opulentiã, vel mundus ipse fallax & labilis, designatur. Cum ergo ecclesia terrena ista despiciat, calcet, transcendat, rectè sub pedibus. i. affectibus eius, luna esse asseritur. Rursum per pedes Ecclesiã, inferiores possunt intelligi. Cũ ergo i. Cor. 6. ad tales pertineat temporalium dispositio, luna. i. mutabilia ac defectiua sub Ecclesiã pedibus ordinantur. Propter quod ad Corinthios ait Apostolus, Sæcularia iudicia si habetis, contemptibiles qui sunt in Ecclesiã, constituite ad iudicandum. Circa hunc locum loquitur Berengandus, Quia luna noctẽ illu- psal. 118. minat, melius videtur vt per lunam, sacram scripturam intelligamus, sine cuius lumine in nocte huius sæculi per vias recluditis incedere non valemus. De hoc lumine Psalm. dicit, Lucerna pedibus meis verbũ tuũ domine, & lumen semitis meis. Mulier ergo lunam sub pedibus suis habuisse visa est, quia Ecclesia gressus mentis suę in præceptis diuinarum scripturarum figens, ad cælestia tendere nouit [Et in ca- pite eius corona stellarum duodecim] siue per caput Ecclesiã intelligatur Christus, de quo ait Aposto- lus, Ipse est caput corporis Ecclesiã: siue ipsa mens Christianorum, eo modo quo principio aliius rei caput eius vocatur: siue primitiua Ecclesiã, secundum quod principũ rei caput eius asseritur. per cor- onam stellarũ duodecim, intelligitur duodecim apostoli, eorũque doctrina & opera, qui Christo tam Eccle. 50. proximè adhæserunt, vt capiti corona. Iuxta illud Ecclesiasticũ, Circa illũ corona fratrum quasi planta- cedri in libano. His sanctis apostolis, velut splendidissimis stellis, fulgorem sapientiæ, ardoremque charitatis mitentibus ornabatur Ecclesiã: quorũ doctrina ac imitatione decorantur animæ Christianæ Galat. 5. C in mente. Nihilominus per coronam stellarum duodecim, intelligi potest ornamentum duodecim fructuum spiritus, quos ad Galatas ponit Apostolus, duodecim quoque virtutũ moralium. Quomodo au- tem hæc verba (quæ ad literam de Ecclesiã militante dicuntur, sicut sequentia verba testantur) de beata Christifera virgine possint exponi, Bernardus in quodam sermone pulcherrimè docet. [In vtero habens clamabat parturiens, et cruciatur vt pariat.] Per ventrem seu vterum in nouo ac veteri Testamen- to, mens siue memoria, interdum ad literam (sicut ostensum est) designatur. Nam & in Psalmo pater Io- quitur filio, Ex vtero ante luciferum genui te. Ecclesiã ergo habet in vtero. i. mente cõcepit & iugi me- moria tractat conuersationem animarum ad deum. Diligit etenim omnes, & quos amore cõplectitur, deo vnire conatur. Clamat quoque parturiens, quia orando ac prædicando, & seipsum multipliciter affligendo filios spirituales producit, quos ad esse gratiæ, & dei amorem perducit. Sicut quibusdam scribit Apostolus, Per euangelium in Christo Iesu ego vos genui. Itẽque alibi, Filioli mei, quos iterũ partu- rio donec formetur Christus in vobis. Et cruciatur. i. aliorum errori compatitur, de peccatorum per- uerfitate affligitur: seipsum vt pro eis exaudiatur, orationibus, vigilijs ieiunijs, disciplinis exercet. Vt pariat. i. ad deum quosdã conuertat, & de filiis sæculi atque diaboli, filios dei efficiat. Hęc omnis prædi- cator, prælator & pastor debet implere: vt subditos suos proximos semper in memoria habeat, pro eis ad dominum clamet, se quoque præfatis modis affligat: quatenus eis gratiã desideratam queat à domino obtinere. Quod Apostolus se fecisse protestans ait, Tristitia mihi magna est, & dolor continuus cor- di meo pro fratribus meis Iudeis. Et rursum ad gentes, Libenter impendam & impendar ipse pro anima bus vestris. In Actibus quoque loquens Ephesius, Per triennũ, ait, non cessauit quotidie, cum lachrymis monens vanumquemque vestrũ. [Et visum est aliud signum in celo] quod ipse Ioannes visione con- sucta intutus est, in celo. i. in ecclesiã, vbi inter fideles discurrit in quietissimus inimicus, qui vt leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Deinde ponitur signum istud. [Et ecce draco magnus et rufus] id est i. Petrus. 5. diabolus, qui alios insidendo tentationum veneno, callidè circumueniendo in seipso igne malignitatis ardendo, dicitur draco: & magnus, non virtute, sed prauitate, vel etiam potestate. Non est enim potestas super terram, quæ comparetur ei. Rufus verò, quia vt dicit Saluator, Ille homicida erat ab initio. Et Ioan. 8. inuidia eius mors introiit in orbem terrarum. Nec aliud sicut nisi sanguinem animarum. vitam chari- tatis & gratiã eis auferre. [Habens capita septem] id est septem spiritus nequam: iuxta illud, Tunc vadit & assumit septem spiritus nequiores se. Septẽ quoque capitalia vitia, & septẽ spiritalia nocumenta, con- traria septem donis spiritus sancti. Berengandus per septem capita ista intelligit vniuersitatem reprobo- rum, quibus ad aliorum deceptionem diabolus vitur. [Et cornua decem] per cornua quandoque reges seu principes, interdum regna seu acies, designantur. Vnde in Daniele scriptum est, Decem cornua quæ vidisti decem reges sunt. Et primo Machabeorum habetur, Bachides erat in dextero cornu. Vbi per cornu, exercitus ad bellandum expostus explicatur. Itaque per decem cornua, vniuersi reges, principes,





vos diabolus] expulsus enim ab electis, atrocius supplantare conatus est ceteros [Habens iram magnam] E scilicet grandem ac inflammatum appetitum nocendi, seu vindicandi se, de hoc quod à pristinis habitaculis suis expellitur, in quo superbissimus reputat sibi iniuriam fieri [sciens quod modicum tempus habet] nocendi. Vel quia omne tempus præsens respectu durationis futuræ, breuissimum perhibetur: vel quia eorum quos tentare molitur, breuis omnino est vita, & quia indefinitè cernit propinquare diem iudicii. [Et postquam vidit draco, quod proiectus est in terram] iuxta sensum nunc introductum [persequutus est mulierem, que peperit masculum] id est Ecclesiam, quæ mater est cæteris fidelium robustorum. Non enim cessat diabolus persequi & tentare credentes, imò secundum Bedam, execrabili astutia diabolus, quantum fortius ab Ecclesia deicitur, tantò pertinacius eam persequitur. Nam & de christo scriptum est, consummata omni tentatione, diabolus recessit ab eo vsque ad tempus. Est autem Ecclesia, sponsa christi per fidem & charitatem: mater, per prædicationem: soror, per naturæ conformitatem: & vxor per bonorum operum inhesionem. [Et data sunt] à spiritu sancto [Mulieri] id est Ecclesie [Dux autem aquilæ magna] id est deuotio orationis & sinceritas contemplationis, quibus altissimè volat præ cunctis generationibus mundi, sicut & aquila ceteris auibus volat sublimius. Quidam per duas alas duo testamenta, seu duo charitatis præcepta, vel actuum contemplatiuamque vitam accipiunt [Vt volaret in desertum in locum suum] id est in solitudinem iam præfatam [Vbi alatur per tempus et tempora, et dimidium temporis] per tempus annum, per tempora duos annos, per dimidium temporis medium annu, hic & in danieli significari iam patuit, Quomodo autem Ecclesia per tantum temporis à christo in solitudine nutriatur, in isto articulo dictum est. [A facie serpentis] id est à venenata tentatione callidissimi hostis, quem vincere nisi ad christum confugiens nequit. [Et misit serpens ex ore suo] id est ex corde suo nequissimus [A quam tanquam flumen post mulierem]. i. impetum persequutionum, abundantiam tentationum, seu copiam persequentium populorum, post ecclesiam. His nanque eam infestat, quantumlibet ad secreta confugiat. Imò quod seriofus ad deum se erigit, eò ille malignantiùs eam insequitur [Et audiuit terra mulierem] id est perfectiores quique in terra morantes, vel angeli ad homines custodiendos transmissi, pro Ecclesia fortiter orauerunt, eiusque hostibus per arma iustitiæ restiterunt. Terra quoque est sancta Maria, de qua loquitur Esaias, Aperiatur terra, & germinet saluatorem. Atque psal. Terra nostra dabit fructum suum. Ipsa autem est fidelissima Ecclesiæ aduocata. [Et aperuit terra os suum] præces ad deum fundendo. [Et absorbit flumen, quod misit serpens ex ore suo]. i. sua virtute ac prece machinationes diaboli profluit extinxit, gratiamque patientiæ contra eas, Ecclesiæ, procurauit. [Et iratus est draco in mulierem] id est contra ecclesiam, quod eam superare nequiuit [Et abiit facere prælium cum reliquis de semine eius] id est filios eius imperfectiores tentare. Dum enim perfectos deicere nequit, ad imperfectos expugnandos conuertitur [Qui custodiunt mandata dei] puta decalogum. Vnde loquitur christus. Si vis ad vitam intrare, serua mandata [Et habent testimonium iesu] id est fide & opere testimonium perhibent christo, eius se famulos ostendèdo. [Et stetit super arenam maris] id est in hominibus vanis & leuibus incomparatis & in fructuosis conqueuit, & principatum obtinuit, qui sunt tanquã puluis, quem projicit ventus à facie terre. postremo, quidam hunc librum secundum ipsum processum ac ordinem temporis exponentes, præscriptam tribulationem Ecclesiæ exponunt de persequutione christianorum à cosdroe rege perieram: quem dicunt hoc loco ad literam appellari draconem magnum, serpentem antiquum, atque diabolum. Quod prima facie non habet apparentiam magnam, cum in tota scriptura canonica alibi tale nil inueniatur: quamuis in Ezechiele Pharao draco magnus vocetur. Nec cosdroe competit propriè quod sequitur, qui seducit vniuersum orbem. Per masculum autem quem mulier peperit, intelligunt heraclium Imperatorem, qui contra cosdroam deo iuuante præualuit. Per Michaëlem quoque quidam ad literam intelligunt imperatorem præfatam: quod qualem apparentiam habeat, diligenti lectori committo. Multa autè possent huic expositioni opponi, sed melius arbitror pertransire. Neque enim Apocalypsis in locis obscuris certitudinaliter intelligi potest, nisi per reuelationè diuinam. Legi etiam in cuiusdam commento, quod secundum omnes expositores, per draconè & angelos eius intelligatur cosdroa, & suus exercitus. Hoc verbum in diget pio intellectu. Cum nec Augustinus, nec Beda, nec Haymo, nec Berengandus, nec Glosa, neque Albertus ita exponant.

EXPOSITIO CAP. XI II. [Et vidit de mari bestiam ascendentem.] ARTICVLVS XIIII.



Ræcedenti capitulo dictum est qualiter draco, hoc est, diabolus, persequitur Ecclesiam: nunc denunciat, quomodo corpus & familia eius id faciat. [Et vidit de mari bestiam ascendentem] bestia ista est Antichristus irrationalissimè se habiturus, vel cæteris reprobis bestialiter agens. Que ascendit de mari, scilicet de sæculo nequam, de pelago iniquitatis, de profundo vitiorum, de vitiosis principibus. Vel mare designat iniquitatem, amarumque tribum, de qua antichristus nascitur. [Habentem capita septem, et cornua decem] super cornua eius decem diademata] per septem capita Antichristi, vniuersitas capitaneorum seu principum eius exprimitur. porro per decem cornua, vniuersitas regnoru seu acierum ipsius expressa est. Per diademata verò significat est, quod populos sibi adherentes regio coronabit honore, multiplicique triumpo [Et super capita] .i. principes [eius, nomina blaphemia]. .i. principes eius pleni erunt blaphemijs contra Christu] [Et bestia quam vidi, similis erat pardus] id est varietate vitioru atque hypocri permissa ac palliata. Antichristus enim cum nequissimus sit futurus, sanctum tamen se multiformiter simulabit. Pardu autem animal est varijs respersum coloribus. Iuxta illud Hiere. Si mutare potest pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere. [Et pedes eius sicut pedes vrui]. Secundum Berengandus, vrui est callidissimu animal: per quod Antichristi astutia qua homines fallit, exprimitur. Rursus p vrsu, animal pedib' cõculcatis ac

Tob. 14.

Beda. Luc. 4.

Dan. 12.

Ezech. 29.

Actu. 12.

Hiere. 13.

A deuorans inuicitur quod Christianos auide conculcabit. [Et os eius sicut os leonis] quia in loquendo erit fidelibus crudelis ac animosus. [Et dedit illi draco] puta diabolus [virtutem suam et potestatem magnam] quod enim per seipsum facere nõ valebit, per Antichristum implebit, qui erit velut vas & instrumentu diabolici iuxta illud in Esaias, Ego creavi fabrum sufflantem prunas & proferentem vas in opus suum. Sed cù omnis potestas sit à deo, quomodo à diabolo erit Antichristi potestas? Et respondendum, quod omnis potestas & virtus quantum ad suam essentiam, est à deo mediare vel immediate, non autem quod ad suam abfionem. Ista siquidem est à voluntate creata, peruerfa ac defectiua. Potestas ergo diaboli est à deo. Er cù illa sit adeo magna, vt nõ sit potestas super terram quæ comparetur ei, constat q hanc potestatem cõmunicando Antichristo, dabit ei potestatem magnam. Dabit enim ei scientiã naturalium reru, & potestatem faciendi miracula, secundu Glosam. Quomodo autè facturus sit miracula, postea est tangendũ. Rursus in omnibus cooperabitur ei occultè. Verũ hac potestate catenus ille impius abutetur, vt melius à diabolo, quàm à deo collata feratur. [Et vidi vnum de capitibus eius quasi occisum in mortem] ipsemet Antichristus est vnus fer primus inter principes suos, qui secundu Bedam, finget se occisum & succitatur, vt Christus vnus credatur. Ideo subditur, [Et plaga mortis eius curata est]. i. à morte hac simulata se resurrexisse magica arte monstrabit. Cuius rei typus in Simone mago præcessisse asseritur. [Et admirata est vniuersa terra post bestiam]. i. vniuersi terreni & seducti his visis, cù admiratione sequuturi sunt Antichristu, tanquam vnus messiam, in quo prophetarum eloquia sint cõpleta. [Et adorauerunt draconem]. i. diabolum. Sin Antichristum, quem adorando vt deum, non deum, sed dæmonem impissimo vasculo prædidentem adorabunt [Qui dedit potestatem bestiæ]. vt pote Antichristo, iuxta sensum nunc tactu [Et adorauerunt bestiam] nam & Antichristum tanq dei filium adorabunt [Dicentes, quis similis bestia?] Putabunt enim, q nec in sanctitate, nec in sapientia, nec in potestate operandi miracula fuit aut fit similis ei [Aut quis poterit pugnare cum ea?] Quali dicerent, Non est, qui ei queat resistere. Vnde de Antichristo ait Apostolus, Qui extollitur supra omne quod dicitur aut colitur deus, ita vt in templo dei sedeat, ostendens se quasi sit deus. Veruntamen eius ministri verba præfata formaliter dicturi non sunt, sed æquiuia lenter. Ipsi etenim dicent, Quis similis Christo, aut quis poterit pugnare cum eo? Verũ (quoniam iste, quem Christum putabant, potius bestia q homo aut Christum dicendus est) fertur q dicent, Quis similis bestia, &c. [Et datum est ei os loquens magna]. i. præsumptuosè se verbis magnificabit. Os autem quo loquetur habeat à deo, abfionem verò à semetipso & à diabolo, [Et blasphemias]. Nam Iesum Christu dicit fuisse Antichristum. [Et data est illi potestas facere menses quadraginta duos] qui faciunt annos tres medium, tato enim tempore blasphemare, regnare ac præualere diuinitus permittetur. [Et aperuit os suum in blasphemias ad deum] id est contra deum blasphemando vnigenitum filium eius Iesum Christum.

C Qui enim non credit in filium, mendacem facit patrem. Et qui non cõstetur filium, nec patrem habet, vt in prima Ioannis epistola legitur. Et ipsemet Christus testatur, Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Potest quoque hoc loco nomine dei, filius, qui est vnus deus & vita æterna, intelligi. Aperiet itaque os suum in blasphemias contra deum [Blasphemare nomen eius] dicendo, quod Christus fuit seductor & mendax [Et tabernaculum eius] id est ecclesiam. s. omnes sanctos qui in Iesum Christum crediderunt: quos omnes dicit deceptos atque damnatos. Ideo subditur, [Et eos qui habitant in celis]. i. apostolos & martyres, quos dicit perisse. [Et datum]. i. à deo permillum, & à diabolo in spiratum [Et illi facere bellum cum sanctis]. i. contra sanctos [Et vincere illos] nam Christianos constantes corporaliter perimet. Vnde in Daniele legitur, Tradentur sancti in manus eius vsque ad tempus & tempora & dimidium temporis. Plures etenim sub eius tyrannide martyrio coronabuntur. Quoru triumphus secundum Gregorium, gloriosissimus erit: quia non ipsi, sed persequutor eorum miraculis coruscabit. [Et data est illi potestas in omnem tribum, et linguam, et gentem] Ex omni enim natione tribu ac populo aliqui, imò & pluri ei subdentur: vt videatur impleri in eo, quod de Christo prædictum est per Danielem, Omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. [Et adorauerunt eum omnes, qui habitant in terra]. i. quidam de omnibus, vel omnes terreni & reprobi. De quibus loquitur Hieremias, Recedentes à te domine in terra scribentur. Vel ideo ait omnes, quoniam tam multi eum adoraturi sunt, vt eorum comparatione alij videantur pauci aut nulli. Veruntamen multi solo timore eum adorabunt oretenus: non ex corde [Quorum non sunt nomina scripta in libro vitæ agni]. i. qui prædestinati non sunt, nec scripti in libro vitæ glorię quam agnus nobis promeruit, secundum, [Qui occisus est ab origine mundi] vel dispositiuè, vel præfiguratiuè. Quia in Abel occisus, & in prophetis exonoratus. Rursus quoniam passio Christi hoc egit implenda seu futura, quod facit impleta que præterita. Omnes enim qui in Christum ante eius aduentum crediderunt, per eius fidem saluati sunt. Christus ab origine mundi, scilicet à tempore Adæ, occisus est virtualiter: quoniam virtute suæ passionis, & ipsi protoplasti parentes saluati sunt. Denique secundum Berengandum, quod dicitur ab origine mundi, referri potest ad illud quod dictum est, non fuit scripta: vt sit sensus, quod hi quorum nomina non sunt scripta ab origine mundi, adoraturi sunt Antichristum. Iterum ait circa hunc locum, Difficile videtur, vt in tam breuissimo tempore, id est, in tribus annis & dimidio, omnes gètes sibi subiciunt, & ad suam culturam genus humanum Antichristus possit, præter paucos electos, perducere. Erunt enim multi electi, sed in comparatione infidelium paucissimi. Veruntamen potest fieri, vt primò omnes gentes suæ ditioni subiiciat, postea verò in superbia elatus, se pro deo colli instituat. Nã sicut mihi videtur, in tribus annis & dimidio, persequutionis tempus tantummodo comprehenditur: in quo & per se & suos discipulos, & per ostensionem signorum, tota virtute laborabit vt culturam deitatis omnes homines sibi impèdant. Hæc Berengandus. Faciet autem bellum contra sanctos,

Esaiæ. 54. Rom. 13.

Iob. 41.

Act. 8.

1-Ioan. 3.

1-Ioan. 2.

Ioan. 5.

Ioan. x. 14.

Danie. 7.

Gregor.

Hiere. 17.

Apoc. 3.

Gene. 4.

August.

blandiendo, terrēdo, scripturas allegando, mirabilia operādo, vt probe se Christū. Præterea multi quæ-  
runt, cur deus talia fieri sinat, vt scilicet genus humanum Antichristus tam pessimè fallat. Verū duabus  
ex causis Deus ista permittit. Nā sicut ipse dicit in Euangelio, in illis diebus refrigescet charitas, & abun-  
dabit iniquitas multorum, propter hoc digni erūt à deo relinqui, & tam pessimo homini subici: secundum  
illud ad Thessalonicenses, Reuelabitur ille iniquus, cuius est aduersus in omni seductione iniquitatis his  
qui pereunt, eò q̄ charitatem v̄tutatis nō receperunt vt salui fierent, ideo mittet illis deus operationem  
erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui nō crediderunt veritati, sed cōsenserunt iniquita-  
ti. Vnde in Iob quoque legitur, Deus regnare facit hominem hypocritā, propter peccata populi. Rursus  
permittit deus hæc fieri, propter probationem electorum suorum. Vt sicut aurum probatur per ignē, ita  
& illi in persequotione Antichristi probentur: iuxta illud in Daniele, Eligētur & dealbābūtur, & quasi  
aurum probabuntur plurimi. Præterea si quærat, an aliqui electorum ab Antichristo fallentur, dicen-  
dum q̄ Antichristo occiso, multi eorū, quos decepit, efficaciter pœnitebunt: quos cōstat electos. Hinc  
quod ait Saluator, erit tribulatio magna, ita vt in errorem ducātur, si possibile est, & electi, intelligendū  
est, q̄ non poterunt finaliter decipi. [Si quis habet aures audiat] id est ista diligenter aduertat, Vbiunque  
in scripturis hoc dicitur, signum est, q̄ notabile vel obscurum diligenēque pensandū sit, quod profes-  
tur. [Qui in captiuitatem duxerit] id est Antichristus & eius exercitus, qui Christianos corporaliter capti-  
uabunt, & multos spiritualiter capient, eos suis erroribus implicando, & dæmonum captiuitati subiicien-  
do. [In captiuitatem vadet] id est dæmonum vinculis impietatisque propriæ funibus irretietur. Ligatis er-  
go manibus & pedibus in exteriores tenebras proicietur. Quod & de omnibus violētis captiuatoribus  
accipi potest, in quibus illud Prouerb. completur, Iniquitates suæ capient impij, & funibus peccatorum  
suorum suum constringentur. [Qui in gladio occidit, oportet eum in gladio occidi] simile est quod ait Salua-  
tor, Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. Siue enim materiali gladio alium corporaliter quis occi-  
dat iniuste, siue spirituali gladio pestiferę persuasionis aut scandali animam eius necauerit, gladio diui-  
næ sententiæ est damnandus, imò propria impietate quam gladio committit: animā suam mortaliter læ-  
dit ac perdit. [Hic est] id est in harum tribulationum æquanimi perpensione consistit [Patientia] cuius est  
in aduersis inordinatam auferre tristitiam. [Et fides] id est credulitas [sanctorum] quorum fides in hoc cō-  
stans & integra comprobatur, quòd nec aduersis concutitur: quod est contra eos, qui ad tempus credūt  
ac laudabiliter agunt: sed tempore tentationis succumbunt, & deum relinquunt. [Et vidi aliam bestiam a-  
scendentem de terra] Hæc bestia est cœtus principalium ministrorum, vt pote prædicatorum Antichristi.  
Qui de terra, id est vita terrena, & temporalium rerum opulenti erigentur in altum elationis. [Et habebat  
duo cornua sicut agni] Quia sicut in Christum crediderunt quidam ex Iudeis, & quidam ex Gentibus:  
ita & in Antichristum ex vtroque populo credituri sunt plurimi. Acies autem istorum cornua nuncun-  
pantur. Denique tam Antichristus quam iste cœtus ipsius Christō similes apparebunt per simulatā san-  
ctitatem, & miraculorum operationem. [Et loquebatur sicut draco] verba blasphemia, infestissima ac diaboli-  
ca profereudo. Nam & diabolus per Antichristi prædicatores, sicut per ipsum, loquetur. [Et omnem pote-  
statem prius bestie] scilicet Antichristi [faciebat in conspectu] id est in præsentia, beneplacito, vel nomine  
[Eius] mirabilia enim, quæ op̄e diaboli faciet Antichristus, faciet & iste cœtus prædicatorum eius. Qui  
nō omnes erūt semper in corporali eius præsentia, sed vbiq̄e discurrerent, in eius nomine & virtute o-  
perari se fatebuntur. [Et fecit terram] pro, id est [inhabitantes in ea adorare bestiam, primam]. f. Antichristum  
[Cuius curata est plagā mortis]. id est morte simulatē fingit se suscitatum, vt patuit. Ad hoc nāque prædica-  
tores Antichristi tendēt, vt vniuersos inducant ad credendum, q̄ ipse sit filius dei. [Et fecit signa magna,  
ita vt etiam ignem faceret de celo descendere] quod dupliciter explanatur. Primo, q̄ sicut diabolus per se-  
ipsum deo permittente fecit ignem materialem descendere, qui oues sancti Tob puerosque consumpsit:  
ita in fine Antichristus & eius ministri op̄e diaboli facient ignem corporalem de celo aëreo cadere.  
Quem vtiq̄e ignem diabolus naturali virtute atque industria faciliē producere poterit. Secundò, q̄ si-  
cut Christus discipulis in specie ignis spiritum sanctum misit: ita & Antichristus, prædicatorēse eius,  
igne desuper veniente, dicent spiritum dei super credentes in ipsum descendere. [In terram in conspectu  
hominum. Et seducet habitantes in terra propter] id est per [signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestie]  
id est quæ nomine vel præsentia Antichristi factura est, cooperante diabolo. Sicut & magi Pharaonis  
eo præsentē arte magica non parua mirabilia operati leguntur. Vnde Christus prædixit, Surgēt pseudo-  
apostoli, & dabunt signa magna. [Dicens] scilicet ista bestia secunda seu chorus, ordo, & cœtus prædican-  
tium Antichristum habitantibus in terra [vt faciant imaginem bestie] id est Antichristo se conformem,  
vel eum depingant, atque in imaginibus suis adorent. Sicut Christiani habēt in ecclesiis imaginem Chri-  
sti. Hoc fortē iubebunt [Quæ habet plagam gladii] id est quæ fuit occisa [Et vixit] Secundum apparentiā  
enim, non in veritate occidetur, atque resurget. Sicut de Symone mago narratur. Tamen quod ait, quæ  
habet plagam mortis, quidam exponunt, quòd cicatrices vulnerum in se ad hominum deceptionem o-  
stendēt. [Et datum est illi] id est bestiæ huic pedicatrici Antichristi à deo permissum est. [vt daret spiri-  
tum imagini bestie, et vt loquatur mago bestie] Si per imaginem bestie, intelligatur statua Antichristi, sen-  
sus est, quòd arte magica facienti prædicatores isti statuas Antichristi verba formare: non quòd statua  
veraciter sint loquentes, sed spiritus maligni per eas, quemadmodum in idolis paganorum. Si autem per  
imaginem bestie intelligantur conformantes se Antichristo, sensus est, quòd quasi spiritum prophetiæ  
atque scientiæ eis præstābunt, venientes in istos se Antichristo conformantes, non spiritu sancto, sed  
diabolico, per quem prophetandi ac prædicandi officium usurpabunt. [Et faciet] bestia prædicans Anti-  
christum [vt quicumque non adorauerint imaginem bestie] scilicet statuas Antichristi, seu ipsum in ea  
[Occidantur] potestate secularium principum Antichristo credentium. [Et faciet omnes, pusillos et ma-

Matth. 24.  
2. Thef. 2.

Iob. 34.  
Sap. 3.  
Prou. 17. 27  
Danie. 12.  
Matt. 24.

Prouer. 6.  
Matth. 22.

Matt. 26.

Luce. 8.

Iob. 11.

Act. 2.

Exod. 7.

In vita B.  
Petri apo.

E

F

G

H

Agnos. et diuites et pauperes, et liberos et seruos] nō simpliciter omnes, sed de omnibus plures, vel omnes sedū  
ctos. [Habere characterem in dextera manu, aut in frontibus suis] hoc fortē corporaliter sic erit, vt scilicet ad  
discernendū credentes in Antichristum ab aliis, faciant eos certo signo aut figura notari. Vel character  
Antichristi est cōformitas seu imitatio vitæ doctrinæq̄; eius: quæ in manu dextera ac frōtibus, id est o-  
pere manifesto & oris cōfessione seu mētis manifestatione, ab Antichristianis habebitur. [Et ne quis pos-  
sit emere vel vendere, nisi qui habuerit characterem bestie aut nomen eius] vt eum confiteatur, seu prædicet, at-  
que ab ipso appellationem aliquam sortiatur, secundum quod nos à Christo Christiani vocamur. [Aut  
numcrum nominis eius] id est de numero sit credētium Antichristo. Vel per numerū nominis eius intelli-  
guntur opera secundum doctrinam Antichristi multipliciter adimpleta. Itaque Christiani tūc velut ex-  
communicati vitābūtur, & mutudō emere ac vēdere nō licebit apertē, nisi signatis caractere Antichristi  
[Hic sapientia est] i. in cōsideratione seu cognitione mysterij, quod sequitur, sapientia magna cōsistit. [Quæ  
habet intellectum] illuminatū à deo, vt possit mēte viuaci diuina penetrare mysteria. [Computat numerum be-  
stie] i. annos pertinētes ad Antichristū, vt numeri huius agnoscat mysteriū. Vel numerum bestie. i. lite-  
ras nominis eius. [Numerus enim hominis est] i. numerus iste respicit Antichristū: qui erit veraciter homo  
nō diabolus, vt aliqui putauerūt: nec deus, vt quidā tunc æstimabunt. [Et numerus eius est sexcenti sexaginti  
sex] scilicet anni. Vel sensus anni, quòd literæ nominis Antichristi talem numerum signāt, scilicet 666.  
Quali dicat, cōiungat literas, quæ talē numerū signāt, & habebit nomē bestie. f. Antichristi, circa quod  
scribit Berengādus. De hoc numero multi multa dixerūt, plerq̄; nomina repererūt, in quorū literis hic  
numerum inuenitur. Tamē si aliquod ex his nominibus Antichristus possideat, præuidere nō poterūt.  
Sed de re tam incerta nil audeo definire. Quis enim scit, si nomē, quod à parentibus ei imponetur, nume-  
rum istum cōtineat? Hæc Berengandus, Porro Albertus de loco isto obscurissimo, subtiliter scribens  
sequitur Bedam. Et ait Albertus, quòd Apocalypsis, scilicet liber iste, primò à Ioanne scriptus est. Græ-  
co sermone. Ideo secundum modum Græcorum hic numerus nominis hominis, accipiendus est. Græci  
autem per literas significāt numeros, secundum quod in alphabeto Græco ponūtur, ita q̄ prima eorum  
litera, scilicet alpha significat vnum, secunda duo, tertia tria: sicq̄; vsque ad decimā literam, scilicet iota, quæ  
decem significat: sequens autem post eam, signat viginti: & quæ hæc sequitur, signat triginta: & ita vsque  
ad cētum. Sequēs demum post hæc, significat ducētā. Et sic procedēdo vsque ad mille. Itaque secundum  
Bedam & Albertum, nomē Græcum in quo literæ præfatū numerum designat cōtēntæ sunt, est Ti-  
tan, quod interpretatur gygas, quod nomē sibi Antichristus assumet, quasi omnibus fortior eminētior-  
que cōsistat, iactās se esse eum de quo fertur in Psal. Exultauit vt gygas ad currendā viam. Numerus au-  
tem huius nominis est sexcenti sexaginta sex. i. talem numerum literæ nominis huius importat. T. enim  
designat trecenta, E. quinque, I. decem, T. trecenta, A. vnum, N. quinquaginta: quæ simul faciūt 666. Simi-  
li huius secundum Albertum est, si iuxta Latinos dicamus pro vno vocabulo D I C L V X, quod compe-  
rit Antichristo, qui vniciueque imperabit. D. i. dic me esse lucem veram. In hoc autem nomine præ-  
fatus numerus inuenitur. Nam apud nos, D significat quingētā, I vnum, C centum, L quinquaginta, V  
quinque, X decem, quæ simul numerum præfatum cōstituunt. De hac re plura conscribit Albertus, Se-  
curius autē Berengādum sequor. Nā locus iste obscurissimus est omnino. Et aliqui per numerum istū,  
tot annorum curricula intelligēda existimant. Postremò quemadmodum quidā per bestiam de mari a-  
scendētem, de qua in huius capituli principio agitur, intelligūt filium Cosdroæ regis Persarum, & quæ  
de bestia ista iam dicta sunt exponūt de persequotione Ecclesiæ illata à filio Cosdroæ: ita per aliam be-  
stiam ascēdentem de terra, de qua in sequētī huius parte capituli dictum est, intelligūt Mahumetū legis-  
latorem Saracenorum. Et quæ de bestia ista cōscripta sunt, exponūt de persequotione Ecclesiæ: à Mahu-  
meto & suis eidem illata. Hæc autem expositio videtur à litera in pluribus discordare, præsertim quo ad  
ea quæ de Mahumeto dicūtur: quod diligētē inspiciētibus rextum, & huiusmodi expositionē reor fa-  
ctis posse cōstare. Neque enim post filiū Cosdroæ admirata est vniuersa terra, nec adorauit eū, nec ipse su-  
scipit potestātē in omnē populū & tribū & linguam & gētem, nec adorabūt eum omnes reprobi qui  
inhabitāt terram: quæ omnia de bestia ascēdente de mari scribūtur. Similiter Mahumeto nō competit,  
quod de alia bestia ascēdente de terra prædictū est, quòd scilicet omnē potestātē prius bestie fecit in  
cōspectu illius, quòdque fecit habitātēs in terra adorare bestiam primam. Nō enim Mahumeto corā fi-  
lio Cosdroæ, exercuit potestātē ipsius filij Cosdroæ, nec induxit habitatores terræ ad adorādum filium  
Cosdroæ, nec etiā Mahumetus fecit ignem de celo descendere, nec angelum sanctū, nec per signa mun-  
dum seduxit: imò armis præualuit, secundum quod ipsemet asserit deum sibi dixisse, quòd non permittit  
eum miracula facere. Similiter reliqua non propriē videntur Mahumeto competere. Verūm (vt dicitur)  
scriptura cereum habet nasum, hinc diuersimodē applicatur. Ego tamē nullius catholicorum dicta, cat-  
holicē introducētā infirmare intēdo, neque in his aliquid pertinaciter assero. ¶ Solet autem inquiri, an  
Antichristus & eius ministri facient vera miracula. Et apparet quòd non, cum dicit Psalmista, Benedi-  
ctus dominus deus Israël, qui facit mirabilia solus. Apostolus quoque loquēs de Antichristo, Cuius est,  
inquit, aduentus in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus. Oppositum verò patet ex dictis, Fa-  
cturi sunt enim signa magna. Et respondendum quòd propriissimē loquendo de mirabilibus atque mi-  
raculis, vt pote secundum quod sunt effectus totum naturalem rerum cursum, legem, virtutem, & ordi-  
ninem transcendentes, sic deo dūtaxat competit vera operari miracula. Si verò de miraculis & mirabi-  
libus communius extensiuēque loquamur, puta vt sunt effectus inconstuēti & miri solitum rerum cur-  
sum & ordinem excedentes, & præter naturalem modum producti: sic tamen vt in rebus creatis sit natu-  
ralis causalitas, capacitas seu potestas ad huiusmodi effectus se extendens: sic cooperante diabolo mira-  
cula seu mirabilia facient: quæ tamen vocantur mendacia ratione finis, quia ad homines decipiendos or-

A. & u. ii.

Berengadi.

Albertus:  
Beda.

Psal. 18.

Psal. 77.  
2. Thef. 2.

dinabuntur & fient. Aliqua quoque erunt omnino mendacia, apparentia siue phantastica, & in praestigiis tantum: ut si ea, quae primo modo miracula nuncupantur, se operari iacent.

Explanatio cap. XIII.

[Et vidit, et ecce agnus stabat.]

Artic. xv.

Enunciatis grauisimis ecclesiae persecutionibus, decuit consolatorium aliquid interponi: & hoc praesenti agitur loco, ubi de Christo eiusque plebe electa & gloriosa tractat. [Et vidit, et ecce agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor milia] per montem Sion quidam hic intelligunt ecclesiam militantem, alij triumphantem. Sed quantum capere valeo, vtrunque dici nil prohibet. Itaque coniecta seu imaginaria visione intuitus est Ioannes Christum stantem supra ecclesiam, hoc est in vertice omnium electorum suorum, & tam militanti quam triumphanti ecclesiae praesidentem, militantibus quoque pro ipso auxiliari paratum, secundum quod Stephanus ait, Ecce video caelos apertos, & filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Et Christus in Psal. loquens de patre, Ego, inquit, sum constitutus rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Sion autem speculatio interpretatur quod militanti ecclesiae competit: quae videt per speculum in aenigmate, reuelataque facie gloriam domini speculatur. Sed triumphanti ecclesiae competit syncerisimè contemplari, quippe quae facie ad facie conuertitur. Iste est mons dei pinguis, de quo Apost. Accessistis ad montem Sion. Denique per centum quadraginta quatuor milia, numerum determinatum atque finitum, indeterminatus innuitur numerus sanctorum istorum, de quibus subiungitur, [Habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis, i. vnigenitum dei & patrem aeternum] (quibus prolatis datur intelligi amborum superdulcissimus nexus spiritus sanctus) in mentibus suis firmissimè comorantes, amorosè impressos, memoriter tentos. Libera quoque & aperta confessione protestantes, se patris & filij esse ministros, summamque trinitatem incessanter laudantes [et audiuimus vocem de caelo] vox ista fuit cantus, seu laus horum milium dei laudantium: inquam de caelo militatis seu triumphantis ecclesiae interiori auditu audiuit Ioannes [Tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocem tonitruum magnum] Per quod insinuat quod forti, affectuoso, tubali atque magifico praeconio dei laudabunt. Vel ideo ait, tanquam aquarum multarum, quoniam fuit vox hominum plurimorum. A quae autè significant populum, secundum quod infra habetur. A quae multae, populi multi sunt [et vocem quam audiuimus, sicut cytharatorum cytharizantium in cytharis suis]. i. laus ista fuit deo gratissima, angelis placita, mihi quoque Ioanni instar suauissimae melodiae videbatur delectabilis ac iucunda. Circa hoc verbum loquitur Beda. Cui cytharista dei sint omnes sancti, qui carnem suam cum vitis & concupiscentiis crucifigentes deum laudant in psalterio & cythara, quanto amplius illi qui euangelicæ prauilegio castratis, toto se deo faciunt holocaustum, & singulariter abnegant semetipsos, tollentesque crucem suam sequuntur agnum quocunque vadit [et cantabunt quasi canticum nouum ante faciem dei]. Cui enim electi de via patriae ingrediuntur caelestem, mox nouum canticum offerunt deo: quem tunc incomparabiliter clarior cernunt, profundius noscunt, ardentius diligunt, immobiliter tenent. Vnde & praeclearioribus clamoribus praeconiis, quae ex mentibus per dona gloriae innovatis, semperque recentibus, & nunquam veterascentibus prodeunt. Porro electi deuoti, & amorosi in praesenti ecclesia domino militantes, quasi canticum nouum decantant, per euangelicæ legis verba, & opera deum laudando: eumque quotidie ex recenti renouata ac inflammata deuotione nouis laudibus secundum multiplicem spiritus inestigatorem, vbertim atque saepisimè commendando. Nam & seculi amatores, nonne frequenter carmina componunt & cantant recentia, de re sibi dilecta? Itaque nouum canticum cataruerunt ante sedem dei, id est coram altissimo praesidente, ad eius honorem ipsique cordialissimè regratiantes de omni sua victoria & virtute. De vniuersis beneficiis eius, videlicet donis gratiae, seu dotibus gloriae [et ante quatuor animalia et sentores] id est coram quatuor euangelistis ac ceteris praecipuis sanctis, apostolis, patriarchis, prophetis atque perfectis. Hi nanque, qui in praesenti adhuc peregrinantur ecclesia, ad deum ac beatos in patria oculos erigunt, & in eorum praesentia se per fidei contemplationem constituunt: sicque laudes, gratiarum actiones, & vota offerunt super beatissimo deo: cuius excellentiam attoniti ritè mirantur [et nemo poterat dicere canticum] istud, videlicet de quo nunc sermo: quia nunc agitur ad literam de cantico virginum, qui quodam singulari catico gaudio praemio de sua virginitate letantur, regratiantur ac munerantur. Nam & specialis aureola eis cõfertur [Nisi illa centum quadraginta quatuor milia]. i. nisi vniuersitas virginum mente & corpore, quae praefato numero designantur. Praeterea secundum Bedam, singulariter canticum agno cantare, est cum eo in perpetuum praeter ceteris fidelibus etiam de carnis incorruptione gaudere. Quod canticum ceteri electi audire possunt, licet dicere nequeunt: quia per charitatem in eorum celsitudine laeti sunt, quauis ad eorum praemia non assurgant. Veruntamen non est putandum, quod absolute loquendo virginis maioris sint meriti in praesenti & praemij in futuro, quam ceteri vniuersi electi, qui vel coniugio vel alio modo virginitate amiserunt, sed quod in accidentali quodam merito praemioque; excellent; & ceteris paribus, beatiores sint. Qui verò in charitate diuina est ardentior siue perfectior, hic absolute eminentior est, in essentiali; praemio erit sublimior. Vnde quod aliqui putauerunt virgines tantum ad angelicos ordines assumendos, ceteros verò infra futuros, stultissimè fuit [Qui empti sunt de terra]. i. de societate terrenorum atque carnalium hominum misericorditer segregati, & de terra ac fragilitate corporis proprii sursum per gratiam eleuati. Empti; sunt non corruptibilibus auro vel argento, sed precioso sanguine agni immaculati. [Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coniuncti]. i. mixti siue foedati [Virgines enim sunt] mente & corpore. Virginitas autè sola cogitatione amissa, per poenitentiam recuperatur: alioquin virgines aureolam non obtinent, qui vel semel in illicitam copulam, aut etiam licitam consensissent, quantumlibet postea poenitent & continerent [Hi sequuntur agnum quocunque ierit]. In praesenti enim sequuntur Christum, non solum per viam praecceptorum, sed etiam consiliorum: in patria quoque quadam singulari familiaritate ei adhærent, & quocunq; se verterit, quemcunq; visitauerit, ad quodcunq; se extenderit, specialiter cum

Actu. 7. Psal. 2.

Heb. 1.

Apoc. 11.

Beda.

1. Petr. 1.

E

F

G

H

A persequantur feruore: quemadmodum nunc pro eius amore contra propriam carnem laboriosius certauerunt. De virginibus enim huiusmodi praecipue sermo est, qui aetate adultam sortiti, per rationis iudicium, gratia duce vicerunt seipsos. Vnde Ambrosius ait, Supergreditur virginitas conditionem humanam naturae, per quam homines angelis assimilantur. Maior enim victoria virginum est quam angelorum. Angeli namque sine carne viuunt, virgines in carne triumphant. Augustinus quoque circa hunc locum deuotissimè scribit, Pergite sancti dei pueri & puellae, mares ac feminae, caelibus & innuptae, pergitte perseueranter in sinem. Laudate dominum dulcius, quem cogitatis vberius: sperate felicius, cui seruitis instantius: amate ardentius, cui placentis attentius. Lumbis accinctis & lucernis ardentibus expectate dominum, quando veniat ad nuptias. Vos assertis ad nuptias agni canticum nouum, quod cantabitis in citharis vestris: vti que tale, quale nemo poterit dicere nisi vos. Sic enim vidit vos in Apocalypsi quidam praeter ceteris dilectus agno, qui discumbere super pectus eius solitus erat. Ipse vos vidit duodecies duodena milia sanctorum citharatorum, illibatae virginitatis in corpore, inuiolatae veritatis in corde. Sequimini eum virginitate cordis & corporis, quocunque ierit. [Hi empti sunt] sanguine Christi [ex omnibus] id est de toto grege ecclesiae [primi] deo et agno, id est ad hoc ut sint ad gloriam dei patris & Christi, nec minus ad honorem spiritus sancti, priores hostiae & quasi fructus primi temporis: qui magis accepti ac dulces consistunt: quia praeter ceteris exhibent corpora sua, hostiam sanctam, viuentem, deo placentem. Hinc Berengandus ait: in lege praecipuum est, ut primitiae offerantur domino. Per primitias frugum designantur electi. Nam sicut ex multitudine fructuum paruae primitiae offerebantur deo, ita ex multitudine populorum paruus electorum eligitur numerus, qui ab angelis deo in templo gloriae caelestis offeruntur [Et in ore eorum non est inuentum mendacium] Vel quia nunquam mentiti sunt, vel quia de praeteritis suis mendacis ante mortem seu in purgatorio sunt purgati. Est autem mendacium perfidiosum, quod mortale censetur, a quo timorati iugiter cauent. Qui autem in mendacium officiosum seu ioculosum nunquam colapsus est, singularis est gratiae. Interdum verò mendacium extensè accipitur, pro instabilitate, vanitate seu mutabilitate entis creati, quae vero & incommutabilis esse opponitur: sicque omnis creatura ex se dicitur mendax & vana, in quantum ex nihilo est producta. Iuxta illud, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Item alibi, Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Et, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Apost. quoque loquitur ad Rom. Est autem deus verax, omnis autem homo mendax. Et rursum, Vanitati creatura subiecta est. Hinc mendacioso seu vanitati contrariam quandam veritatem habet homo, omnique creatura, quae dicitur veritas naturae seu entis [sine macula sunt ante thronum dei] In ecclesia enim militante sunt sine macula peccati mortalis, in patria verò omni macula carent. Verum ecclesia circa haec oritur quaestio. Ex his nanque videntur quod virgines sunt, absolute loquendo, ceteris praestantiores, cum sint primitiae deo. Respondendum quod ista eorum prerogatiua ad accidentale praemium pertinet: nec sola virginitate simpliciter ceteris praefertuntur, nisi & in aliis sint aequales. Veruntamen, ut recitat Beda, Ticonius non de virginibus specialiter ista exponit, sed de tota ecclesia generaliter: quam despondit Apost. vni virginem castam exhibere Christo. Ecclesia enim virgo & ipsa vocatur. Similiter Bereng. per haec centum quadraginta quatuor milia, intelligit vniuersos homines iam beatificos in patria, qui dicuntur non iniquati cum mulieribus, quia & si iniquati fuerunt, postea tamen per poenitentiam sunt abluti & emundati. Prima tamen expositio magis consonat textui [Et vidi alterum angelum volantem per medium caelum, habentem euangelium aeternum] Quemadmodum supra, ita nunc nomine angeli, coetum, chorum seu ordinem praedicationis euangelicæ legis designat, qui Ioanni ostensus est, dum agnum supra montem Sion stantem vidisset. Tunc enim reuelatur est ei plenus, quod impiorum non obstante iniquitate, persecutione, & comprehensione, qua praedicatorum captos clauerunt, euangelium Christi diuulgandum esset vbique. Itaque vidi in spiritu angelum volantem, id est coetum praedificantium Christum affectuosè alacriter atque celeriter procedentem per medium caelum, id est per omnem ecclesiam, habentem euangelium aeternum, id est annunciationem seu doctrinam a Christo colatam, quae est annuntiatio bona & optima. Dicitur quoque euangelium istud aeternum, quia ab aeterno dari dispositum, quia promittit bona aeterna, & quoniam aliud non succedet ei dandum a deo [ut euangelizaret se sentibus]. id est morantibus [super terram] quod consequenter specialiter explicat [super omnem gentem, et tribum, et linguam, et populum] id est omnibus his euangelicæ legis doctrinam infunderet [Dicens] angelus iste [Voce magna] id est affectuosè, diligenti, tubali [Timeat dominum] o peccatores primo timore, ad minus feruili, vel saltem poenarum formidine poeniteatis. Deinde proficiente timete o timore initiali, ut ad perfectionem veniendo timorem feruilem penitus abiiciatis, deumque ut patrem charissimum, dulcissimè, atque piissimè timeatis, timore filiali casto & sancto, quo malum culpae. s. dei offensae ex ingenti amore & zelo iustitiae timeatur ac euitatur [et date illi honorem] id est latius cultum ei quoque in omnibus obediatis omne bonum ipsi attribuatistoto corde vos ipsos & alios ad diuinam maiestatis honorificentiam inflammetis, optantes ex animo ipsum ab omnibus in cunctis semper & vbique sollicitè honorari. [qui a venit hora iudicii eius] quod intelligi potest de iudicio discretionis, quo deus in praesenti inter praedictos ac praefictos discernit ac diuidit illos misericorditer couerteredo, hos iuste de relinquendo: quod a tempore euangelicæ praedicationis in toto mundo maxime fieri cepit, propter quod ante passionem dixit saluator, Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicietur foras. Vel venit hora iudicii eius, quoniam prope est ut singulos tempore mortis indicet iudicio particulari. Omnesque simul iudicio vniuersali [et adorare eum] cum omni reuerentia, custodia, munditia cordis mente stabili, & deuota, tanti domini maiestatem pensantes [Qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt, et fontes aquarum] qui eius sapientia fluuit ex mari magno ad hominum vsus [et alius an-

Lucæ. 12.

Ioan. 13. 21.

Roma. 2. Exo. 23. 27. Deu. 12. 26.

Jacob. 3. Eccl. 1.

Psal. 115.

Roma. 3.

Roma. 8.

2. Cor. 10.

Ioan. 12.



**E**gelus sequuntur est eum] iste alius angelus sequens priorem, secundum Berengandum est ordo seu agmen prædicatorum, qui finitis persequutionibus principalibus ecclesiam gubernauerunt. Prædicatorum enim sibi inuicem succedunt, secundum Glossam [Dicens, cecidit, cecidit Babylon illa magna] Per Babylonem, quæ confusio interpretatur, intelligitur regnum, corpus, congregatio, ciuitasque diaboli, vitiatorum confusione repleta, vt pote reproborum hominum collectio: cuius idololatriæ fuit per christi discipulos iam destructa, tyrannorum crudelitas iam refrenata, omnisque mundi decor & gloria reprobata. Ideo ad ampliore assertionem ait bis, cecidit, & etiam propter intentionem mouendam. Item, quia duplici cecidit casu, puta in cultum & penam æternam. Vnde his verbis vanitas, instabilitas, breuitas gloriæ secularis exprimitur: iuxta illud, Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Et denuo, Quoniam tanquam fœnum velociter arefcunt, & tanquam olera herbarum citò decident [Quæ a vino iræ fornicationis suæ] id est seminatione erroris idololatriæ impietatisque suæ multipertitæ [Potavit omnes gentes] id est quosdam ex omni natione, & pene omnes ante christi aduentum. Idololatria autem specialiter, spiritalis fornicatio vocatur: quia per eam potissimè mens à sponso cælesti diuiditur, & dæmoni tanquam eius adultera copulatur. De qua fornicatione in Hieremia, Ezechiele, caterisque prophetis frequentissimè agitur. Error autem & impietas & præsertim idololatria dicitur vinum, quoniam animam quasi inebriat, ne rationem sequatur, eiusque statum evertit, & ipsam efficit stultam. Rursus vinum iræ dicitur, quoniam dei iram seu vltionem meretur. Præterea cum Babylon aliud nihil sit, quam omnes gentes seu reprobi vniuersi, quomodo omnes gentes vino iræ fornicationis suæ potauit? Respondendum quòd quia vnus alium ad vitia traxit, & ille tertium, sicque deinceps. Imò vnus frequenter multos infecit. Et ita in omnes hos diabolicus error ingressus est. Vtique Babylon omnes gentes portauit [Et tertius angelus sequuntur est, dicens voce magna] Iste est ordo prædicatorum, qui contra instantem Antichristi perfidiam circa nouissima tempora prædicabit [si quis adorauerit bestiam] vt pote Antichristum [Et imaginem] id est statuum [Eius] vel eius imitatores fuerit veneratus [Et accepit charactere] id est signum, cultum, professionem, figuram Antichristi [in fronte sua] per apertam illius confessionem [Aut in manu sua] ei operibus seruendo. Quid autem sit Antichristi character, & illum recipere in manu aut in frõte, supra dictum est plenius [Hic bibet de vino iræ dei] id est diuina vltione quasi potu implebitur [Quod mixtum est mero, in calice iræ ipsius] Merum dicitur purum. In vino autem quòd inueniuntur, vnum impurum scilicet fœx, aliud purum videlicet merum. Cum ergo nunc dicitur quòd bibet de vino quod mixtum est mero, accipit vinum pro impuro, & merum pro puro. Insuper in scripturis per calicem pœna vel passio designatur: iuxta illud, Transeat à me calix iste. Et Calicem meum bibetis. Potest quoque per calicem mensura retributionis seu vltionis, vel diuina æquitas mensurata ac proportionabiliter puniens, accipi. Itaque vinum istud, id est vltio æquitas diuina mixtum est mero id est salubri antidoto, seu potione medicinali, in calice iræ ipsius, id est in propinatione pœnæ, quam in fligit dum aliquem in præsentis vita paternaliter corrigit, ne æternaliter pereat. De calice isto multa loquitur hieremias, de quo & canit psalmista, Calix in manu domini, vini meri plenus mixto. Possumus etiam dicere, quòd vinum diuinæ vindictæ mixtum est mero in calice iræ ipsius, quoniam deus semper citra condignum punit reum: misericordiam suam, quæ per merum exprimitur, rigori suæ miscens insittit, cuius effectus quasi fœx reprobis amarescit [Et cruciabitur igne] gehennæ, qui in seipso non extinguit ignem malitiæ, feruorem libidinis, inclinationem propriæ voluntatis [Et sulphure], de quo maximus factor egreditur, id est factor tartareo. Vt sicut in peccato sunt feruor improbiæ voluntatis, & fœtor deformitatis: ita in pœna peccati sunt feruor ignis, & fœtor infernalis [in conspectu angelorum sanctorum] Vniuersi enim beati reproborum tormenta conspiciunt, nec compassione aliqua affliguntur, cum sint diuinæ voluntati & æquitati totaliter conformati: imò inde deo amplius regrantur, cernentes quid per diuinam clementiam euaserunt. Siquidem letabitur iustus, cum viderit vindictam [Et ante conspectum agni], qui coram christo & angelis eius peccare non erubuerunt, eis cernentibus torqueantur ad suam ampliore confusionem. [Et fumus tormentorum eius ascendet in secula seculorum] id est ignis ille nunquam deficiet, imò reprobos dirè operiet. Ignis autem inferni non clarus & splendidus, sed fumosus & quodammodo tenebrosus asseritur. Veruntamen, secundum Thomam modicum quid fortitur de luce: in tantum vt damnati ad calamitatis suæ augmentum se inuicem aspicere queant [Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam et imaginem eius,] id est continuè & indefinenter puniuntur. Ex quo sequi videtur, quòd pœna inferni sit non solum æterna, sed etiam non interrupta. [Et si quis accepit charactere nominis eius] scilicet Antichristi iuxta sensum expositum, ille, vt dictum est, punietur: imò & vniuersi, qui in mortali vitio moriuntur, his subiaccnt pœnis [Hic patientia sanctorum est] id est in huius æternæ damnationis prauorum consideratione sancti patientiam suam in vita hæc fundant. Pensantes enim, quòd pro temporali persecutione, vel afflictione æternam beatitudinem sortientur, impij verò & tribulatores eorum pro sua iniustitia infernalem damnationem obtineant: in aduersis non contristantur, sed omnia æquanimitè ferunt [Qui custodiunt mandata dei] illa memoriter retinendo, & opere exequendo [Et fidem testis,] intellectum suum in christo obsequium in captiuitatem humiliter redigentes: non immoderanter scrutantes incomprehensibilia fidei, sed autoritati christi ingenium suum subdentes. Nec fidem propter quæcunq; aduersa aut aspera abnegantes vel deserentes. Consequenter pro consolatione Ecclesiæ, descripta impiorum damnatione proponitur beatitudo & gloria electorum in hoc seculo multipliciter afflictorum: quatenus opposita iuxta se posita, clarius innotescant. [Et audiui vocem de celo dicentem mihi, Scribe, Beati mortui, qui in domino moriuntur.] Hanc vocem non corporalem, nec foris sonantem aut prestrepentem: sed spiritalem & intus formatam per angelum qui Apocalypsim

**A** feu reuelationem hanc ostendit Ioanni, audiuit ipse beatus Ioanes interiori auditu, De cælo, puta ab angelo ciue cælesti, in sua vel prædicatorum persona loquente loquutione interna: sicut in visionibus imaginariis ac intellectualibus fieri solet, quemadmodum loquitur Zacharias, Angelus qui loquebatur in me egrediebatur. Scribe, id est cordi proprio imprime, & ad profectum ecclesiæ in libro exara verbum Zach. notabile, quod tibi nunc dico, Beati mortui, qui in domino moriuntur. Quid est hoc? Nempe quod mortuum est, vita caret. Quod autem vita caret, nec moritur nec mori potest: nisi prius viuificetur. Itaque inuentum, quòd verbum hoc multipliciter possit exponi. Primò, Beati mortui, id est felices sunt illi defuncti, qui in domino moriuntur, id est in domino obierunt, puta in statu salutis, in charitate, in diuini nominis confessione, in mentis ad deum cõuersione. Tales enim securi sunt quòd nunquam auerterentur à deo, & si veniale quid deferant secum, per purgatorium pertingunt ad patriam. Si verò plenè satisfecerunt omnine macula reatûque carent, mox euolant. Sæpe autem in scripturis verba à cõnotatione temporis absoluntur, & verbum vnus temporis pro verbo alterius temporis ponitur, etiam in his quæ historialiter conscribuntur. Quod in euangelio sancti Ioannis frequentissimè fieri, omni constat legenti, nec opus est inde allegare exempla. Secundò sic, Beati mortui, id est mortales & agonizantes. Solemus enim de aliquo lætialiter infirmanti, mortis proximo dicere, quòd sit mortuus homo. Vnde lairus archifynagogus, qui apud Marcum legitur christo dixisse, filia mea in extremis est, in alio euangelio fertur ei loquutus, Filia mea modo defuncta est. Qui in domino moriuntur, secundum sensum inductum.

**B** In ea enim mentis dispositione seu conuersione, qua moritur homo, permanet anima eius perpetuò. Ideo qui in domino moriuntur, videlicet in conuersione mentis ad eum, nunquam auertuntur ab ipso. Iuxta illud, In quocunq; loco ceciderit lignum, ibi erit. Propter quod asserit Damascenus, Quod angelus est ruina, hoc homini mors. Tertio sic, beati mortui, id est qui mortui sunt huic seculo & peccatis, imò sibi-ipsis, videlicet propriæ voluntati, & omni vitiose affectioni, atque mundanæ vanitati, qui cum a postolo dicere possunt, Vtuo autem iam non ego, viuunt verò in me christus. Et item, Mibi absit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. De taliter mortuis alibi dicit Paulus, Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in eo? Et ad Colossenses, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum christo in deo. Hi sunt qui dominantur animo suo, & vincunt seipos, odiuntque peccare amore virtutum, atque sincero dei intuitu. Qui in domino moriuntur, per separationem animæ à corpore. Hi enim perseverando vsque in finem non nisi in domino feliciter moriuntur. Sed quoniam nunc de Antichristo facta est mentio, possunt hæc verba specialiter accipi de his, qui ab illo pro fide catholica occiduntur, & de vniuersis martyribus. Vt sit sensus, Beati mortui qui in domino moriuntur, id est per palmam martiri migrauerunt ad dominum, in eius confessione spiritum exhalantes. [Amodo] id est à tempore isto vitæ presentis, vel à tempore mortis. [Iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis] id est amplius non laborent nec affligantur: sed ab omni fatigatione, pœna, aduersitate, & tædio cessent, liberi & immunes sint cum ad patriam uenerint: in qua æternam quietem & pacem quæ omnem sensum exuperat, plenamque beatitudinem sortiuntur. In paucis enim & modico tempore vexati, in multis perpetuò feliciter disponuntur: potest autem hoc loco per spiritum intelligi angelicus spiritus, cuius ministerio deus ista reuelauit Ioanni. Vel spiritus sanctus, per quem prophetica reuelationes per appropriationem quandam fieri asseruntur. Quemadmodum seprem dona dicuntur dona spiritus sancti, cum vtique sint dona totius superbeatissimæ trinitatis, cuius indiuisa sunt opera. Et quia tota superbenedicta trinitas spiritus est (dicente apostolo, Dominus spiritus est. Et apud Ioannem ipsum christo, Spiritus est deus) potest iam per spiritum deus trinitas accipi.

**C** Idcirco autem beati sunt isti sic mortui, & ideo requiescant [Opera enim illorum sequuntur illos] Quomodo opera quæ præterierunt & esse desiderant, poterunt mortuos sequi? Et vñne opera nostra præcedunt nos ante mortem, & præparant viam, cum oratio humilantis se & deprecatio iusti penetret cælos? Et Cornelio dictum sit, Orationes tuæ & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei? Respondendum, quòd opera bona & mala, seu meritoria & demeritoria, sequuntur morientes, id est comitantur vel simul pergunt cum eis, in quantum splendor virtutum, & ratio obtinendi felicitatem cælestem in iustis decedentibus permanent & comitantur eosdè. In reprobis autem macula vitiatorum & reatus pœnæ æternæ manent, sequuntur, comitanturque eos. Itaque non diuitias, non delicias, non honores, nec aliquid huius mundi: sed opera virtuosa desideremus, amemus, colligamus, & vsque in finem custodiamus. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Sola autem opera nostra merita vel demerita pergunt nobiscum, & inseparabiliter adherent. At verò secundum Haymonem, quia post opus sequitur operis merces, opera electorum ipsos sequi dicuntur: quoniam præmium suorum operum consequuntur. Consequenter de finali iudicio agitur, & ipsa persona iudicis imaginaria repræsentatione describitur [Et vidi] imaginaria, intellectuali, prophetaliq; visione [Et ecce nubem candidam, et super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, et in manu sua falcem acutam] Itaque in visione imaginaria apparet Ioanni angelus similis filio hominis, id est christum repræsentans, vel in forma humana apprens, sedere super nubem claram & lucidam, qui habuit coronam auream, per quam regia christi dignitas designatur: & in manu falcem acutam, per quam iudicaria ei potestas, seu æquitas, seu districtum eius iudicium explicatur: quæ supra per gladium ex vtraque parte acutum expressa sunt. potest autem per nubem candidam, immaculatissimam christi caro intelligi: super quam sedet, in quantum eidem per diuinitatis potentiam presidet. Et quia in finali iudicio christus apparebit sublimis in aère, rectè super nubem candidam angelus eum repræsentans videbatur sedere [Et alter angelus exiit de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem, dicens, Mitte falcem tuam et mete, quia venit hora vt metatur] Angelus iste,

Marc. 5. Mart. 9.

Ecclesi. 11.

Galat. 2. Galat. 6. Roma. 6. Coloss. 3.

Ioan. 4. Eccle. 31. Actu. 10.

Apoc. 1. Actu. 1. Dan. 1.

quem in visione imaginaria vidit Ioannes exire de templo ecclesie triumphantis (in qua habitat tanquam civis, vel de templo ecclesie militantis, puta de ipsa ecclesia, in qua est tanquam custos & visitator ipsius) representat personam sanctorum, qui circa horam iudicii desiderabunt illud compleri zelo iustitiae, vt diuina æquitas declaretur, & electi plenarie glorificentur, impij quoque digna fortiantur tormenta. Hi ergo, sicut & angelus iste, clamabant voce magna affectuosa & seriosa ad sedentem super nubem, puta ad Christum, Mitte falcem tuam, id est iudicariam potestatem extende in opus, exercendo iudicium. Et mete, id est homines dele de terra, electos à reprobis diuide: illos ad cælos, istos ad infernum mittendo. Quia venit hora vt metatur, id est iudicandi tempus à te æternaliter præordinatum aduenit, & completus est numerus electorum, [Quoniam aruit mæsis terræ,] id est homines in terra existentes, qui sunt velut germina terræ in qua nascuntur, steriles facti sunt ab opere bono, & flamma vitiorum exusti. Tunc enim Christo testante abundauit iniquitas, & charitas refrigescet. Sicque gratiarum rore subtracto arida erit mæsis: quæ sicut Christus loquitur, est consummatio sæculi, vt pote homines illi, qui in seculo isto futuri sunt vltimi, secundum vnam expositionem [Et mittebat qui sedebat super nubem, falcem suam in terram] id est iudicariam potestatem in habitatoribus terræ exercuit [Et mæsis terram] id est homines congregauit, iudicauit, & vnumquemque in locum quem meruit collocauit. Loquitur autem Ioannes more prophetico de futuro quasi de præterito, & quia in visione ista iam facta fuerunt [Et alius angelus exiit de templo, quod est in celo] ecclesie militantis seu triumphantis: sicut de præcedenti angelo dictum est. Templum autem, & ecclesia & cælum in libro isto frequenter pro eodem sumuntur. Electi enim in quibus deus per dona gratiæ seu gloriæ habitat, sunt templum, ecclesia & cælum [Habens & ipse falcem acutam.] per angelum istum quidam intelligunt eundem, qui & per sedentem super nubem exprimitur, scilicet Christum. Quia tamen nunc dicitur alius angelus exiit, Albertus satis conuenienter per angelum istum intelligit chorum sanctorum, qui iudicabunt cum Christo, & iudicariam potestatem suo modo sortiti sunt. Iuxta illud, Iudicabunt sancti nationes. Et Paulus ait, Nescitis quia sancti de hoc mundo iudicabunt? Verum quia vt Christus in euangelio docuit, messores sunt angeli, per angelum istum congruè intelligitur agmen illud angelicum, per quod exhibebitur atque implebitur finale iudicium, secundum quod verba statim sequentia monstrant. Subditur enim [Et alius angelus exiit de altari] videlicet de principali & seniori loco ecclesie militantis, seu triumphantis: quasi à conspectu dei egrediens, & de Christo qui altare vocatur [vt sæpius patuit] missus [Qui habebat potestatem super ignem] quia angelico ministerio ignis conflagrationis per terram & aërem diffundetur, & reproborum cuneus in ignem gehennæ mittetur. Sed quoniam nomine ignis quilibet dira punitio designatur, angelus iste potestatem habet super ignem, id est virtutem inferendi debitam pœnam malignis [Et clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam] id est ad eos qui per præcedentem, videlicet tertium angelum exprimuntur [Dicens, Mitte falcem tuam] id est de terra absconde [In botros vineæ terræ] id est homines malos, qui sunt botri vineæ malæ. Sicut enim ecclesia electorum est vinea dei, sic collectio reproborum est vinea terræ, vinea mala, infructuosa, vinea planè diaboli. Vnde synagoga dominus ait per Hieremiam, Quomodo conuersa es in prauum vinea aliena? [Quoniam mature sunt vine eius] id est botri eius præfati, scilicet impij ad plenitudinem vitiorum peruenerunt, ita quod consummatis eorum peccatis nil restat nisi vt iudicentur. [Et misit angelus] iste tertius [Falcem suam in terram] secundum quod deus per angelum intimauit. Siquidem de diuinis operibus superiores angeli inferiores illuminant, diuinam eis voluntatem insinuando, quemadmodum Zacharias protestans Angelus, inquit, qui loquebatur in me egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit, Curre & loquere ad puerum istum [Et vindemiabit vineam terræ] id est impiorum collectionem de loco suo & statu amouit [Et misit in lacum iræ dei magnum] scilicet in infernum, qui ob suam profunditatem dicitur lacus, de quo apud Ezechielem multa scribuntur, estque ob suam capacitatem magnus & spatiosus. De quo & Esaias ait, Præparata est ab heri Tophet, a rege præparata, profunda, & dilatata. Porro per Tophet, secundum beatum Hieronymum aliisque expolitores, significatur gehenna à rege calorum impij præparata. ¶ Denique quod angeli sancti in fine seculi hoc modo vindemiabunt botros præfatos, atque eodem in inferno contrudent, innotescit ex verbis Christi dicentis, In consummatione seculi exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Angeli quoque, secundum doctores, reprobos fuscitatos ad locum iudicii deferent [Et calcatus est lacus] id est misit in foueam infernalem in perpetuam calamitatem, depreli sunt ibi. Interdum enim continens pro contento ponitur [Exira ciuitatem.] Nam lacus iste longè est extra ciuitatem dei viuentis, quæ est ecclesia electorum [Et exiit sanguis de lacu] id est vindicta seu pœna pro sanguine seu peccato inflicta exuberavit [vsque ad frenos equorum,] id est vsque ad principes & prælatos, qui factu superbiæ præserunt: quorum crudelitas per frenos innuitur, qui per eam subditos pro sua voluntate compescuerunt, sicut freno compescitur equus. Dicuntur autem superiores, equi, quoniam sua potestate abutendo, instar equorum ad libitum hinc inde per omnia mala liberè velociterque feruntur. [Per stadia mille sexcenta] quo numero secundum Berengandum & alios, omnes mali Christiani iniusti ac vani intelliguntur. Stadium enim, secundum quod Haymo dicit, est Græca mensura, & nomen à stando sortitur: estque certi spatij metrum, quo Græci mensurauerunt loca in quibus Iudebant, atque ibidem spantes deambulabant. Sicque per stadia ista signantur, qui ludis & vanitatibus seculi vacant. Potest quoque hæc locus facilius, & vt apparet, conuenientius explanari: vt quod ait, exiit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta, sit metaphoricus ac hyperbolicus sermo. sicut quod in euangelio Ioannis scriptum est, Multa alia fecit Iesus, quæ si scribantur per singu-

A Ia, nec ipsum mundum arbitror posse capere eos, qui scribèdi sunt, libros. Et in psalm. Ascendunt vsque psalm. 106. ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos. Et ita his verbis nil aliud designatur, nisi quod ineffabiliter magna atque exuberans sit pœna reproborum in lacu gehennæ: quemadmodum inæstimabiliter magna esset pressura, vbi tot homines occiderentur, quod sanguis à foueis terræ, vsque ad frenos equorum ascenderet per stadia præsignata. Quodam ordinem successiois temporum in expositione huius voluminis profectentes, per numerum centum quadraginta quatuor milium virginum, de quibus in principio huius capituli sermo est, intelligunt religiosos à Mahumeto eiusque satellitibus interfecissos, quando terras Christianorum in Aegypto & alibi vastauerunt. Sed scire quis potest (nisi deus reuelet) an illi tot fuerint, vel si inter illos tot virgines extiterunt? Sed & numerus iste mysticè potius, quam secundum litteralem superficiem exponendus videtur: præsertim quum supra cum de signatis ex omni tribu filiorum Israël ageretur, etiam numerus iste taxatus sit. Præterea quod subditur [Et vidit alterum angelum volantem per medium cælum] exponunt de sancto Bonifacio misso à Romano pontifice: qui aliquibus gentibus prædicauit. Sed quomodo hoc stare possit, non video. Quomodo enim papa misit eum ad euangelizandum super omnem gentem, tribum, linguam, & populum: qui omnium linguarum vsum, notitiamque non habuit? Nec Bonifacius iste omni populo, omni genti, & linguæ euangelizauit. Hinc antiqui & solidi expolitores per angelum istum non intellexerunt aliquem prædicatorem determinatum & singularem, sed cœtum ac ordinem prædicatorum, iuxta sensum præhabitu. Qualiter autem quæ sequuntur exponunt, omitto: quoniam euidentem instantiam pati videntur. Nam & per Babylonem (de qua sequitur, Esaiæ. 21. Cecidit Babylon) intelligunt regnum Græcorum, pro tempore Iustitiani Imperatoris.

Expositio cap. xv. [Et vidit aliud signum in celo magnum.] Artic. xvii.



Oc loco incipit visio quinta [Et vidit aliud signum in celo magnum et mirabile] Quod autem fuerit signum hoc, subditur [Septem angelos, habentes septem plagas nouissimas.] Itaque imaginaria visione intuebatur Ioannes in spiritu quiddam mirabile, quod fuit in iudicio seu figura significatiua rei futura. Vidit enim septem angelos, id est similitudinem representatiuum eorum in celo, scilicet in ecclesia militante in qua ipse tunc fuit, & angelus secū exiit, istaque sibi per rerum imagines monstrans: quoniam angeli isti ecclesiasticas personas designant, sicut patebit. Quid verò per angelos septem, eorumque plagas significetur, infra in textu expositione clarebit. Nunc tantū tangatur, quod per eos, prædicatores ecclesie, per plagas autè quas habere vili sunt, vindicta & pœna, quas reprobos denunciabunt passuros, insinuat. Et sicut per septem angelos plenitudo & vniuersitas prædicatorum, ita per septem plagas plenitudo & cōsummatio supplicij reproborum innuitur. Quemadmodum & in Exod. dominus ait, Percutiam vos septem plagis. Septenario siquidem, sicut frequenter nunc patuit, vniuersitas designatur. Hinc de plagis istis subiungitur [Quoniam in illis consummata est ira dei] id est per eas rigor diuinæ iustitiæ iudicabit plenarie demerita impiorum. Dicuntur quoque nouissimæ, quia grauissimæ: & quia in fine, tēpore Antichristi potissimè infligentur [Et vidit tanquam mare vitreum mixtum igne] Quemadmodum per mare vitreū intelligatur fons baptismi purus ac lucidus tanquam vitrum, vel doctrina euangelicæ legis instar aquæ clarissima vndiq; fluës & tanquā vitri, sublimiū virtutum splendore pellucida, in superioribus à nobis dictū est cap. 4. Porro mare hoc mixtum est igne, quoniam in baptismo infunditur spiritus sanctus qui ignis vocatur, & charitas eius qui ardor asseritur. Propter quod Ioannes Baptista de Christo prædixit, Ille vos baptizabit spiritu sancto & igne. Christus quoque Apostolis loquens, Vos, inquit, baptizabimini spiritu sancto. Sed & virtus sacramentalis ipsi baptismi, quum sit cooperatiua ad charitatem & gratiam quæ in baptismo præstantur, nomine ignis potest intelligi. In doctrina verò euangelicæ legis, ignis diuini amoris, de quo loquitur Christus, Ignem veni mittere in terram, copiosè miscetur, relucet, operatur, & inflammatur. Propter quod sacra scriptura seu theologia à quibusdam doctoribus dicitur affectiua potius, quam practica vel speculatiua [Et eos qui vicerunt bestiam, et imaginem, et numerum nominis eius] id est qui Antichristo & imitatoribus, atque ad eum quouis modo spectantibus, non consenserunt nec cultum latræ aut reuerentiam exhibuerunt. Qui licet ab illis sint occidendi, spiritaliter tamen præualebunt, veritati immobiler adherendo, & per patientiam in omnibus superando, Quemadmodum ait Apostolus. In omnibus his superamus propter eum qui dilexit nos [Stantes supra mare] id est gratiæ baptismali sacramentorumque fidei firmiter innitentes, veritati quoque scripturæ in superabiliter coherentes, atque in ea gressus suos semper fundantes. Iuxta illud, Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. Quod agentes à plaga septem angelorum eripiuntur [Habentes citharas dei] id est mentes deuotas deo, in quibus iuxta apostolicum documentum, cantant & psallunt deo semper. Citharæ quoque sanctorum, sunt mortificatio carnis, cōpassio cordis, patientia in aduersis, prædicatio oris, gratiarum actio pro beneficiis. [Et cantantes canticum Mosis serui dei, et canticum agni] .i. ex vtriusque testamenti scripturis deū laudantes. In ecclesia enim libri Mosis frequentantur. Nec Christiani sunt qui vetus testamentum non eo acceptant [Dientes, magna et mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens] Hoc in libris Mosis & in euangelio Christi concorditer edocetur. Quum enim opifex deus cunctis causis & operationibus in infinitum emineat in potestate, sapientia, voluntate, omnique perfectione, decuit opera eius esse incōparabiliter magna & mirabilia. Denique magna & mirabilia sunt opera naturæ, maiora & mirabiliora opera gratiæ, maxima verò ac mirabilissima opera gloriæ. Hæc sunt opera creationis, recreationis, glorificationis, quæ omnia nostram

Matth. 13.  
Matth. 25.  
Matth. 13.  
Matth. 24.  
Lucæ 21.  
Matth. 19.  
Sapient. 3.  
1. Cor. 6.  
Matth. 13.  
Hier. 2.  
Zacha. 1.  
Ezc. 22. 13.  
Esai. 30.  
Hierony.  
Matth. 13.  
Ioan. 21.

Apoc. 7.

Exod. 32.

Matth. 3.  
Actu. 1.

Lucæ. 12.

Roma. 8.

Psalm. 118.

Exod. 13.

capacitatem vehementer transcendunt. Hinc Moyses ait, Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui? Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia [iuste et vere sunt via tua] id est tua instituta, præcepta, opera, atque iudicia. Iustus enim dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui vniciueque tribuit quod meretur, & quod promissit adimplet, quod asserit exhibet. Ideo ait propheta sanctus Deuteronomij trigesimo secundo, Date magnificentiam deo nostro, dei perfecta sunt opera, & omnes via eius iudicia. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate iustus & rectus. Daniel quoque dicit, Iustus es domine in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera. Et vera sunt omnia iudicia tua, [ Rex seculorum ] qui vniuersorum es primus, atque altissimus dominator, rector ac ordinator. De quo loquitur Paulus prima ad Timotheum primò, Regi autem seculorum immortalis inuisibilis, soli deo honor & gloria. [ Quis non timebit te, et magnificabit nomen tuum? ] Tanquam dicat, Nimis errat & grauius peccat, qui te non timet, & qui maiestatem tuam non magnificat, id est magnam atque dignissimam profiteretur: qui non verbis & factis pro viribus suis te magnum esse ostendit, qui tibi cum ingenti reuerentia non obedit. Tua enim opera te metuendissimum summèque magnificandum & honorandum demonstrant. Nempè in omnibus tua omnipotentia, sapientia, bonitas, lucent. Hinc ait propheta Hieremias, Non est similis tui domine, Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine, Quis non timebit te ò rex gentium? Et Esaias, Dominum exercituum, ipsum sanctificate. Ipse pauper vester, & ipse terror vester. Sed & Salomon ait. Fecit deus opera sua, vt timeatur [ Quia tu solus pius es ] Nūne & pia virgo Maria & nūne & pius sanctus iste Ioannes? Nūne pius & Moyses, qui erat mansuetus super omnes homines qui morabantur in terra? Quomodo ergo solus pius deus, præsertim cum nemo placeat deo, nisi donum habeat pietatis? Sed sic solus pius deus, quomodo solus sapiens, solus ens, solus bonus. Intantum siquidem eius pietas omnium pietatem excedit, vt comparatione ipsius nullus sit pius. Nam & impiissimis hominibus indefinenter beneficia multa impendit & peccantibus diu ac sapissimè parcit, iudicium differt, suspendit vindictam, & frequenter in his abundantiam gratiæ cumulat à quibus innumerabilibus vicibus grauissimè est offensus. Iuxta hunc modum scriptum est in libro Machabæorum, Domine deus qui solus es rex bonus, solus præstans, solus iustus, omnipotens & æternus [ Quoniam omnes gentes venient et adorabunt in conspectu tuo ] Nam ante finem mundi pene omnes conuertentur, & iam quodammodo omnes venerunt: vt sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum. In hora quoque iudicii omnes venturæ sunt, sed tunc non omnes adorabunt. Nisi forte quis dicat, reprobos tunc pro venia oraturos ex seruilis timore, quam nullatenus obtinebunt. Hinc fertur in psalmo, Omnes gètes quascunq; fecisti, venient & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. [ Quoniam iudicia tua manifesta sunt ] id est euidenter coram omnibus fient, quando in die iudicii omnes iudicabis, cunctisque patebit, quod verè & iustè de omnibus iudicas. Omnis enim qui facit veritatem, venit ad lucem. Sicque iudicia dei sumuntur pro executionibus atque affectibus diuinæ iustitiæ. Si autem iudicia dei sumantur, prout sunt in ipso deo, quibus ipse in seipso de cunctis quid agendum sit, discernit: que licet sint vnum in re, plura tamen dicuntur per relationem ad iudicata: sic iudicia dei sunt incomprehensibilia secundum apostolum, & abyssus multa iuxta psalmistam. Vnde Haymo ait, Subtilitatem iudiciorum dei quare hoc vel illud facit, nemo comprehendere valet. Manifesta verò sunt in eo, quòd iusta sunt, quia à cunctis vera noscentibus iusta esse sciuntur. Præterea vt scribit Albertus, duplex est iudicium dei Videlicet singulare, quo vnum eligit, alium reprobat sine præuiis meritis: iuxta illud, Iacob dilexi. Esau verò odio habui. Item quo facit vnum pauperem, alium diuitem: vnum sanum, alium infirmum, quæ omnia facit ex causa rationabili, licet nobis ignota. Ista iudicia manifesta sunt in suo actu in quem exeunt, quia sic esse omnibus patet: sed occulta sunt in sua causa, ex qua exeunt. Incertum est enim quare sic fiat. Aliud est iudicium generale, & istud est triplex. Videlicet discretionis, quo in die nouissimo separabit electos à reprobis, illos ad dexteram, istos ad sinistram constituendo. Secundum est disceptationis. Tertium diffinitionis, quo dabit sententiam. Ista iudicia nota sunt in causa, quoniam clarum est, quòd omnes secundum opera sua iudicabuntur: ignota sunt autem quo ad exitum cause, quia nescitur qui sunt illi vel illi [ Post hæc vidi, et ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in celo ] id est mysteria dei in ecclesia omnibus intrare volentibus sunt reuerata, & Christi sacramenta sunt patefacta. Templum autem tabernaculi est ipsa ecclesia, que & templum est in quo deus per gratiam habitat, & tabernaculum quod venientem in se dominum recipit. Estque templum & tabernaculum istud, templum & tabernaculum testimonij, per tabernaculum Moysi & templum Salomonis præfiguratum, testimonium verbo & opere vsque ad sanguinem perhibens deo, vtriusque quoque Testamenti testimonia continens, præcepta adimplens, scripturas amplectens. Quod etiam apertum est in celo, videlicet, inter ipsos fideles: quorum conuersatio est in caelis, qui & regnum cælorum vocantur. Quidam verò per templum istud intelligunt ecclesiam triumphantem, seu patriam beatorum, cuius ianua merito passionis Christi est referata [ Et exierunt septem angeli habentes septem plagas ] hoc iam in principio huius articuli est tractatum [ Vestis lapide mundus et candido ] scilicet Christo, qui est lapis angularis, factus in caput anguli. De quo scriptum est, Ecce ego mittam in fundamentum Sion, dicit dominus, lapidem angulare, probatum preciosius: & omnis qui crediderit in eum, non confundetur. Et alibi, Super lapidem vnum oculi septem sunt, qui apud Daniele, vocatur lapis absconditus sine manibus de monte. Hoc lapide vestiuntur fideles in anima, eum per amorem stringendo, & conuersatione sequendo, eius quoque protectione gaudento. Secundum quod ait Apost. Induimini dominum Iesum, qui est lapis mundus, quia ab omni peccati labe immunis, & candidus splendore sapientiæ omniumque virtutù decore. Potest quoque per lapidem istum, gratia, fides, & quelibet virtus intel-

**A** ligi [ Et præcincti circa pectora zonis aureis ] .i. sapientiæ fulgore, charitatissque vinculis, & castimoniam tenent. De hac præcinctione dictum est plenius supra, vbi & angelus Ioāni in Christi persona apprens, describitur zona aurea ad mamillas præcinctus: ideo pertraseo. His autè ornamentis debet præcingi, stringi atque coniecti prædicatores & omnes vicarij Christi [ Et vni de quatuor animalibus ] id est euāgelistis [ Dedit septem angelis ] id est prædicatoribus iam præfatis, de quibus plura dicentur propriis locis [ Septem phialas aureas, plenas ira dei viuentis in secula seculorum ] Phialæ aureæ secundum Berengandum sunt corda sapientiæ splendore ornata, vel intelligentia scripturarum, secundum Albertum, quod reddidit in idem. Vnicuique ergo prædicatori angelo seu nuncio dei data est phiala aurea, id est mens illuminata, vel sacræ scripturæ notitia, quàm Christus, vt deus, dat authoritatimè. Vnum verò de quatuor animalibus dedit eam instrumentali, quia ex Euangelico libro accipitur & precibus impetrat eam à deo: missus quoque ad viatores illustrat eosdem. Quidam per animal istud Matthæum, alij Marcum, alij Lucam intelligunt. Potius autem tenendum est, quòd in imaginaria visione angelus representauit Ioāni effigiem vnus quatuor Euāgelistarum, ad inuendū quòd posteriores prædicatores à prioribus illuminationem accipiunt. Sed quomodo phialæ istæ plenæ sunt iræ, & nō potius clementia, atque dulcedine dei? Respondendum, quod utroque sunt plenæ. Nam impiis comminatur supplicia, iustis præmia pollicetur. Vnde Apostolus protestatur, Christi bonus odor fumus, & his qui salui sūt, & his qui perierūt, alius odor vitæ in vitâ, alius odor mortis in mortè. [ Et impletum est templum fumo a maiestate dei, et de virtute eius ] Per fumum quiddam intelligunt, quòd in ecclesia militante est obscura & imperfecta cognitio diuinorum propter excellētiā maiestatis ac sanctitatis dei immēsi. Sicut Apost. ait, Videmus nūc per speculum in enigmate, & nunc cognosco ex parte. Alij per fumū, quo impletur ecclesia, intelligunt ignorantiam atque caliginem impiorū quibus diuina mysteria iustè clauduntur. Beda verò exponit in bono, vt ecclesia fumo dicatur impleta. quia ex igne charitatis in ipsa succēso, vapor piæ conuersionis & gratiarū actionis ascēdit. Deniq; Esaias dicit, quòd templum impletum est fumo, quādo videlicet, seraphin clamauerūt ter, Sanctus. Et ibidè Iudæorum magistri, teste Hierony. per fumum intelligunt incēsum seu thymiamam, quo templum affirmatè fuisse impletum propter diuinæ maiestatis præsentia. Hieronymus tamen ibidem per fumū intelligit Iudæorū ignorantiam & errorem. Rursum in libris Reg. & Paralip. legitur, quemadmodum in dedicatione templi Salomonis nebula impleuerit domum domini. Vbi secundū quosdam per nebulam gratiosa dei cōdescensio atque præsentia designatur. [ Et nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum ] .i. nullus à fide & Christo extraneus poterit ecclesiā ingredi, Christo incorporari, cuius sanctorum & domesticus dei fieri, nisi à prædicatoribus audiat cōminationes pœnarū quas deus impijs præparauit, vel quousque à prædicatoribus complatur sermocinatio, qua futura tormenta denunciant. Hoc de lege cōmuni sic est. Nam per huiusmodi denunciationem mali perterriti solent conuerti. Vnde Beda scribit hoc loco, Nemo potest ecclesiæ mēbris incorporari, nisi qui mysteria fidei audiens, discat à prædicatoribus, quia Iesus constitutus est à deo iudex viuorum & mortuorum.

Expositio cap. xvi. [ Et audiu vocem magnam de templo. ]  
 Articulus xvii.



**D**emonstratur quæ damnatio impiorum per prædicationem bonorum. [ Et audiu vocem magnam de templo ] siue de cælo [ Dicentem septem angelis ] id est cunctis prædicatoribus, de quibus nunc sermo: qui, sicut in præcedentibus patuit, septenario designantur. Hanc autem vocē angelus Ioāni omnia ista ostendens, formauit & protulit in interioribus auribus eius, in persona dei omnipotentis: cui primò & propriè competit prædicationis officium quibus voluerit commendare. [ Ite et effundite septem phialas iræ dei ] id est sapientialia dogmata scripturarum, ac virtuosa eloquia earundem, in quibus dei vltio contra iniquos ostenditur [ in terram ] id est habitatores eius, præsertim in terrenos atque carnales, annuntiando eis quid ipsis emineat [ Et abiit primus angelus ] sci licet primus prædicatorum istorum ordo vel cæterus, [ Et effudit phialam suam in terram ] id est sacræ scripturæ eloquia prædicatū Iudæis. Qui nomine terræ expressi sunt, quoniam duri fuerunt, & terræna auidè quæserunt: vel etiam quia solidi, quantum ad electos Iudæorum, & quia per legem diuinam præ cæteris gentibus à vitiorum profluuio desiccati. [ Et factum est vultus seuum et pessimum ] id est grā uisissima excecatio in cordibus horum infidelium Iudæorum, in quos ira dei peruenit vsque in finem. Ideo sequitur, [ in omnes qui habebant charactere bestie ] id est fidem Antichristi, quem recipient pro Christo, nuncque præstolantur eundem [ Et in eos qui adorauerunt imaginem eius ] id est eum in sua imagine seu imitatoribus eius (superflue honorauerunt, aut honorabunt. Ista Iudæi qui fuerunt conueniūt, in quibus illud Hieremias completum est, Insanabilis est fractura tua, insanabilis plaga tua. Quibus & Christus testatur est, Ego veni in nomine patris mei, & nō recepistis me. Si alius venerit in nomine suo, illū recipietis. præterea secundum Bedam dupliciter prædicatores phialas iræ dei effundūt. Primò, pœnas impiorum eis spiritaliter per iudicium irrogando. Sicut petrus dixit ad Simonem magum, pecunia tua tecum sit in perditionem. paulus quoque excommunicauit Corinthium. Secūdo eas ecclesiæ prædicando. [ Et secundus angelus effudit phialam suam in mare. ] per mare signantur Gentiles, inquieti, amari, ac tumidi, nullo diuinæ legis freno sedati: in quos secundus angelus, vt pote secundus prædicantium chorus, phialam suam effudit. sacri eloquij verba, infideliumque tormenta eis annuntiando [ Et factus est sanguis tanquam mortui ] per sanguinem intelligitur vel effusio sanguinis prædicatorum, quem fuderunt incre-

Apo. 1.

1. Cor. 2.

1. Cor. 13.

Esai. 6.

3. Reg. 8.

2. Paral. 6.

Actu. 10.

Apo. 15.

Hiere. 10.

Ioan. 5.

Actu. 8.

1. Corin. 5.

duli vel sanguinolenta eorum transgressio, siue sempiterna damnatio [Et omnis anima viuens, mortua est in mari] Per partem intelligitur totum, videlicet homo per animam. Ista quoque distributio est pro generibus singulorum, non pro singulis generum: nisi secundum diuersam mortis acceptionem. Gētilium enim aliqui cōuertebantur, & hi ab incredulis pro magna parte occidebātur. Occisores verò propria impietate, infidelitate & rabie, deterius occiderūt seiplos, atque totaliter perierunt. [Et tertius angelus effudit phialam suam]. i. tertius ordo prædicantiū euangelicam veritatē, eandem aperuit. [Super flumina et super fontes aquarum] Flumina ista & fontes sunt hæretici cū hæresiarchis suis magistris, qui hæretici instar fluminū abundabāt & vndique effluebant & discurrebant, vt plures sibi in erroribus consociarent. Quoniam tamen respectu aliorū pauci fuerūt, & qui ex eis orti sunt, potius flumina q̄ mare vocātur: præsertim quia non solū à catholicorū ecclesia, sed etiā à se inuicem variis assertionibus diuidūtur. Quorū principes & magistri fontes sapientiæ se æstimare præsumunt, suisque poculum mortis propināt, qui aquas surtinas iudicat dulciores [Et factus est sanguis] quia ipsi incorrigibiles sunt atque dānantur, & prædicatores catholicos pro viribus persequuntur. [Et audiui angelū aquarum dicentem, iustus es domine] Per angelū aquarū. i. populorum (aqua enim significat populū, sicut & Salomō ait, Mitte panē tuum super trāsēites aquas) intelligitur multitudo tam supernorū spirituum, qui præfunt hominibus, q̄ prædicatorū atque pastorū bonorū ecclesiæ, qui populū dei custodiunt. Omnes isti diuinā approbant æquitatem, & de iusto eius iudicio gratias agūt dicētes, Iustus es domine, qui das vnicuique quod ei debetur, seu dare te decet [Qui es et qui eras sanctus] per essentialē, ac totius iustitiæ es origo [Quia hæc iudicasti]. i. ista iudicia exercuisti, & reprobos taliter perdidisti: in quo relucet tua iustitia. Vnde quod ait, quia, nō notat causam à priori seu propriē, sed signū vel causam à posteriori. s. quantū ad nos, quibus diuina per suos effectus innotescit iustitia [Sanguinem sanctorum et prophetarum fuderunt] Ico modo quo omnes peruersi ac persecutores, vna generatio & vnum corpus diaboli appellatur: sicq̄; quod vnus seu quidā fecerunt, toti ascribitur. Secundum quod ait Saluator Iudæis, Vt veniat super nos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrā, &c. Prædicatores autem ecclesiæ primi & præcipui gratiā prophetiā habuerunt. Verū circa hæc quæritur, cur nō omnes angeli isti phialas suas fuderunt super terram: sed secūdis super mare, tertius super flumina, &c. cū tamen vox diuina dixerit eis, Effudite phialas vestras super terrā. Et respondendum, q̄ ibi per terram, habitores terræ. s. homines designātur: qui ob varias proprietates & culpas, diuersis tamē exprimuntur nominibus [Et sanguinem dedisti bibere]. i. sui sanguinis effusione eos replesti, ita quod & ipsi occisi sunt, vel morte eos potasti, atque dirisima vltione eorū homicidia vindicasti [Vt digni sum] per sua demerita. Vnde in prophetis sapius scriptum est, Sanguis tuus super caput tuum. Et sanguis eius super eū veniet. In Genesi quoq̄; habetur, Quicūque effuderit sanguinem humanū, effundetur sanguis illius [Et audiui alterum dicentem] scilicet angelum [Ab altari] id est secretiori loco ecclesiæ, vel de interiori cordis affectu. Altare etenim dei, est mēs deuota [Etiam domine deus omnipotens, vera & iusta iudicia tuā] Per angelum istum signati sunt cæteri militātis ac triumphātis ecclesiæ nunciij & custodes, qui eorum, quos per præcedētem angelum iam dixi expressos, cōfirmat sententiā, & diuinæ applaudunt ac gratias agunt æquitati: ad insinuādum quod singuli electorum de beneficiis cuique electo collatis, in deo gaudere & gratias referre debēt [Et quartus angelus effudit phialam suam] Istud de quarto angelo & phiala sua exponatur, sicut de primo, secundo, & tertio angelis, eorūque phialis. [In iustitia] Quidam per solem intelligunt Antichristum, qui se asseret solem iustitiæ. Alij principes ecclesiæ, qui ratione potestatis, dignitatis atque scientiæ, per solem notantur [Et datum est illi aestu affligere & igne] id est variis tribulationibus & pressuris, quibus principes subditos vexant [Et a suauerunt homines eslu magno] id est grauissimis afflictionibus laborauerunt [Et blasphemauerunt nomen domini habentes potestatem super hæc plagas]. Indurati nanque & superbi impatientēque, dum suis exigentibus excessibus exercerunt aduersus, non attendūt se ea propter sua pati peccata, & ad præclariorem suæ mentis profectum: sed passionibus animam obtrebrantibus, arbitrantur sibi iniuriā fieri, & deo altissimo verbo & corde maledicere audent. Hinc subditur, [Neque poenitentiam egerunt, vt darent illi gloriam] sua peccata humiliter confitendo, seque talia iuste pati pensando: ac deo de hoc quod in præsentem eos caligat, gratias agendo. Hinc ergo nequam am asimilemur, sed nos ipsos in omnibus ex animo accusando, & deum in cunctis laudando, poenitentiam, & deo gloriā demus: iuxta illud Iosue 7. Fili mi da gloriā deo [Et quintus angelus effudit phialam suā super sedem bestie] id est super regnū & ministros Antichristi, contra hos prædicando [Et factum est regnum eius tenebrosum] id est ex prædicatione illa, caligo perfidiæ, & tenebrę vitorum populi huius & principis eius patebunt [Et mandauit ei linguas suas præ dolore, et blasphemauerunt deum cæli et præ doloribus et vultu ribus suis: et non egerunt poenitentiam ab operibus suis] Multi vtiq̄; dolebunt & turbabuntur, scilicet Antichristus & eius fautores, quādo ad prædicationem Heliæ & Enoch falsitas ipsorum aperietur, & millia multa ad dominum cōuertentur. Quod autem dicuntur linguas suas præ doloribus manducaturū, hyperbolica est locutio. Sicut de homine multū afflicto ac mæsto asserimus, quod cor suum consumit. Insuper cū vltio dei in Antichristum, magnamq̄; sui exercitus partem descēderit, non poenitebūt: sed Christum cęli creatorem, & omnium deum blasphemādo, cælitus occidēt [Et sextus angelus]. i. sextus ordo prædicatorum [Phialam suam effudit]. i. prædicationis eloquia sparit [In flumen magnum Euphratem] Per Euphratem fluium Babylonis intelligitur grandis falsorum fratrum collectio, qui fertiles esse vidētur (Euphrates siquidem Babylonis fertilitas interpretatur) sed intus vanitatum cōsulationibus pleni sunt. Vnde per Euphratem intelliguntur reprobi illi qui Antichristo adhærebunt, & ipso occiso in sua perseuerabunt duritia, vitis carnalibus seruietes ac desuetes. Propter quod nomine Euphratis exprimuntur, quia in aquis luxuriæ, & propriæ impietatis abundantia demorabūtur, quousq̄; subito aforerūt. Cū enim dixerint pax & securitas, repētinus eis superueniet interitus, iuxta Apostolum [Et secavit aquam eius] id est

Prover. 9.

Eccle. 11.

Matth. 23.

Ezech. 33.

Osee. 12.

Gene. 9.

H

1. Thef. 3.

F

G

H

A delitiis omnemque copiam horum subito tollendam annunciat [Vt præparetur via regibus ab ortu solis] id est ideo sic prædicabit, quatenus sua prædicatione ad Christum reducat reges & principes ab Antichristo deceptos, qui ad literam pro maxima parte orientales, vt dicitur, erunt. Idcirco quoque ait, ab ortu solis, quoniam non redibunt ad veritatem, nisi in cordibus eorum oriēte, per inspirationem internam, Christo sole iustitiæ [Et vidi de ore draconis, & de ore bestie, & de ore pseudoprophete exisse spiritus immundos tres in modum ranarum] Per draconem diabolus non quilibet, sed ille supremus & primus, qui in Antichristo habitabit, intelligi debet: per bestiam, Antichristus: per pseudopropheta, cœtus seu multitudo prædicatorum Antichristi. Itaque ad innuendū quod diabolus in Antichristo habitans, dirigit dæmones inferiores ad introeundū Antichristi satellites ac prophetas, visus est spiritus immundus de ore draconis exisse. Rursum de ore Antichristi prædicatorūque eius visi sunt egredi spiritus immundi, puta diaboli, quoniam non spiritu sancto, sed diabolico pleni loquentur: talēque spiritum qualem ipsi sortiti sunt, per suas prædicationes suis auditoribus insufflabant. Qui spiritus immundi ranarum speciem habet, quoniam in omni deformitate ac sordibus vitorum delectantur. Et sicut ranæ turpem proferūt sonum, sic ipsi suggerēt documenta per fida atque dulcissima, coram deo & omni corde illuminato ineptissimē turpissimēque sonātia. [Sum enim spiritus dæmoniorum] id est dæmones, qui spiritus sunt [Pacientes signa] id est quedam miracula, sicut per magos Pharaonis fecerūt. Quomodo autem hoc possint & quātū, dicitur et supra, cum ostendebatur quomodo Antichristus miracula sit facturus, [Et procedunt ad reges terræ congregare illos in prelium] id est regibus inspirat & suggerit occasiones & propositum præliandi cōtra se inuicem, & præsertim cōtra fideles & iustos, quod & tempore Antichristi potissimē facient [Ad diem magnum dei omnipotentis] id est vt prælientur tempore diuinitus prælituro: qui dies dicitur magnus, quia magna fiet in eo. Potest quoque per diem hunc dies iudicij accipi, quia ex præliatione illa regum iniusta, sequetur quod ad diuinum iudicium ducentur, & coram omnibus diiudicabuntur. Vnde in Christi persona subfugitur, [Ecce venio sicut fur] id est improvisē ac subito ad iudicandum descendam, & peccata vlciscar. Vnde in Euangelio loquitur, Quia hora non putatis, filius hominis veniet. Et rursum, Sicut erant in diebus Noë edentes & bibentes, quousque venit diluuium & tulit omnia: erit aduentus filij hominis. [Beatus] est nunc in spe & in merito [Qui vigilat] mente, id est coram deo diligens est ne peccet, sed deo in cunctis obediens: iuxta illud, Omni custodia cu flodi cor tuum [Et custodi vestimenta sua] id est virtutes & dona ac cætera gratiarum charismata, & quantum possibile est, opera bona continuat, quibus anima decoratur, protegitur & vestitur. [Ne nudus ambulet] id est donis gratiæ spoliatus viuat, ad infernūque tendat [Et videam] Deus & angeli boni ac mali, vel etiam proximi, qui poterunt scandalizari [Turpitudinem eius] id est inhonestam ac vitiosam ipsius conuersationem, & animæ deformitatem. Verba hæc plenius scripta & exposita sunt [Et congregabit illos in locum, qui Hebraice dicitur berna geddon] quod est secundum Bedam, confusio in priora, vel mons globosus. Quod & in bono, & in malo accipi potest. Si in bono, sensus erit quod Christus iudex congregabit reges terræ, imò & omnes ad locum sui iudicij: in quo ipsemet Christus cōsurgēt, vt testis fidelis & verax pro suis, & cōtra iniquos: vbi & vniuersi homines quodammodo cōcurfu conglobabuntur. Si in malo, sensus est, quod diabolus seu trium præfatorum immundorum spirituum numerus colliget, interius suggerendo reges terræ ad collegium Antichristi, vt ei adhæreat, quod collegium confurget aduersus fideles, priorēque fidem Ecclesiæ, & erit sua multitudine velut mons globosus contra electos. [Et septimus angelus] id est septimus ordo prædicatorum: quorum distinctio in isto cap. nō semper accipitur ex parte personarum, sed interdum ex parte officiorum seu actuum [Effudit phialam suam] id est prædicationem suam, & futuræ plenariæ damnationis iram [in aerem]. i. aëreas potestates, secundum Bedam & Albertū, illarum poenas denunciando: quæ simul cū Antichristo & eius ministris, in infernū trudentur. Quemadmodum per Eisaia prædictum est, In die illa visitabit dominus super malitiam cæli in excelsis, & super reges terræ, & cōgregabuntur congregatione vnus fascis in lacum, & claudentur in carcere. Dæmones autem ob suam leuitatem, spiritualitatem & mobilitatem, per aërem designātur, & etiam quia in ipso vsque ad diem iudicij commorātur [Et exiit vox magna de templo] Ecclesię militātis seu triumphātis [A throno] puta à loco, quo deus residere dicitur & regnare. Istam vocem angelus in interiori sensu Ioānis formauit & protulit [Dicens, Factum est] omne quod deus futurum prædixit & fieri iussit, ad cētēque finis [Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua] Ista enim tūc ad literam corporaliter fiēt, ad insinuādum horrorem instantis iudicij. Similiter fiēt tunc fulgura, id est miraculosi effectus in superioribus inferioribūque corporibus: iuxta quod ait Saluator, Erunt signa in sole & luna, & stellis, & in terra pressura gentium. Et voces & tonitrua, id est annūciationes imminētis operū dei, & comminationes futurū supplicij [Et terræ motus factus est magnus] In visione imaginaria factus iam videbatur, tūc autem realiter fiet [Qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, valls terræ motus sic magnus] Et hoc rursum dupliciter potest exponi. Primò, quia tunc erit, secundum Albertum, terræ motus vehemens vnuerfus. Nam erit à causā supernaturali voluntaria & diuina. Secūdo, per terræ motum intelligitur commotio cordium humanorum: quia tūc tribulatio & inquietudo maxima erit. vneque tempus, quale nō fuit ex quo gentes esse cœperunt vsque ad tempus illud, quemadmodum apud Daniele legitur. [Et facta est ciuitas in tres partes] id est reproborum societas, quæ maior est numero quàm catalogus electorū, in tres portiones, videlicet in Iudæos, paganos, & falsos seu impios Christianos diuiditur: ita q̄ qualibet pars secundū sui peccati mēsuram supplicia fortietur. Circa hunc locū dicit Beda, Triforme bellū impia ciuitas infert Ecclesię dei, quæ Gētilis & hæretici aperto certamine, & subdola fictione, falsi fratres prauis infestant exemplis [Et ciuitates genium ceciderunt] Nam igne conflagrationis omne ædificium destruetur, & viuēs Gētiliter damaabūtur. [Et Babylon illa magna] videlicet

Exod. 7.

Apoc. 13.

Matth. 25.

Luc. 12.

Marc. 13.

Mich. 6.

Prover. 4.

Apoc. 3.

Esa. 24.

Luc. 21.

Danic. 12.



præfata iam ciuitas, seu collectio impiorum vitis deordinata. Babylon enim confusio dicitur [Venit in memoriam ante deum] id est deus inuariabilis, per suam æquitatis effectum ostendet se memorem iniquitatum eius in die iudicii. [Dare] id est vt det ei [Calicem vini] id est poculum damnationis, mensuratamque pœnam secundum mensuram culpæ [Indignationis iræ eius] id est pœnæ procedentis ex indignatione iræ dei contra eius peccata. Hoc est ex zelo iustitiæ, quod eius crimina deus iustissimus & sanctissimus detestatur. Porro secundum Albertum, quoties Ioannes in libro isto loquitur de pœna malorum, dicit calicem vini, & non aquæ: ad inuendum, quod plaga eorum irremediabilis erit ac desperata. Sicut signum est desperatam esse plagam, dum vinum propinat laboranti in febre acuta [Et omnis insula fugit, et montes non sunt inuenti] id est habitacula nunc in terra cessabunt, & habitatores de terra tollentur. Sed & terra complanabitur in nouissima hora. Aliqui autem per insulas intelligunt iustos instar insularum iactibus persequutionum confusos, qui tunc mente se à reprobis segregabunt. Per mōtes verò perfectos, qui tunc in damnatione pereuntium nō inueniuntur participes [Et grande magna sicut talentum descendit de celo] id est grauissima dei percussio, scilicet pœna inferni, tunc ruet super iniquos [Et blasphemauerunt homines deum propter plagam grandis, quia magna facta est vehemens] Impij enim & reprobi, præsertim damnati, ex dei flagellis non emēdantur: sed indurantur, & impatienter pleni blasphemant: quasi deo iniuste agat cum eis, & optantes eum nō esse, eiusque omnipotentis & gloriæ ineffabiliter inuidentes. In inferno enim erit odium omnis boni honesti, superbia, ira, inuidia, &c. quæ omnia augebunt calamitatem miserorum, cū animus tam inordinatus sibi ipsi pœnosus sit. Peccabunt autem miseri, sed non demerebuntur, cum non sint in via, seu statu merendi ac demerendi, sed in termino.

Explanatio cap. xvii.

[Et venit ad me.]

Artic. xviii.

Apoca. 16.



Vb effusione phialæ septimi angeli, diē iudicii sanctus Ioannes circa finem præcedentis cap. summatim perstringens: nunc ad ea quæ prætermisit reuertitur, atque sub specie mulieris meretricis ciuitatem diaboli describens, quas pro suis sceleribus pœnas passura sit, nūc declarat. Iam enim causa reprobationis impiorum ostenditur. [Et venit ad me vnus de septem angelis, qui habebat septem phialas] Quemadmodum per septem angelos istos vniuersitas prædicatorum Christi, & per septem phialas eorum totius sacræ scripturæ intelligentia seu doctrina insinuetur in præcedentibus dictum est. Itaque in visione hac imaginaria apparebat

Apo. 15. 16.

Ioāni effigies alicuius prædicatoris. Euangelicæ legis, gerens personā alicuius ordinis, chori seu agminis prædicatorum. Et fortē aliquis Euangelistarum seu Apostolorum, tempore huius reuelationis defunctus, Ioanni in visione apparuit [Et loquutus est mecum] loquutione interna [Dicens, Veni] per considerationem intentam [Et ostendam tibi damnationem meretricis magnæ] id est ciuitatis diaboli, quæ est generatio reproborum, collectio impiorum. Quæ non meretrix tantum, sed etiam adultera appellatur, quoniam relicto sponso cælesti, creatore suo deserto, dæmoni constuprandam se ac maculandam prostermit: cum vanis atque caducis mente miscetur, innumeris sordibus maculatur [Quæ sedet super aquas multas] id est in multis populis conquiescit, ex quibus & ipsa consistit: quos decipit, fibet & dominatur. Residet quoque in concupiscentiæ aquis, atque in discordium fluctibus populorum. Quemadmodum e contrario multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: quos defendit Aposto. vni viro virginem castam exhibere Christo [Cum qua fornicati sunt reges terræ] Reges enim principes, & magnates seculi huius sunt principalis primæque portio ciuitatis istius, & inferioribus vitiosis, quos bene dirigere debuerunt: in vitis sunt conformes, simulque cum eis à deo cor suum auertunt, & ad ea quæ dæmonibus complacent illud conuertunt, spiritaliter & corporaliter fornicantes [Et inebriati sunt] id est vltra mensuram repleti [Qui habitant terram] videlicet carnales terreni qui ad cælestia non aspirant [De vino prostiutionis eius] id est de carnalibus eius oblectamentis, vel quibuscunque bonis temporalibus deceptiuis, quibus anima prostituitur dæmoni [Et abstulit me in desertum in spiritu] id est in spiritali hac visione seu mentis consideratione auertit me ab intuitu, cui eram intentus, ad considerationem populi à deo relictī: qui per desertum exprimitur, tanquam à dei in habitatione alienus. Vnde Berengandus, Per desertum omnium impiorum multitudine designatur, eod quod ipsa deseruerit deum, & ideo derelicta sit ab eo [Et vidi mulierem sedentem super bestiam] id est diabolo seu Antichristo innitentem, atque in ipso fallaciter quiescentem [Coccineam] id est peccatis cruentam, & sanguinis martyrum, quem effudit, ream. Coccus nanque sanguinei est coloris [Plenam nominibus blasphemis] id est multa verba blasphemis proferet contra Christum. Antichristus quoque multa diuinitatis nomina sibi ipsi non sine grandi ascribit blasphemiam. Porro diabolus id summè conatur, vt ad peccata blasphemias mentes inducat humanas [Habentem capita septem et cornua decem] Quid per hoc designetur, pauld post in hoc capite sanctus docet Ioannes. Nam & parabola hanc ipse exponit in textu [Et mulier erat circumdata purpura et coccino. Et inaurata auro, lapide precioso, et margaritis] per quod intelligi potest, quod huius cōgregationis pars potior mundi huius regia fulget virtute, omni que ornamento mundano: quod item filij huius seculi perituras queunt diuitias, & vestimentorum ornatus, ac cætera quibus coram hominibus decorantur: qui mentem deo immaculatam exhibere non fatagunt. Spiritalius autem per purpuram, simulata perfectio sumitur, quam impia plebs ambitiosè dominans sibi fingit inesse: per coccinum cruenta ferocitas contra iustos: per aurum sapientia, quia altius sunt filij seculi: per lapidem preciosum, charitas: per margaritas, cæteræ virtutes insinuantur, quibus callida plebs se fingit ornatam [Habens poculum aurum] id est delectabilia mundi [in manu sua] quia talia præbet amatoribus suis, videlicet diuitias, delicias, & honores vitæ præ-

Ezech. 16. Osee. 4.

Actu. 4. 2. Cor. 2.

A sentis [Plenum abominatione et immunditia fornicationis sue] id est abominationibus, vitis, & inquinamentis spiritalis corporalisque fornicationis: quæ omnia incurrunt hi, qui mundum & ea quæ mundi sunt amplectuntur, seu de poculo bibunt præfato. Berengandus per poculum aureum intelligit documenta philosophorum ac poetarum erroribus plena. Beda verò hypocrisim, quia foris parèt hominibus quasi iustitiosus verò pleni sunt omni spurcitia [Et in fronte eius nomen scriptum mysterium] id est meretricis ista in aperto, seu in manifesta sua operatione ostēdet qualis sit: quia ex operibus suis quisque cognoscitur, & arbor ex fructibus suis iudicatur. Verūtemen quoniam tot simulatis virtutibus decoratur, nō omnibus mulieribus suis prauitas innotescet, sed iustus atque prudentibus: ideo nomen eius mysterium quoddam est, id est secretum. mysterium enim vocatur, quod est alicuius occultis cōtentiūm, atque in quo aliud cernitur, & aliud intelligitur. Deinde nomē complexum exprimitur [Babylon magna mater fornicationum et abominationum terræ] Babylon nempe vocatur, quoniam impietatum confusionibus plena, nil agens veraciter, ordinatè, sapiētè ac virtuosè: cum semper habeat intentionem corruptam. Magna, propter multitudinem filiorum suorum enormitatēque criminum. Mater fornicationum, id est origo immunditiarum, radix auersionum à deo: quæ verbo & exemplo alios & à dei copula castra auertit, & suis impuritatibus miscet [Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, et de sanguine martyrum] id est immoderanter repletam transgressione, qua sanguinem electorum effudit, quorum sanguinem instar ebrii fitit. Et quia hæc mulier totum reproborum corpus repræsentat, adscribitur ei non solum effusio sanguinis martyrum Christi, sub Euangelica lege effusi, sed eorum quoque qui ante Saluatoris aduentum pro iustitia occubuerunt. [Et miratus sum cum vidissem eam, admiratione magna] Fuit enim effigies ista & significatio eius valde mirabilis, rara, sapientialis ac mystica. Et in hac visione multa reuelata sunt sancto Ioāni, quæ ante tam distinctè ac particulariter nō cognouit. In persona quoque Ecclesiæ miratus est Ioannes, quod deus electos suos tam multiformiter tentari permittit, quod etiam reprobos tam patietè ac longanimitè suffert. De qua Hieremias & Abacuc, imò & Iob, vel in sua, vel in infirmorum persona nō Abac. 2. parum se admirari testatur, Hieremia dicēte, Iustus quidem es domine, si dispuerim tecum. Verūtemen Iob. 21. ista loquitur ad te. Quare via impiorum prosperatur, &c. [Et dixit mihi angelus, Quare miraris?] id est noli Hier. 12. nimium admirari, sed causa cognita admiratio cesset [Ego dicam tibi sacramentum] id est occultam significationem [Mulieris et bestie, quæ portat eam, quæ habet septem capita, et decem cornua] Ista enim consequenter angelus exponit, & de significatione mulieris ac bestie iam dicta sunt aliqua. [Bestia quam vidisti] id est diabolus qui supra dictus est draco, seu Antichristus [Fuit.] Diabolus enim ante domini saluatoris aduentum penè cunctis dominabatur hominibus. Similiter Antichristus modico tempore regnatus est, & quantum ad hoc de ipso dicitur, fuit, scilicet in mundo hoc regnans [Et non est] nunc post Christi aduentum in mundo sic dominas, sicut olim fuit ipse diabolus. Propter quod passione instante testatus est Christus, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. De Antichristo quoque dicitur, Ioan. 11. nō est, quoniam regnum eius sicut crudelissimum ita & breuissimum erit [Et ascensura est de abyssu] id est tam dæmon quam Antichristus de impietatis profundo, de insidiarum occulto, de latebris calliditatis, & abundantia prauitatis, ascendet in fine mundi ad hominum deceptionem, & ad principatum super iniquos, [Et in interitum ibit.] æternam dominationem recipiendo. Antichristus quoque cum omnibus præsidens fuerit, repente diuina occidetur virtute. [Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina non sunt scripta in libro vite a constitutione mundi, videntes bestiam, quæ erat et non est] id est habitatores terræ, terrena magis quam cælestia appetentes, qui ab æterno prædestinati non sunt, studebunt videntes Antichristum, seu diabolum per Antichristum tam potenter regnare, tamque mirabilia operari in mundo. Mirabuntur quoque, quum viderint regnum illud tam repente deiectum, & principem suum tam subito esse extinctum [Et hic est sensus] id est interpretatio seu expositio eorum, quæ vidisti, hæc est, [Qui habet intelligentiam] id est illi qui capere potest, qui docilem habet mentem & intelligentiam scripturarum. Quasi dicat, Interpretatio horum difficilis est & profunda. Deinde exponit quæ sint capita bestie. [Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, et] pro id est [Septem reges sunt] id est per septem capita bestie intelliguntur septem montes, id est septem reges, vt pote præ cæteris potestate sublimes, animositateque tumidi, ac cæteris præsidentes: qui sunt velut fundamenta ac stabilimentum mulieris istius meretricis ciuitatis diaboli, congregationisque reproborum: quia illorum potestate innitiunt, & de eorū præsumit potētia. Impij enim subditi scientes dominorum suorum potētiā atque malitiam, auctacter agunt mala, quæ dominis suis placere noerunt. Hinc secundum Berengandus, sicut Apostoli dicuntur fundamentum ciuitatis dei, puta Ecclesiæ: sic isti sunt fundamentum ciuitatis diaboli. Septenario autem vniuersitas regum ac principum horum exprimitur. [Quinque ceciderunt, vnus Eph. 2. est, et alius nondum venit] id est horum septem regum quinque iam perierunt, illi videlicet, qui à tempore Adæ vsque ad diluuium regnauerunt. Item & illi, qui post diluuium vsque ad Abrahā fuerunt. Deinde & hi qui deinceps vsque ad Moysen præfuerunt. Postea illi qui à tempore Moysi vsque ad transmigrationem Babylonis rexerunt. Quinto & hi qui ab illo tempore vsque ad Christi aduentum dominabatur. Omnes isti durissimum dei iudicium sunt perpessi, quoniam potestate sibi cōcessa abusi sunt, impios futuriendo atque portando contra fideles ac iustos. Vnus autem regum istorum, videlicet sextus, nunc est sub Euangelica lege, per quem omnes reges & principes persequentes Ecclesiā innitiuntur. Et alius, vt pote septimus nondum venit, scilicet Antichristus. [Et quum venerit, oportet illum breue tempus manere in regno.] Tribus enim annis cū medio legitur apertè ac generaliter regnaturus. Vnde & eius persequutio sicut durissima, ita erit breuissima. Ideo ait Saluator, Nisi breuiati fuisset dies illi, nō fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur. Vnde Grego. asserit, Quia & superbos & infirmos nos dominus confpicit, dies quos singulariter malos inuitit, misericorditer breuiatos dicit: profectò vt & superbiam

Matt. 27.

Abac. 2. Iob. 21.

Hier. 12.

Apo. 12. 13

Ioan. 11.

Eph. 2.

nostram terreat de aduersitate, & infirmitatem foueat de breuitate. [Et bestia] scilicet Antichristus, siue diabolus, [Quae erat et non est] secundum expositionem iam habitam [Et ipsa octaua est] id est quamuis ad reproborum congregationem pertineat, tamen caput ipsius: ob singularem tamen suam nequitiam, potestatem, eminentiam, ponit in numerum, & proprium obtinet locum. [Et de septem est] id est ad reproborum catalogum spectat. [Et in interitum vadit] scilicet in damnationem perpetuam. Insuper ostenditur, quid decem cornua bestiae signent. [Et decem cornua quae uisisti] in bestia, scilicet Antichristo [Decem reges sunt] id est representant [Qui regnum nondum acceperunt: sed potestatem tanquam reges una hora accipient] Dicuntur aliqui, quod regnum Romanum circa Antichristi tempus diuidetur in decem regna: quorum reges adhaerebunt Antichristo, sicut capiti cornua: & per illos impugnabit Ecclesiam, qui nunc quoque per decem reges signantur. Securius autem uidetur dicendum, quod sicut supra quandoque, ita & nunc per decem reges in sinuatur: ita ut per decem reges intelligatur omnes reges, qui Antichristo tunc acquiescent, qui nondum regnum sortiti sunt, quia nec nati sunt: sed tempore illo una hora, id est modico tempore potestatem accipient & habebunt: sicut & Antichristus non diu regnabit. Accipiet autem tanquam reges, quia praedicta eorum tam breuis & impia erit, ut potius dicatur apparentia, quam ueritas regiae potestatis. Accipiet quoque [Post bestiam]. imitatio suum principem Antichristum, per potestatis abusum: & non in tanta plenitudine, sicut ipse. [Hi unum consilium habent] id est concordēs erunt in malo ad persequendum Ecclesiam [Et virtutem et potestatem suam bestiae tradent] id est se ipsos & suos exercitus ad cooperandum & obsequendum Antichristo praebebunt. Vel ei quicquid possunt adscribent. [Hi cum agno] id est contra Christum [Pugnabunt] qui propter innocentiam & immolationem suam pro nobis, agnus uocatur. Pugnabit autem contra eum, eius fidem & legem pro posse tollendo, eiusque membra infestando: de quibus testatur, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis [Et agnus vincet eos] dādo suis militibus pacem in aduersis, Antichristum etiam perimēdo, Euangelicam legem postea reformādo, & quosdam persecutorum istorum corporaliter occidēdo, aeternaliterque damnando, quosdam forsitan post Antichristi interitum cōuertendo [Quoniam dominus dominorum est et rex regum] iudiciorum cunctis potētor, & ad superādum idoneus [Et qui cum illo sunt] id est qui ei fideliter usque ad mortē in omni tribulatione adherēt. Hi sunt [Vocati] a deo per inspirationem aut praedicationem [Et electi] ad vitam beatam [Et fideles] re & nomine. Deinde angelus exponit, quid per aquas praefatas signetur. [Et dixit mihi] scilicet angelus [Aguas quas uisisti ubi meretrix sedet] id est ciuitas diaboli seu reproborum collectio cōquiescit, sicut paulo ante exposuit [Populi sunt et tribus linguae]. i. uarię nationes ex quibus malignorum societas constat [Et decem cornua quae uisisti in bestia] scilicet reges & reprobi memorati [Odient fornicariam] id est meretricem ciuitatem diaboli, cum se uiderint cum ea pariter perituros. Sed & vnus odiet alium, secundum quod inter superbos semper sunt iurgia, imo odient & se ipsos, optando se non esse, & posse impię agere & frui caducis. Nam & qui diligit iniquitatē, odit animā suam [Et desolatam facient eam et nudam] quia tunc ei non ferent auxilium quemadmodum ante, quando diuitiis seculi subditos suos ornauerunt [Et carnes eius manducabunt, et ipsam igne concremabunt]. Si carnes eius comedent, quomodo eam comburent? Hyperbolica ergo & metaphorica est loquutio, ad inuendum magnitudinem mutui odij eorum in poenis, qui socij fuerant in peccatis, qui sibi mutuo augent suā damnationis supplicia. Nam & Apostolus ait, Si inuicem mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicem consumamini [Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod placitum est illi] id est meretrici mala poenalia inferant modo praefato. Si autem referatur ad mala culpae, intelligendum est quod deus dedit hoc permisiuē. Sicut ait Apostolus, Tradidit illos in reprobum sensum, ut contumeliosis afficiant corpora sua in seipsis. Vnius nempe peccati demerito meretur peccator a deo relinqui, grauius exccari ac transgredi [ut dent regnū suum bestiae] id est congregationem sibi subiectam atque in uitiis similem, exponant diabolo puniendam, vel ab Antichristo & diabolo se regi permittant: sequentes Antichristi malitiam, etiam post eius interemptionem [Donec consummentur uerba dei] id est opere implentur, quae serui dei ex diuina reuelatione decursu statūque istorum praedixerunt: quibus impletis, impij pariter sine fine cruciuntur. [Et mulier, quam uisisti] scilicet meretrix sedens super aquas, puta collectio reproborum [Est ciuitas magna] id est ciuitas diaboli, scilicet reproborum hominum multitudo [Quae habet regnum super reges terrae] id est potestatem & dominium tale ac tantum, quod etiam reges sibi plurimos subiugabit, ut secum Antichristo consentiant. Vel hoc ideo dicitur, quia reges sunt pars ciuitatis istius. Rex autem, ut vna persona, a multitudine superatur.

Apoc. 13.

Esa. 53.

Matt. 25.

Prou. 13.

Psal. 10.

Galat. 5.

Rom. 1.

Explanatio cap. xviii.

[Et post haec uidi.]

Articulus xix.



Consequenter mystico difficilique sermone, describit sanctus Ioānes huius mundi immundi seu seculi nequam uanitatē, & iustam condemnationem eiusdem. [Et post haec uidi alium angelum descendentem de caelo, habentem potestatem magnam: et terra illuminata est a gloria eius] Secundum Albertum hic incipit uisio sexta, ideo ait, post haec, puta uisionem quintam praescriptam. Porro in uisione hac imaginaria apparebat Ioanni quod angelus praepotens atque praesplendens de caelo descendens, tanti esset fulgoris, ut ipsa terra inde fulgeret. Haec autem per quasdam similitudines, species, siue effigies angelus sanctus Ioannem instruens intusque alloquens, monstrauit eidem. Denique per angelum istum quidā intelligunt Christum, qui per incarnationis mysterium caelitus uenit, qui est uirtus & sapientia patris, & magni cōsiliij angelus, a cuius gloria, id est eminenti sapientia, praedicatione, miraculosaque operatione illuminati sunt habitantes in

1. Corin. 1.

Ela. 9.

A terra, uidelicet militans electorum Ecclesia, quando populus qui sedet in tenebris uidit lucem magnam. Alij per angelum istum, intelligunt eorum uero ordinem doctorum & praedicatorum qui de militantis Ecclesiae caelo descendit; & magnae uirtutis est, potens soluere & ligare peccata, & uiaiores illustrat, potest quoque per angelum hunc angelicus spiritus accipi ad consolationē fidelium, mundi seu impiorum ruinam eis denuncians. [Et exclamauit in fortitudine dicens, cecidit, cecidit Babylon illa magna] Hoc ipsum Apoc. 14. in superioribus dictum expositumque recorder. Quod autem per Babylonē ciuitas daemōnis, uidelicet impiorū & reprobōrū hominum uniuersitas designetur, in isto potissimē libro, frequenter praedictum est. Præterea sicut in libris prophetarū Esaia, Ezechielis, Hieremiae, per Babylonem ad literam exprimitur urbs illa Chaldaea, in qua Nabugodonosor rex regnauit: per quā ibidem spiritualiter mundus uanitatibus deditus, & mundanorū hominum multitudo intelligi datur: ita praesenti capitulo per Babylonē ad literā significatur praefatus mundus, uictiorum confusione repletus. Sicut ait Ioannes, Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitae. Vnde in isto capitulo multa uerba scribit Ioannes, quae in memoratis habentur prophetis. Verū tamen literalis sensus distinctus est. Rursus quia non solum per Babylonem, sed per Aegyptum quoque & Tyrum mundus spiritualiter explicatur, aliqua hic uerba scribuntur, quae apud Ezechielem de Tyro dicuntur. Itaque cecidit, cecidit Babylon. i. uani homines corpore & anima perierunt, & in utroque damnabuntur ac punientur. Et sicut nunc cadunt in profunda uictiorum, ita tunc cadent in barathrum tormentorum. [Et facta est habitatio demoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, et omnis uolucris immundae et odibilis] id est sicut ciuitas materialis euerla funditusque deitrueta, fit mansio & locus brutorū: sic impiorum caterua peccando facta est locus, domus & ciuitas daemōniorum spirituum immundorum: qui ob suam in altum uiciosam tendentiam, uolucres immundae atque odibiles appellantur. Odibilis enim corā deo & hominibus est superbia. Et in Euangelio ait Saluator, quod uolucres caeli comederunt semen uerbi dei, id est diaboli. Rursus ciuitas ista cadendo in mala poenae aeternae, fit habitatio daemōnum: quoniam in inferno opera diabolica incessanter exercet, omne bonum uirtutis odio habens, & deū sine cessatione blasphemans. Impij autem odibiles sunt, non quantum ad esse, quod habent a deo: sed quo ad culpam, quam habent a proprio [Quia de ira fornicationis eius] id est de uoluptate immunda, seu amore illicito, ac impia uanitate dei iram seu uindictam prouocante Babylonis huius [Biberunt] id est gustauerunt [Omnes gentes] per consensum, appetitum, seu actum. Omnes, inquam, gentes, gentiliter non rationabiliter conuersantes, seu quaedam de omnibus [Et reges terrae cum illa fornicati sunt] mente & corpore, terrena magis quam caelestia amplectendo, & concupiscentias assequendo [Et mercatores terrae de uirtute diuitiarum] id est magnis & fortibus diuitiis [Eius diuites facti sunt] Quod de negotiatoribus literaliter accipi potest, qui opes seculi congregando ditantur. Spiritualiter uero mercatores sunt omnes auari. Iuxta quod in Ecclesiastico scriptum est, Auaro nihil est scelestius. Et, Nihil est iniquius, quam amare pecuniam: hic enim animam suam habet uenalem. Isti pro temporali abundantia suas animas in felici commutant mercatu. Sed cum Babylon ista aliud nihil sit, quam gentes omnes iniquae, cum regibus reprobis: quomodo mercatores, & reges, ac gentes omnes de ira fornicationis eius biberunt? Et respondendum, quod loquitur de eisdem quasi de diuersis, secundum diuersas proprietates & considerationes. Quemadmodum in scripturis & Ecclesia & fidelibus fit mentio quasi de diuersis: cum tamen sint idem. Quoniam ergo plerunque vnus reproborum alium inducit ad impietatem, interdum uero reprobi se ipsos prouocant ad peccandum, nunc nomine Babylonis quasi vnum aliquid, nunc aliis uocibus quasi plures signantur [Et audiuī uocem aliam de caelo dicentem, Exite de illa popule meus] Vocem hanc in interioribus uiribus anime sancti Ioannis angelus eum informans formauit, quam ipse interiori auditu percepit. Per quam praedictio Christi, & seruorum eius hortantium fideles ut ab impijs se elongent, intelligi datur. Nam & Paulus, Exite, inquit, de medio eorum: & immundum ne tetigeritis. Denique Hieremias Babylonis destructionem praenuncians, populum Iudaeorum hortatur exire de medio Babylonis. Sed & Esaia ait, Exite, exite, & polulatum nolite tangere. Semper autem & ubique exundum est de congregatione malorum, mente & animo: ne scilicet consentiamus uanitati & prauitati illorum, sed omne uitium detestemur, & peccatum semper displiceat. Interdum uero, cum fieri potest, etiam corporalis recessus perutilis est maxime imperfectis, quia aliorum malitia facilius maculantur [Et ne participes sitis delictorum eius] eadem mala agendo, seu eadem bona omittendo, aut certe illorum peccatis consentiendo, aut etiam non redarguendo [Et de plagis eius non accipiatis] id est de prauis exemplis & scandalis, quibus animae uulnerantur, occasione ruinae sumendo: sed inflexibiles sitis in bono. Rursus de plagis eius non accipiatis, id est supplicia ei parata nolite incurrere. Tanquam dicat, Si non communicatis in peccatis, non communicabitis in tormentis. Ita egressus fuit de Babylone Hieremias, qui ait, Non sedi in consilio ludentium, & diem hominis non concupiui. A facie manus tuae domine solus sedebam. Itēque Psalmista, Non sedi cum consilio malignantium, & cum iniqua gerentibus non introibo. Itaque nos barbari studeamus implere, quod in libro Tobiae puella quaedam implese se ueraciter proficitur, Nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his qui in leuitate ambulat, participem me praebui. [Quoniam peruenerunt peccata eius usque ad caelum] id est intantum coram deo creuerunt atque enormia facta sunt, ut exigente iustitia sit damanda. Simile est quod loquitur Hieremias, Peruenit iudicium eius usque ad caelum. Et de Ninieue dominus ait, Ascendit malitia eius coram me, et recorderatus est deus iniquitatum eius] id est statim in uisionis effectum, monstrabit se peccata eius attendere. Consequenter dominus ait electis & sanctis. [Reddite illi sicut et ipsa reddidit uobis] id est Babyloni seu congregationi prauorum infligite poenas iustas, pro persequutionibus quas intulit uobis iniuste. Nec hoc est contra illud quod ait Saluator, Benefacite his qui oderunt uos. Et Apostolus, Nulli malum pro malo reddentes. Hoc enim ideo dicitur, ne quis propria au-

Apoc. 14.

Esa. 21.

Esa. 13.

14.

Hie. 50. 51

Ezec. 32.

1. Ioan. 2.

Ezech. 27.

eccl. 10.

Matth. 13.

Luc. 8.

eccl. 10.

Eodem.

2. Cor. 6.

Hiere. 50.

Esa. 52.

Hiere. 15.

Psal. 23.

Tob. 3.

Hiere. 51.

Ioan. 1.

Matth. 1.

1. The. 5.

1. Petri. 3.

thoritate se vindicet, aut zelo inordinata vindicta affligat. Sed ex commissione diuina, & secundum processum iustitiae licet id agere praesertim non ut propria iniuria vindicetur, secundum quod propria: sed in quantum est dei iniuria, eiusque offensura [ *Et duplicate illi duplicia* ] id est pro duplicibus poenis quas intulit vobis, in corpore & in anima vos affligendo, in flagitio et duplicem punitionem, ut corpore & anima in inferno crucietur. Et hanc duplicem punitionem duplicate, ut corpus affligatur frigore & calore: iuxta illud Iob, Ibut ab aquis niuium ad calorem niuium: anima vero verme conscientiae, & carentia visionis diuinae. Iterum poenae istae duplicari dicuntur, quia pro temporalibus persequutionibus quas impij infligunt electis, aeternales recipiunt punitiones. Hae ergo facite [ *Secundum opera eius* ] id est secundum quod mala acta ipsius merentur: iuxta illud Hieremij, Reddite ei secundum opus suum. Iuxta omnia quae fecit, facite ei [ *in poculo, quod miscuit vobis,* ] id est pro multiformi tribulatione, qua vos potauit [ *Miscete illi duplum* ] id est duplicatam & aeternalem poenam ei infligite, secundum modum praesertim. ¶ Sed nunne hoc videtur esse contra iustitiam & crudele, cum vltio non debeat quantitate culpae excedere? Respondendum, quod non. Non enim vltra, imò citra condignum puniuntur iniqui: quauis illa poena sit multo maior, quam poena quam intulerunt iustis [ *Quantum glorificauit se* ] contra deum atque iustitiam inaniter gloriano, vel se per superbiam erigendo, humanam gloriam appetendo, alijs se gloriosum exhibedo [ *Et in delictis suis* ] in carnalibus carnaliter delectando [ *Tantum date illi tormentum* ] quo in corpore affligatur propter delicta impurae praehabitas [ *Et luctum* ] id est dolorem in anima, contra glorificationem inanem: sicque poena correfpondeat culpae.

¶ Sed cum incomparabiliter maior ac diuturnior sit poena inferni quam delectatio praesens, quomodo dicitur, tantum date illi, &c. Respondendum, quod sensus est, ut secundum exigentiam demeritorum suorum puniatur: tamen citra condignum propter immensitatem diuinæ clementiae. Vnde proportio ista attenditur penes genus, ut qui magis se glorificauit, & in delictis maioribus fuit, acrius puniatur caeteris paribus. Quae verba superbis & luxuriosis praesertim timenda sunt & pensanda: quia quod nunc amplius intumescunt, & in carnis vilissimae foetidissimis delectationibus se resoluunt, eò dirius in infima tartari deprimentur, atque intensius torquebuntur. Similiter cupidi & gulosi, qui in auro, argento, cibo, & potu delectationes suas constituunt. Omnis autem delectatio munda & licita est in deo, vel in rebus creatis secundum deum. Quod autem Babylon ista iure sic punietur, verba pandunt sequentia [ *Quia dicit in corde suo* ] stulte, praesumptuose, ac impie cogitando [ *Sed ero regina* ] id est potestate, honore, & opulencia rerum vallata [ *Et vidua non sum* ] id est a multis mecum spiritaliter aut corporaliter fornicantibus diligo [ *Et luctum non videbo* ] id est aduersa & tristitia non incurram, neque experiar. Impij nanque quamuis se sciant pro suis sceleribus puniendos, fingunt tamen se non videre quod vident: & memoriam mortis a sua mente reiciunt, ne tristis cogitatio laetitiam cordis eorum perturbet. Tales sunt filij huius seculi qui sine timore peccant, & in tanta viuunt securitate stultissima, quasi morituri non essent [ *ideo in vna die venient plaga eius* ] puta in die iudicij. Quae vero sit plaga ista, subiungitur [ *Mors, & ludus, et fames* ] Per mortem intelligitur mors secunda, videlicet infernalis miseria: per luctum, poenam acerbitatis, dolor, confusio: per famem, desiderium quietis, quam nunquam habebit, seu omnis boni defectus quo iugiter plena erit. [ *Et igne comburentur* ] quia aeterno igne torquebitur, non consumetur [ *quia fortis est deus, qui iudicabit illam* ] ideo nullus potest ei resistere, & quicquid sibi iustum videtur, potest efficere. Praeterea vnicuique impio ad ciuitatem Babylonicam pertinenti, & vana securitate negligentiaque decepto, mala ista in die vna eueniunt: quando hora qua non putauit corporaliter moritur, diuinitus condemnatur, omnibus temporalibus, quae dilexit, priuatur: quem admodum legitur diues ille dixisse, Anima habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus, Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te: quae autem parasti cuius erunt? Aduertant igitur amatores mundi, quod loquitur Christus, Vae vobis qui ridetis, quia plorabitis. Vae vobis qui saturati estis, quia esurietis. Vae vobis diuitibus, qui nunc habetis consolationem vestram. Porro his verbis consonant quae apud Esaiam de Babylone conscripta sunt, Dixisti in sempiternum ero domina: quae dicis in corde tuo, non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Venient tibi haec duo subitò in die vna, sterilitas & viduitas. [ *Et stebunt et plagent super illam reges terra, qui cum illa fornicati sunt, et in delictis vixerunt, cum viderint fumum incendij eius* ] id est tempore damnationis infernalisque poenae ipsius Babylonis, videlicet congregationis prauorum reges & principes animosi & impij ( qui sunt principalis portio Babylonis istius ) communem eius calamitatem dolebunt ac flebunt, se simul cum ea deflentes. Cum viderint simulque senserint fumum incendij eius, id est inflammationem qua ab igne gehennae torquebitur. Loquitur autem scriptura hoc loco de his secundum modum loquendi aliquibus vsitatum. Frequenter nempe contingit, ut praecleara aliqua vrbe ab hostibus capta praecipui ciues eius, quamuis & ipsi videant, se mox trucidandos, suam tamen miseriam reticendo, totius ciuitatis suae vastitatem & clades deplorent [ *Longe stantes propter timorem tormentorum eius* ], i. animo vehementer abhorrentes ac refugientes tormenta impiae ciuitatis, quae ipsi simul cum ea experiantur iniqui. Vnde Bereng. hic dicitur, Stabant longè mente & voluntate, horrentes quod aeternaliter cruciabantur. Sed cur tunc Ioan. non ait, Stabant longè propter sensum seu experientiam tormentorum eius? Ad quod respondet Albertus, Quia plus cruciabit eos interior cogitatio de continuatione doloris, quam sensus exterioris tormenti. Et hoc verbum Alberti valde imprimendum est cordi [ *Dicentes, Vae vae, ciuitas ista magna Babylonia* ] Maxima quippe est reproborum collectio [ *ciuitas illa fortis* ] robore corporis, & naturalibus viribus, ac ministrorum frequentia in seculo isto: quae potestate sibi concessa abutens, fortis fuit, & est ad mala agenda: mollis vero & debilis ad vitia expugnanda. Cui competit id Sapientiae, Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior inflat cruciatus. Contrario autem

Iob. 24.

Hiere. 50.

Ecclesi. 8.

Luc. 12.

Luc. 6.

Esaie. 47.

Sapient. 6.

E

F

G

H

A modo se habet fortitudo electorum fortitudini impiorum, quia electi fortitudinem suam conuertunt ad exequendum actus virtutum eradicandaeque vitia: impij vero ad exequenda ea, ad que proprie voluntatis & sensitiui appetitus inclinat affectio. Idcirco de eis scriptum est, Factus est cursus eorum malus, & fortitudo disimilis [ *Quoniam vna hora venit iudicium* ] id est damnatio [ *eius* ] de quo ait Saluator, Qui maior Hier. 24. egerunt procedent in resurrectione iudicij [ *Et negotiatores terra* ] de quibus nunc dictum est, [ *Flebunt et lugebunt super illam* ] eo modo quo reges, quia & ipsi sunt pars ciuitatis istius, & simul cum ea cruciabantur [ *Quoniam merces eorum nemo emet amplius* ] id est quia ista caduca & temporalia amiserunt, in quibus sibi finem vltimum statuerunt: sicque eorum prosperitas erit finita. Consequenter praeficiantur merces, quas nemo perfecto iudicio amplius emet [ *Merces auri, et argenti, et lapidis preciosi, et margarite, et byssi* ] id est candidissimi lini seu vestimenti inde facti [ *Et purpurae, et serici, et cocci* ] quod rubei est coloris [ *Et omne lignum thuyinum* ] de quo genere ligni legitur. 3. Regum Salomon fecisse cantoribus templi lyras & citharas. Estque lignum istud, ut dicitur, impubibile, crescens in Ophir. [ *Et omnia vasa eboris* ] id est eburnea [ *Et omnia vasa facta* ] [ *Et lapide precioso et aramento* ] id est aere [ *Et sereno et marmore* ] ista oblectant visum. Deinde ponuntur quae oblectant olfactum [ *Et cynamomum* ] quod est species aromatica cinereum habens colorem, crescens ad fundum cannæ, & fræctum fundit odorem suauem [ *Et anomonum* ] quod secundum Albertum, est species seminis, faciens effluere menstrua, & vrinam [ *Et odoramentorum* ] mercent nemo plus emet [ *Et vnguenti et thuris* ] Deinde tanguntur sensibilia oblectantia gustum [ *vt vini et olci et similia* ] quae est delicatissima farina [ *Et tritici* ] Insuper nominat ea quae hominum visibus deseruiunt [ *Et iumentorum, et ouium, equorum et vbedarum* ], i. quadrigarum [ *Et nanciptorum* ], i. seruatorum [ *Et animarum hominum* ], i. hominum qui venales praebentur. Porro per animas hominum, ipsi homines designantur, secundum quod nomine partis totum intelligi solet [ *Et omnia poma desiderij anime tue* ] i. carnalitatibus tuæ, quae anima tua sensualitatem secuta, vehementer appetit. Et quamuis sint alia multa in quibus carnales homines magis, quam in pomis delectentur: tamen pomis expressis, adiunctum est desiderij animæ tuæ: ad inueniendum, secundum quod Haymo scribit, quod non tantum in rebus preciosis atque maioribus, sed etiam in minoribus valde offenditur, sed, si vltra quam appeti debeant, appetantur. Vel per poma intelliguntur vilia quæque, quae seculi amatores praesertim bonis spiritalibus & aeternis. Vnde similes sunt pueris, qui poma & pyra magis, quam preciosa quaelibet amplectuntur. Hinc quoque in hominibus talibus ponitur vitium puerilitatis, quod stultitia appellatur: & dono sapientiae, quo diuina sapiunt animo, contrariatur [ *Disceperunt a te, et omnia pingua et praecleara perierunt a te* ] vt pote opes & ferula delicata, ac caetera quae magni precij aestimant: quauis comparatione spiritalium diuitiarum sint nullius momenti [ *Et mercatores horum, qui diuites facti sunt ab ea* ] id est a diuitiis Babylonis, scilicet mundi huius, non nisi terrena amantis [ *Longe stabunt propter timorem tormentorum eius* ] iuxta sensum, quo reges longè stare iam dicti sunt [ *Plentes, lugentes, dicentes, Vae vae, ciuitas ista magna* ] scilicet Babylon [ *Quae amicta erat bysso, et purpura, et cocco, et inaurata est auro et lapide precioso et margaritis* ] id est praedictis rebus, ornamentis & vestibus, in seculo isto lasciuè, curiosè, pomposeque vsa est: quærens in sensibilibus delectari, ab hominibus honorari, & corpus non animam ornans ac vestiens [ *Quoniam vna hora destituta sunt tanta diuitia* ] id est breuissimo tempore, seu momento ablata est ei omnis opulencia ista [ *Et omnis gubernator* ] scilicet in temporalibus, vel in spiritalibus praesidens, vt episcopi & principes seculares [ *Et omnis qui in lacum* ], i. in mundo [ *Nauigat* ] vel in aqua, vt hi qui ad maiora aspirant, & in praesenti vita exaltari affectant [ *Et naua qui in mari operantur* ] Per nauas, intelligi possunt vel qui nauem Ecclesiae regere habent, vel qui nauigia dirigunt. Per mare quoque intelligitur, vel seculum nequam, vel quaelibet congregatio aquae, in qua homines lucris insunt [ *Longe steterunt, et clamauerunt, videntes locum incendij eius* ], i. in infernum, in quo & ipsi pariter erunt inclusi [ *Dicentes, Quae similis ciuitati huic magna?* ] id est quis in diuitiis, delictis, honore, potestate, & caeteris mundi fallacibus bonis, similis fuit Babyloni praefatae: videlicet impiae congregationi? [ *Et miserunt* ], i. in inferno mittent [ *puluerem super capita sua* ], i. signa meroris ostentent, & de peccatis suis in quantum sunt in eis causa supplicij, poenitent: iuxta illud Sapientiae, Dicentes intra se poenitentiam agentes, & praegustantia spiritus gementes. Nos insensati, &c. Et post pauca, Talia dixerunt hi, qui sunt in inferno. Denique in vita praesenti miserunt puluerem super capita sua, id est terrena, vana, & leuia superferuerunt per vitiosum amorem cordibus suis. At vero secundum Berengandum, per caput, mens: per cinerem peccata signantur. Cinerem itaque super capita sua ponent, quia memoria peccatorum a mentibus eorum nunquam recedet [ *Plentes et dicentes, Vae vae* ], i. damnatio aeterna in corpore & in anima, nunc inest tibi ð Babylon [ *Ciuitas ista magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habent naues in mari* ] id est gubernatores, & mercatores, ac nauas praefatae [ *Quoniam vna hora desolata est* ] id est subitò omni gaudio opibusque priuata. Propter quod ciues ciuitatis istius apud Sapientem fatentur lugubriter, Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa, tanquam vmbra. Praeterea quia damnatio reproborum cedit in augmentum gloriae electorum [ *iuxta illud, Lætabitur iustus cum viderit vindictam* ] subiungitur [ *exultate super eam* ] id est de iusta damnatione & poena Babylonis [ *Celi* ] id est ciues caelestes angeli [ *Et sancti apostoli et prophetae* ] qui praeter caeteris vtilitatis a ciuibus Babylonis afflictis, & qui ita eius supplicia praedixistis. [ *Quoniam iudicauit deus iudicium vestrum de illa* ] id est iudicium, quod zelo iustitiae optastis heri, & quod vestræ iustitiae debebatur, deus de Babylone exercuit. Hoc est enim iudicium de quo supra sancti locuti sunt deo, Vt queque domine sanctus & verus, & non vindicæ sanguinem nostrum? [ *Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molam, et misit in mare dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ista magna* ] In visione imaginaria apparebat Ioanni, quod angelus sanctus proiecit saxum grande in mare: ad figurandum, & factò exemplari praenunciandū, quod Christus magni consilij angelus in die iudicij proiciet subitò in infernum omnem impiorum ca-

Hier. 24. Ioan. 5.

3. Reg. 10.

Sapient. 5. Psal. 57.

Apoca. 6.

**Hiere. 1.** teruam. Et huic simile est quod legitur Hieremias dixisse ad Saram, Cum veneris in Babylonem, ligabis lapidem ad librum istum, & proicies illum in medium Euphratem, dicens, Sic submergetur Babylon, & non confurget ad facie afflictionis quam ego adducam super eam. Vnde nunc subditur de Babylon, cuius typus fuit Babylon illa Chaldaica [Et ultra non inuenietur] videlicet in pristino statu, & prosperitate mundana, aut seculo isto. [Et vox citharæ dorum, et muscorum, et tibia canentium, et tuba non audietur amplius in ea] id est nulla suauitas harmoniæ, & nullus sonus auditum mulcens: sed planctus & ululatus, & miserabilis clamor erit in damnata impiorum collectione [Et omnis artifex, omnis que ars non inuenietur in ea amplius] Nunc multi artifices damnabuntur? Quomodo ergo non erunt in societate damnata? Et respondendum, quod substantialiter erunt ibi, non autem quantum ad vsum suæ artis, seu commodum impiæ ciuitatis. Porro quod nec artem dicit ibi manere, consonat ei quod Salomon ait, Quodcūque potest manus tua, instanter operare: quia nec opes nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos.

**Ecclesi. 9.** [Et ex quibus probabiliter æstimatur, quod damnati non erunt suæ artis atque scientiæ memores in inferno. Si enim grauis infirmitas inducit scientiæ obliuionem, quantum magis vehementia illa infernalis tormenti? Quod si scientia remanet ibi, non ad vsum iucundum, sed potius ad calamitatis cumulum remanet. [Et vox mole non audietur in ea amplius] non enim cibaria eis parantur. Propter quod Ecclesiasticus dicit, Ante obitum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibos] Et lux lucernæ non lucebit ibi amplius] id est nulla tibi ad consolationem claritas refugitabit in densissimis tenebris æternaliter permanebis, ne visu aliquo modo exhilareris. Siquidem, vt in Ecclesiastico dicitur, dulce lumen, & delectabile oculis videre solem [Et vox sponsæ et sponsæ non audietur adhuc in te] id est de cætero non celebrabuntur nuptiæ, seu carmina & gaudia nuptiarum in te, nec luxuriaberis amplius [Quia mercatores tui] de quibus prædictum est, qui spiritualia pro terrenis dederunt, iusque animas pro temporalibus commutauerunt, ac demonum potestati & seruituti se tradiderunt [Erant principes terræ]. i. ciuium tuorum. Nam tales malisti habere rectores, quam iustos [Quia in veneficiis tuis] id est diuersis erroribus, prauis exemplis, pestiferis persuasionibus, magicis trufis [Errauerunt omnes gentes] ad tuum collegium pertinentes, atque gentiliter cōuersantes, seu multæ de omnibus. Quia ergo in vita tua recepisti bona & diuitiis abundasti, honore & delitiis exuberasti: nunc in inferno cruciaris. [Et in ea] puta in Babylonē [sæuis prophetarum et sanctorum inuenus est, et omnium qui interfecit sunt in terra]. i. generatio ista improba ræ est effusionis sanguinis omnium electorum in terra hac iniuste occisorum ab ea. Sicut ait Saluator, Venient hæc omnia super generationem istam. per hoc autem quod ait, & omnium qui interfecit sunt in terra, innuitur, quod nõ solum sanguis sanctorum requireret ab ea: sed etiam malorum quos occidit iniuste, quamuis digni essent occidi. Propter quod Glossa hic dicit, Si malus malum occiderit, non excusat occisi nequitia: sed cum iustitia excusat, vt si iuste à iusto iudice occidatur.

Expositio cap. xix. [Post hæc audiui, etc.]  
 Articulus, xx.



**D**escripta præcedenti capitulo Babylonice ciuitatis damnatione: nunc ciuitatis dei exultatio denunciatur, quæ amore boni & zelo æqui ac veri, deo altissimo pro impiæ ciuitatis damnatione gratiarum actiones reponit. [Post hæc audiui] interiori auditu, sicut in visionibus imaginariis fieri solet [Vocem magnam] id est affectuosam ac deuotissimam dei laudationem & gratiarum actionem [Quasi vocem tubarum multarum in celo dicentium, Alleluia] Potest autem per cælum intelligi Ecclesiæ militans ac triumphans. Vtraque enim ob causam præactam deo laudes gratiasque rependit, & vox ista ob suam eminentiam, comparatur sono tubarum multarum: præsertim cum sit vox doctorum & prædicatorum, quorum cuiuslibet dicitur, Quasi tuba exalta vocem tuam. Alleluia autem designat, laudate deum. Vnde & ipsum nomen exponendo, vel eundem sensum ex deuotione resumendo, vt seruos amoris fortius inardescat, subiungitur [Laus et gloria et virtus deo nostro] id est honor & exaltatio, præconium, sceleritas, potestas, sanctitas deo competunt, & adscribenda sunt semper [Quia vera et iusta iudicia eius sunt] quod supra scriptum atque expositum est [Quia iudicauit de meretrice magna] id est Babylonice ciuitatem, seu reproborum numerosissimam collectionem pro suis peccatis damnauit [Quæ corrupta terram] id est habitantes in terra ad peccata induxit, vitis que infecit [in prostitutione sua] id est in petulantia, lasciuia, procacitate, vanitate, quam se cunctis peccare volentibus præbuit impudenter paratam, & alios prouocauit ad impurissimam voluptatem [Et vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius] id est eam puniuit pro eo, quod seruos dei persequuta est & occidit. [Et iterum dixerunt Alleluia] Commemorando enim diuinæ æquitatis iudicia, delectati fuerunt in laude ipsius. Ideo reperitis deum vocibus laudauerunt. Ad inueniendum etiam, quod infatigabili ac incessabili voce deum excelsum & gloriosum laudare debemus [Et fumus eius ascendit in secula seculorum] id est infernalis suffensus Babylonis æternaliter perseuerat. Vnde & poena inferni, quæ grauis est propter tormenti acerbitatem, & grauior propter suppliciorum diuersitatem ac multiformitatem, grauisissima perhibetur propter suppliciorum æternitatem. Estque verbum præfactum vehementer pauendum, & sollicitè reminiscendum. [Et ceciderunt viginti quatuor seniores et quatuor animalia, et adorauerunt sedentem super thronum dicentes Amen, Alleluia] Quemadmodum per viginti quatuor seniores intelligantur sancti veteris ac noui Testamenti: qui filij sunt duodecim Apostolorum, atque duodecim patriarcharum: vel ipsi patriarchæ, Apostoli, omnes quoque doctores iudicisque Ecclesiæ, superius tractatum est sæpe. Per quatuor autem animalia

**A** Euangelistæ & prædicatores vniuersi intelliguntur. Verum hoc loco per seniores & animalia, omnes ciues Ecclesiæ militantis ac triumphantis, potissimè tamen primi & superiores in eis accipi possunt: qui omnes deo se profundissimè humiliantes, ac latræ cultu, vt dignum est, exhibentes, præfatio dei præconio fauentes & annuentes, dicunt, Amen. i. verè sic est, & ita fiat. Hoc est, ita laudetur deus omnipotens. Insuper & ipsum idem agēs adiucunt, Alleluia [Et vox exiit de throno] id est de loco gloriæ dei sublimis ac benedicti, videlicet de Ecclesiæ triumpante ac militante. Nam & prædicatores Ecclesiæ quotidie exhortantur, quod ista vox admonet. Et vocem hanc in interioribus auribus Ioannis angelus eum instruens protulit & formauit. Deinde vox subditur [Laudem dicite deo nostro omnes serui eius] seruitute dilectionis & casti timoris [Et qui timetis eum] timore filiali, vel saltem initiali [Pulsilli et magni] videlicet, superiores & inferiores, sapientes & simplices. Consequenter ponitur dei laudatio propter pietatem eius in suis electis, vel potius propter excellentiam eius in semetipso. [Et audiui quasi vocem tubæ magnæ, et sicut vocem aquarum multarum, et sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium, Alleluia] id est Deum laudate. Et cur hoc additur? [Quoniam regnauit dominus Deus noster omnipotens] Itaque vox ista, quæ tot rebus comparatur, est vnanimis laudatio, quæ sancti in celo & terra Deum altissimum deuotissima mente collaudat. Quæ vox Esai. 24. mytheria. Ideo itaque deum collaudat, quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens. i. Babylonice ciuitatis regnum destruxit, æreæ regum potestatem aciem strauit ac superauit. Omnes quoque hos cōgregauit congregatione fascis vnus, & clausit in carcere gehennæ. Insuper electos iuos ab omni malo eripuit, suæ voluntati ac ditioni perfectè conformauit ac subdidit: atque in ipsis per dona gloriæ nunc regnare dignatus est, in quibus ante per dona gratiæ fuerat regnans. Nempe canticum illud refertur potissimè ad consummatum patriæ regnum, quo peracto iudicio deus in omnium electorum vna regnabit Ecclesia, quum ultra nulla aduersariorum impugnantia malitia. Et tunc Christus potestatem quam habet in celo & in terra apertè monstrabit, ac plene cunctis aduersariis suis sibi subiectis preuentibus atque damnatis. In Ecclesia autè militanti Christus regnare exorsus est, quando ad eius fidem & cultu homines conuerti cœperunt. Et de hoc eius regno, quo nunc in fidelibus regnat, etiam gratulandum est nobis, & laudes ac gratias ei referre debemus: sed de futuro illo cōsummato beatifico regno maxima erit laudatio, gratulatio, gratiarumque actio. Ideo sequitur [Gaudeamus et exultemus]. i. mente & corpore, seu intellectu uosque appetitu letemur: iuxta illud, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum [Et demus gloriæ] Psal. 83. ci]. i. ipsum in omnibus & de omnibus summè atque finaliter glorificemus, gloriosum fateamur, & omnis boni potest opulentissimum, munificentissimumque dicamus [Quia uenerunt nuptiæ agni] id est plena & consummata cōiunctio Christi Ecclesiæ. Et ista coniunctio, est eius in ea regnatio: quæ coniunctio plena & vniuersaliter erit peracto iudicio, dū Christus electos in anima & corpore glorificabit. Vnde hæc nuptiæ sunt in ternæ ac spirituales, dum per beatificam visionem, suauissimam fruitionem, inamissibilem tenionem, mentes electorum Christo in thalamo regni cælestis iungentur. Insuper secundum Albertum, harum nuptiarum sponsalia contracta fuerunt in prophetarum sponcione. Perfectum est matrimonium per verbum de præsentia, in colloquutione mutua angeli & Mariæ: consummatum fuit in carnis & uerbi v. Luc. 1. nitione: solennitas cepit celebrari in ascensione. Nunc paulatim introducitur sponsa in domum sponsi, sed totaliter introductetur in fine: & tunc fiet conuiuium generale [Et vxor eius]. i. Ecclesiæ quæ est sponsa & coniunx Christi [Præparauit se]. i. aptam & dignam se fecit in via ista, vniri sponso suo in patria. Triplex autem est sponsa Christi, videlicet vniuersalis, quæ est Ecclesiæ: particularis, vt anima deuota: singularis, scilicet virgo beata. Rursus sunt nuptiæ Christi cum militanti Ecclesiæ per gratiæ dona, & sunt nuptiæ eius cum ecclesiæ triumphanti per gloriæ munera [Et datum est illi] id est gratia dei concessum, non propriis viribus. [Vt cooperiat se byssino candido splendens] Quid autem per byssinum huiusmodi intelligatur, author ipse exponit [Byssinum enim sunt iustificationes sanctorum] id est virtuosæ operationes & obseruantie præceptorum, de quibus in Psalmo illo, Beati immaculati, & c. sæpe fit sermo. Itaque sensus est, quod auxilio gratiæ collatum est congregationi fidelium, vt se virtuosis actibus suis decoret Qui actus sunt candidi per gratiæ charitatem, conscientie puritatem, iustitiæ lucem. Splendentes quoque sunt, quia sunt aliis exemplares. Vnde ait Saluator, Lux vestra luceat coram hominibus. Conuenienter verò per byssinum iustificationes signatæ sunt. Nam sicut byssus multis tonsionibus perducitur ad candorem, sic electi per varias tribulationes pertingunt ad gloriam. [Et dixit mihi] angelus me informans [scriba] in corde tuo & libro ad Christianorum consolationem verbum valde suauè atque notabile [Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni] id est ad patriæ beatificam refectionem, seu diuinæ bonitatis immediatam fruitionem [Vocati sunt] per prædestinationem & inspirationem internam efficacem, ita quod actualiter peruenierunt ad eas seu peruenturi sunt. Et ista resectio potius cœna quam prandium appellatur, cum vltima sit, nec alia ei succedat. Resectio autem quæ fideles in præsentia à deo per verba sacræ scripture, charismata gratiæ, consolationes internas reficiuntur, prandium dicitur: interdum tamen cœna vocatur, tanquam inchoatio cœnæ futura. Vnde superius dixit Saluator, Si quis aperuerit mihi, intrabo & cœnabo cum illo. De hac beatifica spiritali cœnatione Christus diseruit, Ego dispono vobis regnū vt edatis & bibatis super mensam meam in regno. Itaque dominum depreceum indefinenter, vt eius continuè gratioso auxilio ad cœnam nuptiarum istarum pertingere mereamur: & quanta beatitudo repromissa sit Christianis, sapienter intueamur, nec præsentis vitæ delicias admittamus. [Et dixit mihi, hæc verba dei sunt] Quum enim deus sit essentialiter veritas ipsa, verba eius non vera esse non possunt. Propter quod Christus loquitur patri, Sermo tuus veritas est. Et psalm. Principiū verborum tuorum veritas. [Et cecidi ad pedes eius]. Psal. 118. Z iij

Apoc. 45.

Esai. 24.

Psalm. 83.

Luc. 1.

Psalm. 118.

Math. 5.

Apoca. 3. Luc. 22.

Rom. 3. Ioan. 17. Psal. 118.



geli. Quia in sua natura pedes non habent, sed in imaginaria visione in specie hominis apparebat. Et alii qui asserunt, quod ex aere corpus assumpsit. Potius tamen tenendum, quod quia Ioanni interius loquebatur & apparebat, non verum corpus, sed corporis effigiem interiori sensui sancti Ioannis obiecit ac demonstra- uit. Cecidit ergo Ioannes ad pedes eius eo modo, quo Ezechiel in spiritali visione adductus in Hierusalem, scribit se cecidisse in facie suam. Nam casus iste in spiritu fuit, videlicet imaginariè, quemadmodum supra Ioannes ait, Fui in spiritu in dominico die. Voluit autem Ioannes angelo reuerentiam exhibere, tanquam superiori in natura & gloria pro tunc. Ideo subditur [ *Vi adorarem eum* ] non adoratione latrà, sed dulcia, per quam proximis honorem impendimus. Item, vt gratiarum actionem angelo exhiberet pro beneficio prophetice illustrationis. Hoc modo Iosue legitur angelum adorasse. [ *Et dixit mihi, Vide* ] id est attende & caue! [ *Ne feceris* ] quod coepisti. [ *Conseruus tuus sũ & fratrum tuorum* ] spiritualium. s. Christianorum [ *Habentium testimonium Iesu* ] id est dona gratiæ per quæ ostenduntur esse famuli Christi, seu opera virtuosa eorum quoque qui verbo & operè testimonium perhibent Christo. Sed nãne Ioannes bene fecit procedendo, & venerari volendo? Cur ergo prohibitus fuit? Et respondendum, quod vtique bene fecit: angelus tamen propter maius bonum id fieri non permisit, puta ex humilitate, & propter eminentiam dignitatis ac sanctitatis tanti Apostoli: potius tamen propter dignitatẽ ac reuerentiã humanæ naturæ ad verbo assumptæ. Et in hoc docetur, quantum per vnigeniti filij dei incarnationẽ dignificata sit humana natura, seu omne genus humanũ: quia post incarnationem verbi, angeli ab hominibus renuũt adorari, qui super hominẽ deũ adorant, quod in veteri testamento non reuerunt. Non ergo negligamus nos ipsos, nec gratiam dei paruipendamus, ne grauiori dãnationi efficiamur obnoxij. [ *Deũ adora* ] cultu latrà, quæ est virtus deo cultũ cæremoniãque impendens. [ *Testimonium enim Iesu est spiritus prophetiæ* ]. i. spiritum seu gratiam prophetiã habere, signũ ac testimoniũ est quod homo sit Christi & seruus eius: non quia semper sic est, cũ gratia prophetiæ sit gratia gratis data, quæ potest bonis ac malis esse cõmunis: sed quia vt frequẽter, sic est. prophetia nanq; verè ac propriè dicta, nõ est nisi à spiritu sancto: nec datur cõmuniter, nisi dispositis ad illuminationẽ diuinã. s. virtutis. propter quod princeps apostolorũ in sua secũda ait canonica, Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquũt sunt sancti dei homines. Potest quoque ita exponi, Testimonium Iesu est spiritus prophetiæ, id est quicquid per spiritum propheticum prædixerunt propheta, aliquo modo testimonium perhibet Christo. Propter quod loquitur Petrus. Hinc omnes propheta testimonium perhibent. Consequenter secundum Bedam agitur de futura gloria supernæ Hierusalem. [ *Et vidi cælum apertum, et ecce equus albus: et qui sedebat super eum, vocabatur fidelis et verax* ] In visione imaginaria, ista sic corporaliter apparebant, quorum spiritalẽ intelligentiam angelo edocente Ioannes mox intellexit. itaque per hoc quod cælum sibi apertum apparuit, significabatur, quod diuina mysteria in diuinæ mentis præscientia clausa, pandebantur Ioanni. Item quod Ianua cæli primi parentis peccato clausa, est aperta merito Christi. Rursus ad innuendum, quod Christus per sui auxiliij exhibitionem, ac militum suorum missionem, de cælo descenderet, secundum modum subscriptum. Porro per equum album, cuius effigiem angelus præsentauit interiori oculo sancti Ioannis, intelligitur immaculatum Christi corpus, seu natura eius humana, per quam aduersarias potestates deuicit. Super quàm Christus secundum naturam diuinam sedebat, id est eam in omnibus dirigebat & ei in singulis præsidebat. Qui vocatur fidelis, implens quod spondidit, & verax: secundum quod ait, Ego sum via, veritas, & vita [ *ut cum iustitia iudicat* ] Nam secundum quod homo, constitutus est iudex viuorum ac mortuorum: nec sine æquitate, sed iustissimè cuncta discernit [ *ut pugnat* ] suis bellatoribus dando præliandi ac præualendi doctrinam ac potestatem, quibus & angelos in auxilium mittit, de quo ait Psalmista, Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Denique, vt Moses ait, dominus quasi vir pugnatũ, omnipotens nomen eius. [ *Oculi autem eius sicut flamma ignis* ] quia aspectus eius erit terribilis reprobis. Nam quia in equo quasi aduersarios expugnaturus apparuit, igneum atque terribilem prætendebat ad impios visum. Ideo etiam oculi eius vt flamma ignis, quia interiores oculi animæ eius sunt lucidissimi, ita quod omnia cernunt. Vel oculi eius dicuntur dona spiritus sancti. Sicut supra de ipso dixit Ioannes, quod habet oculos septem, qui sunt septem spiritus dei. Qui ignis flammæ meritò comparatur. Ignis nanque illuminat & accendit, rubiginem tollit, duritiam ferri emollit, frigida calefacit, liquida quoque consolidat. Sic dona spiritus sancti inflammant ad dilectionem dei & proximi, illuminant ad cognitionem veri & falsi, boni & mali: consumunt rubiginem peccati, emolliunt duritiam animi, corda frigida calefaciunt, fragiles mentes confortant [ *Et in capite eius diademata multa* ] id est vniuersale dominium super cælum & terram: secundum quod ait, Data est mihi potestas in cælo & in terra: seu multi triumphi, vel multitudo sanctorum qua cingitur. [ *Habens nomen scriptum* ] id est sic inditum ac conueniens [ *Quod nemo nouit* ] id est planè comprehendit [ *Nisi ipse* ] Hoc est nomen de quo ait Apostolus, quod dedit ei pater, nomen quod est super omne nomen: quo in vna persona verus deus & verus homo vocatur. Quod nomen nominatum, scilicet res ipsa secundum id quod diuinitatis est, incomprehensibile est omni menti creatæ, loquendo de plena comprehensione, qua aliquid cognoscitur tam perfectè, sicut ex sua natura cognoscibile existit. Porro in eo quod ait, quod nemo nouit nisi ipse, non excluduntur pater & spiritus sanctus. In his enim quæ absolute deo conueniunt, quod de vna persona dicuntur, de aliis quoque duabus intelligi datur. Sicut cum filius ait ad patrẽ, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Et iterum, Nemo nouit patrem, nisi filius, & c. Et cum ait Apost. Quæ sunt dei, nemo scit nisi spiritus dei. [ *Et vestitus erat veste aspersa sanguine* ] id est corpore, proprio sanguine tempore passionis rubricato. Vel in tali veste apparuit, ad insinuandum quod impios occidere uenit. De

Ezc. 44.

Apoc. 1.

Iosue. 5.

2. Petri. 2.

Actu. 10.

1. Cor. 5.

Ioan. 14.

psalm. 145.

Exod. 15.

Apoc. 5.

Matth. 28.

philip. 2.

Ioan. 18.

E

F

G

H

A veste autem præfata scriptum est apud Esaiam, Quare rubrum est indumentum tuum? [ *et vocabatur nomen eius verbum dei* ] id est vnigenitus patris æterni. Est enim verbum æternum, quod pater seipsum intelligendo intra se inuariabiliter profert. De quo scriptum est, In principio erat verbum. [ *Et exercitus qui sunt in cælo sequentur eum* ] quod de ciuibus ecclesiæ triumphantis regem suum comitantibus accipi potest. Cũ venit Christus venerit debellare Antichristũ cum suis, descendent angeli sancti, & Christi imperium contra impios exequentur. Rursus intelligi potest de fidelibus Ecclesiæ militantis, qui per vias præceptorum, & semitas consiliorum, Christum sequuntur. De illis verò potissimè sumitur, qui tempore Antichristi erunt constantes, & in virtute Christi, Antichristo vsque ad mortem resistent [ *in equis albis* ] id est mundis seu castis corporibus. Quoniam scient vas suum possidere in sanctificatione, & ab omni ni inquinamento animæ & carnis se emundabunt. Si autem de ciuibus triumphantis Ecclesiæ exponatur, per quos albos intelligendi sunt sancti viatores: quibus illi præfidebunt, & opem impendent [ *Vestiti byssino albo, mundo* ] id est iustificationibus suis, sicut expositum est. Vnde & scriptum est, Sacerdotes tui induantur iustitiam. Et sanctus Iob, Iustitia, inquit, indurus sum [ *Et de ore ipsius procedit gladius acutus* ] id est iudicialis sententia, & increpatorius sermo. Sicut supra plenius expositum est. [ *Vt in ipso percussit gentes* ] id est Gentiliter, carnaliterque viuentes reprehendat, reprobet & condemnet [ *Et ipse reget eas in virga ferrea* ] id est rigorosa iustitia, impõnitentes dirigendo in sinem eis debitum, scilicet damnationem æternam. Pœnitentes autem in hac vita disciplinando. Hoc in secundo psalmo de Christo constat prædictum. [ *Et tanquam vas figuli confringentur* ] id est electæ & pœnitentes salubriter frangent, & abnegabunt se ipsas amittendo quod erant per culpam. Prout Salomon ait, Verte impios & non erunt. Aliæ autem confringentur, in anima & corpore pereũtes. Istud implebitur etiam tempore Antichristi, quando Iudæi conuertentur ad dominum, & alij multi, saltem Antichristo occiso [ *Et ipse calcet torcular vini furoris iræ dei omnipotentis* ] Torcular quandoque vocatur congregatio recentium fructuũ: interdum locus vbi, seu instrumentum per quod vinum exprimitur: interdum supplicium per modum torcularis premens & opprimens. Secundum hæc, verba ista diuersimodè exponitur. Si enim torcular exponatur pro pœna, sensus est, quod Christus calcet torcular, id est mortem superauit. Nam moriendo pro nobis mortem æternam abstulit & destruxit: iuxta quod per Osam protestatur, Ero mors tua o mors, morsus tuus ero, inferne. Mortem quoque temporalem in seipso tertio die resurgens deuicit. Hæc autem mors seu pœna æterna est vinum furoris iræ dei, id est retributio à diuina iustitia hominibus pro suis peccatis, vel primi parentis originali peccato instar poculi propinata. Secundum hæc expositionem loquitur Christus apud Esaiam, Torcular calcavi solus. Si verò sumatur torcular pro loco supplicij seu pressuræ, designat hoc loco infernum: quem Christus calcet demergendo in eum ac conculcando iniustos. Estque torcular hoc, vinum iræ dei, id est locus pœnalis pro peccato infictus. Demum si torcular sumatur pro instrumentum premendi, sensus est, quod ignem inferni impiis superducit: iuxta quem modum scriptum est, Torcular calcavit dominus virgini filiæ Iuda. Furor autem & ira in deo omnipotente, non passionem aut mentis commotionem, sed æquitatis rigorem, & vltionis acerbiteratẽ designat [ *Et habet in vestimento eius in femore suo scriptum, rex regum et dominus dominantium* ] Per vestimentum Christi iam significata est eius humanitas, seu caro verbo vnita. Per femur verò Christi, spiritalis eius fecunditas, qua multos genuit seu conuertit, videlicet perfectio suæ virtutis, sanctitatis & charitatis signatur. De quo ait Psalm. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. Itaque sensus est, quod in Christi humanitate & corpore indelebiter demõstratur, quod ipse sit rex regum & dominus dominantium. Nam & humana eius natura prælata est omni creaturæ, & per eam omnipotentiam suam ostendit in miraculis, & saluatione humani olim perditũ generis. Similiter in fecunditate eius, qua mūdum spiritaliter regenerauit, idem ostendit, Berengandus & Beda per vestimentum Christi intelligit electorum ecclesiam: iuxta illud in Esaiã, Omnibus his quasi ornamento vestieris. In quibus declaratur, quod Christus sit rex regum & dominus dominantium. Albertus per vestimentum intelligit Christi humanitatẽ, vt à verbo assumptam: per femur verò eadẽ, vt à patribus propagatã [ *Et vidi vnum angelum stantem in sole, et clamantem voce magna omnibus auiibus, quæ volant per medium cæli* ] ita in imaginaria visione apparebat Ioanni. Per angelum istũ designatus est ordo seu cœtus prædicatorum, qui in fine mudi prædicabit, quæ subsequuntur. Vt angelicus spiritus, qui tunc alloquetur electos. Angelus iste stetit in sole, quoniam prædicatorẽ illi fixi erunt in Christo sole intelligentiã atque iustitiã. Vel in sole, id est in eminenti splendore sapientiæ. Per aues verò significatur fideles ad cælestia se leuantes: quæ pennis virtutum, oratione & contemplatione, volant per medium cæli, id est per totam ecclesiam, vel per patriam beatorum, cælestiũ ciuium ordines, mansiones & gaudia speculantes, & cõuersationem in cælo illo habentes [ *Dicens, Venite congregamini ad cenam magnam dei* ] id est ad cenam nuptiarum agni de qua dictum est iam, hoc est ad refectionem patriæ festinat [ *Vt manducetis carnes regum, et carnes fortium, et carnes eorum* ] id est inferiorum [ *Et sedentium in ipsis* ] id est præditiũ in ipsis. Hoc est, Venite ad patriam, vt de impiorum ista punitione deleatetur ac reficiatur mens vestra zelo iustitiæ: & quia tantum supplicium euasistis. Vnde scriptum est Esaiã sexagesimo sexto, Egredientur (scilicet electi) & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt: & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. In reproborum quoque damnatione elucebit sapientia dei, quæ inordinationem culpæ instaurat per ordinationem pœnæ. Præterea vt apparet, locũ iste potest intelligi de comestione corporum occisorum ab auiibus tragei aërei, eorum videlicet qui Christi virtute cum Antichristo subito occiditur. De quo Ezechielis trigefimonono plura leguntur. Sicque quod ibi intelligitur per victimã quam deus dicit se auiibus immolare, intelligeretur hæc cõna secũdam metaphoram quandam. Cõsequenter prædicitur prælium Antichristi cõtra Christum [ *Et vidi bestiam et reges terræ* ] scilicet Antichristũ, & ei credentes [ *Et exercitus eorum congregatos ad faciendũ*

Esa. 63.

Ioan. 1.

2. Tim. 4.

Psalm. 137.

Iob. 29.

Prou. 12.

Osea. 13.

Esa. 63.

Tren. 1.

Psalm. 2.

Esaia. 49.

Philip. 3.

*prælium cum illo, qui sedebant in equo* id est contra Christum, sicut expositum est [*et cum exercitu eius*] id est contra fideles in fide constantes. Pugnabunt autem contra Christum eius fidem & cultum destruendo, eisque membra persequendo, & occidendo. Ista præuidit Ioannes in spiritu [*et apprehensa est bestia*] id est Antichristus Christi virtute conteretur, dicente Apostolo, Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui [*Et cum illa pseudopropheta*] id est cœtus prædicatorum Antichristi, vel aliquis prædicator eius præcipuus [*Qui fecit signa coram ipsa*] id est in beneplacito seu presentia Antichristi [*Quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestie*] id est conformitatem vitæ Antichristi [*et qui adorauerunt imaginem eius*] id est statuum seu imitatores Antichristi, De his prædicatorum Antichristi miraculis & adoratione imaginis eius, & eius caractere superius dicta sunt plura, idcirco pertraseo [*visi missi sunt hi duo*] scilicet Antichristus & pseudopropheta ipsius [*in stagnum ignis sulphure ardentis*] id est diuina plaga occisi, mox cum impetu ruent in tartara: quasi si viuentes repente absorberentur à terra, & caderent in infernum. Sic enim Dathan & A byron viuentes in infernum descendisse dicuntur: quamuis moreretur, antequam illuc venirent, secundum doctores [*Et ceteri*] Antichristo adhærentes minus rei & impij [*Occisum in gladio sedentis super equum*] id est Christi imperio perierunt. Multi enim eorum subito moriuntur ac damnabuntur [*et omnes aues saturate sunt carnibus eorum*] secundum sensum nunc præiudicium. Sic enim saturabuntur, quomodo manducabunt. Loquitur autem Ioannes more prophetico de futuris tanquam præterito, propter certitudinem propheticæ denunciationis.

2. Theſ. 2.

Num. 16.

Expositio cap. xx.

[Et vidi angelum.]

Artic. xxi.



**M**agna damnationem diabolo, scilicet proiectionem eius in tartara, volēs author plenius atque distinctius elucidare: primò ostendit qualiter victus, ligatus atque damnatus est à Christo in primò eius aduentu. Denique secundum Berengandum, triplex ponitur damnatio dæmonis. Prima, quando ob suam superbiam de cælo proiectus est. Secunda, quado per Christi passionem perdidit genus humanum, & religatus est in abyssum. Tertia, quando in infernum cum omnibus suis æternaliter cruciandus mergetur [*et vidi angelum descendentem de celo*] Angelus iste Christum designat, cuius à summo cælo fuit egressus, quando per incarnationis mysterium descendit de sinu patris in vterum virginis [*Habentem clauem abyssi*] id est potestatem claudendi quos vult in inferno, & eripiendi seu retrahendi de eo. Vel clavis abyssi id est potestas ligandi & solvendi diabolum, qui nihil valet nisi permissus à Christo. Intellectus autem verbi huius, plenius patet ex his quæ in expositione superiorum scripta sunt, scilicet super id, Habeo claves mortis & inferni [*et catenam magnam in manu sua*] Catena ista quam habet in potestate sua Saluator, est multitudo electorū suorum sibi iunctam instar ananem, gradus, atque officia pulchre cōnexa: aut certe ineuitabilis sua potestas, cuncta cōstringens, [*et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui vocatur diabolus & satanas, et religauit eum per mille annos*] Hoc fecit Christus, quado per suam dignissimam passionem eripuit genus humanum à potestate diaboli, eisque potestatem restrinxit, compescuit, de innumerabilium hominum cordibus expulit: per sacramenta quoque ecclesiæ virtutem diaboli vehementer minuit & ligauit. Porro per mille annos, ob huius numeri perfectionem, totum euangelicæ legis tempus exprimitur, per quod ista durat ligatio: nisi quod tempore Antichristi tribus annis cum medio plus solito sæuierit, sicut infra dicitur. [*Et misit eum in abyssum*] scilicet in infernum, tereterrimū, profundissimum, turbulentum. Vel in corda tenebrosa reprobatorum, eorum potissimè qui persequabantur ecclesiam. In quibus licet & antea fuerit, tamen tunc missus fertur in ea permissiue à deo, quia tunc magis quam ante regnauit in eis. Hinc passione imminente Christus perhibuit, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Magis autem videtur missio ista de proiectione eius in infernum intelligenda, propter verba sequentia [*et signauit super illum*] id est signum reclusionis adhibuit virtute signaculi crucis, prohibens illum egredi ante tempus præiudicium [*Ut non seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni*] id est tempus durationis Euangelicæ legis vsque ad Antichristi aduentum. Ideo sequitur, [*et post hoc oportet illum solui modico tempore*] quo Antichristi persequutio desauit & durabit. Præterea constat, quod Christus suæ passionis virtute non misit neque ligauit dæmones vniuersos in inferno: cum certum sit, homines à dæmonibus indefinenter tentari. Si ergo religatio ista de inferno exponatur, per diabolum, non tota diabolorum caterua, sed aliqua pars eorum fortè crudelior erit intelligenda. Et aliqui dicunt per diabolum de quo nunc sermo, primum illum apostatam dæmonem principem accipiendum, à quo affirmant Christum tentatum, & illum à Christo in infernum reclusum ac vincitum, donec Antichristus nascetur: quem, vt asserunt, diabolus iste intrabit ac diriget. Si autem per diabolum, de quo nunc mentio, intelligatur quicumque spiritus malignus hominumque tentator, & per abyssum accipiatur impia peccantium corda: tunc quod ait scriptura hæc, vt non seducat amplius gentes, intelligendum est de gentibus prædestinatis. Vel, vt non seducat eas tot modis tamque copiose, vt ante. Verùm repressio ista diaboli tempore persequutionis Antichristi cessabit, quia tunc eius potestas magis soluetur ac præualebit quam ante. Non tamen putandum est, quod diaboli permittentur tunc hominibus quantum si permittentur possent nocere. Quia si hoc, quis posset euadere, aut in vita corporali manere? Tunc ergo oportebit diabolum solui, vt impleantur scripturæ, & quia id deus prædixit, & quia electis hoc vtile erit ad gloriam ampliorè. Aduertendum quoque, quod diabolus nunc pluribus nominibus expressus est. Nempe, vt Beda testatur, draco vocatur propter nocēdi malitiam, serpens propter nocēdi astutiam, diabo-

Esa. 14.  
Ioan. 12.

Ioan. 12.

Matth. 4.  
Marc. 1.  
Luc. 4.

**A**lius ob status sui casum. Diabolus enim deorsum fluens interpretatur. Satan, ob instantiam seu obstinationem aduersandi domino & electis eius. Et, vt scribit Albertus, quantum ad illos qui peccant ex infirmitate, dicitur draco propter violentiam tentationis: quantum ad illos qui peccant ex ignorantia, dicitur serpens, propter astutiam deceptionis: quantum ad illos qui peccant ex certa malitia, diabolus, quasi deorsum fluens per malitiam: quantum verò ad bonos, dicitur Satanas, quoniam illis iugiter aduersatur. Consequenter agitur de liberatione & gloria electorum, quæ dæmonis ligationem sequuntur sunt [*Et vidi sedes, & sederunt super eas, et iudicium datum est illis*] Per sedes hæc primò intelligi possunt mansiones cælestes, & throni gloriosi, in quibus animæ sanctorum tunc collatæ dominicæ passionis merito & virtute: quibus data est iudicandi potestas cum Christo, cuius dono etiam nunc frequenter aliqua iudicant, faciendo mirabilia in hoc mundo, suis cultoribus succurrendo, dæmones ab obsessis corporibus eiiciendo, atque miracula varia peragendo. Secundò, per sedes intelliguntur mansiones, dignitates, auctoritates ecclesiæ, in quibus superiores resident, & prælati: quibus datum est iudicium discretionis ac sententiationis de actibus inferiorum, potestas quoque ligandi & solvendi peccata. Insuper videt [*et animas decollatorum*] id est occisorum, [*Propter testimonium iesu, et propter verbum dei*] id est prædicationem, vel Iesum qui est verbum dei secundum naturam diuinam, [*Qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, et qui non acceperunt characterem eius in frontibus et in manibus suis*] Quamuis iam sæpe per bestiam intellectus sit Antichristus, & per imaginem eius statua vel imitatores ipsius: nunc tamen per bestiam & imaginem eius intelligi videntur hi qui eius figura fuerunt, & in typo ipsius præcesserunt, videlicet falsi dii, qui se hominibus colendos & adorandos exhibuerunt. Vnde & martyres, qui pro Christo mori maluerunt quam idola adorare, seu impios homines colere, dicuntur non adorasse bestiam nec imaginem eius, nec characterem eius, id est criminis imitationem & notam, seu signum quod pertineret ad eum, accepisse in frontibus, id est in confessione aperta, neque in manibus, id est in operibus suis. Potest quoque per bestiam dæmon intelligi, qui in idolis adoratur. Huic autem expositioni arbitror consonare, quod de Antichristo scribit Apostolus secunda ad Thessalonicenses secundo: quia mysterium nunc operatur iniquitatis. Est etiam modus loquendi, vt vnum similitum alterius nominis exprimat, & qui aliquid facit æquiualeter, sic facere illud asseritur, ac si formaliter faceret illud [*et vixerunt*] animæ istæ vita gloriæ [*et regnauerunt cum Christo*] in patria, quemadmodum ait Apostolus secunda Corinthiorum quinto, Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis soluitur, quod ædificationem habemus ex deo, domum non manufactam æternam in cælis. Et Christus in Euangelio Ioannis decimo septimo, Volo pater vt bi sum ego, illi sint mecum, vt videant claritatem meam [*mille annis*] id est omni tempore nunc currenti vsque ad resurrectionem futuram. Per determinatum etenim numerum annorum, indeterminatus numerus designatur: sicut cum dicitur in psalmo centesimo quarto, Memor fuit testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes [*Et ceteri mortuorum*] id est mortui ad numerum electorum, societatemque martyrum non pertinentes [*Non vixerunt*] vita naturali, corporali, humana [*Donec consumentur mille anni*] id est vsque ad finem mundi, seu diem iudicij, quando resurgent & viuent in corpore ad maiorem sui miseriam [*Hæc*] scilicet, vti gloriæ animarum sanctarum cum Christo in patria [*est resurrectio prima*] quia præcedit illam, qua corpora sua resument. Et item vita hæc dicitur resurrectio prima, quia per eam ab hac misera vita, quæ comparatione illius vitæ vmbra mortis & mors nuncupatur, eriguntur: & homo sanctus hæc moriens, ibi in patria viuere incipit melius atque felicius. Sicque à morte naturæ, qua cecidit corpore, resurgit pertingendo ad vitam gloriæ, qua viuunt in mente. Quidam autem per primam resurrectionem, intelligunt resurrectionem spiritalem: quia homo per baptismum & penitentiam resurgit à morte culpæ, prout monet Apostolus ad Ephesios quinto, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Quibus obicit Berengandus quod subditur, [*Beatus et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In his mors secunda non habet potestatem*] In his mors secunda non habet locum. Multi enim post baptismum, penitentiamque peractam, peccant & pereunt. Itaque beatus est in re & sanctus, quia omni labe peccati carens, & confirmatus in bono, qui habet partem, id est cōsortium in resurrectione prima, id est in animarum beatificatione. In his mors secunda, id est damnatio vltimata, non habet potestatem: quia de sua æterna felicitate securæ sunt [*Sed erunt sacerdotes dei et Christi*] id est patris ac filij, nec dubium quin & spiritus sancti. Beati namque in patria seipos perfectissimè offerunt deo, & inaccessibilem gloriæ hymnum (quod est sacrificium laudis) perfecte decantant super beatissimè trinitati [*et regnabunt cum Christo mille annis*] id est vsque ad resurrectionem corporum, beatificati in spiritu. Et dehinc cum corpore & anima pariter glorificatis regnabunt cum eo in sempiternum. [*Et cum consummati fuerint mille anni*] id est circa finem temporis, quod currit à principio Euangelicæ legis vsque ad terminum eius [*Soluetur Satanas de carcere suo*] id est abyssu, vbi nunc relegatus & missus descriptus est [*et exibit*] Vnde apparet quod per abyssum non propriè intelligantur corda reprobatorum: quia de illis Satanas non exibat tempore Antichristi, imò ea tunc tenacissimè possidebat, & per ea tanquam per vasa instrumenta que sua electos grauissimè persequebatur. De inferno itaque tunc primus apostata egredietur, cum crudeliori sua phalange, [*et seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terre*] id est in quatuor plagis terræ multos de omni natione ac populo faller per Antichristum, & prædicatorum ipsius eorumque signa, hypocrisis & doctrinam, prosperitatem, dona, comminationes & persequutiones. Et hæc gentes sunt [*Gog et Magog*]. Secundum interpretationem nominum horum. Gog enim interpretatur tectum, per quod quidam intelligit Antichristum, qui erit velut tectum seu habitaculum dæmonum. Alij per Gog eos intelligunt, qui tunc malitiam suam regentes, iustos se simulabunt. Magog verò interpretatur de tecto, per quod quidam accipiunt exerci-

Ioan. 1.

Apo. 13. 16

psalm. 49.

rum Antichristi, de quibus velut de tecto ipse impugnetur fideles. Alij per Magog eos specialiter intelligunt qui de tecto cordis sui egredientes, in manifesta peccata proficiunt. Veruntamen agnosendum, quod de Gog & Magog plura apud Ezechielem scripta sunt, & ibidem varios modos loquendi de Gog & Magog ex verbis Hieronymi, Augustini, & aliorum expofitorum recitavi, quos hic resumere est prolixum. Quidam autem per Gog & Magog intelligunt decem tribus. Alij Getas, & Messagetes, alij gentes Scythicas innumerabiles & immanes. Veruntamen Augustinus vigesimo de civitate dei satis rationabiliter ex præfenti ostendit scripturam, quod per Gog & Magog non designentur aliquæ determinatæ gentes, in aliqua parte terrarum constitutæ: toto nanque orbe terrarum significati sunt esse, cum dicitur, seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, easque subiecit esse Gog & Magog [Et congregabit eas in prælium] contra fideles. Non tamen uniuersæ gentes illæ erunt corporaliter adunatæ, sed multi erunt eorum exercitus in quatuor angulis terræ, quæ omnes vno animo inuadent ecclesiam, sicut sequentia verba declarant [Quarum numerus est sicut arena maris] id est innumerabilis erit illarum gentium multitudo [Et ascenderunt super latitudinem terræ, et circulerunt castra sanctorum,] id est acies Christianorum seu ipsos fideles, virtutibus contra inuisibiles atque visibiles hostes armatos, & charitate coniuictos. Loquitur autem Ioannes de futuro tanquam præterito, propter certitudinem veritatis. Quasi dicat, Tam verum & certum est, quod dico ac si nunc esset impletum. [Et civitatem dilectam] id est ecclesiam, quæ est castra sanctorum. Toto enim orbe terrarum ecclesia tunc ab incredulis illis cingetur & inuaditur. Ecclesia autem militans est ciuitas deo, & Ecclesiæ triumphanti charissima. Quidam verò per ciuitatem dilectam, intelligunt ipsam Hierusalem in Iudæa: quam tunc asserunt à Christianis inhabitandam, & ab Antichristo ac suis specialiter impugnamdam. [Et descendit ignis de celo, et deuorauit eos] id est diuina plaga Antichristum, & multos de adherentibus ipsi consumeret, & vt quidam dicitur, fulminabuntur [Et diabolus qui seducebat eos,] scilicet gentes præfatas [Missus est in stagnum ignis et sulphuris] id est in lacum & puteum tartareum, callidissimi & fetidissimi bestias. Tunc enim omnes diaboli peracto iudicio in infernum mergentur, nec amplius egredientur [Vbi bestia et pseudopropheta] id est Antichristus, & ordo seu cæterus prædicatorum eius [Cruciantur die ac nocte] id est sine cessatione [in secula seculorum] id est æternaliter. Non itaque finietur poena inferni. Consequenter de finali iudicio & resurrectione mortuorum secunda seu corporali breuiter tractat sanctus Ioannes [Et vidit thronum magnum candidum et sedentem super eum] In visione imaginaria apparuit Christum omnium iudicem, sedere in folio iudiciali sublimi ac splendido, ad inuadendum huius iudicis maiestatem. Iuxta quem sensum loquitur Esaias, Vidi dominum sedentem super folium excelsum & eleuatum. Et per thronum hunc designatur ecclesia, tam militans quam triumphans. Vtrique enim præfidei Christus. Et sicut ecclesiam militantem regit, eam per dona gratiæ ad finem vltimum dirigendo: sic gubernat & triumphantem, eam per dona gloriæ in fine vltimo iam adepto inauertibiliter conferuando [A cuius conspectu] id est imperio atque presentia [Terra fugit et caelum] id est à modo seu qualitate suæ existentia recedent, quia mutabuntur in melius. Sicut in principio sequentis cap. plenius est dicendum [Et locus non est inuentus ab eis] id est ipsa amplius non comparebunt, videlicet eo modo & statu & forma accidentali, in quibus nunc sunt [Et vidi mortuos magnos et pusillos] eos scilicet qui mortui fuerunt, & tunc suscitati erunt ac viuui [Stantes in conspectu throni] id est coram iudice Christo, secundum quod ipse prædixit. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes. Et item, Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient. Apostolus quoque ait, Oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque prout gessit [Et libri aperti sunt.] Isti sunt libri conscientiarum, qui sunt ipsæ conscientiæ, secundum quod in eis merita vel demerita continentur atque leguntur. Qui tunc aperiantur, quia tunc conscientia singulorum singulis innotescunt, ita quod vnusquisque merita vel demerita omnium aliorum cognoscat: vt dei iudicium esse iustissimum omnibus declaratur. Hinc in Daniele scribitur, Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Beda per libros intelligit veteris ac noui testamentum: quæ tunc aperientur, quia secundum eorum scripturas iudicabitur mundus. Augustinus verò per libros apertos intelligit sanctos, in quibus mali poterunt legere seu videre bona, quæ facere debuerunt & neglexerunt. [Et alius liber apertus est qui est liber vite] liber iste est præscientia seu prædestinatio dei nunc latens: qui tunc aperientibus asseritur, quia tunc patebit ad oculum qui in ipso scripti fuerunt, & qui non, id est qui electi, qui reprobi. De libro hoc vitæ nos quidem supra diximus. Cæterum Augustinus per librum istum intelligit vim diuinam, qua fiet vt vnusquisque sua facta monstrantur ac pateant, ita quod se iuste damnari vel saluari conspiciant. [Et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris] conscientiarum suarum seu scripturarum. Magis autem iudicabuntur secundum cordium suorum affectiones, intentiones, & cogitationes, quam secundum opera exteriora. In illis siquidem magis immediatè & propriè ratio meriti & demeriti, seu virtutis vitæque, consistit [Et mare dedit mortuos suos, qui in eo erant] id est qui in mari submersi fuerunt. Vel in seculo isto, quod per mare intelligi solet, sepulti seu resoluti fuerunt, inde confurgent. Cineres enim ex suis locis colligentur, & in corporis formam redigentur [Et mors et infernus decurrunt mortuos suos] id est diabolus author mortis, cuius inuidia mors intrauit orbem terrarum. Et carcer tartareus animas ibi detentas ad ingrediendum corpora exhibebunt, siue dimittent. Terra autem, mare & infernus dabunt mortuos suos, id est materialiter quasi præbebunt. Per mortem quoque videtur posse intelligi ignis conflagrationis, quo tunc viucentes interficientur, moxque resurgent. Hæc autem resurrectio ante iudicium fiet, quamuis hic per epilogum quandam post descriptionem iudicij describitur. Scriptura nanque non semper feruat ordinem rerum gestarum seu gerendarum [Et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum] intel-

E  
F  
G  
H


A ligendo per opera quemlibet actum, etiam interiorum & loquutionem. Ex ore enim tuo (ait scriptura) iustificaberis, & ex ore tuo cõdemnaberis [Et infernus] id est omnes reprobi, ad inferni habitaculum pertinentes. Solent enim per locum habitatores eius intelligi [Et mors] scilicet ignis cõflagrationis, qui eos in infernum ruentes inuoluet, & simul cum eis descendet, quantum ad id quod in ipso caloris est ac fumofitatis, secundum Basilium. Vel mors, id est diabolus, cum angelis suis apostatis [Missi sunt in stagnum ignis] id est in infernale puteum ignem ac sulphureum proiciuntur: Christo dicente, Ite maledicti in igne æternum. [Hæc] scilicet æterna damnatio & infernalis calamitas [Est mors secundum] grauissima, planè consummata ac perhorrenda. Prima etenim mors, est mors culpæ, seu ipsum peccatum, pro quo mors ista secunda infligitur: quam qui susceperint mortem illam quæ esse naturæ aufert optabunt: mallent etenim mori, seu profus non esse, quam tunc talia sustinere. Sed fugiet mors illa ab eis [Et omnis qui non est inuentus in libro vite scriptus]. i. in diuinæ mētis prædestinatione cõtentus [Missus est in stagnum ignis] videlicet omnes reprobi homines. Quod tamen intelligendū est de his, qui in mortali vitio decesserunt. Infantes enim non baptizati non puniuntur ab igne: sed erunt in lyombo puerorum. Sicque per infernū intelligi possunt angeli principis tenebrarū: per mortem princeps eorum: per non scriptos in libro vite homines impij. Ista metuenda tunc magis quam exponenda. Itaque cogitemus quàm horredum sit incidere in manus dei viuentis: & tunc iudicij distributionem quotidie perpendamus, timoratiq; simus. Quia tunc erunt securi, qui modo non sunt securi: tuncq; timebunt ac disperibunt, qui modo non metuunt, & negligunt miseri seipso.

Matth. 2.  
Matth. 23.  
Heb. 10.  
August.

Expositio cap. xxi.

[Et vidit caelum.]

Artic. xxii.



Vidi caelum nouum et terram nouam. Postquam descriptus est status ecclesiæ, quem habet ante finale iudicium: nunc status eius describitur, quem post finale iudicium fortietur. Denique secundum Albertum, hic incipit septima ac vltima visio huius libri: in qua ornatus sanctæ ecclesiæ, quæ sponsa est Christi, prænunciatur. Itaque ait, Vidi in spiritu caelum nouum, quod quidam exponunt de celo aëreo, scilicet aëre innouando. Sed generaliter accipi debet, de tota cælesti corporum regione. Omnes enim orbis cælestes, planetæ & stellæ in fine seculi, electorum corporibus glorificatis pariter innouabuntur, & plus solito ornabuntur. Vnde hoc loco per duo ista extrema, scilicet caelum & terram simul intelliguntur & media, vt pote alia tria elementa, & quicquid cælestium corporum sub primo mobili continetur. ¶ Cum enim hæc corporalia propter hominem sint creata, illi hominis itatui tunc conformabuntur, quem electi peracto habebunt iudicio: Ideo sicut corpora electorum innouabuntur & digniores qualitates habebunt, videlicet claritatem & incorruptibilitatem: ita & elementa atque cælestia corpora tunc clariora consistent, & elementorū mutua alteratio desinet, motus quoque cælestes cessabunt, & sol iugiter stabit in oriente, luna in occidente. ¶ Porro, vt creditur, terra in superficie peruia erit vt vitru, aqua sicut crystallus, aër vt calx, ignis vt sydera. De quâritate autè meliorationis qualitatis solis & lunæ loquitur Esaias, Erit lux lunæ, sicut lux solis: & lux solis septemplex, sicut lux septem dierum. Quantitas verò meliorationis cælestiū orbium deo est cognita. Talis ergo status, innouatio, & melioratio erit circa hunc mundum sensibilem post finale iudicium ad gloriâ creatoris, vt eius excellentia in suis declaratur effectibus: electi quoque in sensibilibus rebus, exterioribus sensibus magnificentia Dei iucundissimè speculentur atque collaudent. Cū igitur in scripturis leguntur corpora ista corrumpenda, destituta, seu peritura, intelligendum est quantum ad modū essendi, videlicet quo ad cessationem actionum, passionum & motuum. Sic nanque ait Apostolus, Præterit figura huius mundi. Et Psalmista, Opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, & omnes sicut vestimentum veterascunt. Idem quoque Petrus testatur, Adueniet dies domini tanquam fur, in quo cæli magno impetu transibunt, elementa verò magno calore soluentur. Nouos autem caelos, & nouam terram expectamus. Itēque per Esaiam dominus ait, Ecce ego creo caelos nouos, & terram nouam. Hinc subditur, [Primum enim caelum et prima terra abiit] id est corpora minorata, quantum ad pristinum statum ac modum essendi, cessabunt. Iuxta hunc sensum debemus nos ipsos abnegare, relinquere, & veterem hominem exuere [Et mare iam non est] Circa quod. 20. de ciuitate dei loquitur Augustinus, Vtrum mare maximum illo ardore sicceret, an & ipsum vertatur in melius, non facile dixerim. Verū si mare sumatur pro mari Oceano totam terram cingente (iuxta illud Psalmistæ, Abyssus sicut vestimentum amictus eius, quomodo vitæque hic mundum videtur) dubium nullum est, quin substantialiter perseveret: cū sit vnum quatuor elementorum. Sed quantum ad pristinum modum ac statum, non erit. Nam amaritudo eius grossitæque tollentur, & remanebit in primo statu, tamen innouato ac meliorato, secundum Albertum. Si autem sumatur mare pro quocunque mari particulari per terram currente, & ex Oceano profuente: an sic mare manebit in pristino loco, an omnia maria huiusmodi in Oceanum reuertentur seu siccabuntur, ita quod per terram nec maria nec flumina current, scriptum non reperit, nec de incertis terti aliquid fieri possumo. Quamquã probabiliter arbitretur per maria & flumina, quæ propter hominū necessitates & cõmoda iuxta infinitam sapientia dei altissimi ordinationem currunt per terram, & tunc in ea amplius non decurrunt, nec erunt: & magna eorū pars per ignem conflagrationis siccabuntur [Ego Ioannes] cui tanquam Euangelistæ & Apostolo firmissimè est credendum, [Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem] id est triumphantem ecclesiam, ex angelis hominibꝫque constantem. In qua est ciuiū perfectissima vnio, & æternæ increatæque pacis dei superbenedicti consummata gustatio, splendor quoque virtutum sine omni admixtione peccati [nouam] id est per dona gloriæ innouatam, & in corpo-

Luc. 9.  
Matt. 19.  
Eph. 4.  
Ps. 103.  
1. Cor. 7.  
Ps. 101.  
1. Petri. 3.  
Esa. 65.

ribus glorificatam. Tunc nanque animæ sanctæ habebunt corpora impassibilia, agilia, clara, atque subtilia [Defendentem de celo] quia tunc omnes beati descendunt cum Christo ad iudicij locum, & animæ sanctæ ad sua corpora resumenda. Quia tamen modò nõ agitur de iudicio illo, sed statu ipsum sequente, aptius fertur ciuitas ista de celo descendere, quia ab eo qui præsidet celo exoritur & descendit, inde dona gloriæ fortiendo. Quemadmodum Iacobus ait, Omne donum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Quod non de corporali descensu, sed de emanatione ac dependentia, est sumendum. Rursum descendit de celo, quoniam per reuerentialem timorem, à diuinæ magnitudinis contemplatione in propria descendit paruitatem: atque per humilitatem nõ sibi, sed deo attribuit gloriã, cui se summa humilitate profertur ac subdit, [A deo paratam] .i. donis gratiæ in præsentem decoratam atque dispositam ad beatificos diuinitatis amplexus [sicut sponsam ornata viro suo] Nam sicut sponsa sponso seu viro, ita Ecclesia Christo ornabitur. Vnde ad innuendum quòd Ecclesia tunc sicut uxor ad satisfactionem per felices amplexus iungetur, & à Christo summè implebitur, atque fecundissima reddetur, potius dicit sicut sponsam ornata viro suo, quàm sponso suo. Iam enim est sponsa, per fidem & dilectionem illi coniuncta: tunc verò uxor confilietur. [Et audiuo uocem magnam de throno dicentem.] Vox ista fuit angelica, tubalis, sonora, affectuosè prolata, & magnæ rei indicatiua: quam angelus in interioribus sensibus sancti Ioannis formauit, & in uisione imaginaria uidebatur sibi de throno maiestatis diuinæ egredi: quia & angelus eam proferens, cuius fuit cæli empyrei [Ecce tabernaculum dei cum hominibus] Per tabernaculum dei quidam intelligit Christi humanitatem, quæ fuit diuinitatis templum, ut sit sensus, Ecce tabernaculum dei, id est Christi humanitas, nunc est & aternaliter erit cum hominibus, sanctis scilicet & electis, in eadem cum illis gloria permanendo. Alij per tabernaculum intelligunt Ecclesiã. Sed cum homines sancti sint Ecclesia, non apparet propriè dictum quòd Ecclesia erit cum hominibus: nisi intelligatur quòd Ecclesia quæ dudum iam fuit triumphans, de cætero tunc erit cum hominibus electis: qui usque ad finem mundi, in hoc mundo militantes fuerunt, & tunc ad supernorum ciuium consortium affumentur. Potest itaque sic exponi, Ecce tabernaculum, id est habitatio dei, seu locus caelestium deliciarum in quo habitat deus, scilicet empyreum caelum, erit perpetuò cum hominibus, qui tunc omnes simul ascendent ad patriam, quam nunquam amittent [Et habitabit cum eis] id est per dona gloriæ in æternum cum ipsis & in ipsis manebit, sicut pater cum filiis, dominus cum ministris, magister cum discipulis, defensor in gyro suorū [Et ipsi populus eius erunt] id est deo suo familiares atque charissimi erunt in quibus ualde beneplacitum erit eidem: in quo scilicet populo, plenè complebitur illud Sophoniæ, Gaudebit super te dominus in lætitia, silebit in dilectione tua, & exultabit super te in laude [Et ipse deus cum eis erit eorum deus] id est deus omnipotens, qui solus est uerus deus, & per creationem ac generalè præsentiam est communiter omnium deus, erit singularissimò modo deus istorum: ita quòd ei tota mente integerimè inhærebunt, incessanter eum adorabunt, colent, laudabunt, erique ab eis perfectè dilectus atque possessus. Vnde de re maximè chara & iugiter cogitata dicitur: quòd sit deus taliter eam amantis & cogitantis [Et abstergit deus omnem lachrymam ab oculis eorum] perfectè enim beatitudo omnem excludit ab eis miseriam, omnem mali admixtionem, omnem penam, & occursum contrarium [Et mors non erit ultra] in eis, quia nec mors natura, nec culpa neque miseria. In inferno quoque non erit mors natura, uidelicet separatio animæ à corpore [Neque luctus] pro quacunque causa [Neque clamor] ex dolore proueniens, vel ex desiderio aliquid obtinendi. Erit tamen ibi secundum quosdam laus uocalis [Neque dolor] quia nec dolebunt dolore afflictio de suis peccatis [Quæ prima abierunt] id est mala ista penalia in præcedenti uita fuerunt, & finem cõperunt [Et dixit qui sedebat in throno] id est deus æternus, vnus & trinus, in empyreo residens cælo [Ecce noua facta omnia] id est terram & caelum ac corpora electorum iam innouo, melioraque facio. Et tunc noua faciet deus omnia, de quibus & Christus prædixit, Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum [Et dixi mihi] deus per angelum [scribe] hæc omnia & uerba sequentiã, utpote [Hæc uerba fidelissima & uera sunt] quia neminem non solū non fallunt, uerum credentes ad summam felicitatem perducunt [Et dixit mihi, factum est] id est nunc impletum est, quòd à principio mundi de finali retributione bonorum atque malorum cõspicit prædici [Ego sum alpha & omega, initium & finis] hoc semel dictum & expositum fuit [Ego stitisti] id est his qui in uita præsentem cõsuerunt sitiuntque iustitiam, & ueram salutem desiderant: id quoque præcipuè sitiunt, ut deus in omnibus honoretur [Dabo de fonte aqua uiuam] id est ex opulencia mea liberalissima & immensa, quæ omnis boni origo est, in fundam dona gloriæ consummata, & ex sapientia mea fontana illi sapientie riuos immitam. Fons ergo est ipsemet deus ditissimus, & aqua uiua est sapientia eius beatificans & beata. Hæc itaque dabo [Gratis] non sic gratis, ut sine meritis: sed gratis quātum ad meritorū radicem. Quoniam gratiam gratum faciētem, quæ merendi est causa, sine meritis dedit: & quia uita cõdignum remunerero, & quia omnia electorū merita, mea sunt dona. Ideo dicit Apostolus, Gratia dei uita æterna. Quod autem nõ sine bonis operibus istud præstetur adultis, docet subdendo, [Qui uicir, possidebit hæc] id est qui aduersariis suæ salutis, tētamētis diaboli, concupiscentiis carnis, uanitatibus mundi, inordinatis motibus animi, omni quoque peccato mortali efficaciter resisterit ac præualuerit, tātum præmij cõsequetur. Nõ enim coronatur, nisi qui legitimè certauerit [Et ero illi deus] id est singulari prouidētia eū custodiam [Et ipse erit mihi filius] .i. ualde dilectus, & per uirtutes ac dona spiritus sancti specialiter asimilatus, in futuro autē per dona gloriæ plenius cõformatus. Ecce quod dulcia sunt omnia uerba hæc, & quàm dignatè aut amorosè hortatur nos deus ad bene agēdum, tāta bona se redditurum promittēs. Itaque bene uolētia eius conemur esse ueraciter grati. Quid autē nobilius quod esse filium dei? Hinc in sua epist. scribit Ioānes, Nūc filij dei sumus, & nõdum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei

Iacobi. 1.

Psal. 149  
Sopho. 3.

Esa. 65.

Ioan. 12.

Apoc. 1.  
Matth. 5.

Rom. 6.

2. Tim. 2.

1. Ioan. 3.

A erimus, quia uidebimus eum sicuti est [Timidis autem] timore inordinato, mundano, carnali aut etiam purè seruili: qui corporalia mala & damna terrena magis timēt, quàm deum amittere & salutem: qui plus hominem uerentur quàm deum, & arctam uiam salutis arripere trepidant [Et incredulis] qui fidem non habent catholicam, sicut hæretici, pagani, Iudæi [Et execratis] .i. excommunicatis, seu execrabilia peccata agentibus, ac reciduiantibus, [Et homicidiis] uoluntate seu operè, Nam & qui odit fratrem suum homicida est secundum Ioannem [Et fornicatoribus] id est omnibus uiciosis concubentibus, nam & uehementis coniugis amator adulter est coram deo [Et ueneficiis] id est fortilegis, magis, insectoribus, maleficis [Et idololatriis] quibus secundum Apostolum similes sunt auari, imò & omnes qui magis inhærent creaturæ quàm creatori [Et omnibus mendacibus] mendacio pernicioso seu consuetudine mendaci. Nam & uenialia per consuetudinem fiunt mortalia [pars] id est retributio [illorum erit in stagno ardentis igne & sulphure] quod expauescendum est magis, quàm exponendum. Etenim quàm pauci sunt qui nulli horum subiacent uictorum [Quod] scilicet pœnam hanc patit [Est mors secunda] id est infernalis miseria pro culpa inflicta, Vel quod stagnum est mors secunda effectiue, quia inducit hanc calamitatem [Et uenit ad me vnus de septem angelis habentibus septem phialas plenas septem plagis nouissimis] de angelis istis qui sint & quid designent, quid etiam per septem phialas, per septem plagas nouissimas intelligi debeat, dictum est supra [Et loquutus est mecum] imò intra me, sicut in imaginariis uisionibus fieri solet [Dicens, Veni] non corporaliter procedendo, sed mentaliter aduertendo [Et ostendam tibi sponsam uxorem agni] Quidã hoc loco per sponsam uxorem agni, intelligunt militantem ecclesiam. Sed in sequentibus multa dicuntur, quæ ecclesiæ militanti non congruunt, sicut in prosequendo tangetur, & nunc modicè tangam. Nam de ciuitate hac sequitur, Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. Et nox ibi non erit. Et ciuitas non eget sole neque luna. Et templum non uidi in ea. Dicendum itaque, quòd in isto loco usque ad finem uoluminis describitur status & excellentia, pulchritudo & dignitas triumphantis ecclesiæ, quæ uerè est uxor christi. Nam de statu ecclesiæ militantis & persequutionibus eius, de finali quoque iudicio & reprobatorum damnatione æterna dictum est supra. Nunc ergo in speciali tractatur de conditionibus ecclesiæ triumphantis. Et sicut in principio capituli decimiseptimi vnus de septem angelis memoratis ostendit Ioanni damnationem ciuitatis diaboli, scilicet Babylonis: ita nunc perhibet vnus de septem angelis illis sibi monstrasse beatitudinem ciuitatis dei Hierusalē illius caelestis [Et sustulit me in spiritu] .i. secundum imaginariã representationē & spirituale ostensionē ac eleuationē. Iuxta quem modum ait Ezech. Se translatum de Baby lone in Iudæam in uisionibus dei, [In montem magnū et altum.] Sic enim imaginariè uidebatur Ioanni. Nec tamen decipiebatur, quoniam angelo eum docente intellexit, quid imaginaria illa uisio designaret. Nempe per montem magnū & altum intelligitur Christus, cui innitur ecclesia militans & triumphans. Vel certè caelum empyreum, quo in loco ecclesia triumphans locatur. Quamcunque autem personam dicatur hic angelus Ioannem sic ferens ac instruens designasse, angelus iste realiter fuit angelicus spiritus in Christi persona apparens, atque de omnibus his Ioannem informans: quemadmodum iam supra patuit, & infra innotescet. Veruntamen angelus iste diuersarum personarum effigiem repræsentauit Ioanni interiorius. Et iuxta hoc, quasi à diuersis dicit Ioannes sibi quædam ostensa [Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de celo] Hæc uerba sunt nunc in hoc ipso articulo explanata. Itaque supernam Hierusalem triumphantem ecclesiam ostendit Ioāni, non sicut ipsa in se est: sed sub similitudinibus corporalium rerum, scilicet magnæ ciuitatis, sicut infra describit. Insuper intuendum, quòd uerba sancti Ioannis in his duobus capitulis ultimis, præsertim in isto ultimo, consonantiam magnam habent cum his, quæ in uiltima uisione beati Ezechielis de ciuitate & templo leguntur. Nam & ipse Ezechiel quadragesimo libri sui capitulo uisionem illam incipientes asserit se in montem excelsum adductum, in quo erat quasi ædificium ciuitatis. Veruntamen sensus in pluribus distinctus. Quæ enim est ibidem descripta sunt, de ecclesia militante à catholicis patribus exponuntur: ista uerò de ecclesia triumphante. In aliquibus tamen sensus coincidunt, [Habentem claritatem dei] id est diuinæ & increatæ luci copiosissima participatione perfusam. Fulgebunt enim iusti sicut sol in regno patris eorum. In circumscriptum quoque illud supersplendidissimum lumen clara acie facilius contemplantur. Electi itaque in anima & corpore inestimabili claritate erūt repleti. Potest etiam specialiter claritas ista lumen gloriæ accipi, per quod ad diuinæ essentia beatificam uisionem immediatè disponuntur [Et lumen eius simile lapidi precioso] Hoc dupliciter intelligi potest. Primo, quòd lumen eius .i. Christus, qui est lumē ecclesiæ triumphantis, lumen utique obiectale, quod ipsa uigiter intuetur, & efficiētia, à quo feliciter illustratur, est simile lapidi precioso: quoniam Christus in scripturis frequenter lapis angularis & preciosus uocatur. Secundo, quòd lumen eius, id est præfata claritas participata ecclesiæ triumphantis, asimilatur lapidi precioso, utpote Christo: quia per claritatem illam Christo tanquam capiti conformatur [Tanquam lapidi iaspidis] id est lumen illud ob suam delitiositatem, vigorem, & uenustatem iaspidi est conforme. Iaspis nanque sua uiriditate pulcherrima uisum ualde delectat, atque confortat, estque grandis vigor & firmitas lapidis huius. Vnde tam Christus, quàm claritas participata beatorum, iaspidi asimilatur idonee [Sicut crystallum] id est lumen istud etiam asimilatur crystallum. Nam sicut crystallum purum, clarum atque perspicuum est seu transparentis: ita & claritas ista sanctorum mundissima est, & per eam habetur clarissima dei cognitio, se inuicem quoque penetrans intelligendo [Et habebat murum magnum & altum] per quem inexpugnabilis dei protectio, ac securissima eius custodia, quæ supernam Hierusalem ambit & protegit, designatur. Vel ipsemet Christus seu trinitas deus illam defendens, iuxta illud Esaiæ, Saluator ponetur in ea murus & antemurale. Et in psalmo, Dominus in circuitu populi sui. Christus autem magnus est & altus, quia immensus & incomprehensibilis ac superexaltatus, secundum quod deus. Imò de eo etiam fecundum quod homo prædictum est, Hic erit magnus. Præterea aduertendum, quòd templum Ezechielis ostensum cingebatur

Roma. 1.

Ezech. 8.

Apoca. 1.

Matth. 13.

1. Petri. 1.

Esa. 16.

Psal. 124.

Dan. 3.



## Cap. 21.

## D. DIONYSIVS CARTHVSIAN.

Luc. 1. triplici muro: quia ecclesia militans triplici indiget protectione, videlicet diuina, angelica, & humana, per  
Ezech. 40. praelatos & principes eius. Triumphans verò diuina protectione inest duntaxat [Habentem portas duodecim] per quas duodecim patriarchæ, itemque duodecim apostoli infiguntur, quorum exempla, fidem, & doctrinam sequendo, cælestem Hierusalem introimus. Eorum quoque patrocinio quasi per portas, patet nobis ingressus ad vitam æternam. Rursus duodecim portæ sunt obseruationes decem præceptorum decalogi, & duorum, charitatis dei ac proximi [Et in portis angulos duodecim]. Per quos cæteri prædicatores, doctores, praelati sumuntur: qui instar angulorum parietes necessitium plures spiritaliter copulant mentis dilectione, concordia & doctrina: qui omnes apostolis inniuntur, idcirco in portis esse feruntur [Et duodecim nomina scripta, que sunt nomina duodecim filiorum Israel] per nomina duodecim tribuum filiorum Israel, intelliguntur vniuersi electi veteris testamenti, imò & omnes prædestinati, qui per dona gratiæ filij patriarcharum vocantur: qui in portis duodecim scripti sunt, quoniam patriarcharum seu apostolorum virtutibus inhærendo & doctrinis ingressi sunt, intrant, aut introibunt regnum cælorum. [Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, & ab occasu portæ tres.] Idcirco ciuitas ista visa est versus quamlibet principalium terræ plagarum tres portas habere: quia de quatuor partibus mundi multi conuersi sunt, atque in fide superbenedictæ trinitatis saluati. Quemadmodum Esaias prædixit, Ecce isti delongè venient: & ecce illi qui ab aquilone & mari, & isti de terra australi. Christus quoque in Euangelio, Multi ab oriente & occidente, ab austro & aquilone venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob, in regno cælorum. Ideo quoque versus quamlibet plagam tres portæ consistunt, quia ex omni parte quidam saluantur in statu incipientium, quidam in statu proficientium, quidam in statu perfectorum: omnes quoque per tres virtutes theologicas ingrediuntur ad regnum. [Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum, et agni] Hoc quod dicitur, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum, asserit Berengandus expositorium esse eius quod præmittitur. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. Vnde secūdm eum & Bedam, ista duodecim fundamenta sunt duodecim apostoli: qui alia & alia ratione dicuntur portæ & fundamenta. Nam portæ dicuntur ob rationem præhabitam: fundamenta verò, quia catholicam fidem primò prædicauerunt, & in ea alios fundauerunt: ipsi quoque tanquam robustissimi alios super se portauerunt, eorumque imbecillitatem sustentauerunt. Alij per fundamenta duodecim, accipiunt duodecim patriarchas, qui primi hanc fidem tenuerunt: in quibus scripta fuerūt nomina apostolorum & agni, quia fuerunt apostolorum & Saluatoris figuræ, & prænunciatores Christi. Rursus nonnulli per duodecim fundamenta intelligunt duodecim articulos fidei, quorum cognitio est fundamentum seu inchoatio cognitionis perfectæ, quæ habetur in patria: in quibus articulis scripta sunt nomina duodecim apostolorum, quia hanc fidem primitus publicauerunt. Et agni, id est nomen Christi: quia obiectum articulo fidei Christus est, cum aliqui sint de eius humanitate, aliqui de diuinitate.

1. Cor. 3. Præterea aduertendum, quòd licet sit vnū primum ac principale seu vniuersale fundamentum ecclesiæ, scilicet Christus, dicente apostolo, Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: plura tamen sunt fundamenta secundaria, particularia. De quibus cætum. Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed & Christus secundum quod homo, est fundamentum instrumentale: verum vt deus, est fundamentum per authoritatem: fundamentum vti que fundans non fundatum. Sicque tota supergloriosa trinitas est vnū summum ecclesiæ militantis ac triumphantis fundamentum, cui cuncti inniuntur electi. [Et qui loquebatur mecum] scilicet angelus in Christi persona apprensus & loquens [Habebat mensuram arundinam auream] id est arundini similem [Vt metiretur ciuitatem et portas et murum eius] In hoc angelus representauit Christi personam, qui omnium merita discutit & mensurat, & singulis electorum in patria præmium donat iuxta meriti sui proportionem, mensuram & qualitatem. Itaque per mensuram arundinam auream, intelligitur sapientialis iustitia, seu iusta sapientia Christi, iudicis & remuneratoris vniuersorum: qui per sapientiam suam omnia in numero, pòdere, & mensura constituit: omniumque merita pensans, quantum de premio dandum sit, inspicit. In visione quoque Ezechielis, angelus visus est habere in manu funiculum lineum & calamum mensuræ. Sed cum per murum ciuitatis istius ipsemet Christus, seu diuina protectio intelligatur, quomodo murus eius mensurari asseritur: nisi quòd deus seipsum secundum certum determinatumque modum, applicat vnicuique electorum secundum exigentiam meritum? [Et ciuitas in quadro posita est] id est quadrangularis in situ seu in quadro equilatero: ita quòd in lógo & lato eiusdem seu paris est quæritatis: ideo subditur [Longitudo eius tanta est, quantà et latitudo] Eodem modo & tēplum Ezechielis situatum describitur, per quod nunc designatur firmitas atque stabilitas beatorum in deo: ita quòd nec auerti, nec cōcuti, nec cadere queunt: sicque habet se instar quadrati, quod quocūque vertatur, permanet fixū. Itemque quod nihil distortū, inæquale seu disproportionatum inuenitur in patria, nec aliquid incircuncisum, sed polita & recta ibi sunt omnia. Rursus per quadraturam istam insinuat, quòd per contēperaturā quatuor virtutum cardinalium, & per doctrinā quatuor Euangelistarum, ad patriæ beatitudinē peruenitur: imò & in beatis virtutum cardinalium permanet quadratura, quæ tantum ad actus aliquos. Quælibet nepe carum duos actus fortitur. Nam secundum Albertum, primus prudentiæ actus est præcauere insidias, qui nō manet in patria. Alius, nihil deo preponere vel equare, qui manet in ea. Primus quoque temperantiæ actus est, noxias delectationes reprimere, qui ibi non manet. Secundus, nullo motu noxio delectari, qui manet. Primus autem fortitudinis actus est, molestias fortiter ferre, quem certum est in patria non manere. Alius, deo fortiter adhrere, qui permanet. Postremò, primus actus iustitiæ ponatur proximo subuenire, qui ibi non manet quantum ad eos qui ibi sunt: vel post diem iudicij. Secundus, deo regenti subditum esse, qui manet. Per longitudinem verò ciuitatis, intelligenda est perfectio virtutum ad vim intellectuum pertinentium: per latitudinem perfectio virtutum ad vim affectuum spectantium.

A Vel per longitudinem contemplatio, per latitudinem dilectio, & ista æqualia perhibentur. Quò enim beati deum clarius contemplantur, eò ipsum feruentius amant, & econtrario: sicque amor affectus, æquatur notitiæ intellectus. [Et mensus est ciuitatem] scilicet spatium eius [Per stadia duodecim milia], per quod amplitudo & magnitudo cælestis Hierusalem designatur, non quòd cæli empyrei spatium hac mensura stringatur: sed per minus intelligitur maius: & per determinatum, indeterminatum. Sicut superius sæpenumero per septenarium vniuersitas significatur. Vnde quemadmodum spatium ciuitatis hic descriptum, vehementer excedit cōfuetū vrbium spatia: ita his verbis insinuat, quòd patria electorum omnem locum viatorum quasi incomparabili capacitate & mole transcendit. Nec solum capacitate & mole, sed & omnium bonorum affluentia, gaudio & decore: secundum illud Baruch proph. O Israël quàm magna Baruch, 3. est domus dei, & ingēs locus possessionis eius. Magnus & nō habens finem. Excelsus & immensus. Hunc etiam ciuitas ista multo maior describitur, quàm illa de qua Ezech. vaticinatur. Illa enim est habitatio viatorum, & secūdm quosdam habet in gyro. 30. Hæc verò habet in ambitu, vt affirmat, 48. milia stadia. Nam & 12. milia stadia, de quibus litera loquitur, referunt ad vnū latum præfati quadrati [Longitudo et latitudo et altitudo eius æqualia sunt] Qui ista de ecclesia militante exponunt, per longitudinem intelligunt fidem, quæ facit credere præterita, præsentia, & futura. Per latitudinem verò charitatem, quæ ad omnia se extēdit. per altitudinem autem spem, quæ erigit ad superna. Hęc tria æqualia sunt in viatore, nō in dignitate, cum maior horum fit charitas: sed in profectu, seu incremento, & operatione. Quò enim quis amplius crescit in vna horum virtutum, eò & in aliis duabus, loquendo de fide formata & spe viua. Sed quia de ecclesia triumphatæ exponenda sunt hęc, per tria ista intelligenda videtur tres dotes animæ gloriificate, virtutibus theologis succedentes: vt per longitudinem intelligatur beatifica visio quæ cuncta attingit: per latitudinem beata fruitio: per altitudinem tentio qua intus tenetur altissimus. Quod autem hic dicitur de altitudine ciuitatis, quantum ad imaginariam pertinet visionem, nō de altitudine murorum, sed spatij sumitur: cuius altitudo accipitur secūdm montis ascensum, in quo ciuitas ista visa est sita, sicut iam dixit, Sustulit me in montem magnum & altum. Sicque altitudo motus est. 12. milium stadiorum, quemadmodum lōgiitudo spatij & latitudo ipsius. Et mensus est muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum] scilicet in altitudine. Et quamuis vnus vnus sit murus, nunc tamen pluraliter loquitur muros, propter quatuor latera eius. Totus enim murus videbatur quadratus equilaterus. Et per murum istum in altitudine stabilis, perfectio sanctæ illius ciuitatis exprimitur. Nam computus iste quadraturam duodenarij comprehendit, eò quòd duodecies duodeni, centum quadraginta quatuor faciunt, qui est numerus quadratus, resiliens ex ductu duodenarij in seipsum. Idcirco designat securitatem & stabilitatem foelicitatis superne. Nam corpus quadratum, vt tactum est, stat firmiter in quolibet latere. Propter quod, i. Ethicorū virtuosus comparatur quadrato. In omni euentu virtuosus, in ratione & virtutum medio perseverat [Mensura hominis que est angeli] id est sic mensurantur merita & premia hominum, sicut & angelorum. Vel sensus est, quòd æqualis erit beatitudo angelorum & hominum. Sicut loquitur Christus, Erunt filij dei in celo. His ergo verbis innuitur, quòd ad angelorum ordines homines assumuntur, & vna Matth. 22. est omnium beatitudo ex parte obiecti: quæ per denarium diurnum omnibus operariis datum exprimitur. 1. Ioan. 3. Tur. Omnes enim facie ad faciem vident deum [Et erat structura muri ex lapide iaspide] Totus itaque murus videbatur ex lapidibus huiuscemodi factus, & ritè. Per murum enim, vt dictum est, Christus seu eius protectio designatur. Christus autem iaspide assimilatur, vt dictum est sepe. Quoniam sicut iaspis sua viriditate decoratur, visum oblectat & roborat, sic Christus omnibus contemplantibus eum delectabilis est, & cōfirmatiuus eorum in bono. [Ipsa vero ciuitas aurum mundum simile vitro mundo] Ciuitas ista est vniuersitas beatorum, qui aurum mundum vocantur, quia in omnibus charitatis feruor sine omni peccati macula dominatur. Est que aurum hoc simile vitro mundo, quoniam charitatis feruori adiectus est præclarissimus sapientiæ splendor, ita quòd beati instar vitrorum sibi mutuo patent seu cogniti sunt. Et sicut vitrum lumine penetratur, sic sancti in patria intus & foris diuine lucis participatione implentur, imò cogitationes suas alterutrum inuentur, secundum Augustinum [Fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata] Fundamentā ista (vt dictum est) sunt ipsi beati Apostoli, qui omni lapide precioso ornantur, quia cunctis virtutibus decorantur [Fundamentum primum iaspis] id est primus lapis preciosus fundamentorum istorum est iaspis, vt pote virtus per iaspidem designata. per quam charitatem intelligo, qua nihil est dulcius, & metem vehementer oblectat & confortat in deo, sicut iaspis oculis exhilarat, & confortat [Secundum] vel, vt alij dicunt, secundus saphirus id est secundus ornatus fundamentorum supernæ Hierusalem est virtus per saphirum signata, videlicet donum sapientiæ. Nunc enim nomen virtutis communiter sumitur, nec cōdistinguitur dono. Quemadmodum enim saphirus cæli formem habet colorem, sic sancti in patria per sapientiam istam, quæ donum est, angelicis mentibus comparantur. Rursus saphirus corpus humanum vetegat & membra consolidat: sic sapientiæ donum spiritum nutrit, & vires eius in deo defigit. Iterum sicut saphirus tactus radiis solis ardorem ex se mittit fulgorem, sic sapientia beatorum tacta & perlustrata radio solis æterni, mox cum feruore splendens tendit in deum [Tertius calcædonius] id est tertius horum ornatus est virtus, nomine calcædonij propter proprietatum similitudinem designata, videlicet donū intellectus. Quemadmodum enim calcædonius pallidi est coloris, & fortissimæ resistentiæ, ita vt in eo sculperre quis difficillimè queat: sic donū intellectus, quo ea quæ fidei subsumuntur acutè atque subtiliter penetratū præsertim in patria, omni argumēto quod fidei cōtrariatur fortissimè reluctatur. Verum tamen quoniam ea quæ cadunt sub fide, nulla mens creata plenè comprehendere potest: donum intellectus quasi pallenti lapide assimilatur, nō plenariè rubeo atque totaliter claro ac splendido [Quartus smaragdus] per smaragdū intelligo donū cōsiliij. Quemadmodum enim smaragdus eximia viriditatis & pulchritudinis est, intantum vt ea quæ circa se sunt sua viriditate afficiat, imò ærem ex repercussione virefcere

faciat nullaque gemma gratior oculis (nam & herbas sua superat viriditate) sic donū consilij in seipso decorum atque suave est, & aliis se diffundit, eorumque mentes sua afficit directione, per donum quoque consilij homo fit aliis valde acceptus, imò gratissimus. Melius enim vincit homo cōsilio, quam fortitudine. Denique sicut hic lapis valet contra morbum caducum, sic donum consilij præcipue tollit peccati ruina. De hoc lapide Augustinus & Beda atque Isidorus multa pulchra cōscribunt. Plura enim eius sunt genera. Et tellus, qua nobiliores smaragdi nascuntur, locuples est, sed inhabitabilis. Nempe cum auro & gemmis abundet, gripbes omnia tenent aues ferocissimæ, vel potius feræ volantes. Sunt enim quadrupes, & corpore quidem leonibus, capite verò & alis, aquilis simillimæ. Armaspi cum his dimicant, q̄ vno oculo in fronte media feruntur insignes, vt accipiant hos lapides mira cupiditate & feris rapiētibus, & Arimaspi eos custodiētibus. [Quintus sardonix.] Lapis iste candidus perhibetur in rubeum colorem parumper declinans. Eius tamen multa sunt genera. Nam alius rubeus fertur, alius bicolor, vt dictum est, alius triformiter coloratur: primum habēs nigrum, medium candidum, superius rubeum, & iste est preciosior, per quem donum fortitudinis designatur, quæ inter aduersa & prospera permanet fixa, & in martyrio stabilis mentem: in patria verò solo candore ornatur, quia circa tristitia & lætisia non occupatur. Et sicut sardonix humilem efficit & pudicum, ita per fortitudinem animōsitas & carnalitas superantur: ita quod homo humilis atque pudicus efficitur [Sextus sardius] Sardius secundum Bedam, ex integro sanguine seu rubei est coloris: tamen secundum Berengandum, pro eo quod in rufum colorem aliquantulum declinare videtur, paululum obscuratur: per quem donū scientiæ insinatur, quæ per hoc quod facit mentem cum gustu perpendere, quod in nulla re creata statuendus est vltimus finis, eod quod illa inferte sit deficiens & caduca, ad scientiæ fulgorem propinquat, increatumque boni amore spiritum afficit. Veruntamen quia nō immediatè circa increatum obiectum sed circa creatum versatur, quia de rebus creatis dat bene & connaturaliter iudicare: hinc à puritate auriformis rubeique coloris parumper occumbit, & splendor sapientiæ minor est. Et sicut sardius pellit timorem, & gaudiū parit atque accendit: sic donum scientiæ tollit timorem perdendi terrena, accenditque gaudium in contēptu eorum & in amore cælestium. [Septimus chrysolitus.] Gemma hæc tota aurei est coloris, & ardentes videtur scintillas diffundere. Confortat insuper intellectum, & timores expellit nocturnos. Quod enim ratio amplius confortatur, eod passiones magis sedantur. Per quam donū pietatis intelligo, quæ facit hominem inter proximos quasi aurum acceptum & charum: facitque eum ad alios liberalem siue beneuolū, ita quod affectiones scintillantes diffundit. Meretur quoque specialem illuminationem & confortationem à deo [Ottauus beryllus] Beryllus eximie claritatis est, ceruleum habens colorem admixtum, secundum Berengandum. Et secundum Bedam, sic est quasi cōsiderans aquam solis fulgore percussam, rubicundum ac decorum exhibere colorem. Facit quoque in bello inuictum, & mitem efficit ac benignum, per quem donum timoris congruè designatur. Filialis etenim castus sanctusque timor, præclaræ est sinceritatis, & in spiritali pugna facit inuictum. Quia intantum facit hominem dei offensam vitare, quod mallet mori quam deum inhonorare, sicque mansuetū ac benignum constituit animum. [Nonus topaxius] Gemma hæc preciosissima omni fulget colore. Duo tamen colores, videlicet aureus & æreus in ipsa abundant: quæ cum solis radio tangitur, iubar suum vindique spargit, omniūque gemmarum superat claritatem, in suum aspectum præcipue trahens astantes. Hæc gemmarum amplissima, & regibus adeo chara, vt ea nil charius inter diuitias suas habere se reputent. Valet demum contra iram atque lunaticam passionem. Per quam iustitia designatur, quæ est præclarissima virtus. Et non est lucifer nec hesperus tam admirabilis, quæ lucem suā circumquaque diffundit, omni quoque virtutū decore splendescit, præsertim aureo & æthereo: quoniam dei & proximi dilectionem præcipue respicit. Hæc quod purior ac perfectior fuerit, eod sanis oculis delectabilior comprobatur. Quam reges & omnes qui præfunt, maxime debent diligere, & opibus cūctis præferre. Quæ etiam in beatis præcipue locum habet. Nam ipsi demū plenam implent iustitiam, reddentes cuique quod suum est, & deo seipso totaliter. Per quam & viatores inquietudines animæ vitant. [Decimus chrysoprasus] Lapis hic viridis est coloris, & hinc inde quasi aureis guttulis est distinctus, & valet contra lepram. Per quem prudentia, quæ cardinalis est virtus, contra dona sapientiæ & scientiæ condistincta, accipitur. Suo namque virore in agendis mentem perfundit, & aliis floridam exhibet. Aureo quoque ornato passim fulcitur, dum ad vltimum sine m̄ dirigit humanos actus, quod faciendo cordis pellit putredinem, ne terrenorum ad tactu quasi leprosa infecta & corrupta reddatur. [Vndecimus hyacinthus] Hyacinthus cerulei fertur coloris. Et vt ait Berengandum sereni cæli habet colorem, sicut saphirus: sed ille maculas habet. Istius autem pulchritudo maculis non deformatur. Lucet vt purpura, sed non semper æqualiter rutilat, quia cum facie cæli mutatur. Nam in sereno perspicuus est & gratus, in nubilo autem obscurus, qui preciosus & bonus est valde, dat membris vigorem, & saluiferum facit saporem, per quem virtus latræ designatur. Huius namque virtutis actus perfectissimè insunt beatis, qui laudi & cultui dei indefinenter cum tota mēte sine interruptione insunt: quia diuino lumine incessabiliter perfunditur: quo si careret, protinus rutilare cessaret: sed & actibus latræ beati dulcissimè rescinduntur, & sine interpellatione inenarrabiliter oblectantur [Duodecimus amethystus] Lapis iste triformi ornatur colore, roseo, violaceo, atque purpureo, & paruulas flammæ fundit, facitque vigilem, & malam pellit cogitationem. Per quem beatorum in patria plenissima castitas explicatur. Quia vt ait Saluator, non nubent neque nubentur: sed angelicæ sunt mūditiæ. Et quoniā castitati eorum, seruator diuini amoris, & humilitatis profunditas sunt adiuncti, quasi triplici fulget decore, nec cogitatione admittit impurā. Ista de lapidū horū mystica expositione vt cūque prolata, pie sumatur. Alii enim aliter eos interpretantur, quorū melioribus dictis ista non derogant. Consequenter agitur de materia & ornamento portarum, quod tamen spiritaliter est sumendum [Et duodecim portæ] muri ciuitatis superne [Duodecim margarite sum per

Matth. 22.  
Luc. 20.

A *singulas* id est cum portæ istæ existant duodecim, in qualibet earum præfati duodecim preciosi lapides habentur. Quia vt dictum est, in quolibet Apostolorum (qui portæ sunt ciuitatis istius) virtutes his margaritis expressæ excellenter reperiuntur. [Et singule portæ erant ex singulis margaritis] Si singulæ portæ erant ex singulis margaritis, quomodo in vna quaq; fuerunt duodecim margaritæ? Itaque secundum Berengandum & Albertum, istud secundum literæ superficiem stare non valet. Idcirco dicendum, quod licet in vnoquoque sanctorum præfata sint ornamenta virtutum, in quolibet tamen aliqua emicat virtus, à qua & specialiter cōmendatur ac nominatur. Iuxta illud quod de quolibet eorum cantatur, Non est iuuetus similis illi. Ideo singulæ portæ ex singulis margaritis cōstare dicuntur. [Et platea ciuitatis aurum mundum] Eccles. 44. *tanquam vitrum pellucidum.* Hoc & de ciuitate iam dixit, atque expositum est. Vnde hoc loco, vt aliqua assignetur distinctio, per plateas ciuitatis cælestis Hierusalē, intelligi possunt inferiores & subditi: & qui per vias aliquantulum latiores ambulauerunt, contenti obseruantia mandatorum, non ingressi semitas consiliorum strictiores. Ad in sinuandū ergo, quod hi quoque ad patriæ beatitudinem conducantur, atque ibidem charitatis feruore ac splendore, seu mentis & corporis glorificatione splendebunt, dictū nunc est quod platea ciuitatis. Inferiores gradus ac meriti homines, similes sunt auro puro ac vitro pellucido. [Et templum non vidi in ea]. i. materiale locum, ad offerendum deo orationes ac sacrificia pro peccatis. Templum nempe est locus orationis & sacrificiorum huiusmodi. Beati autem in patria, præsertim post finale iudicium, secundum quod nunc agitur de ciuitate superna, omni malo carebunt, omni quod pleni erūt. B Nec tunc deprecabuntur pro aliis, nec sacrificia offerent pro peccatis: ideo materiale templum ibi non erit. Nihilominus tota Ecclesia illa triumphans, templum & domus dei spiritaliter erit: quoniam vnusquisque in mente sua deo sacrificium laudis exhibebit æternæ. [Dominus enim deus omnipotens templum illius est] quia in ipso tanquam in beatificante obiecto æternaliter conquelescent. Ipse ergo habitabit in eis dona gloriæ influendo, datæque conseruando: & habitabunt in eo, in cunctis actibus suis in ipso finaliter quiescendo [Et agnus] Nam christus, secundum quod deus, vnū & idem templum eorum est cum patre & spiritu sancto, sicut & vnū felicitatis obiectum. Porro secundum naturam assumptam, est præcipuum præmij accidentaliter obiectum, Nam eius humanitate rescipientur exterius, & quantum ad hoc quiescent, & commorabuntur in ipsa. [Et ciuitas non eget sole & luna] id est illustratio laminarum cæli non erit necessaria beaticis in patria, cū corpora eorum clariora sunt illis futura. Ideo subditur [Nam claritas dei illuminabit eam] scilicet increata lux dei efficiet, & claritas ab ipso beatis communicanda illuminabit eam instrumentali atque formaliter [Lucerna eius est agnus] Lucerna non est lumen, sed luminis contentiuaria: & Christus vt homo, non substantialiter lux est: sed receptaculum ac retinaculum lucis præcipuum. In ipso namque habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Quoniam ergo humanitatis Christi claritas post increatum lumen omnibus sanctis maxime refulgebit, virtute diuinæ immensæque lucis in ea manentis, atque per ipsam micantis, agnus merito lucerna cælestis Hierusalē nuncupatur. His autē verbis, & c. quæ subduntur, consonat quæ apud Esaiam scripta sunt, Non erit tibi sol amplius ad lucendum, per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucē sempiternam, & deus tuus in gloriam tuam. [Et ambulabunt gentes in lumine eius] quia sicut electi nunc viuunt in lumine fidei ipsius ecclesiæ militantis, & in Christo qui est lumen fidelium: ita in patria ambulabunt, agent, viuunt, atque in Iōan. 8. deum se iugiter erigēt, & erecti manebūt in lumine ecclesiæ triumphantis. Corporaliter quoque mouebuntur & ambulabunt in lumine corporum glorificatorum, potissimè corporis Christi: cuius corpore claritas lumen solis inestimabiliter superat, regionem quoque terræ viuentium implet [Et reges terræ] scilicet principes & prælati idonei, omnes quoque qui bene rexerunt seipso [Afferent gloriam suam et honorem in illam]. i. spiritalia suas diuitias, merita, magnificentiamque virtutū suarum, secum in cælestem Hierusalē deferent. Opera enim illorum sequuntur illos. Gloria quoque est conscientia puritas, dicuntur. Sicut discipulis suis loquitur Paulus, Gloria nostra vos estis in domino. Et iterum, Gaudium meum & corona mea, sic staret in domino. Quid autem tam honorificum homini, sicut alios secum saluasse, eosque ad patriam perduxisse? Nam & filius sapiens, gloria patris. Malis quoque seu deceptis discipulis scribit Paulus apostolus. Quoniam confundor in vobis. Ergo in bonis honorificabatur. [Et portæ eius non claudentur per diem] id est nunquam. Nam ibi erit dies perpetuus. Ideo subditur [Nox enim non erit illis] Quibus datur intelligi, quod non erit ibi occurfus malus, nec timor, sed summa & sempiterna securitas. Item quod corda beatorum æternaliter patula erunt, & in contactu actuali lucis diuinæ, nec caligo ignorantis seu peccati erit ibidem. Hinc apud Esaiam legitur, Aperientur portæ tuæ iugiter die ac nocte non claudentur. Rursus per diem, id est tempus Euangelicæ legis, apertus est aditus regni cælestis. [Et afferent gloriam gentium et honorem in illam] quia, vt tactum est, qui salubriter præfuerunt, gētes suo regimine saluatas, earum quoque virtutes & merita simul cum ipsis secum adducunt, ac domino tanquam preciosissimum spoliū de faucibus hostis ereptum, representantur & offerent. Simili modo angeli sancti rectores Ecclesiæ militantis, eos qui suæ directioni acquieuerunt secum in patriam ducent. [Et non intrabit in illam aliquid contumacium] id est quocumque mortali peccato scdatum [Et abominationem faciens] id est execrabilia opera & plurimum detestanda [Et mendacium] fallaciter agēdo, aut falsè loquendo. Vel per inquinatum intelliguntur spiritalia vitia: per abominationem, carnalia. Vel illud refertur ad peccata cordis, istud ad vitia operis, mendacium ad vitia oris [Nisi qui scripti sunt in libro vite agni] id est prædefinitati & purificati intrantur duntaxat, non vitiosi ac reprobi. Nullus autē cælestem Hierusalē ingredi valet, nisi ab omni labe atque reatu sit prorsus immunis. Quis enim eloqui queat quàm purum esse oporteat cor, quod diuinæ increatæque luci immediatè ac beaificè vnictur? Non poterit in ea esse

fe vel minima macula. Si ergo post vitam presentem, nolumus diu differri à gloria, nec grauisima purgatorij ferre supplicia, satagamus nunc indefinenter deo pura mente intendere, vigilant animo deferuire, cum omni reuerentia obedire, in charitatis feruore proficere, cor nostrum sollicitè custodire, mentem vbique ad deum leuare, continuis precibus infundare, quotidianos defectus deplangere, emendare, vitare, ac tali martyrio nosipfos deo quotidie mortificare atque offerre.

Expofitio cap. xxii.

[Et ostendit mihi.]

Articulus xxii.



Onsequenter sacratissimus Euangelicæ legis propheta sanctus Ioannes, cælestis Hierusalem pandit edulium, atque beatæ refectionis materiam & obiectum [Et ostendit mihi flumen aque viuæ] Per flumen aquæ viuæ, intelligi potest exuberans illa effusio donorum gloriæ à deo super benedictio in mentes beatas, seu increata beatitudinis participatio copiosa, seu ipsemet spiritus sanctus fons totius bonitatis, felicitatis ac voluptatis. Quod flumen dicitur aquæ viuæ, quoniam post vitæ presentis laborem dulcissimè recreat siue refrigerat, & vitam gloriæ præstat. De quo flumine accipi potest illud in psalm. I. Fluminis imperus lætificat ciuitatem dei.

Et rursum, Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Per Esaiam quoque dominus protestatur, Ecce ego declino in eos vt flumen pacis, & vt torrens inundans gloriæ gentiū. Denique Ezech. describit torrentē aquæ de templo procedentem. Sed quoniam ibi de militate Ecclesiæ agitur, per torrentem illum, baptis-

Psal. 45.  
Psal. 35.  
Esai. 66.  
Ezech. 47.

matismis sacramentum, vel Euangelicæ legis doctrina exprimitur [splendidiū tanquam crystallum] Nam spiritus sanctus immensus est puritatis, & cōmunicatio munerum gloriæ seu beatitudo sanctorū participata, nullā habet prorsus culpæ labem admixtam [procedens de sede dei et agni]. i. à patre & filio, à quibus tanquam ab vno principio, pcedit spiritus sanctus. A patre quoque, & filio, & haud dubiū quā & à spiritu sancto, profluit omnis felicitas beatorū [in medio plateæ eius]. i. per omnes cōsistentes in ciuitate superna, seu p latitudinē mētis vniuersorū ciuiū supernorum, qui vno omnes splendidissimo, opulentissimo, ac liberalissimo fonte potatur atq; replentur. Hinc quoque Daniel, Fluuius, inquit, igneus rapidusq; egrediebatur à facie eius, Cōsequēter beatorū cibus describitur [et ex vtraque parte fluminis lignū vitæ] Omnia ista ostēsa sunt sancto Ioanni sub corporaliū similitudinibus rerū. Vnde in imaginaria visione apparuit ei, quod per mediū ciuitatis decurreret splēdidissimū flumen, & ex vtraque parte cōsisteret lignum vitæ. palā est autem, quod cum idem numero lignū non stet in vtraq; ripa torrens, quod in imaginaria visione videbatur plura ligna: sed in scripturis frequenter numerus singularis ponitur p plurali, & e conuerso. In visione quoque Ezech. ex vtraq; ripa aquæ ostēsa sunt plura ligna, per quæ ibi fideles in christo renati atq; virtutibus fructuosi, signatur. Hic verō per lignū vitæ intelligitur christus sapiētia dei patris. Secundū quod in prouerbis de sapiētia, Salomō fallus est, Quia lignū vitæ est omnib; apprehendētibus eā. Quoniā ergo christus secundū diuinitatis naturā vbique est presens, omniumq; beatorū mentes alit, cōfirmat, felicitat, vitæ gloriæ influēs, lignū vitæ ex vtraq; parte fluminis est ostēsum. porro partes inter quas fluuij emanauit, sunt angeli hominēsq; beati [Afferens fructus duodecim] Ideo christus lignū vitæ vocatur, quoniā ciues in patria feliciter reficit, dona sua illis cōmunicans. Itaq; fructus quos christus pfert in patria, quibus & beatos illico nutrit, sunt vniuersa que ad plenā electorū felicitatē pertinent & cōcurrunt. Beatiudo nanque est status omnium bonorū aggregatio pfectus. Et dona hæc quamuis sint plurima, cōuenienter tamen duodenario designatur: quā per Apostolorū duodecim prædicationē, electi in nouo Testamēto sunt spiritualiter generati atq; saluati: sicut in veteri Testamēto ex duodecim patriarchis alij corporaliter pfuxerunt. Præterea duodecim fructus isti sic queunt taxari, vt primus dicatur lumen gloriæ, alij tres dotes, tres animę. f. visio, tentio, atq; fruitio. Quintus pax, quā S. Thomas & alij multi ponunt à dotibus istis distinctā. Estque realiter delectatio seu quietatio cōsummata beatorum in deo. Alij quatuor erūt quatuor dotes corporū glorificatorū, puta agilitas, impassibilitas, subtilitas, claritas. Decimus autē fructus, fit accidētalis illa beatitudo, in aspectu humanitatis christi cōsistens. Vnde decimus, gaudiū quod beati ex mutuo consortio & conspectu, christo donāte, cōcipiunt. Duodecimus, quod ex consideratione totius machinæ mundialis tunc innouādā & clarificandę sunt fortituræ. His fructibus christus eos æternaliter, tanq̄ vitis ac fructuosus arbor, alet [per mensis singulos] anni æternitatis [Reddens fructum suum]. i. christus fructus hos indefinēter cōseruabit in mentibus beatorū. Æternitas nanq; nominibus temporū frequenter exprimitur, vt in Psalmo, Anni tui non deficient. Et in Esaiā, Erit mensis eius, & sabbatū eius sabbato. Et quoniam mensis est anni principij, verbis his insinuat, quod in patria æterna erit innouatio incessabilisq; continuatio [Et folia ligni]. i. verba quibus christus suos in patria sua uisimè alloquetur alloquutione interna & corporali. Siquidem (sicut ipse promissit) præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis [ad sanitatem gentium]. i. perpetuā sospitatē, confortationem & cōsolationē inducet beatis, ita quod nulla vsquā aduersitate ledentur. Verba quoque Euagelicæ doctrinæ christi, in presenti dant animę sanitatem. [Et omne maledictum non erit amplius] id est in cælesti conuiuiū nulla erit aliquid verbi maledictio, nulla contentio: nec aliqua dei offensio, vel pænæ ab ipso inflicctio: iuxta illud Esaiæ, Non audietur ultra iniquitas in terra tua, & contritio in terminis tuis. Imò ibi erit indeficiens gratiarum actio, & iucundissima summa dei laudatio [Sed sedes dei et agni] id est deus pater seu trinitas, & christus homo æternaliter habitabit in sanctis, & ipsi erunt thronus ipsius. Confundatur ergo, qui in beatis dixit esse ruinam [Et seruiunt ei] seruitute latræ deum reuerentialiter adorando, indefesē laudando, eiusque bene placito in omnibus obtemperando. Estque seruitus ista sine labore, non ad meritū, sed ad præmiū spectans. Nam & presentis seruitutis est merces, taliterque deo seruire, est summa nobilitas ac perfectē regnare [Et videbunt faciem eius]. i. diuinam essentia clarè & immediatè per speciem contemplantur, ita quod plenè cognoscent quod in vita hac credunt

Prouer. 3.

Psal. 110.  
Esai. 66.

Lucæ. 12.

Esai. 60.

A Et hæc visio tota est merces quā amatori suo christus ad Ioannem promittens, Manifestabo, inquit, ei Ion. 14. meisum. Et alibi, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quē misisti Iesum Chri Ioan. 17. stum. Videbunt quoque corporalibus oculis corpoream faciem christi: quod beatis hominibus ineffabile gaudiū erit, & charitatis mirabiliter inflamantium, cernentibus suā naturam sic deo hypostatica vnione coniunctā, & per eam tot bona sibi esse collata. Quantū autē delictiositas atque dulcedinis, quā que incōprehensibilis felicitatis, dignitatis, ac nobilitatis sit dei faciē intueri, meditandum est magis quā exponendū. Nūc obiectū illud est in seipso infinita pulchritudinis, suauitatis ac voluptatis. omni mēti creatæ prorsus conuenientissimū, desiderabilissimū, summēq; amplectēdum? Cur ergo eius amore non aspnamur ista caduca & vana? Cur vnq̄ in eius obsequio animo fatigamur? Quare non consideramus quanta nobis beatitudo promittitur? præterea cum facies dei dicatur eius presentia, secundū Alber. triplex ponitur facies dei, videlicet presentia eius p gratiā, presentia eius per carnem assumptā, presentia eius p gloriā. potestque addi & quarta, presentia dei per irā seu æquitatē. Iuxta illud Psal. pones eos vt cli-banū ignis in tempore vultus tui. Vnde sanctus Iob ait, A facie eius turbatus sum, & considerans eum timore sollicitor, [Et nomen eius] scilicet descriptū [in frontibus eorū]. i. apertissimè p dona gloriæ innotescet, & ipsi sint filij dei ab æterno prædestinati. Ipsi quoque nequaquā cessabunt deū suum magnificis laudare præconij [Et non vltra non erit] in patria, nulla. f. caligo, aduersitas, ignorantia. [Et non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis] Si de materialibus lucerna & sole sensibili intelligatur, certissimū est. Bereng. autem per lumen solius intelligit noui Testamenti doctrinā: per lumen vero lucernæ & etiā lucē, doctriam veteris testamenti, quibus in patria opus non est. cuius causa annectitur [Quoniam dominus deus illuminabit illos] intantum, q̄ nunq̄ poterunt deiciare aut falli, sed intus & foris perfusi & superimpleti sunt lumine multiformi [Et regnabunt in secula seculorum] cum illo cuius regni non est finis. hucusq; protenditur visio septima: quæ autē sequuntur ad admonitionē pertinent sancti Ioanis & reliquorū fidelium: sunt que libri huius conclusio [Et dixit mihi]. f. angelus qui omnia præinducta mihi ostendit [Hæc verba fidelissima sunt et vera] hoc & supra iam dixit, sed modò repetijt propter assertionē maiorem [Et dominus deus spirituum prophetarum]. i. creator & illustrator animarum prophetarū, seu dator prophetaliū gratiarū, ac spiritalium munerum prophetarū. Vnde Paulus ait, Spiritus prophetarū, prophetis subiecti sunt [Misi angelū suum] qui ista reuelauit [ostendere] Ioanni, & per eū toti Ecclesiæ [Quæ oportet fieri cito]. i. statum & cursum ac remunerationē finale ecclesiæ [Et ecce venio velociter]. i. ad faciendū iudicium particulare in mortibus singulorum, generale quoq; in fine mundi. Hinc per Iacobū dicitur, Ecce iudex ante ianuam Iacob. 3. assisit. Et per Ioelē quoque, Cito velociter reddā vicissitudinē super caput vestrū. Quanta autē sit li-bri huius utilitas, subditur [Beatus] nūc in spe, in inchoatione, in merito: non dū in præmio, in re, in consummatione [Qui custodit verba prophetiæ libri huius] ritè credendo, & dictis parendo, audita quoque memoriter retinendo [Et ego Ioannes qui audiuī et vidi hæc] Quasi dicat, nullus de veritate vel auctore dubitet vel contendant [Et ego Ioannes apostolus horū assertor consistit] [Et postquam audissem et vidi] hæc omnia [Cecidit, vt adorarem ante pedes angelis, qui mihi hæc ostendebat. Et dixit mihi, Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum]. f. apostolorum & apostolicorum virorum prophetali gratia præditorum. Verba hæc supra scripta sunt, & tractata: idcirco pertranseo [Et eorum, qui seruant verba prophetiæ huius] credendo, docendo, & obediendo. Frequenter in volumine isto iam dictum est, propheticum esse hunc librum: quia vt patuit, cum aliis prophetarum codicibus in pluribus habet concordiam in verbis ac sensibus: potissimè cum his, quæ in Esaiā, Ezechiele, & Zacharia scribuntur. [Et dixit mihi, Ne signaueris verba libri huius]. i. scripturam huius voluminis non omnino obscuram relinquant, nec fidelibus sensum earū penitus claudas, sed cū liber iste sit obscuritibus plenus, non videtur Ioannes angelo obe Apoc. 19. disse in isto, Respondendū, quod angelus ei iussit ne penitus scripturā istam inexplicitā relinquere. Vnde subinde seipsum exponit, & quædam interserit, per quæ datur occasio ad intelligentiā cæterorum. Berengand. verò ita respondet, Quod non fecit scribēdo, credimus eū fecisse prædicando. Vnde & Beda refert, quemadmodū beatus Dionysius Alexandrinus antistes affirmat, q̄ exurgentibus quibusdam hæresibus occasione voluminis huius, Ioannes errorē redarguit, eiusdemque prophetiæ sensum ab omni carnalis intelligentiæ nubilo purgat, ad æterna promissa cælestia transfudit [Tempus enim prope est] quo ista implenda sunt: idcirco sunt probanda [Qui nocet] peccando in proximū [No cecit adhuc] iniquitatem continuando [Et qui in sordibus est] seipsum vitis inquinando [Sordescat adhuc] in deteriori ruendo. Non preceptiue aut horatiue, sed cōmunicatorie, prænnunciatiue, & ironicè dictū est hoc. Tanquā dicat, Qui iuxta admonitionē scripturæ se emendare contēnit, iuste relinquatur à deo, & in peiora casurus est, nec dira euadet tormenta. Iuxta hunc modū Iob sanctus ait suis amicis, Quod cœpistis implete, & tamen de eo quod cœperunt eos redarguit. Sic & gymnasiarchæ dicere solent pueris, quos corrigere intendunt, dū eos intemptiue ludentes inueniunt, Ludite, ludite. Quo audito, illi scientes quo animo id dicatur, ab incepto desunt. Sic & christus in Euangelio, Facite, inquit, arborem bonā, & fructū eius boni: aut facite arborem malā, & fructum eius malū [Et iustus iustificatur adhuc]. i. in virtutibus crescat [Et qui sanctus est]. i. perfectus quantum ad viatores, vt sunt viri heroici [Sanctificatur adhuc]. i. in puritate & charitatis feruore proficere nõ desinat. Cum enim hæc vita sit via ad aliā, in ea non proficere, est deficere. Nemo vtique ita de suis cōsidat profectibus, vt tepescat aut negligentiam agat: imò proficiendi propositum quotidie renouet, & vigilantiori mente deo semper deferuire conetur. [Ecce venio cito] vt dictum est ad iudicandū [Et merces mea mecum est]. i. digna retributio pro meritis atque demeritis singulorum [Reddere vnicuique secundum opera sua] per opera, etiā interiores actus, scilicet cogitationes, intentiones affectiones, itemque loquutiones intelligendo. Simile est & illud Esaiæ, ecce dominus deus in fortitudinem venit, & brachiū eius dominabitur, ecce merces ei cū eo, & op' illi corā illo [Ego sum alpha et o, principij

Psal. 20.  
Iob. 13.

1. Cor. 14.

Iob. 3.

Apoc. 19.

Matth. 12.

Bernard.

Esaiæ. 4.

et finis, primus et nouissimus] Verba hæc supra scripta sunt atque exposita. Quamuis autem filius dei sit ve-  
 re genitus a patre, & spiritus sanctus ab utroque procedat, nihilominus filius & spiritus sanctus sunt primus  
 & nouissimus. Imò tres super benedictæ personæ, sunt vnus primus & vnus nouissimus; sicut sunt  
 vnus æternus, & vnus immensus, sumendo scilicet hæc nomina substantiue. Si quidem in hac trinitate  
 nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus. Veruntamen in diuinis ponitur prioritas originis, item  
 authoritatis, & subauthoritatis: non dignitatis, aut temporis. Sed quantum ad creaturas, sunt vnum prin-  
 cipium, vnusque finis. dicitur autem deus nouissimus, non quòd aliquid eum præcesserit, aut omnia sint  
 peritura ipso tantummodo permanente: sed quia æternus à parte post, sicut ab ante: nec aliquid erit, quàn-  
 do ipse non erit. [Beatus qui lauant stolas suas] id est virtutes, quibus animæ vestiuntur, ab impuritate vicio-  
 rum custodiunt: qui corda sua à malis præteritis purgant, qui operum suorum sordes lachrymis peniten-  
 tiæ, exercitiisque cæterarum virtutum emendant. Iuxta illud Hier. Laua à malitia cor tuum. Et Esaiæ, Laua-  
 mini, mundi estote, [Vt sit potestas eorum in ligno vite] id est Christo frui possint in patria, & nunc confer-  
 ventur ac stabiliantur in ipso, eique iugiter innitatur [et per portas inuent in ciuitatem] id est per obseruan-  
 tiam præceptorum, cælestem Hierusalem ingrediantur: iuxta quod scriptum est, Si vis ad vitam ingredi, serua  
 mandata. [Foris autem] .i. extra ciuitatem hanc manebunt [Canes], .i. iracundi, gulosi, & recidiuantes, more  
 canum ad vomitum redeunt. Vnde ad Philip. ait Apost. Videte canes, videte malos operarios [et vene-  
 fici] de quibus iam dictum est [et impudici] id est luxuriosi, & omnes qui sine verecundia peccant, nec di-  
 uini vultus erubescunt præsentiam hanc manebunt [Hier.]. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisse  
 erubescere [et homicidæ] qui maximè peccant in proximum [et idolis seruientes] qui directè peccant in deum  
 [et omnis qui amat, et facit mendacium] id est cum delectatione & ex proposito seu cõsuetudine dicit quæ  
 falsa esse cognoscit, vel impie agit. Omne enim peccatum est quoddam mendacium. Nam licet triplex est  
 veritas scilicet vitæ, doctrinæ, iustitiæ, ita & triplex est falsitas. Rursus sicut est veritas propositionis: ita  
 est falsitas operis, falsitasque sermonis. Tales itaque sunt, qui latantur quò malè fecerint, & exultant in re-  
 bus pessimis. [Ego iesus misi angelum meum testificari hæc vobis in ecclesiis] quia vt dictum est sepe, Iesus per  
 angelum reuelauit hæc Ioanni, & per eum cunctis Christianis, primitus Asianis. [Ego sum radix et genus  
 David] David radix est totius sobolis sue. ¶ Quomodo ergo Christus, quum sit filius David, radix est ei-  
 us? Et respondendum, quòd secundum diuinam naturam est radix, origo & causa eius: sed secundum for-  
 mam serui, est genus seu proles ipsius. Factus est enim ex semine David, secundum Apostolum. De quo  
 per Esaiam dictum est Egre dietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. [Ego sum stella  
 splendida et matutina] quia per sapientiam meam cunctis splendidior, & cunctos per eam illumino: qui diem  
 gratiæ, diemque gloriæ præcedo, annuncio, atque efficiō. In resurrexerunt quoque post tenebras passio-  
 nis, veluti stella clarissima mane splendens, surrexi. [Et spiritus et sponsa dicunt, Veni]. .i. spiritus sanctus seu  
 trinitas adoranda, & item ipsa ecclesia militans ac triumphans, dicunt omni fideli, vt veniat ad ea audienda  
 ac adimplenda, quæ modò prescripta sunt. Vel dicunt Christo vt veniat ad iudiciū, quatenus electi plen-  
 ius beatificentur. Hoc enim sancti desiderant, & tempore suo deus Christo, secundum naturam assum-  
 ptam, id ipsum iniungit, [et qui audit] quæ dei sunt [dicat veni] o Christe ad iudicandū, & interim ad mi-  
 serendum. Vel veni tu proximè, ad audiendum sermones dei in hoc libro, alibi que conscriptos. Quilibet  
 ergo hortetur proximum suum ad bona [et qui sicut] iustitiam in præsentia, & gloriam in futuro [Veni]. .i.  
 humili mente, & incessabili prece, ad deum pro gratiæ donis accedat. [et qui vult]. .i. verè appetit deo pla-  
 cere, vniri, impleri: qui vtiq; facit quod in se est, ad gratiã se disponendo [Accipiat aquã vitæ gratis]. gratiã  
 & doctrinam Euangelicæ legis sine meritis suis. De qua aqua Saluator ait, Qui biberit ex aqua, quam e-  
 go dabo, fiet in eo fons aque salientis in vitam æternam. Nec verba hæc obuiant verbo hier. dicentis, Non  
 est in homine via eius, nec viri est vt dirigat gressus suos. Nec ei quod loquitur Paulus, Non est volentis  
 neque currentis. hæc enim idcirco dicuntur, quòd gratia non ex nostris est meritis, nec eam de condigno  
 meremur, nec sine gratia gratū faciente mereri aut saluari valeamus. Cõsequenter prohibet sanctus Ioã-  
 nes formã verborum huius libri subtractione aut additione mutari aut vitari. [Contestor ego omni audienti  
 verba prophetiæ libri huius]. .i. testificor & præntuncio ei quod subdo. [Si quis apposuerit ad hæc] textum sua  
 inordinata additione mutando, aut dissonantia veritati miscendo [apponet deus super illum plagas scriptas  
 in libro isto]. .i. penas impijs infligendas. [Et si quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius, auferet deus par-  
 tem eius de libro vitæ] id est in iudicio eum reprobum, & non esse prædestinatam ostendet [et ciuitate san-  
 ctæ] id est de cælesti Hierusalem, ita quòd ibi portionem nullam habebit [Et de his que scripta sunt] id est  
 de bonis promissis [in libro isto]. Dicit qui testimonium perhibet horum] id est Christus, qui hæc vera esse tes-  
 tatur. [Etiam] id est sic fit. Vel quod ait, etiam, refertur ad verbum quod subditur [Veni cito] secundum  
 sensum expositum, Veni domine Iesu. [Gratia domini nostri] id est gratia gratum faciens, quam Christus,  
 secundum quod deus, dat authoritatiue & efficienter: & secundum quod homo, dei ac hominum me-  
 diator, dat eam vt causã instrumentalis ac meritoria. Nam sua passione atque sanctissima conuersatione  
 eam nobis promeruit, eamque merito datur, sine qua nemo meretur. Potest tamè hoc loco per gratiam,  
 omne spiritale donum ad salutem necessarium, siue accomodum accipi [sit cum omnibus vobis. Amen]  
 Si enim gratia hac non adiuuamur, in omnibus deficiemus & omnia beneficia Christi erunt nobis occa-  
 sio grauioris damnationis. Semper ergo pro gratia & eius incremento quotidiano, viscera misericor-  
 diæ dei nostri totis præcordijs deprecemur. Quò enim illa plus crescit in anima, eò ad vniuersa opera  
 meritoria reddimur fortiores. Quam cunctis donet hominibus, ad suipsius laudem & gloriam  
 sempiternam, omnium finis bonorum, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

A D. DIONYSII CARTHUSIANI  
 HYMNORVM ALIQVOT VETERVM ECCLIE  
 flasticorum, pia nec minus erudita enarratio.

PRO O E M I V M.



B Mplemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & can-  
 ticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias a-  
 gentes pro omnibus. In hac saluberrima diuini apostoli exhortatione tanguntur  
 actus præclari virtutis quæ latría appellatur, quæ deo cultum carimoniamque  
 impendit, qui actus ad spirituales personas præcipue pertinet, ad vniuersos quo-  
 que fideles. Ad quid enim rationalis creatura est facta, nisi vt creatorem suum a-  
 gnoscat, colat, diligat, laudet, vereatur, ac omni modo sibi possibili veneretur? Et  
 quoniam vnicuique mandauit deus de proximo suo, vt scilicet diligat eum ex  
 charitate, tanquam seipsum, atque ædificet eum, quatenus qui audit verbum salutis, dicat confratri, ve-  
 ni ad obtemperandum verbo salutaris. Sicque vnusquisque prout accepit gratiam, in alterutrum illam ad-  
 ministrat, & conferat secum de scripturis, de laudibus dei, hoc est de psalmis & hymnis spiritualibus  
 canticis, ac de intelligentia eorumdem, de modo psallendi attentè ac reuerenter, cum obedientia operū  
 salutaris ac debita: quoniam dominus ipse deprompsit, Quid mihi dicitis domine domine, & non facitis  
 quæ dico? Itemque, populus hic labiis me honorat, cor autem eius longè est à me. Itaque, ad condignã  
 & deo acceptam laudationem, exigitur cordis attentio, & operum exequutio timorata: ita vt seruiamus  
 domino cum metu & timore, & exultemus ei cum tremore. Etenim maledictus, qui facit opus dei ne-  
 gligenter sine fraudulenter. Cum ipse loquutus sit, Si pater ego sum, vbi est honor meus? Et si domi-  
 nus ego sum, vbi est timor meus? Hinc opus altissimi efficit fraudulenter, qui aliquid debita reueren-  
 tiæ aut formidolose laudationis subtrahit cultui eius. Ideo dicitur ad Hebræos, Seruiamus deo cum  
 metu & reuerentia. Consideremus quanta sit excellentia eius, cui psallimus, quem laudamus. Nūne co-  
 lumina cæli contremiscunt & paent ad nutum ipsius? Nūne exercitus illi angelici cum tremore ei assi-  
 stunt? Quanti ergo nos sumus, vt loquamur verbis nostris cum eo? Certè coram ipso & comparatione  
 ipsius, non solum orbis terrarum, sed & totius vniuersitas creaturæ, est tanquam momentum statera, &  
 tanquam gutta roris antelucani. Ipse est (teste Porphyrio) quem & polus, tellus, pontusque contremūt,  
 & ipsa in super numina perhorrescunt. Hoc Ecclesiasticus euidentius, salubrisque deprompsit. Ecce,  
 inquit, cælum & cæli cælorum, abyssus & vniuersa terra, & omnia quæ in eis sunt, in conspectu dei  
 commouebuntur, montes simul & colles: & cum conspexerit illa deus, tremore concutientur. Nihilominus  
 sicut ibidem subiungitur, In omnibus iis insensatum est cor hominis. Cor vtique hominis inde-  
 uoti, ista non atten dentis, tam infinitam supergloriosissimi dei excellentiam non pensatis, sine recolle-  
 ctione hymnos canentis, sine custodia, formidine & seruiore psallentis. Erubescit qui talis es, & formida-  
 ne inter eos computeris ac pereas, de quibus per Esaiam protestatus est deus, Appropinquat populus  
 iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autè eius longè est à me. Et item per Hieremiam, Audi popule  
 stulte, qui non habes cor. Me non timebitis, qui posui arenam terminum mari? Psallamus igitur spiritu,  
 psallamus & mente: quod ore profertur, mente pensetur. Ad quod implendum, ipsos hymnos intelli-  
 gere est necesse, in quibus tamen non videtur grandis aut specialis consistere difficultas. Ideo exhortan-  
 do magis quàm exponendo, circa hos hymnos, aliquid, prout donauerit dominus, breuiter introducam:  
 sicut & venerabilis quidam pater, aliqui quoque fratres deuoti precati sunt. postremò, Hymnus prop-  
 riè appellatur laus dei ad deuotionem accendens. psalmus laus dei ad bene operandum inducens. Can-  
 ticum ad spirituale iucunditatem ex diuinorum atque cælestium contemplatione sustollens. Verunt-  
 tamen vnum horum pro alio multoties sumitur, quia & primo paralip. fertur, quòd catores templi deū  
 laudabant in hymnis David regis. In psalmo etiam, vbi nostra habet translatio, Repletur os meum lau-  
 de, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam: continet alia, Repletur os meum laude, &  
 cantem hymnum gloriæ tuæ.

In aduentu domini ad vesperas, hymnus.

Commendatur in eo Christi filij dei benignitas, quòd ad nos redimèdos in primo aduentu de vir-  
 gine nasci dignatus est: rogaturque vt in secundo aduentu nos ab hoste antiquo saluet &  
 protegat, ne ipsius percutiamur telo. Author beatus p. Ambrosius.

Carmen Iambicum Trimeterum.

Conditor alme syderum.] Laudare deum commune est comprehensoribus, id est vniuersis bea-  
 tis in patria, ac viatoribus in hoc mundo. De comprehensoribus nanque ait psalmista, Beati qui  
 habitant in domo tua domine. in secula seculorum laudabunt te. De viatoribus verò scriptum est Psal. 83.

Ephe. 4.  
 Eccle. 17.  
 Matth. 5.  
 1. petri. 4.  
 Luc. 6.  
 Esa. 29.  
 Matth. 27.  
 Marc. 7.  
 Psal. 2.  
 Hier. 48.  
 Heb. 12.  
 Job. 26.  
 Esa. 40.  
 Eccle. 16.  
 Ibidem.  
 Esaia. 29.  
 Hier. 5.  
 Psal. 70.



**Apoca. 19.** in Apoca. Laudem dicite deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum, pusilli & magni. Verum laudes illæ beatorum ac viatorum in multis ab inuicem distinguuntur. Laus quippe, siue laudatio, ex cogitatione laudati existenti in laudante procedit, ideo quoque beati clarus atque iucundius deum conspiciunt, quam viatores: eoque perfectius atque delectabilius ipsum collaudant. Propter quod sine interruptione & fatigatione, eius insistent præconiis: iuxta quod in Apocalypsi asseritur, Requiem non habebant, id est cessationem ab actu laudis diuinæ, die ac nocte. ¶ Porro, laus viatorum sæpe interpellatione sortitur, fatigationeque patitur, nec indefinenter consolationem & hilaritatem habet admixtā. Rursus beati cum omnimoda securitate creatorem præcordialissimis laudibus venerantur. Viatores verò cū admixtione periculi & pauore: quibus & dicitur, Exultate ei cum tremore. Nec enim certi sunt absolute quòd amore sint digni, & charitate ornati, ac sine culpa mortali: cum tamen certi consistant, quòd non sit speciosa laus in ore peccatoris. Nihilominus nonnunquam præuerti exuberantia deuotionis interinæ, hymnū dicunt & psallunt deo cum iubilo, excluso ad tempus actuali timore, experientes salubriter quod dixit Apostolus; Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quòd filij dei sumus.

**Apoca. 19.** Adhuc autem laus beatorum quam offerunt regi regum, est pura; distractionem nullatenus sustinens, nec orationibus mixta: ita quòd pro seipsis non orant, præsertim quantum ad præmium essentiale adipsiendum. Laudatio verò viatorum fumum habet distractionum, multiplicemque defectum, orationibus quoque miscetur: quia fide laudat altissimum, vt proprium euadere queat periculum, imò quæ est oratio efficacissima atque dignissima, quæ dei præconiis decoratur, ex dei inuocatione, & eius laudatione composita: de qua ait propheta, Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Tales sunt hymni & psalmi cōmuniter, sicut & hymnus iste iam exponendus, in quo Christus deus & homo magnificè ac multipliciter commendatur. Nempe in prima primi versus particula commendatur à magnificèntia operis sui, quòd est creatio, quæ omnipotenti deo est propria: & ab eminentia sui effectus, qui est stellarum productio, cū dicitur, Conditor almæ syderum. In secundā, à puritate suæ naturæ & eius largiuita diffusionē, cū additur, æterna lux credentium. In tertia verò particula ab excellentia suæ operationis per assumptionem humanitatem expletæ, dum subditur, Christe redemptor omnium, quæ redemptione facta est pretio sacratissimi Christi sanguinis. In quarta, gratiosa redemptoris assistentia imploratur, cū sequitur, exaudi preces supplicum. Itaque ait author huius hymni. [Conditor almæ syderum] quod quamuis de qualibet diuina & increata possit persona intelligi, imò de tota superbeatissima trinitate (quæ est vnus verus, summus vniuersorum deus & conditor (tamen hoc loco de vnico dei patris filio Iesu Christo profertur, vt verba pandunt sequentia. Christus ergo almus conditor, id est sanctus creator syderum, i. astrorum fixorum in firmamento, ac planetarum, quorum vnusquisque in proprio orbe mouetur ac situatur, non figuratur. propter quod erraticus nuncupatur. prout de hoc Ptolomæus in Almagesto ac Centilogio ac alibi pertractat. Albumasar quoque in introductorio maiori. Aristoteles verò putat planetas in suis orbibus esse fixos, vt patet in libro de celo & mundo. Plato demum tam stellas firmamenti quam planetas perhibuit in sphaeris moueri insitar auis in aëre, ac piscis in vndis: ita quòd fixi non essent in circulis. Imò opinatus est non ipsos celos moueri, sed stellas & planetas in illis. Sic etenim in Timæo effatur, Meant & choreas ducunt in celo. Quod itidem opinatus est Ptolomæus, qui (vt in prologo refert Hieronymus) in Platonis dogma cadere videbatur. Quid horum sit verius, infra certitudinem esse reor. Denique, vt in Genesi scribitur, Sol, luna ac stellæ quarto die sunt factæ: quod qualiter à diuersis diuersimodè exponatur, & qualiter probabilis videatur intelligendum, super Genesim & super secundum sententiarum diffusè expressum est. Quemadmodum autem syderum, ita & omnium celestium corporum, imò & elementorum, omnium item rationalium animarum Christus est conditor. Cūm que in tribus super benedictis adorandis personis sit vna essentia, imò natura eadem numero, & natura sit operandi principium: constat, quòd operationes summæ & incomprehensibilis trinitatis ad extra sint penitus indiuisæ. Conformiter in tribus super sanctissimis illis personis est eadem numero potentia, seu potestas absolute accepta. Si quidem quicquid absolute non relatiuè conuenit vni diuinæ personæ, conuenit aliis duabus, estque tribus personis commune, atque in tribus illis numero idè. Idcirco, vt tactum est, tres illæ æternæ personæ sunt vnus conditor, seu creator vnus, vniuersorum gubernator, princeps, finis ac dominus, vna lux, vna bonitas summa, vna veritas prima. Hinc de Christo secundum diuinam naturam subiungitur, [Æterna lux credentium] non quòd credentes ab æterno fuerint, nō secundum esse ideale in deo: sed quòd lux ista verè æterna sit. Iuxta quem sensum dicitur deus, æternus rerum conditor: non quòd ab æterno creauit, sed quoniam ipse qui cuncta creauit, verè æternus est. Ideo non penitus eodem modo est æternus creator, sicut æternus prædestinator. Nam verè ab æterno prædestinauit, præordinauit, elegit: prout hoc super primum sententiarum expostum est. Præterea lux in spiritualibus ac diuinis, verè magisque proprie dicitur, quam in sensibilibus rebus, quamuis nonnulli opinentur oppositum, vt alibi multipliciter est ostensum. Hinc in prima sua canonica sanctus Ioannes ait, Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vlle. Et idem alibi, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Etenim ipse est candor lucis æternæ, splendor gloriæ, super splendentissima ac superpulcherrima dei patris imago. Ipsaque deitas ac diuina essentia est lux superpurissima & immensa. Nec obstat, quòd lux in inferioribus dat qualitatem sensibilem, quemadmodum & sapientia formam accidentalem. Nihilominus sapientia verè magisque proprie, nec metaphoricè conuenit deo, quàm creaturis, intantum, vt ad Romanos dicat Apostolus, Soli sapientia deo, &c. Quocirca mirum videtur, quòd aliqui tenent oppositum, qui tamen sequuntur expositionem Augustini super Genesim de distinctione sex dierum, tanquam literalem: at tamen fatentur totam illam expositionem esse solummodo spiritualem ac mysticā: si lux in spiritualibus & diuinis non proprie, sed metaphoricè dicatur.

**A** ¶ Insuper Christus etiam secundum naturam assumptam lux credentium nominatur, prout ipsemet in Euang. Ioan. 8. gelio est loquutus, Ego sum lux mundi. & denuò, Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Nam & Apostolus dixit, Vos estis lux mundi. Amplius, ipse est lux hominum vniuersorum, quia est Math. 5. causa luminis naturalis humani ingenij, de quo accipi potest illud Psalmographi, Signatus est super nos Psal. 4. lumē vultus tui, domine. Illud quoque Ioannis, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem Ioan. 1. in hunc mundum. Propter quod anima rationalis, quantum ad vires suas superiores, præsertim quantum ad verticem intellectiuae & apicē affectiuae, vocatur signaculum luminis increati ac primæ lucis imago. Speciatim quoque est lux credentium, quia per fidē euangelicamque doctrinā eos illuminat. Eorū demum qui credunt fide formatæ, est excellentius lux, vt pote causa lucis gratiæ gratum facientis in eis, ac doni sapientia, cæterorū quoque charismatū, quæ charitati inseparabiliter sunt annexa. Beatorū verò in patria excellentissimè lux est, in quibus est causa luminis gloriæ, splendidissimūque obiectum beatificum beatorū & gloriose visionis eorū: hoc potissimum secundum suam diuinitatem. Secundū humanitatem verò assumptā, est obiectum præcipuum accidentalis præmij eorundem. Hinc secundum deitatem est lux supernæ Hierusalē, atque secundum humanitatem est lucerna ciuitatis illius: iuxta illud Apoca. Ciuitas nō eget sole neque luna. Nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. [Christe redemptor omnium] Christus secundum quod deus, ab exordio seculi redemit electos à vinculis vitiorum, à captiuitate & iugo diaboli, à seruitute & reatu peccati: iuxta illud, Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus? Et rursus, Quis potest facere mundū de immūdo conceptū semine, nisi tu qui solus es? Insuper de variis tribulationibus vitæ huius redemit suos fideles, sicut cātatur in psal. Dicat qui redempti sunt à domino quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos. Et Iudas ait, Iesus populum suum saluans de terra Aegypti. Propriissimè verò ac specialissimè Iesus redemptor omnium nominatur, quoniam per incarnationis & passionis suæ mysteria redemit genus humanum, quoniam passio Christi ex parte ipsius patientis, fuit piissima & acceptissima deo patri; in quantum ex summa & ardentissima charitate, ex incomparabili obedientia, ex præcordialissima pietate & misericordia, eam acceptauerit sustinuit, & ad huiusmani generis redemptionem, imò potissimum ad dei patris honorem, ordinatum ac retilit. Impiissima verò crudelissima & dei maximè exitiū offensua ex parte inferentium & infligentium eā, in quantum ob hoc ira dei venit super Iudeos vsque in finē. Hinc angelus dixit ad Ioseph, Vocabis nomen eius Iesum. ipse enim saluum faciet populū suum à peccatis eorum. Beatissimum quoque princeps apostolici chori in sua prima ait canonica, Nō corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed precioso sanguine agni immolati, de quo in Apoca. habetur, Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Præterea Christus redemptor omnium appellatur. i. hominum vniuersorum, quantum est ex parte ipsius, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Et quia pro omnibus copiosissime satisfecit. propter quod dicitur, redemptor omnium, quantum ad sufficientiā, electorum verò quantum ad efficientiam, quoniam dominicæ passionis consequenter finaliter fructum ac consummatū effectum. De iis omnibus passione sua in stilate disseruit. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum. Passione quoque cōpleta, Prædicare euangelium omni creaturæ. Amplius, virtus & meritū saluatoris est quasi generalis medicina & vniuersale remediū contra omnium vulnera vitiorum; & contra omnium animarum perditionem. Cūmque generale remediū ac medicinale emplastrum oportet liguendis applicari, instituit Christus sapientia patris septē ecclesiastica sacramenta, tanquam medicinalia vasa, per quæ virtus ac meritum suæ fructuosissimæ passionis applicatur hominibus, quod meritū est multiplex gratia & salubris effectus, quos promeruit eis, per quos etiam vniuntur Christo tanquam capiti suo, cuius spiritu vitæ gratiæ ac motum virtutum & supernorū incrementa charismatum sortiuntur: iuxta illud, De plenitudine eius omnes accepimus gratiā pro gratia. His laudibus Christi præmissis, offertur ei oratio, [Exaudi preces supplicum.] hoc est cunctorum fidelium tibi humiliter ac deuotè supplicantium: sicut dixisti, Petite, & accipietis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur. Verum, vt tu ipse testatus es, oportet semper orare, & non deficere, atque in nomine tuo orare, ea videlicet postulando, quæ verè pertinent ad salutem. Postulet item talis in fide nihil hæsitans. Nempe qui hæsit, similis est fluctui maris. Qualis etiā orans inuenit gratiam, quam precatur Moses dicens, Cūm quæsieris dominum deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione anima tuæ. Hoc est cum vera cōtione, cum ingenti afflictione super tuis defectibus & peccatis, cum sollicitudine grandi, ne tanquam scdum cadauer repellaris & proiciaris à facie creatoris ac metuendissimi iudicis. Certè sacrificium deo est spiritus ita contribulatus. Anima nanque quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, dat gloriam deo, vt propheta ait, Qui ergo sine attentione & cordis custodia, sine compunctione ac gemitu, sine seruore & metu, orat altissimum, nunne potius despici quam exaudiri meretur? Væ misero iram adhuc magis quam veniam colligenti.

**B** ¶ [Qui condolens, interitum mortis perire seculum] hoc est tu Christe vniuentis dei patris, condolens, id est pro compatiens: seculum, hoc est genus humanum, perire, id est damnationem incurrere, spiritualiter mori, æternā salutem amittere, interitum mortis, id est reatu originalis peccati, lesionem etiam proprie culpæ peccantium, letalique vulneratione cuiuscunque peccati mortalis. Omnes etenim in primo parente peccauimus, cecidimus, & mortem, id est originalis iustitiæ præuaricationem incurrimus. Propter quod teste Apostolo, eramus natura, hoc est incorrupta & infecta natura, filij iræ, & prius damnati, id est priuationi æternæ sclicitatis addicti seu adiudicati, quam nati, [saluasti mundum languidum] hoc est de morte culpæ ac infernalis miseris liberali genere humanū in hoc mundo inferiori exultantem, deiecit ac fomite peccati dire infectum, imò omni genere vitiorum tabefactum ac moribundū, de quo mūdo ait Apostolus, Deus erat in Christo mundū reconcilians sibi. Et ipse saluator, Non venit filius hominis vt Ioan. 3.

Ptolomæus  
Albumasar.  
Aristotele  
plato.  
Genesim.

1. Ioan. 1.  
Sap. 7.  
Heb. 1.

Rom. 16.

E

F

G

H

Apoca. 21.

Matth. 2.  
Luc. 5.

Job. 14.  
psal. 106.

Iudæ. 1.  
1. Thef. 2.

Matth. 11.  
1. Petri. 1.

Apoc. 1.  
1. Tim. 2.

Ioan. 12.  
Marc. 16.

Ioan. 1.  
Matth. 7.

Matth. 6.  
Iacobi. 1.

Deut. 4.  
Lucæ. 11.  
& 18.

psal. 50.  
Bartich. 2.

Roma. 3.  
Eph. 2.

1. Cor. 5.  
Ioan. 3.

iudicet mundū, sed vt faluetur mundus per ipsum, [Donans reis] hoc est iniquis ac perditis, [Remedium] id est passionis tuæ meritum, gratia ac virtutis tuæ auxilium, salutis antidotum, gratiam sacramentorum. ¶ Præterea sciscitari quis potest, quomodo protuimus in primo parente peccare, cadere, infici & damnari, & esse dānati antequam nati, qui tunc nondum eramus? Nūne actus secundus, vt mereri ac demereri, præsupponit actū primum, qui est esse, quod per generationem acquiritur? Ad hoc respōdent doctores, Quod sicut in vno corpore sunt multa membra, & indiuidua plura in specie vna, multaque sunt in vna radice: sic in primo parente fuerunt posterii eius? De hoc quoque datur plantum cōueniensque exemplum de rege terreno, præstanti suo militi bonum feudale aut castrum, ea cōditione, vt donū illud permaneat militi, & ad eius posterios deuoluatur, si miles ille regi suo fidelis permanferit, alioquin tam ipse quàm eius posteritas beneficio illo priuerur. Si itaque miles ille deserens regem aduersario eius concordet: nūne tam miles q̄ foboles sua iuitē huiuscemodi destituitur bono? Ita in proposito esse facile est p̄ fare. At verò Christo secundū deitatis naturā non conuenit condolare, quemadmodum nec dolere per passionis affectū, sed per subuentionis effectum, hoc est per similitudinem operis, non per veritatem doloris: sicut scriptura frequenter loquitur de deo, affectu & more humano, vt est illud Iudicum, Doluit super miseris eorū. Et Genesim, Tactus dolore cordis intrinsecus. At verò sicut triplex est vita, vitpote vitæ naturæ, vitæ gratiæ, vitæque gloriæ: ita est triplex mors huic triplici vitæ opposita, videlicet mors naturæ, mors culpæ, mors infernalis miserie. Et ab hac triplici morte Christus redemit nos, sicut iam patuit. Verūtamen corporis immortalitatem nō consequuntur electi, nisi in die vniuersalis iudicij, quādo mortale hoc induit immortalitatem. Hinc de prætacto interitu ait propheta, Qui redimit de interita vitam tuam. De præfata quoque infectione generis humani, ex transgressionem hominis protoplasti, & de redemptione facta per Christum, loquitur ad Romanos Paulus apostolus, Per vñū hominem peccatū in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & reconciliati sumus deo per mortem filij eius. [Vergente mundi vespere, vñ sponsus de thalamo, egressus honestissima virginis matris clausula] hoc est, tu Christe egressus es clausula honestissima, id est ex castissima cellula seu illibatissima matrice, virginis matris, hoc est, virginis genitricis, de cuius vtero clauso manente prodisti. Quemadmodum de sepulchro lapide superposito necdum reuoluto. Et sicut introisti cenaculum foribus clausis in die resurrectionis, quod per omnipotentiam dei supernaturaliter gestū est. Istud apud Ezechielē legitur figuratū his verbis, Porta hæc clausa erit, & nō aperietur, & vir nō transiet per eā, quoniam dominus deus Israël ingressus est per eam, criske quoque clausa. In Num. quoque dicitur, Germinauit virga Aaron in domo Leui, & turgentibus gemis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amigdalas deflorati sunt. De his demū vaticinatus est Esaias, Ecce virgo cōcipiet, & pariet filiū, & vocabitur nomen eius Emanuel. Itēmq; loquens de Christo, Ascendet, inquit, sicut virgultū coram illo, & sicut radix de terra sitientū. Virgultū quippe ascendit de humo nō arata, nō culta, nō seminata: sic Christus exortus est de sacratissima virgine, omni viro incognita, nec humana semine fecundata. Vnde & ad Hieremiam prædictum est, Nouum creauit dominus super terrā, Mulier circumdabit virū. Quod si exponatur de muliere viro cognita, & ab eo imprægnata virūque brachiis amplexata, non fuisset nouū: quomodo nouum fuit, quod terra os suum aperuit, & Dathan & Abyron, Hon ac Chore abforbitur: quale opus nunq̄ legitur ante factū. Propter quod Moses locutus est, Sin autē nouam rē fecerit dominus, vt aperies terra os suū deglutiat eos, & omnia que ad eos pertinet, defecderuntq; viuētes in infernū: scietis q̄ blasphemauerint dominū. Ideo verba illa Hieremiæ nō nisi de Christo & beatissima virgine ritē intelligitur, quæ incōparabilis & deificatissima virgo vnigenitū dei patris cōcepit ac incarnatū intra virginis vteri sui circumdedit terminū: qui ab incarnationis exordio viri fuit nō corporis quātitate, annotimve numero, sed omni sapientia ac virtutū perfectione, quod ad eū exitit nouum, mirū, magnum, insolitū, vt sanctus Maximus episcopus protestetur angelicas mentes non cōprehendisse, quomodo verbū æternum mansit totum in patre, & totū per incarnationis mysteriū continebatur in virgine. ¶ Præterea si obiciatur hoc nouum nō esse, quia Albumefar Maurus in introductorio maiori lib. 6. affirmat, q̄ sole existēte in virgine, hoc est in signo zodiaci quod dicitur Virgo, nascitur in terra virgo mūdissima, que filiū ex se natum fouet in gremio. Dicendum, q̄ opinio illa est falsa, imō hæretica. Nec Ptolomæus astronomorū princeps, nec Albategnū, nec Afragānus, nec ceteri doctores astro nomi hoc fatētur. Et dato, q̄ sol in illo signo posset tantā fecunditatē virginī dare, nullatenus tamē virgo posset sine virginis signaculi latione atque corruptione parere prolem naturali virtute: cū id sine diuisionū penetratione fieri nō valeret. Sic ergo egressus est Christus virginis aluo, [Vñ sponsus de thalamo]. h. cū omnium diuinorum ornamento charismatum excellentiā suam decentiū, desponsatā sibi natura humana, & itē ecclesia, in ipsius præstantissimæ virginis vterū castissimo. Quæmodū enim si spūs & spōsa carnales, sunt duo in vna carne. i. duo supposita in vno carnali cōmercio: ita in Christo verbum æternū, & natura humana à verbo assumpta, sunt vñū quid in persona: & ille fuerat nupriē p̄sonales. Christus verò & ecclesia vñū sunt sicut spūs & spōsa per cōmunionē nature in spē atque fidē & charitatē. In eadē etiam incarnatione peramabilissima ac gratiosissima illa virgo Maria facta est spōsa singularis spūs illius cælestis. imō totius superadorādæ & supergloriosissimæ trinitatis nobilissimū spūsū spēdidissimūq; triclinium. Hinc prædixit Psal. In sole posuit tabernaculū suum. Vbi Hebraica veritas habet, Soli posuit tabernaculum suū, & ipse tanq̄ spūs procedēs de thalamo suo. Quod factū est, [Vergente mundi vespere]. i. vltima mūdī ætate inflāte & diuertente ad nos: sicut ait Apostolus, Nos sumus in quos fines seculorū deuenerūt. Nec obstat si hæc vltima ætas ceteris duret diutius: cū & vnus hominis ætas vltima, interdū diutius duret q̄ oēs præcedētēs. [Cuius fori potentia]. i. omnipotentia tuæ, & Christe, [Genu curuantur omnia] id est vniuersa creata, de quibus subiungitur, [Cælestia, terrestria] imō & infernalialia humiliātur genu, id est per genufectionem, seu genua sua flectendo, præstanti omnēs rationales,

Iudic. 3. Gene. 16.

1. Cor. 15. psalm. 102. Rom. 5.

Matt. 28. Ioan. 20. Ezech. 44.

Num. 17. Esa. 7. Esa. 53.

Hiere. 31.

Num. 16.

Ibidem.

Luc. 2.

Gene. 2. 1. Cor. 6.

Psalm. 18.

1. Cor. 10.

E

F

G

H

A intellectualesque creaturæ: & hoc vel sponte vt angeli boni, hominēsque deuoti. Dæmones verò coactē, Infideles quoque saltē in die iudicij, quando (vt Esaias prædixit) ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. Hoc est quod ad Philipp. scribit Apost. Humiliauit se, factus obediens vique ad mortem, & c. vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum. Quod ad Christum secundum vtranque naturam exponitur. Quamuis enim Christo secundum diuinitatis naturam præcipue competat, quod omnia ei genua flectent: tamen quod hoc fiat, quia humiliavit se factus obediens vique ad mortem, atque ob hoc exaltari à patre, conuenit ei secundum naturam assumptam, Ceterum est autem quod intellectuales creaturæ à corpore separatæ, non nisi spiritualia genua flectāt, de quibus secundo Paralipo. in sua oratione ait Manasses, Flecto domine genua cordis mei ad te, & c. Præterea prout tertio libro differuit Damascenus, co ipso quo vnigenitus patris assumpsit naturam humanam ad sui ipsius hypostaticam, id est personalem vnionem, prætulit naturam illam assumptam omni creaturæ, & digna est honorari à cunctis creaturis hyperdulicē cultu, prout super tertium sententiarum declarant doctores. [Vantur nutu subdita] id est per signa recognoscunt se Christo subiecta. Nam & dæmones credunt & contremiscunt. In actibus quoque Apostolorum recitatur, qualiter in nomine Iesu Christi dæmones adiurati cogebantur mox egredi. Hinc in Apoc. multa leguntur, Quemadmodum sanctus Ioannes audiuit omnem creaturam in cælo, terra, & inferis, fateri excellentiam saluatoris. [Te deprecamur hagię, venturę iudex seculi] id est & Christe hagię, id est sancte, future iudex seculi, id est mundi generisve humani, deprecamur te [conserua] id est præserua & custodi [Nos in tempore] peregrinationis, exitūque presentis: sicut orauit Psalmista, Custodi me domine vt pupillam oculi, sub vmbrā alarum tuarum protege me. [Hofis a telo] id est ab improuisis, insidiosis, acutis & callidis lesionibus, tentationibus, nocuentis, hostis [Pefidi] id est fallacis diaboli, qui est mendax & fallax, & suggerens mala sub specie boni. Vnde ad Ephesios hortatur Apostolus, In omnibus sumētes scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguerent. [Laus, honor, virtus, gloria, deo patri & filio, sancto simul paraceto.] Sicut in fine cuiuslibet psalmi offertur præconiū superdignissimum trinitati, ita in fine cuiuslibet hymni: quoniam quicquid agimus, loquimur, exorcemur, ad laudem & gloriam super sanctissimæ trinitatis ordinare debemus. Sicut deprompsit Apostolus ad Corinthios Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam dei facite. Et rursus, Quoniam finis noster est, deum in cælis ex beatifica visione æternaliter collaudare, Ita [Ligum] id est mentalis ac vocalis laudatio. [Honor] id est exhibitio reuerentiæ actualis & operatoria in signum excellentiæ & sanctimoniar: propter quod ait Apostolus, Soli deo honor & gloria: quia videlicet solus deus in se & propter se finaliter, principaliterque laudandus & honorandus est: alij autem id deo & propter deum, prout dixit Psalmista. In domino laudabitur anima mea. [Virtus] id est potestas seu omnis virtus perfectio. [Gloria] id est summa maiestas ac magnificentia: iuxta illud Esaię Plena est omnis terra gloria eius. In Ecclesiastico quoque, Gloria domini plenum est opus eius. Vel, gloria, id est felicitas atque lætitia. Item clara cum laude notitia, fama altissima, honorificentia summa. Vnde per Esaiam dominus protestatur, Ego dominus, hoc est, nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. [Deo patri] qui seipsum æternaliter ac inuariabiliter intelligendo ac intuendo hoc quod de se concipit, intra se profert, videlicet verbum æternum: in quo tota sua natura atque perfectio, & quicquid in sua infinita sapientia continetur, luget ac cernitur, plenē exprimitur ac respicendit. Ideo verbum hoc appellatur splendor gloriæ, figura paternæ substantiæ, imago naturalis ac superclarissima dei patris, simillima patri. Et quia secundum rationem similitudinis oritur ac procedit, rectē gigni asseritur, ac proles & filius patris censetur, qui de hoc suo vnigenito contestatur. Eructauit cor meum verbum bonum. Et iterum, Ex vtero ante luciferum genui te. Vnde de patre ac filio Salomon ait, Quod nomen est eius, & quid nomen filij eius, si nostri? In quibus verbis Salomon innuit vtrūque innominabilem, incomprehensibilem esse, ideōque æquales. [Et filio] dei patris vnigenito, qui à patre intellectualiter, immaterialiter, incommutabiliter ac æternaliter generatur, naturali ac supermundissima emanatione procedens à patre, de quo fatetur, Dixit dominus ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, [Sancto simul paraceto] id est spiritu sancto cōsolatori dulcissimo, qui est amor patris & filij ab vtero quo immediatē scaturiens, quia in patre & filio est vna voluntas, à qua & per quam amor iste æternus & prou. 30. increatus immediatē spiratur: quemadmodum verbum ab intellectu producitur. Ideo spiritus sanctus à patre & filio tanquam ab vno principio, vnoque spiratore deriuatur, quemadmodum etiam creaturæ procedunt à tribus personis, tanquam ab vno creatore. Cūmq; tres personæ sint consubstantialēs, cōternæ & cōæquales, debetur eis vnus & æqualis honor, laus, gloria. Nec ita versiculum istum cantamus, quasi summa trinitas vnquam sit sine laude, honore & gloria: imō in militante ac triumphante ecclesia ei hæc incessabiliter offeruntur & exhibentur, sed orando, vt plenius atque perfectius & à pluribus, imō ab omnibus rationabilibus creaturis ei exhibeantur & item gaudento & congratulando, quia hæc ab vniuersis beatis infatigabiliter ac feruentissimē impenduntur: iuxta quem modum ad cælestem Hierusalem dicimus, Lauda Hierusalem dominum, quæ vti que nostra exhortatione non indiget, sed eius laudibus congaudemus. Hæc ergo sic sunt. [In sempiterna secula] id est per durationes perpetuas, vt pote iugiter sine fine. ¶ Postremū, quod in primo versiculo dictum est, Conditor alme fiderum, etiam de spiritualibus syderibus accipi potest. Hoc est de omnibus angelis sanctis ciuibusque supernis: de quibus in Iob dominus loquitur, Vbi eras, quando ponebantur fundamenta terræ cum me laudarent astrā matutina & iubilarent omnes filij dei? Quibus planē ornatur ac splendet cælum empyreum, præferim triumphans ecclesia, ineffabiliter pulcherrima, quàm cæli volubiles visibilibus stellis, planetis & perfectionibus suis. Conformer de viatoribus virtuosis, contemplatiuis hominibus, dignis prelatiis, personis heroicis, doctoribusque & predicatoribus sanctis, hoc potest exponi: quos omnes condidit Christus, non solum

Esaie. 41. philip. 2.

Iacobi. 2. Actu. 19. Apoca. 5.

psalm. 16.

Ephes. 6.

1. Cor. 10.

1. Tim. 1. psalm. 33. Eccle. 42.

Esa. 42.

Heb. 1 psalm. 44. psalm. 109. prou. 30.

psalm. 2.

Psalm. 147

Iob. 38.

in esse naturali, imò etiam in esse & viuere supernaturali gratuito, quibus pulchrè decoratur ecclesia militans. Vnde de talibus ad Philippenfes fatur Apostolus, Sitis sine querela & simplices filij dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ atque peruersæ. Inter quos lucetis sicut luminaria mundi, verbum vitæ continentis. De quibus item in Daniele legitur, Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firma menti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quali stellæ in perpetuas æternitates. Hi tales salubriter docti sunt, quos vnctio spiritus sancti docet de omnibus, quibus dominus dat de omnibus intellectum: qui non infirmi, nuda, insipida pollent vel potius sordent scientia, qui sciunt nec faciunt. Propter quod duplicata damnatione peribunt. Quibus loquitur Esaias, Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Et Hieremias, Sapientes sunt vt faciunt mala, bene autem facere nesciunt. ¶ Demum expositionis huius primi hymni tam prolixè sum immoratus, quoniam expositio ista ad sequentium elucidationem hymnorum plurimum confert. Ideo illorum declarationem celerius pertransibo.

¶ In natiuitate Domini, Hymnus.

Laudatur in eo christus dei filius, quod pro nobis redimendis humanam carnem de matre virgine sumptis, & natiuitatis ipsius secundum carnem mysteria pie referantur. Author B.P. Ambros.

Carmen Iambicum dimetrum.



**V**eni redemptor gentium] Hunc hymnum cantant aliqui in aduentu, & dicunt, veni, id est spiritualiter descende in tuorum corda fidelium per gratiæ infusionem, aut per infusæ gratiæ incrementum, ac virtutum profectum: per consolationem internam, illuminationem piissimam & inflammationem assiduam. ¶ Alij cantant hymnum hunc in solennitate natiuitatis Christi, & dicunt per modum gratiarum actionis ac spiritualis lætitiæ super incomparabili beneficio incarnationis, natiuitatisque filij dei. [Veni] in vteru excellentissimæ virginis non per loci mutationem aut corporalem ingressum, sed per incarnationis mysterium. Venit item in vterum virginis per natiuitatem in vtero, qua eius humanitas cepit esse nec antea fuit. De qua natiuitate fertur Matthæi primo. Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Atq; in psalmo, Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Insuper venit iam incarnatus in mundum per natiuitatem ex vtero & corporale egressum: implens illud Baruch, post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vnde per Zachariam prædixit, Gaude & lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui. Venit ergo redemptor gentium, cuius incarnatio fuit nostræ redemptionis exordium: & eius ad ima descensio, fuit nostra ad summa prouectio. Qui redemptor est gentium, id est hominum vniuersorum, quantum in se est: quamuis non omnes redemptionis eius fructum & gratiam consequantur, vt in præcedentis hymni expositione probatum est. Vel, gentium, id est specialiter gentium, ex quibus quasi incomparabiliter plures ad Christum conuersi & redemptionis effectum sortiti sunt quam Iudæi. Propter quod in Actibus paulus ac Barnabas contestantur Iudæis, Vobis oportebat primùm loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, conuertimur ad gentes. Rursus in Actibus asserit paulus, Gentibus missum est hoc salutare dei. De quo Simeon dixit, Viderunt oculi mei salutare tuum. Veruntamen virtusque populi redemptor est Christus, qui fecit vtraque vnũ, in quo tanquam in lapide angulari, populus vterque cõuenit ad constituendam vnam ecclesiam, prout Zacharias prædixit, Consilium pacis erit inter duos illos. [Ostendens partum virginis] hoc est, seipsum ex virgine natum exhibens verè presentem: iuxta illud Esaiæ, Ego ipse qui loquebar, ecce assum. Et iterum, Oculo ad oculum videbunt. Hinc orauit Psalmista, Qui sedes super Cherubin, manifestare. [Miretur omne sculum] id est omne genus hominũ, præferunt ad fidem conuersi, de tot & tantis mirabilibus factis in Christo. In quo deus & homo in vnam conuenerunt personam, quæ eternaliter nata est ex patre, sine matre: temporaliter quoque ex matre in terris, sine patre. De tot item ac tantis beneficijs nobis à superbeatissima trinitate per Christum exhibitis, & de profundissimis Christi mysterijs, de altissimo consilio supersapientissimæ trinitatis, super modo & ordine saluatoris generis humani per incarnationem & cætera gesta Christi, de his quæ in die natiuitatis Christi in euangelio ac alibi scripta leguntur. Hæc est admiratio sapientialis ac sobria, de qua narrat Euangelista, Erant Ioseph & Maria mater Iesu mirantes super his quæ dicebantur de illo. Ad quorum cõtemplationem & sobriam admirationem necessaria valde est illuminatio spiritus sancti. Propter quod orauit propheta, Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.

¶ Denique hoc est quod ad Ephesios deprompsit Apostolus, Pater gloriæ det vobis spiritum sapietitiæ in agnitione eius, illuminatis oculis cordis vestri: vt sciatis quæ sit spes vocationis vestræ. [Talio deum paratus decet] id est tam supernaturalis, mûdissima, singularis & præclara natiuitas, decuit vnigenitum dei. De quo in prima sancti Ioannis canonica legitur, Hic est verus deus & vita æterna. Nunne decentissimum fuit omnium saluatorem essentialiter sanctum, cõfractorum reparatorem, qui iuxta Apostolum ad Romanos, est super omnia deus benedictus in secula, supernaturali, singulari, & præclarissima natiuitate nasci in natura assumpta ex integerrima atque sanctissima matre, tanquam institutorem & authorem nature, qui ex supersanctissimo deo patre eternaliter natus fuit. Idcirco cecinit Esaias, Generationem eius quis enarrabit? De hoc multè cõgruentè in Legèdis sanctorum, & super tertium Sententiarum inueniuntur. Hinc & quidam Hebræorum doctor antiquus in persona dei allegat dixisse super illum in Threnis, Pupilli facti sumus absque patre: vos fleuistis coram me dicentes, Pupilli facti sumus absque patre. Ecce saluator quem suscitabo vobis, erit in terra sine patre, sicut in celo absque matre. ¶ Præterea triplex natiuitas ascribitur Christo, Vna æterna ex corde patris. Secunda carnalis ex vtero virginis. Tertia spiritualis, qua in eorum mentibus generatur, qui conuertuntur ad ipsum, seu regenerantur in ipso

philip. 1.

Dan. 12.

1. Ioan. 3.

2. Thim. 2.

Matth. 23.

Esa. 5.

Hiere. 4.

psalm. 86.

Baruch. 3.

Zacha. 2.

Actu. 13.

Actu. 28.

Zacha. 6.

Esa. 52.

Ibidem.

Psalm. 79.

Lucæ. 2.

psalm. 118.

Ephes. 1.

1. Ioan. 1.

Rom. 9.

Esa. 55.

Thren. 5.

A [Non ex virili semine, sed mystico spiramine.] Id est occulta ac diuina operatione spiritus sancti. [Verbum dei factum est caro] id est vnicus dei filius factus est homo: iuxta illud, Verbum caro factum est, ibi caro pro homine, vt pote pars pro toto accipitur. Vnde archangelus ad prælectissimam virginem est locutus, Spiritus sanctus superueniet in te, & c. Atque ait ad sanctum Ioseph, Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Quamuis autem opera supersubstantialis incomparabilis trinitatis ad extra, sint indiuisa, vt circa Matth. 1. primum hymnum est declaratum: efficiencia tamen incarnationis per appropriationem ascribitur spiritui sancto, cum sit opus maxime benignitatis, quæ spiritui sancto appropriatur. Propter quod in simbolo Apostolorum ascribitur, Qui conceptus est de spiritu sancto, id est virtute & benignitate spiritus sancti, qui ex purissimis sanguinibus præstantissimæ virginis corpus Christi in instanti formauit, organizauit, animam Christi creauit, corporique coniunxit: ex quorum immediata coniunctione resultauit vera & perfecta humanitas, quam in eodem instanti persona verbi æterni assumpsit, & in suo esse personali increato suppositauit. Eodem demum instanti impleuit animam Christi omni supernaturali charismate spiritus sancti, imperfectionem in sua ratione non includentem, imò & beatifica visione deitatis tam clara vt modò habet. Cùmque deus dicatur creaturam tantò plus diligere, quantò maius bonum ei communicat, & esse illud personale increatum humanitati Christum communicatum, maius ac dignius fit toto vniuerso, constat quod deus plus diligat Christi humanitatem, seu Christum secundum naturam assumptam, quàm totum residuum vniuersum. Vnde & Christi humanitas ob suam hypostaticam vnionem cum verbo, est dignitatis quodammodo infinita. Insuper quamuis in Christo ponatur duplex natureitas, diuina videlicet & humana, vt & duplex natura: non tamen duæ filiationes, sicuti nec duæ personæ. Natiuitas enim concernit naturam, filiationem verò personam, prout hæc omnia super tertium Sententiarum determinantur. [Fructusque ventris floruit] id est verbum æternum, quod secundum deitatis naturam est fructus, & proles cordis & intellectus paterni: secundum assumptam humanitatem est fructus & filius vteri virginalis. De quo facta dixit Elizabeth, Benedictus fructus ventris tui. Et psal. Ecce hæreditas domini filij merces fructus ventris. Itémque, Dominus dabit benignitatem, & c. De quo Esaias, In die illa erit germen domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis. Qui effloruit in hoc mundo omni sanctitate, sapientia, fama, predicatione, miraculis instantum, quod etiam tempore passionis retulit de seipso, Sic in viridi ligno hoc faciunt, & c. Hinc apud Esaiam, Egredietur virga de radice Iesse, & c. De quo in Canticis ait sponsa, Dilectus meus candidus & rubicundus, electus cum milibus. [Aluis tumescit virginis] id est virgineus venter, toti mundo, imò & vniuersæ triumphanti ecclesiæ, venerabilis & venerandus, tanquam sacratissimum dei templum, thronus ac mansio, Venter (inquam) Mariæ dulcissima, tumescit, id est paulatim tumebat seu eleuabatur, secundum quod corpus filij eius creuit & augebatur in vtero eius: quod Ioseph deprehendens, cogitauit occultè dimittere eam. Vel, quia suspicabatur quid mali de ea, secundum Chrysostomum in Homilia: quamuis ipsemet alibi aliter dicat, Vel (quia quod & decentior sonat) reputauit se indignum contubernio atque consortio eius, quàm sine viri fecundatione credidit cõcepisse. Hinc secundum eundem Chrysostomum alibi, & Bernardum, ac alios plures, in hoc refulget ineffabilis laus Mariæ, quod Ioseph possibilis credidit virginem sine viri admixtione concipere, quàm Mariam peccare. [Claustrum pudoris permanet] hoc est, virginalis signaculum pudicissimæ ac integerrimæ genitricis Christi clausum & illegsum mansit, in eius conceptione, natiuitate, ac deinceps indefinitè: quoniam virgo fuit, ante partum, in partu, & post partum, tantò integrior, mundior, & in cunctis perfectior, quantò matrem veri dei, reginam ac dominam omnium virginum, imò vniuersorum sanctorum, decuit cunctis sanctis dei, & etiam cæteris huius incomparabilis virginis famulis & ancillis perfectiorem, puriorem, ac sanctiorem consistere. ¶ Deinceps in conceptione vnigeniti filij dei fuit tam indicibiliter spiritualizata, deificata, atque in cunctis dignitatis, quod indecentissimum extitisset eam deinceps à viro cognosci. Christus ergo suæ matri præstantissimæ ac supercharissimæ secunditatem attulit, integritatem non abstulit nascendo, nec auferri permisit ab alio. [Vexilla virtutum micant] hoc est, insignia excellentissimorum operum dei in virgine & deinceps in filio eius, videlicet præclara eius mysteria, miraculose effectus, beneficia, charismata, & multiplicia dona refulgent, repræsentantur, noscuntur, & vndique prædicantur, ac in ecclesijs honorantur. In virgine nanque facta est incarnatio verbi æterni, creatio & glorificatio animæ Christi, quantum ad vires eius supremas, coniunctio vniuersitatis ac maternitatis in eadè persona. Vnio sponsi cælestis cum sponsa singulari, & cum sponsa vniuersali, Tunc angelus apparuit & loquebatur pastoribus, cecinitque in aère militia cælestis exercitus. [Versatur in templo deus] id est deus incarnatus in vtero virginæ matris, tanquam in viuo & sacratissimo templo morabatur, baiulabatur, mouebatur, & requieuit: qui deinceps egressus, in templo manufacto oblatas est. Et illud frequenter ingressus, iuxta legis tenorem, statutis anni temporibus, vt patet in Luca. Vnde per Malachiam prædictum est, Statim veniet ad templum suum dominator, quem vos queritis: & angelus testamenti, quem vos vultis. Ob hanc regis Mesia frequentem præsentiam, prædicationem, orationem, oblationem, miraculosamque operationem, in templo secundo sub Zorobabel constructo, deus prædixit per Aggæum, Magna erit gloria domus huius, nouissimæ magis quàm primæ. Nam & verbis his statim præmisit, Veniet ædificatus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria. [Egressus eius a patre.] id est verbum æternum ex corde patris æternaliter est egressum, seu emanauit per generationem diuinam, egressione & emanatione ad intra. De qua per Esaiam prophetam loquitur deus pater, Egredietur de ore meo iustitiam: verbum: vt dicit Augustinus exponit. Et denuo planius loquens, Nunquid (inquit) ego qui alios parere facio, ipse non pariam? Deinde verbum & sapientia patris egressum est à patre, spirituali missione, non patrem relinquendo, sed in rationabilibus creaturis gratiosè aliqua operando, iuxta illud, Mitte illam de cælis sanctis suis. De qua missione & egressione primò sententia

Lucæ. 1.  
psal. 126.  
psal. 148.  
Esa. 4.  
Lucæ. 23.  
Esa. 11.  
Cantic. 5.

Luc. 2.  
Malac. 3.

Aggæi. 1.

Esa. 55.  
Esa. 6.

Sapient. 9.

tentiarum diffusè tractatur. Tertio egressus est vnigenitus dei à patre non per loci mutationem, sed humanæ naturæ assumptionem. Sicut in Ecclesiastico expressum est, vbi sapientia increata ac genita loquitur, Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. In Prouerbis quoque, Ab æterno ordinata sum, necdum erant abyssi, & ego iam concepta eram. [Regressus eius ad patrem] in ascensione, non quòd in terra non fuerit deus pater, aut quòd in cælo atque in patre non fuerit ac manserit filius, sed sicut egressus fuit in incarnatione assumendo humanitatem, ita in ascensione regressus est ad patrem, assumptam humanitatem in summo cælo ad dexteram patris, id est in potioribus eius bonis per plenam glorificationem, constituendo. Vbi pater speciali eminentiorisque modo esse & habitare asseritur, quoniam ibi præclarior operatur ac clarior, vt pote facie ad faciem se ostendendo, videtur. Hinc dixit Psalmographus, A summo cælo egressio eius, & occurfus eius vsque ad summum eius. Vnde & Christus post cenam passioni iam proximus, Exiit (ait) à patre, & venit in mundum, iterum relinquendo mundum, & vado ad patrem. [Excursus vsque ad inferos] mox nanque vt in cruce expirauit, & tradidit spiritum, dicens, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, descendit ad inferna, vt in symbolo continetur Apostolorum, hoc est, ad limbum patrum, qui fuit superior pars inferni, cuius infima pars fuit locus ac mansio damnatorum, quæ communiter appellatur inferus, aut in quo nulla perhibetur esse redemptio. Secunda pars est purgatorium, quod & interdum infernus vocatur, vt cum oramus, Libera animas fidelium defunctorum, de pœnis inferni. Tertia pars erat limbus parvulorum in solo originali defunctorum. Quarta, limbus patrum, de quo Iacob, Descendat (inquit) ad filium meum lugens in infernum. [Rekursus ad sedem dei] id est velocissima reditio Christi, secundum quod homo fuit, vsque ad cælum empyreum. de quo loquitur pater, Cælum mihi sedes est. Vnde in Deuter. ait scriptura, Non est alius deus, vt deus rectissimus. Habitatulum eius sursum & subter brachia sempiterna. Hinc in Apostolo loquitur Christus, Vici & sedi cum patre meo in throno eius. Atque ad Hebræos Apostolos, Præcurfor pro nobis inroiuuit Iesus cælum. De huiusmodi cursu angelus superior ait ad inferiorem, Curre & lequere ad puerum istum.

¶ Præterea, ob hunc multiplicem Christi profectum, volatum, ascensum, & descensum, exitum ac reditum, sponsa faterur in Cantico, Ecce venit iste saliens in montibus, transiliens colles. [procedens a thalamo suo] id est Christus nascendo exiens vterum suæ virginis matris, in quo tanquam in thalamo celebrata sunt nuptiæ personales, inter verbum æternum & naturam humanam ab illo assumptam. Nuptiæ quoque spirituales inter Christum & sponsam vniuersalem, vt dictum est, [pudoris aula regia] hoc est, ventre felicissimè virginis, cuius mundissimus ac fecundissimus venter metaphorice dicitur aula: sicut & thalamus, imò & regia aula, seu aula regalis, quia in eo nouem mensibus rex regum dei vnigenitus incarnatus quiescere ac morari dignatus est. Et ita intra se clausit, continuit, baiulauit eum, qui omnia portat verbo & imperio suæ virtutis, quem cælum capere nequit, nec intra se limitare. Propter quod exclamauit quidam deuotus, O venter cælis diffusior, & cunctis capior elementis. Qui & aula pudoris censetur, quia ab omni libidine alienissimus, & ipsa excellentissima virgo prorsus pudicissima exiit pudore sapientiali, qui de malo & turpitudine culpæ erubescit coram super sanctissimi dei præsentia. Vnde in Ecclesiastico dicitur, Est confusio adducens gratiam & gloriam. Quemadmodum autem totum frequenter denominatur à sua parte: sic pars interdum nominationem à suo toto sortitur, sicut manus sacrilegi appellatur sacrilega. [Gemine gigas substantiæ] id est persona sublimis & magna duplicis essentiæ suæ naturæ, seu duas in se habens naturas perfectas, in vnitate personæ coniunctas: veram videlicet deitatem, atque perfectam humanitatem. Interdum tamen asseritur, quòd dei filius factus est homo ad complendum & consummandum ordinem vniuersi: quatenus sicut ab exordio mundi, imò potius ab æterno fuerunt tres personæ in vna subsistentes natura: ita in fine sæculorum essent tres naturæ in vna persona, puta diuina essentia, caro, & anima in Christo. Verùm dum duæ naturæ perhibentur in Christo, nomen naturæ propriè sumitur pro natura integra & perfecta. Dum verò tres naturæ in ipso esse dicuntur, natura capitur extensiuè, prout etiam pars naturæ nominatur natura, hoc est, tam caro quàm anima. ¶ Denique hæc profunda ac deuotissima verba Casiodorus super librum psalmodum, affirmat sanctum virum Ambrosium supernaturaliter protulisse, [Alacris vt currat viam] id est ipse Christus fuit alacris id est expeditus, velox paratissimus & iucundus ad percurrendum iter seculi huius, ad conuersandum in terris tam diu sicut pater præordinauit, ad expectandum & peragendum quicquid pater per eum dici, fieri, ipsumque pati instituit. Propter quod pendens in cruce deprompsit, Consummatum est, & paulò ante, Opus consummaui, quod dedisti mihi vt facerem. Cùmque comprehenderetur, dixit ad Petrum, Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Hinc prædictum fuit in Psalmo, Exultauit vt gigas ad currendum viam. Et de uero se ipso effatus, In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Itaque via hæc Christi fuit tota conuersatio eius, in seculo isto persecutio & passio eius. Discursus in prædicando, fatigatio in itinerando, incessabilis occupatio pro humana salute. Reditus quoque in ascensione ad cælum, in quo iugiter mansit, imò & homo iam factus fuit, antequam in humanitate illuc ascendit, & hoc ratione personalis vnionis vtriusque naturæ in ipso. Ad quod insinuandum loquens cum Nicodemo in terra tellatus est, Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo. [Æqualis æterno patri] hoc est, tu Christe qui secundum deitatem tuam naturam verè æqualis es deo patri: quoniam deitatis plenitudo ac veritas omnem prorsus imperfectionem, minorationem, inæqualitatem excludit. Vnde dixit Apostolus, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo. Propter quod apud Ioannem ait, Pater meus

A quod dedit mihi, maius omnibus est, vt puta deitas ipsa: quam per generationem æternam à patre accepit. Propterea addidit, Ego & pater vnus sumus. [Carnis trophæo accingere] hoc complacendo & congratulando magis, quàm deprecando prolatum est, vt sit sensus, Accingere, id est te ipsum accinge, vel à patre accingere, hoc est accingaris: trophæo carnis, id est carne quam assumpisti vt cingulum, id est quodammodo te vestisti & operuisti animam tuam, aut etiam deitatem, cuius habitus fuit natura assumpta, vt su per illud Apostoli, Habitu inuentus vt homo, Augustinus expressit. Iuxta hunc modum fertur in psalmo, Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. E. faias quoque de cingulo spiritali, rides (inquit) cincturam rentum eius. [Infirmi nostri corporis] id est naturalem passibilitatem, fatigabilitatem, famem, sitim, patorem, tristitiam corporis tui, quod de nostro ex virgine accepisti. Indetrahiles quippe defectus Christus assumpsit, secundum Damascenum. id est naturales defectuositates, quibus detrahi nequit. Quamobrem debuit fratribus per omnia assimilari, iuxta Apostolum. [Virtute firmans perpetuum] id est iugi fortitudine roborans, ita quòd ex infirmitatibus illis nunquam in aliquam prolapsus es culpam. Et quicquid in carne es passus, ex libertate fuit tuæ virtuosissimæ voluntatis ac inuictissimæ charitatis, non ex necessitate passibilitatis: ex dignatione, nõ ex coactione: sicque corpus Christi perfectissimè fuit anime eius subiectum: & passionis, seu potius propensiones suæ sensituique partis, per virtutes morales excellentissimas indeuabiliiter regulabatur, quòd totum factum est principaliter virtute diuina æternali.

B [Præsepe iam fulget tuum] id est præsepium in quo tu ò Christe à virgine matre mox natus reclinatus fuisi, nunc splendet in corde & fide credentium: in quantum factum est instrumentum tibi deseruiens, & reclinatorium tuum: sicut & vestes, mensa, cœnaculum, quibus vsus es & quæ tuo sunt sacratissimo corpori applicata, ex hoc sanctificationem quandam contraxisse dicuntur & honorantur, imò tuipe in illis potius honoraris & fulges, in quibus & per quæ, tuas exercuisti & ostendisti virtutes. [Lumen que nox spirat nouum] Consuetudo scripturæ est, vt tempus dicatur facere quæ sunt in tempore. Vnde primo Machabæorum asseritur, Videns Ionathas, quia tempus eum iuuat. Et apud Matthæum ait saluator, Craftinus dies sollicitus erit sibi ipsi. Itaque nox, in qua natus est mundi redemptor, spirat, id est spirauit & effudit lumen nouum, videlicet ipsum Christum, quem in ipsa nocte peperit virgo. Qui quamuis sit lumen æternum, secundum quod deus, tamen tunc de nouo est natus ex virgine, & cœpit innouescere & resurgere hominibus: quando & angelus dixit pastoribus, Euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis saluator, qui est Christus dominus. Idcirco tunc cantat Ecclesia, Deus qui hanc sanctissimam noctem veræ lucis fecisti splendore clarescere. [Quod nulla nox interpellat] hoc est interrumpat, aut diuidat, sicut lux diei interrumpitur nocte. Certum est autem quòd Christus in seipso sit incommutabile lumen, secundum quod deus: atque vt homo fuit in omni luce gratiæ ac gloriæ confirmatus. Ideo non oramus ne hoc lumen in seipso obtenebretur, aut interpellationem incurrat, quod ineffabiliter æque est splendendum, sed ne cesset mentibus nostris fulgere, nec caligo peccati, nec ignorantia, neque aduersitas, nec vlla tentatio auferat illud à nobis, hoc est corda nostra auertat ab ipsa. Hinc sanctus ait Laurentius, Nox mea tenebras nescit. Ideo subditur. [Fideque iugi luceat] hoc est per fidem & gratiam luceat nobis, sicut ait apostolus Christum per fidem habitare in cordibus nostris. At verò fides in Christo non fuit, quia ab incarnationis instanti verus exiit comprehensor. Sed fide, quam causat in nobis, intellectu nostro infulget, cum & fides sit oculus mentis qua contemplatur diuina, nec sine fide possibile est deo placere, quod de fide formata, hoc est per charitatem ornata, potissimè verum est in vita præsentia. [Gloria tibi domine] quod in primo hymno expositum est, qui natus es de virgine, cum patre & sancto spiritu, id est tibi ac patri atque spiritui sancto, sit gloria. Nempe qui vniam in diuinis honorat personam, honorat & alias. Propter quod filius ait, Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Itaque hymnus istum sententiosum, profundum, ac pulchrum deuotissimè concinamus, mente ad dominum eleuata & compuncta, cum ingenti feruore, recordando attentè, quòd ineffabiliter vnigenitus dei sese propter nos humiliavit. Quantam ad nos dilectionem ostendit in sua incarnatione, & qualiter totius humilitatis & paupertatis præbuit nobis exempla, atque pro omnibus his totis ei regratiemur præcordiis, totisque viribus eum in præcæctis sectemur virtutibus. In præcæctis quoque mirabilibus incarnatione peractis, eius omnipotentiam, sapientiam, misericordiam contemplemur.

D In quadragesima ad vespas Hymnus.  
 ¶ In eo dirigitur ad deum oratio, vt in hoc sacro ieiunij quadragesimalis tempore, remissionem nobis peccatorum exhibeat, & cum corporali ieiunio, abstinenti etiam à peccatis gratiam tribuat.  
 Ambrosius author, vt creditur ex charactere.

Carmen Iambicum dimetrum.



Vdi benigne conditor] Hymnus iste ex laude & oratione contextitur, & ad totam superbeatissimam trinitatem (quæ verè est vnus deus, vnus conditor, rector, ac dominus vniuersorum deuotè dirigitur. [Audi benigne conditor] id est ò Deus omnipotens naturaliter pie, qui noster es creator, audi, id est clementer exaudi, gratiosè accepta, largissuè imple, & adimplendo quod petimus, ostende te scire atque aduertere, quæ precamur. Auditus quippe in deo spiritualiter est & realiter, idem quòd intellectus. Dicitio quoque ista, benigne, aduerbialiter potest teneri, & esse determinatio verbi istius audi. Potest autem nominaliter accipi, & esse adiectiuum huius nominis conditor. Itaque audi [Nostras preces Bb iij]



**R** cum stetit] id est preces nostras lachrymas, seu preces & lachrymas ex pijs causis virtutibusque manantes, hoc est, ex penitentium dolore, ex desiderio regni caelestis, ex proximorum & fratrum viciorum compassione, ex propria defectuositate & imperfectionis attentione, ex compassione dominicae passionis, ex suavissima complacentia super gloriosissimi & superferensissimi dei. Sic & Psalmista oravit, Exaudi orationem meam domine & deprecationem meam, auribus percipe lachrymas meas. Magna est vis & efficaciam huiusmodi lachrymarum. Propter quod S. ait Hieronymus. O humilis lachryma, tua est potentia, tuum est regnum, tribunal iudicis non vereris, accusatoribus effundentium te imponis silentium. Non est qui te accedere vetet, nec vacua redis, magis affligis diabolum, quam infernale supplicium. Tu vincis inuincibilem, & ligas omnipotentem. ideo dixit Psalmista ad dominum, Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Et dominus ad deuotissimum ezechiam, Vidi lachrymam tuam. Qui harum gratiarum lachrymarum desuper appetit adipisci leuitates, dissolutiones loquacitatem, pigritiam, & omnem consolatiunculam prorsus despiciat vilem. [In hoc sacro ieiunio suas quadragesario] id est in tempore quadragesimae huius. quamvis enim quotidie toto anno praefatis insistendum sit lachrymis, vt dicere valeamus, Fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte, praecipue tamen in quadragesima ista actibus penitentiae specialissime deputata.

**R** Porro de quadragesima & rationibus tot dierum ac consimilibus in aurea legenda sanctorum, & alibi satis habetur. Qui autem corporales & aqueas nequit effluere lachrymas, non turbetur immoderate, sed lachrymis cordis, hoc est, salutaribus compunctionibus, ignitis in deo affectibus, sanctorum affectionum profuuo contentetur. [Scrutator almae cordium.] Hoc est, tu (o deus) intime & infallibilis percrutator, discissor, cognitor mentium humanarum, qui non ex ignorantia aut incertitudine corda scrutaris, sed eorum arcana pandendo ac vitia puniendo, ostendis te ea clarissime intueri. Propter quod in Apocalypsi de fornicatrice & mechantibus secum testatus es, Ecce mitto eam in lectum, & qui fornicatur cum ea in tribulatione maxima erunt, & scient omnes ecclesiae, quia ego sum scrutans corda & renes & dabo vnicuique secundum opera sua. Vnde & apud Hieremiam loquitur deus, Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscat illud? Ego dominus scrutans corda, & c. [Infirmam tu scis virium] hoc est, imbecillitatem, insufficientiam, imperfectionem, fragilitatem virium humanarum ac naturalium potentiarum. Nam & ratio vulnerata est ignorantia, voluntas malitia, concupiscibilis concupiscentia, irascibilis infirmitate: quae sunt quatuor vulnera ex originali peccato secuta. Vnde & homo ex se gratia destitutus, in omne malum est pronus. Iustum vero deducet dominus per vias rectas, ideo grata mente domino consistetur. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Hinc falsus est Hieremias, Scio domine, quia non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos.

**G** Concordat & illud Apostoli, Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Nunne infirmis sumus, de quibus deprompsit Apostolus, Scimus, quia non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. In solo igitur deo fit tota spes. Ad ipsum stilet oculus noster, eius auxilium incessabiliter imploremus, omnem etiam praesumptionem gloriam vanam, iactantiam, elationem tanquam diabolica mala iugiter detestemur. Pensantes illud Apostoli, Quid habes, quod non accepisti: si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? [Ad te reueris exhibe remissionis gratiam] Quicumque ad deum conuersus est per veram contritionem, charitatem iam habet & gratiam gratam facientem, sine quarum infusione mortale peccatum non dimittitur, nec deletur: ideo iam consequutus est gratiam remissionis, id est indulgentiam culpae, ad minus quantum ad id quod culpae est seu offensae. Non tamen semper quantum ad reatum, hoc est, obligationem ad poenam, nec quantum ad poenam ipsam. At vero reuersus ad deum per attritionem (quae est imperfecta reuersio) adhuc in suis est culpis, & quaerit gratiam remissionis, id est veniam, imo & gratiam verae contritionis sibi infundi. Cumque ignoremus an sumus in charitate, debemus dominum exorare: vt si in mortali sumus peccato, det nobis gratiam verae contritionis: si vero in charitate sumus, dimittat nobis peccata praeterita, etiam quantum ad poenam: gratiamque infusam augeat, & conseruet in nobis. Et si (quod absit) reciduaerimus, non iuste relinquat nos: sed misericordissimè reuocet & conuertat. Quod vt obtinere promeremur, peccata nostra coram ipso humiliter recognoscamus, exemplo Psalmistae dicentis, A peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego cognosco: sicque cum omni compunctione & humilitate dicamus. [Multum quidem peccauimus] corde, ore, & opere, omissione & commissione: contra legem naturalem, diuinam ac positiuam. Vnde & Iacobus ait apostolus, In multis offendimus omnes. Imo tam multis & magnis, vt dicere habeamus, Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me. Vnufquisque igitur peccata sua summam recolligat, & quasi in fasciculum liget, ac ante oculos cordis sui sic colligata suspendat, vt ea frequenter intendo humiliter valde spiritum suum, & omnem aduersitatem aequanimiter patiaur: imo cuncta quae sustinet, mitior arbitretur, quam sui merentur excessus. Dicendo illud Iob, Peccaui, & verè dereliqui: & vt eram dignus, non recepi. Nam & deus peccata nostra quasi in sacculo signauit. Potissimum autem agendum est istud, dum quis se sentit pulsari impatientia, temerario ve iudicio ex defectibus & peccatis alterius: ita vt tunc intueatur mox proprias trabes, memor Christi dicentis, Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? [Sed parce confitentibus] id est ignosce confitentibus sua peccata. Denique, triplex est confessio. Vna est fidei actus. Iuxta illud, Qui me confessus fuerit coram hominibus. Et rursus, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Secunda actus est laetiae: de qua Saluator, Confiteor tibi pater domine caeli & terrae. Haec confessio est dei laudatio. Tertia est penitentiae actus, de qua habetur, quae & venia promeretur. Quae admodum sanctus Iob protulit, Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit Saluator meus. Et psal-

**A** missa, Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. [Ad laudem tui nominis] id est, ad tuipsum laudem, honorem & gloriam, [Coffer medellam] hoc est, gratiam facramentalem, spiritualem curationem, cordis à reciduo custodiam [Languidis] id est, nobis spiritualiter aegrotis ac leuatis, ad vitia pronis, fomite infectis. Omnia etenim agit altissimus propter seipsum finaliter, cū ipse fit omnium vltimus finis, atque ad gloriam & praerogoniam propriae maiestatis. Ideo ait scriptura. Vniuersa propter seipsum operatus est dominus. Alibi quoque loquitur deus, Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, hoc est, propter ostensionem & glorificationem bonitatis & misericordiae meae. Vnde & in Ezechiele testatur, Non propter vos ego faciam, notum sit vobis, sed propter nomen sanctum meum, & c. [Sic corpus extra conteri]. i. ad nobis discretionem & gratiam sic conterendi, castigandi & penitentia liter affligendi corpora nostra extrinsecus [per abstinentiam, ieiunet vt mens sobria] id est, quatenus mentes nostrae abstineant, seque refrenent [A labo prorsus criminum] id est, ab omni foeditate & macula culpae mortalis. Nempete teste Apostolo, Qui sunt Christi, carnem suam crucifigunt cum vitii & concupiscentiis. Propter quod de seipso expressit, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Ad mentis enim purificationem & puritatem corporale ieiunium ordinatur, sicut & caetera exercitia exteriora obseruantiae religiosae. Hinc & apud Matthaeum iussit Saluator, Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. Apud Esaiam dominus reprehendit solum corporaliter ieiunantes, à peccatis non abstinentes. Ecce (inquiens) in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Ieiunium multos salutes habet effectus. De quibus asserit Augustinus, Ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem subdit spiritui, concupiscentiae nebulas dissipat, libidinum ardores extinguit, castitatis lumen accendit: hoc est, ieiunium cum discretione exhibitum, quoniam rationale debet esse obsequium nostrum. [Praesta beata vinum] quae essentialiter & interminabiliter felix est: & vna beatitudo immensa, atque obiectum beatificae ac fructuariae visionis omnium beatorum [Concede simplex vniuersas] quae est ipsa trinitas, quicquid enim in diuinis dicitur absolute, conuenit vnicuique diuinae personae, totique trinitati. Propter quod dicunt theologii, quod in diuinis relatio multiplicat trinitatem, quia est relatio distinctionis personalis ibidem. Essentia vero seruat vnitatem, quia essentia est vna numero in supergloriosis illis aeternis personis [Vt fructuosas sint tuis ieiuniorum muneribus] hoc est, opera & obseruationes ieiuniorum, quae nobis pie concessisti ac prouidisti (quoniam omnia merita nostra sunt dona tua, & effectus gratiae tuae, ac principaliter sicut in nobis à te: cui operatus loquitur Esaias. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Vnde dixit Apostolus, Deus est qui operatur in nobis velle & perficere) sint fructuosas, id est, meritoria vitae aeternae, tuis fidelibus & ministris. Tunc autem ieiunia nostra nobis sunt fructuosas, quando ex charitate procedunt, nec per sequens peccatum mortale merito suo prouantur & praemio. Hunc igitur hymnum deprimamus corde contrito ac mente salubriter lugubri, orationi, deuotioni, compunctioni, lachrymisque vacantes, & exteriora ad interiorum profectum, ad cordis munditiam, ad charitatis augmentum sapienter ordinantes.

**C** Dominica in passione, Hymnus.

¶ Iste est totus religiosae pietatis, & affectuosa deuotionis referentissimus, recensens dominicae passionis mysteria, & praecleara viuifica crucis praerogonia, in qua peractum est humanae redemptionis sacramentum. Demum ad eam pia dirigunt oratio fidelium, vt illis protectio sit, munimentum & praesidium.

¶ Author Theodolphus Aurelianensis episcopus. Quamuis Henricus Bebelius eum Fortunato episcopo, ascribat, alij Sedulio, alij item aliis.

¶ Carmen Iambicum trimerum.



**V**exilla regis prodeunt] Rectè hic hymnus in dominicae passionis catur, in quo de Christi passione deuotissime agitur. Ait ergo author huius hymni sanctus (vt fertur) Ambrosius, Vexilla regis prodeunt. Vexilla dicitur insignia quaedam signifera seu bellica signa quae ante principem siue exercitum deferuntur, aut etiam in processione solenni. Porro iste rex est Christus, de quo scriptum est, Habet ergo in vestimento & in femore suo scriptum, Rex regum, & dominus dominantium. Christus quoque apud Matthaeum Tunc dicit rex his, qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei. Atque in passione ad Pilatum, Tu dicis, quia rex sum ego. ¶ Deim-

**D** de secundum vtranque suam naturam Christo competit esse regem, quia, vt deus, est rex potestate & auctoritate regitua, aeterna, summa, & increata: quae auctoritas & potestas in tribus adorandis personis est eadem numero, quemadmodum & essentia, ideo tres personae sunt vnus rex, sicut & vnus dominus: iuxta illud in symbolo, Non tres domini, sed vnus est dominus. Veruntamen hac potestate & auctoritatem filius habet à patre per generationem aeternam. ¶ Insuper filius secundum naturam assumptam humanae, est rex & princeps omnium creaturarum, potestate & auctoritate creata, secundaria; depedente & quasi instrumentaliter. Propter quod Matth. vltimo loquitur est, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Hec ergo Christi regis nostri vexilla, id est, bellica signa, quibus Christus profrauit aereas potestates, vt deliceret daemones, vicitque mundum, sunt crux eius, columna, clauis, spin ea corona, flagella, miracula, sacramenta, quae in hoc passionis tempore spiritualiter prodeunt, id est, representantur, recoluntur, honorantur & praedicantur. [Fulget crucis mysterium] Mysterium appellatur sacrum secretum, seu mystica ratio, abditumve consilium. Mysterium igitur crucis est supersapiens, profundissimum ac olim ignotum, abditumque consilium: quoniam trinitas adoranda ab aeterno decreuit redimere, & saluare genus humanum per Christi incarnationem ac passionem. Quatenus sicut per primi hominis inobedientiam perierat, ita per Christi obedientiam passionem ac mortem redimeretur. Hoc mysterium (teste Apostolo) absconditum fuit à seculis in deo, & reuelatum fuit tempore praefinito sanctis Apostolis, per quorum doctrinam ac spiritus sancti illustrationem deuenit ad ecclesiae sanctae notitiam. De quo ad Ephesios ac

Psal. 37.  
Protu. 16.  
Esa. 44.  
Ezec. 26.  
Galat. 4.  
1. Corin. 9.  
Matth. 6.  
Esa. 58.  
Esa. 26.  
Philip. 2.  
A poc. 19.  
Matt. 25.  
Eph. 3.

D. DIONYS. CARTHVSIAN.

Roma.5. Romanos multa induxit Apoft. Hoc planè myfterium fulget modò in cõtemplatione & cognitione fidelitatis, in fide & ueneratione, qua recolunt illud, & contẽplatiuis hominibus innotescit: quibus nihil rationabilius videtur esse, quàm quòd fides continet Christiana, quoniam fidem habent cõ rationibus credent dorũ & purificatã mentis intelligentia. Hinc sanctus Andreas dixit, Magnũ crucis esse myfteriũ [Quo] myfterio, hoc est propter quã sacrã & mysticã seu arditam rationẽ, ac fructuosissimã causã [carnẽ carnẽ conditor] hoc est ipse uigenitus patris Christus conditor. i. creator carnis. i. totius humani generis. De quo apud Ioannem ipse loquitur deo patri, Dediti potestãtẽ omnis carnis. Esaiã quoque, Videbit omnis caro salutare dei nostri [suspensus est patibulo]. i. cruci affixus, carne. i. in corpore suo mortali. Quem admodum Esaiã prãdixit, Corpus meum dedi percussentibus. Et beatissimus Petrus in prima sua canonica, peccata, inquit, nostra portauit in corpore suo super lignũ. Nempe ob hanc mysticã rationem, uoluit deus pater Christum pati, & tradi eum pro nobis. Sicut ad Rom. asserit paulus, proprio filio suo nõ pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Vnde in Ioãne fertur, Sic deus dilexit mundũ, ut filium suum vnigenitũ daret, ut omnis qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat uitã eternã. Porro Iudas tradidit Christum ex auaritia, quẽ Iudæi tradiderunt in mortẽ ex inuidia. Nõ itaque casu, sed ex diuina p̄ordinatione & sapientiali myfterio factũ est, quod mundi saluator hoc genus mortis, uidelicet crucifixionẽ, sustinuit. Nam ut copiosius succurreret mundo, uoluit acerbissimã atque ignominiosissimã mortem pati pro eo. Rursus, quoniam primus homo peccauit de fructu ligni sibi prohibito comedendo: uoluit Christum mortẽ patiẽdẽ in ligno satisfacere pro primo illo originali peccato, ac cãteris uiniis inde sequutis. Iterũ, quia diabolus uicit primos parẽtes per esum fructus ligni, utpote de arbore scientiã boni & mali, uoluit Christum superare diabolũ, obediẽdo deo patri usque ad mortẽ ac crucis suppliciu. [confixa clauis uiscera tendens manus uestigia]. i. conditor carnis Christus tendens. i. in cruce extẽdens uiscera manus, id est carnes manuum suarũ sub pelle earum cõtentas & tectas, uestigia. i. etiam suos sacratissimos pedes. Sicque sumitur effectus pro causa, quia per pedes causantur impressiones, quã uestigia nũcipiuntur. Viscera, inquam, atque uestigia cõfixa clauis. i. clauis perforata & cruci affixa: iuxta illud psãlmi, Foderunt manus meas & pedes meos, Zacharias quoque, Dicent, quã sunt plagã istã in medio manuum tuarũ? Denique uiscera ista manu ac pedũ, sunt carnes tenerrimã mirabiliter passibiles atque læsibiles. Hinc mors confixorũ per manus & pedes in ligno, est uehemẽter nimis pœnalis, amara, grauissimã, p̄sertim quoniam cõsurgunt & perforantur in locis neruosis, in quibus sic perferri pœnalissimum est, propter concursum neruorũ atque uenarũ [Redemptionis gratia hic immolata est hostia] Hic. i. ipse Christus immolatus est hostia. i. obtulit semetipsum patri eterno hostiã salutarẽ pacificã: gratia redẽptionis. i. causa redimẽdi nos gratiosẽ. Per hoc naque quod filius dei ex ardentissima charitate, p̄optissimã obedientia, profundissima humilitate, maxima pietate, summõque zelo diuini honoris, subiit ac tolerauit acerbissimum istud suppliciu mortis, passio eius ineffabiliter meritoria, fructuosissima & efficacissima fuit, ad redimẽdum totũ genus humanũ. Imò meritũ quodammodo infinitũ, eõ quod natura humana, quã sic patiebatur, fuit non solum p̄ã uniuersi creatis sanctissima, dignissima, ac patri eterno grauissima, sed etiã quoniam immediatẽ ac hypostatice fuit coniuncta uerbo eterno ac diuinã nature: sicque efficacã & idoneitatẽ ad redimẽdũ ac promerẽdũ, quodãmodo infinitã habebat, quod exuberantissimũ Christi meritũ nominatur thesaurus ecclesiã, ex cuius plenitudine indulgẽtiã cõceduntur, cuius thesauri erogatio à Christo cõmissã est summo p̄ticipi, tanq̄ pleno ac generali Christi vicario. Prãterea de hac Christi immolatione per Esaiã fuit p̄dictũ, Oblatus est quia uoluit. Vnde ad Ephes. differuit Paulus, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationẽ & hostiã deo in odorẽ suauitatis. [Quo] s. p̄grato myfterio ipse Christus. [Vulneratus in super]. i. ultra p̄dictã suspensionẽ in patibulo, trã fuerberatus in latere [Macrone]. i. ferro cuspidẽ seu acuminẽ [dixit lancee] id est, hastã militaris horrendã: iuxta illud Ioannis, Vnus militum læcea latus eius aperuit. Hinc in Zacharia Christus p̄nũciauit, Aspicient ad me quem confixerunt [Vt nos lauare et crimine, manauit vnda sanguine] Vnda. i. aqua, manauit. i. fluxit, sanguine. i. simul cum sanguine, sicut p̄gallegato cap. addit Euãgelista, Continuo exiuit sanguis & aqua, ut nos lauaret, id est, precio sanguinis sui ac merito effusionis eius purgaret crimine. i. ab originali peccato, cãterisque excessibus, secundum illud Apocal. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Atque ad Ephes. Christus dilexit ecclesiã & tradidit semetipsum pro ea, ut illã sanctificaret, mundans illã lauacro aquã in uerbo uitã, ut exhiberet sibi gloriosã ecclesiã. Cõsequenter author crucẽ cõmendat [impleta sunt quã cecinit David fidelit]. i. ea quã David fidelis fidelitate fidei, quã est theologica uirtus: fidelitate quoque morali, quã est pars iustitiã, quã promissã & uerba addicã implẽtur & uerificantur, qui i. Reg. testatur, Dominus retribuet unicuique secundũ iustitiã suã & fidẽ: cecinit. i. propheticẽ cecinit, & cõsonãter aliis prophetis p̄dixit, [carmine]. i. in cantico spirituale lætitiã cõtinente, puta in psãl. 95. [Dicens in nationibus, regnauit a ligno deus]. i. Christus deus & homo in uinitate personã, regnauit. i. uirtute ac merito suã saluificã atque sacratissimã passionis, regiũ principatũ obtinuit, secundũ naturam humanã, secundũ quã & promeruit in tota militante ecclesiã regnãdo per fidẽ & gratiã in corde credentiũ, & per vicarios suos p̄latos, principẽsque fideles, p̄sidentes toti populo Christiano, quem admodũ apud Ioannẽ p̄dixit, Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Vnde per Danielẽ est p̄dictũ, Antiquus dierũ. i. pater æternus, dedit ei potestãtẽ & honorem & regnũ, & omnes populi, tribus & linguã seruiẽt ei. Hinc additum est, in nationibus, id est in Gentiliũ generationibus, quã ubique terrarum per gloriosũ apostolos, eorumque adutores conuertit: sicut apud Ioannẽ est p̄rãtã, Alias uos habeo, quã nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Porro ipsos Gẽtles, Iudæi cõsueuerunt cõmuni nomine appellare nationes, quasi paruipensiuẽ, propter eorũ pristinã infidelitatem. Sic quippe conuerso Centurione Cornelio & gentibus secum collectis, dixerunt Iudæi, Ergo in nationes gratia

IN HYMNOS.

A dei effusa est? Sic autem Christus regnauit in nationibus à ligno, id est citò post suspensionem & mortem suam in crucis patibulo. Factus est enim (ut in Esaiã legitur) principatus eius super humerum eius, Esaiã. 9. quando uidelicet baiulans sibi crucem exiuit: quã humiliatione & ignominiosissima passione meruit & Matt. 27. post expirationem in cruce fortitus est regnum & dominationem totò orbe terrarũ. Hinc in prima sua canonica princeps affirmat apostolorũ, Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignũ. De hoc & vna Sibyllarum, id est gentiliũ prophetarũ uaticinata est, Felix ille deus qui ligno p̄ndet ab alto. Nihilominus (ut dictum est sãpius) Christo secundũ suã humanitatem etiã ratione hypostatice vnionis suã naturã humanã cum uerbo eterno, à primo vnionis illius instanti competebat dominu, regnum & iudiciaria potestas omnium populorum totiusque creaturã. Veruntamen in Hebræo non habetur, à ligno, Idcirco Hieronymus iuxta Hebraicã transtulit ueritatem, Dicite in gẽtibus, quia dominus regnauit. Hinc probabiliter estimatur quod complexũ istud, à ligno, primò appositum sit per modum glossã interlinearis ab aliquo expositore: Deinde ex imperitia scriptorũ textui additum. Postremò de Christi passione & eius regeneratione ac regno in nationibus, loquutus est David in multis psãlms, p̄sertim psãl. 21. et quo inter cãtera legitur, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Haud dubium, quin in afflictione & suspensione Christi in cruce. Deinde ibidẽ de conuersione nationũ ad Christum subiungitur, Reminiscẽtur & conuertentur ad dominũ uniuersi fines terrã: Et adorabũt in conspectu eius uniuersã familiã gentiu. quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. [Arbor] id est ò tu crux quã es arbor, id est lignum uitale. Arbor uerò p̄prie nominatur lignũ adhuc uergetiua anima informatũ, & ita crux arbor nõ est. At tamẽ adhuc per similitudinẽ arbor uocatur, quoniam spiritualiter & casualiter uiuit, & lignũ uiuificum ac uitale pronũciatur, in quãtã in instrumentaliter humanã cooperatur salutẽ. Vel, arbor sumitur hic extensẽ pro ligno [Decorata et fulgida] Crux enim supernaturaliter exaltata, decorata, & pulchrificata est uarijs modis, atque ut affirmat Chrysostomus) radijs solis splendidior in iudicio apparebit [Ornata regis purpura] id est p̄stantissima ac regia Christi carne & eius contactu, cuius etiã sacro attactu aqua uim purgatiuã peccati fortita censetur. Vel purpura, id est roseo atque purpureo sanguine saluatoris, de quo de p̄p̄sit archiep̄stolus, Non corruptibilibus auro uel argento redempti estis, sed precioso sanguine Christi, [Electa digno stipite] id est p̄ordinata diuinitus ex radice seu trunco p̄claro [Tam sancta membra tangere] ut pote dorsum, manus & brachia, pedes & crura domini saluatoris. In his uerbis alloquitur crucem, non quòd illa intelligere queat, sed ut ipsimet in honorem sanctã crucis, potius autẽ crucifixi, excitentur. Prãterea de hoc sancte crucis decore & fulgore gloriosus Andreas Ap̄sto. dixit, Salue crux, quã in corpore Christi es dedicata, & membris eius tanq̄ margaritis ornata. O bona crux, quã decoret & pulchritudinẽ de membris domini suscepisti. [Beata, cuius brachijs seculi pependit precium] id est tu ò crux beata es, non formaliter, cum non sis res capax uitã & salutis, sed instrumentaliter, quoniam ad mundi beatitudinem recuperandã materialiter cooperata es, & medium quoddam effectũ: cuius brachijs, id est in cuius partibus instar brachiorum extensis, seculi pependit pretium, id est Christus cuius sanguine precioso, seculũ, id est genus humanũ est liberatum. Cuius uirtue Christi valor & dignitas tantã fuit p̄stantis, quòd minima portio sanguinis eius sufficisset redimere totum captiuũ, uenudatum, & amissũ hominũ genus [Statere] id est libra [Facta est corporis] Christi, quod in cruce pependit. Sicut res cuius valor fere quantitas per lateram inuestigatur: sic quanta extiterit dignitas corporis Christi, hinc patuit, quòd eius in cruce ascensio sufficiens & uersificiens fuit ad redimẽdum genus humanũ, ita quòd particularis & temporalis mors corporis Christi idonea fuit eripere genus humanũ à morte uniuersali, spirituali ac eternali, imò & uitam gratiã omnibus promereri, uitãque gloriã adipisci. Hinc subditur, [Predamque tulit tartaris] id est infernalibus potestatibus ac tormentis abstulit genus humanũ, quod maligni spiritus suo abstulerant creatori, ac in suã redegerant potestatem, ita quòd omnes ante Christi passionem descenderunt ad locum aliquem inferorum. Vnde in Euãgelio Christus expressit, cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quã possidet: si autem fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa uasa eius eripiet, & spolia eius distribuet. Ab Esaiã quoque de christo p̄dictum est, Dispartiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animã suã. Insuper Christus p̄dam abstulit tartaris, sanctos de limbo patrum educendo ac detentos in purgatorio, tempore opportuno. Vnde p̄dixit per Oseã, De morte redimam eos. Ero mors tua ò mors, morsus tuus ero inferno. [O crux aue spes unica] id est ò tu crux existens spes unica, id est spes principalis ac summa. Hoc est p̄cipuum spei nostrã obiectum, aue, id est sine omni uãsis saluata ac felix. Istud referendum est ad rem signatã & figuratã, puta ad Christum crucifixum potius quã ad crucem signantẽ & figurantẽ. Idem nanque motus est in figurã & figuratũ, qui tamen motus in figuratũ principaliter fertur secundũ philosophum. Hinc sequentia de Christo potissimum intelliguntur [Auge pijs iustitiam] id est in hominibus deuotius perface & augmenta ipsã iustitiam, sine qua non habetur uera deuotio, quẽ est promptitudo uoluntatis ad ea quẽ sunt, hoc est, ad actus cultus diuini. Estq; deuotio actio latrũ, quẽ est pars subiectiua, id est species iustitiã. Potest quoque per iustitiam designari qualibet uirtus: quia iustitia est uirtus communis, imò omnis uirtus secundũ philosophum, & hoc secundum uãnam iustitiã acceptionem [Resque dona uentam] id est his qui adhuc in foribus sunt indulge gratiam saluberrimã contritionis infunde, sicque uniuersos saluifica. [Te summa dei trinitas] id est ò trinitas summa, quã unus est deus [Omnis spiritus] rationalis & intellectualis [Collaudet] te, id est simul te laudẽt per charitatem uenit, iuxta illud psãlmi, Exultemus nomen eius in idipsum. Et referendo hoc ad ecclesiã triumphantem, est uox congratulationis & complacentiã, quoniam illa ecclesiã nostra exhortatione & oratione non eget: referendo autem hoc ad ecclesiã militantem,

Euc. 11.

Esaiã. 53.

Osee. 13.


psãl. 33.

extat oratio, vt sit sensus, Omnis spiritus .i. omnis anima rationalis viatorum te collaudet. i. gratias tibi agat super tantis beneficijs que nobis contulisti per Christum, tēque in omnibus benedicat: & deprecetur, vt des ei gratiam hoc agendis [Quos per crucis mysterium saluas, regē]. i. gratiosē guberna, & ad beatitudinem æternam perducat: per secula, .i. tempore peregrinationis & durationis vitæ istius eos quos saluas. i. redemisti & saluare dignaris: per crucis mysterium, .i. per ea que christus in cruce pro nobis sustinuit, & per secretam crucis gratiam ac virtutem, per quas demones & peccata prorsus vincuntur. Amen. Ecce hunc deuotissimū, cōpēdiōsissimū, mysterialēque hymnum cum ingēti recollectiōe, feruore, puritate deuotissimē decantemus, cum intima gratitudine atque præcordiali compassiōe dominicę passio nis, contemplantes & admirantes altitudinem sapientiæ & consilij superbeatissimæ trinitatis in recuperationem nostræ salutis, per admiranda mysteria saluatoris. Ad laudem & gloriam omnipotentis.

¶ In festis Paschalibus, Hymnus.

Commendatur in eo sacer dies paschæ triumphali Christi resurrectione, generis humani redemptione, fidei institutione Christianæ, angelorum exultatione, latronis pœnitentiæ, mortis interemptione celeberrimus.

¶ Author ex phrasi creditur Ambrosius. Carmen Iambicum trimetrum.



**H**ic est dies verus dei. Omne tempus est dei creatoris, qui (vt in Danse habetur) mutat tempora & ætates. Et cui cantamus in Psalmista. Tuus est dies & tua est nox. Propter quod Christus in Euangelio protestatur, Dominus est filius hominis, etiam sabbati. Quod ei secundum deitatis naturam potissimum conuenit, quamuis & secundum naturam assumptam aliquo modo hoc ei competat, in quantum secundum eam quoque omni prælatu est creatura. Porro quod in aliquo die aut tempore deus præ clara exercet opera omnipotentis, iustitiæ ac misericordiæ suæ, eod die ille seu tempus appropriatus ac specialius dicitur dies

Ioannis. 2. seu tempus dei. Hinc de christo in euangelio sancti Ioannis frequenter asseritur Nondum venit hora eius, aut simile aliquid: vt, Tempus meum nondum aduenit. Sic itaque de hoc die solennitatis paschalis merito canitur, [Hic est dies verus dei] id est dies qui verè & propter realem veritatem rerum gestarum spiritaliter ascribitur Christo ac toti super sublimi trinitati, propter Christi resurrectionem & frequentem apparitionem in die isto, & alia gratiæ atque potentiæ suæ opera die isto exhibita, [sancto strenuo lumine] clarus lumine saluatoris & clarificatus potentia suæ resurrectionis, ac resurgentia suæ apparitionis. Luce quoque suæ sapientissimæ informationis, qua eos informauit, quibus apparuit: & item multiplici gratia quo consolabatur eos tunc, imò & sanctos quos hoc die de limbo eduxit, iuxta illud Zacharig. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Ideo scriptum est & prophetatum de die hoc, Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Sic demum intelligi potest & verificari quod sanctus Maximus præsul ac alij quidam sancti affirmant, solem hoc die solito clarius choruscare. Non quod sit augmentatio lucis in ipso realiter sole, sed iuxta modum loquendi scripturæ quo luminaria cæli clarius splendere aut obscurari scribuntur, secundum quod hominibus in ipsi diebus maiora prospera seu aduersa eueniunt. Vnde per Ezechielem dominus loquitur Pharaoni, Cum extinctus fueris, operam cuius facco, & luminaria cæli mœrere super te faciam. [Quo diluit sanguis sacer] id est preciosus & sanctus Christi sanguis, & eius effusio deleuit & expiavit, [probrosa mundi crimina], id est vitia hominum ignominiosa, improprieque conuictijs plena, inhonestissima, detestanda, Veruntamen istud fecit sanguis Christi in die sancto pascheus. De quo per Zachariã, dominus dixit, Auferam iniquitatem terræ illius in vna die. Tunc, inquam, sanguis Christi id egit, quantum ad sufficientiam, & item quantum ad efficientiam quo ad sanctos in limbo detentos, qui anima Christi ad eos descendente protinus deum videre cœperunt per speciem, ablato iam reatu originalis peccati precio sanguinis christi. Porro in die resurrectionis christi, sanguis sacer id fecit in quibusdam viatoribus per efficientiam, qui tunc fidem & gratiam rebus perauerunt. tunc item sanguis Christi fecit hoc ipsum, quantum ad manifestationem, quo ad eos quibus innotuit tunc fructus dominicæ passionis, Hinc sequitur, [Eidem refundens perditis, cæcosque visu illuminans] quemadmodum dictum est, temporibus ascribuntur ea quæ sunt in tempore. Et sic dies dominicæ resurrectionis perhibetur perditis, id est incredulis & iniquis fidem refundere, quia per Christi resurrectionem precipue reparata, roborata & aucta est fides catholica, sicut per eius sepulturam videbatur precipue euacuata, intantum, quod discipulis eius dixerunt. Nos autem sperabamus, & c. Vnde apostoli potissimum curauerunt Christi resurrectionem probare, sicut in actibus eorum recitatur, Virtute magna reddebãt. Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri, imò & tunc cœperunt apostoli in fide firmari, qui tempore passionis & sepulturæ fuerunt in ea scandalizati ac infirmati intantum, quod princeps eorum cepit anathematizare & dicere, quia non noui hominem istum. Verum hoc die confessi sunt, quia surrexit dominus verè & apparuit Simoni. Sic quoque dies iste, id est Christus in die hoc illuminauit cæcos, id est peccatis & infidelitate excæcatos, lumine fidei, splendorque gratiæ ac virtutis: imò resurrectione Christi facta hoc die, toto orbe terrarū illuminauit gentes, multaque milia Iudæorum ad credendum in Christum, prout apud Esaiam deus pater loquitur Christo, Dedi te in sedes populū, in lucē gentium, vt aperires oculos cæcorum. In eodem quoque propheta Christus de fructificatione sua in gentium conuersione testatur est, Glorificatus sum in oculis domini: & dixit, parū est vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & facies Israël conuertendas: dedi te in lucē gentium, vt sis salus mea vsque ad vltimum terrę. Cuius rei exemplum subiungitur interrogatiuē [Quæ] supple hominem, quantumlibet

A lapsum ac reum [Non soluit] id est absoluit [Grani metu] id est à formidine deprimente, immoderata atque ad desperationem inclinante, [Latronis absolutio] quem Christus in cruce absoluit & purgavit totaliter à suis peccatis, quantum ad culpam & pœnam, quando dixit ac promisit eidem, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Tunc quippe infudit ei sufficientem & plenam cōtritionem, fidem & charitatem. [Quæ] scilicet latro [Præmium mutans cruce] id est in cruce pendēdo, patiēdo ac penitēdo, mutauit præmium suum, quia iam ante promeruit condēnari, & in cruce mox meruit saluari [Iesum breui quarit fide] id est gratiam & salutem à Christo petiuit celeri confessione ac deprecatione, dicendo ad impententem latronem qui Christum blasphemauit: Neque tu, inquiens, times deum, quod in eadem damnatione es: & nos quidem in fide. Nam digna factis recipimus, hic verò nil mali gessit [Iustosque præuio gra du præuenit in regnum dei] id est etiam ante apostolos ac ceteros iustos adhuc in mundo hoc existentes, præuenit in regnum Christi, pro quo orauit, Domine memento mei, cū veneris in regnum tuum, vt Lucæ. 23. recitatur. Denique Christus ante latrones expirauit, vt Ioan. 19. patet, & ita ante animam latronis huius limbum ingressus est patrum: quos protinus beatifica illustrauit visione, vt dictum est. Deinde post modicum animam latronis illuc peruenientem. Hæc verò beatifica visio, spiritalis est paradysus, de quo protulit dominus, Hodie mecum eris in paradiso. Idcirco quod quidam exponendo hic dicunt, quod latro præuenit existentes in limbo in visione diuinæ essentia, nō videtur sapienter prolatur, imò in hac visione parum persequutus est eos. [Opus stupent et angeli] id est angeli gloriosi admirabatur opus nostræ redemptionis [Pœnam videntes corporis] id est cognoscentes ineffabilem acerbitatem passionis Christi in corpore patientis, imò & in animo, etiam quantum ad singulas eius vires, inquantum in essentia anime erant fundatæ, ac respectum habebant ad obiectum creatum. Nihilominus vires superiores animæ Christi, per comparisonem & respectum ad increatum obiectum, erant in gaudio beatæ fruitionis. Quod totū reuera tam vehementer mirabile est, quod angeli quoque hinc merito mirabantur, præfertim quod deus & homo tanta & talia sustinebat. Potest item exponi, quod angeli inuentes latronem in tanta corporis sui afflictione Christum quærentem, penitentem, ac veniam obtinentem, admirati sunt totum hoc opus, & tantam dei clementiam. Vnde adiungitur, [Christoque adherentem reum] puta latronem; Christo per fidem, spem & charitatē, ceteras quoque virtutes se applicantem [Vitam beatam carperit] id est æternam salutem pro suæ conuersionis, cōfessionis, ac penitentia præmio obtinere: de qua ait Saluator, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum, seu vitam beatā, id est summā felicitatis obiectum essentialiter sœlix & viuum. Vnde & Christus fatetur, Ego sum via, veritas & vita. In hoc latrone proposuit Christus omnibus nobis pietatis ac gratiæ suæ exemplum, vt nemo omnino desperet, videns latronem tam facile ac repente contritum ac saluatum. [Mysterium mirabile] id est res profunda misericordia diuina, est istud quod subditur, [vt abluat mundi lumen, peccata tollat omnium, carnis vitia mundas caro] id est vt caro, supple Christi, mundans vitia carnis, id est sua morte & sanguinis sui effusione delēs & expians peccata carnalium hominū mediatoriē ac instrumentaliter. Christus etenim est mediator dei & hominū, & eius caro, imò tota humanitas sua fuit & est instrumentū animatum, immediatū, coniunctum, ac propriū verbi æterni sibi vniti. Sicque caro Christi instrumentaliter ac mediatoriē virtute deitatis seu personæ verbi sibi coniuncti, mundauit & abstulit omnī culpas, quantum in se erat. Ideo dicitur vt abluat, id est purget & lauet lumen mundi, id est in infectionem originalis peccati, prout sacratissimus Ioannes Baptista dilexit, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Peccata tollat omnium, id est non solum originale generis humani peccatum, verū etiam actualia & personalia hominū vnuerforū peccata iuxta illud Esaiæ, Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrū. Vnde ad Heb. scripsit Apostolus, Christus oblatu est semel ad multorum exhaurienda peccata. Atque in prima sua canonica princeps Apostolorū deprōpōit, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret deo, mortificatos quidē carne, viuificatos autē spiritu. Deglutiens mortē, vt vitæ æternæ efficeremur hæc redes [Quid hoc potest sublimius] id est quid potest esse altius ac dignius inter opera misericordiæ dei [vt culpa quærat gratiam], .i. cōsideratio propriæ culpæ in homine attrito, emendationem proponente, intelligit & moueat hominem talem ad quærendā veniam & gratiā gratum facientem à deo. Hinc vbi abundauit peccatū, abundare solet & gratia. Et Psalm. fatetur, Conuersus sum in ærumna mea, id est confidit ratione miseræ: meumque configitur spina. i. remorsu & afflictione [Metumque soluat charitas], .i. dilectio Christi ad nos, dissoluat & auferat metum feruile & inordinatum pœnarum à cordibus nostris. Nam & nos pensando quantum & qualiter ipse dilexit nos, spem & amorem concipimus, ac opprimentē metum abicimus. Vnde ad Rom. proferat Apostolus, Non accepistis spiritū seruilitatis in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorum dei. Ad Timoth. quoque, Nō dedit nobis deus spiritū timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis. Insuper charitas nobis infusa remouet metum merè feruile: & cū perfecta extiterit, metum illū prorsus expellit: iuxta illud Ioan. Timor nō est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorē [Reddatque mors vitam nouam] id est mors & passio Christi per modū meritorie causæ reparat & obuiat nobis vitam gratiæ in præsentī, & vitam gloriæ in futuro, glorificationēque animæ & corporis, vt potest duplicem scōlā: iuxta quod in Prouer. legitur, Omnes domesticus eius veltit duplicibus. In Osea quoque prædictum est, Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. [Hamum sibi mors deuoret] id est mors Christo iniusta ac violenter illata, deuoret sibi, id est ad sui ipsius destructionem deglutiat & extingat hamum, id est vitam corporalem quæ in Christo fuit, quam ad tempus breue extinxit: qua dum se voluit satiare ac illam vorare, ab eadem in resurrectione est perforata atque extincta, Christo immortaliter resurgente impassibili corpore. Qui & merito suæ mortis, vnuerfis electis etiam corporis immortalitatem promeruit quam in generali resurrectione adipiscantur, [suisque se nodis liget] id est propriis ligamentis, quibus & innocen-

Lucæ. 23.

Ibidem.

Ioan. 17.

1. Tim. 2.

Ioan. 1.

Esai. 53.

Roma. 4.

Psalm. 31.

Rom. 8.

2. Tim. 3.

1. Ioan. 4.

Prouer. 31.

Oseæ. 6.

1. Cor. 15.  
Ofez. 13.  
Pfal. 123.

Galat. 6.  
Ibidem.  
Bernard.

Pfal. 88.

1. Cor. 15.

Matth. 8.

Sap. 2.

tiffimum Christum tenere & ligare præsumpsit, coarctare ne in hominibus, vt ante, dominiũ habeat sem per, sed tãdem ab electis totaliter excludatur: propter quod ait Apostolus, Oportet mortale hoc inducere immortalitatẽ: & tũc fiet sermo qui scriptus est, Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? tuncque læti cõtābimus, Laqueus contritus est, & nos liberati sumus [Moriatur vita omnium]. i. Christus causaliter nõ finaliter vita omnium hominum, qui & secũdum naturam assumptã est meritoria causa vitã gratiã in cõctis fidelibus, immoletur in cruce pro omnibus, Referredo hoc ad horam suã crucifixio nis: ita quodd hoc dicitur per modum complacẽtiã & gratulationis, gratiarumq; actionis: quia de Christi passione gaudet & gratias agunt electi, in quantum per illam sumus redempti: propter quod affirmat Apostolus, Nos autẽ gloriari oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, in quo est salus & vita & resurrectio nostra, per quem saluati & liberati sumus. Et rursus, Mihi abfit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mĩdus crucifixus est, & ego mĩdo. Hinc quidam dixit deuotus, Scio quia dulce vobis est verbum in sinu patris quiescẽs, dulcius verbum caro factum est, dulcissimum verbum in cruce suspẽsum. Præterea vita omnium, vtpote Christus, nõ est mortua neque passã secundum naturam diuinam, qua esse essentialiter vita est, sed secũdum naturam assumptam, qua vitam participauit, & vitam corporalem in triduo mortis amisit. Ideo vita hæc dicitur mortua, propter vnitatem personã vtriusque in Christo naturã, [Resurgat vita omnium] quod factum est tertie die, qua resurrexerit à morte corporali ex mortuis, id est ex numero & de numero mortuorum. Quod etiam per modum maximã gratulationis deponitur, quia de Christi resurrectione omnes electi gauisi sunt & lætantur. [Cum mors per omnes transierit]. i. mors naturã omnes mortales occidat in corpore: iuxta illud in Psalm. Quis est homo qui viuere, & nõ videbit mortem? De hoc ad Rom. diffusẽ scribit Apostolus, qualiter mors per omnes pertrãsit. Hæc mors est effectus originalis peccati, quamquam sit etiam naturalis ex commixtione elementorum & naturali complexionẽ cõcomitanis, quoniam omne complexionatum & mixtum, ex sua corruptibile est natura. [Omnes resurgant mortui] præsertim in die vniuersalis iudicij, quod supernaturaliter fiet, & merito mortis Christi: tunc cõsequenter beatam immortalitatem electi, propter quod dixit Apostolus, Sicut in Adam omnes moriũtur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Et iterum, Per vnũ hominem peccatum in hũc mũdum intrauit, & per peccatum mors. Est autem originale peccatum defectus seu carẽtia originalis iustitiẽ debita in esse, secũdum Anselmum. Potest itẽ exponi de morte culpã, de qua Saluator, Dimitte, inquit, mortuos sepelire mortuos suos. Et Paulus, Vidua quæ in dilectis viu it, viuens mortua est. Hęc mors trãsit per omnes, dicẽte apostolo Iacobo, In multis offendimus omnes. Et de vtraque morte exponitur illud Sapientiã, Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. [con sumpta mors] id est mors corporalis destructa, [in suo] .i. percussione & lassione, quam formaliter intulit corpori Christi, cuius occasione in electis occisa est, quantum ad hoc, quodd merito mortis Christi immortalitatem sunt fortituri [Perisse se solam gemat] in electis, & hoc iam radicaliter & virtualiter in merito Christi. Loquitur demum author hymni de morte hac metaphoricẽ, quasi de re positua & viuã, cum tamen formaliter mors ac propriẽ, nõ sit nisi priuatio vitã. Verũ eo modo quo dicitur esse, vigere, durare: dicitur & perire, expelli & genere. Sicut & cæcitas dicitur esse in oculo & expelli ab eo. Postremõ, vt hunc hymnum debita alacritate cãtemus, à morte animã penitus resurgamus, vt cum Christo spiritualiter eleuemur, quã sursum sunt quãrẽdo & sapiẽdo, carnalia vilipẽdo, vilia & externa vitãdo solatia, loquacitates & leuitates, in custodiã cordis, & quicquid offensiuum est dei, cuius sanctam, summam ac metuẽdam præsentiam vbique & semper pensamus, totisq; viribus veneremur, erubescetes in eius conspectu inspicienter, iniquẽ ac viliter nos habere. Gloria tibi domine.

In festo ascensionis domini, hymnus.

Celebratur in eo gloriofa Christi ascensio, qua super omnes cãelos exaltatus sedet ad dexteram patris, angelicorum quoque spirituum veneranda exultatio & humilis ad Christum laus ac gratiarum actio.

A author creditur. Ambrosius.

Carmen Iambicum trimetrum.



Hymnus [Optatus votis omnium]. In hoc iucundissimo festo hymnus iste spirituali iucunditate exuberans, cum interna lætitiã est cantandus. [Optatus votis omnium, sacratus il luxit dies]. i. dies iste ascensionis Christi rememoriã & celebratiũ illius, sacratus, id est sacra Christi ascensione honoratus & deputatus cõmemoratoriã ac venerationi ipsius, optatus votis omnium, id est desideratus piis affectibus cunctorum fidelium, qui hoc die eminenter gaudent in domino, contemplantur superna, atque ad Christi aspirant præsentia: qui hinc ascẽdendo ac redeundo ad patre, cõpleuit totius itinerationis suã progressum. Quãdamodũ in motu circulari redit ad exitus punctũ. [Quo die] Christus mundi spes. i. obiectũ & causã atq; materia spei fidelium in hoc mũdo degentiũ, & bonũ summũ ab eis speratũ, vtpote [Deus] ad quẽ orat Psal. Exaudi nos deus salutaris nosster, spes omniũ finis terrã. [Conscendit cãelos arduos]. i. sublimẽs, ad pertingẽdum difficiles, quoniã regnum cãlorũ vim patitur, & violẽti rapiunt illud. Etenim arcta est via salutis perducẽs ad alta cãlorũ. Hinc prædixit propheta, Pfallite domino, qui ascẽdit super cãelos cãlorũ. Ista ascẽsio cõpẽtit Christõ secũdum naturã humanã. Verũ tamen secũdum naturã diuinã etiam cõuenit ei ascẽsio, pro eminentiã vltra cũcta creatã, & per innorescẽtia excellẽtiã suã in cordibus cõtemplatiõũ, atque per operationẽ in summis. Vnde in Deut. Mosẽ scripsit, Ascẽsor cãeli & auxiliator tuus. Et psal. Ascẽdit super Cherubin, & volauit. [Ascendens in altum dominus] quia (vt sanctus asserit Paulus) ascendit super omnes cãelos: non quodd sit secundum humanitatem extrã & supra connexum cãeli empyrei, imõ infra cõcauum

Deut. 33.

E  
F  
G  
H

A eius continetur ac residet: & super cãelum illud dicitur ascendisse, quoniam vsque ad supremum eius peruenit, [propria sedem remans]. propria sedes Christi secundũ deitatis naturã, est equalitas eius ad patrem, in qua æternaliter & inuariabiliter ac superbeatissimẽ conuiscit, & à qua nunquã & nusquã recedit: ad quam nihilominus fertur ascẽdendo remeasse, ostendẽdo se illic nouo, specialiq; modo, videlicet et etiã in assumpta humanitate, quã assumẽdo dicitur descẽdisse, qui se ibi antea mõstrauit in sola deitate. Hinc altum in quod ascendit, potest intelligi cẽlũ trinitatis, hoc est, infinita maiestas & excellentia dei, omnia ambiẽs, cõtines, circũplectens. Porro, ppria sedes Christi secũdum humanitatem, est quies & mansio eius in potioribus bonis patris, qm̃ increatis eius diuitiis, copiosissimẽ fruatur vsque ad omnimodam suã capacitatis repletionẽ: à qua tamen sede secũdum humanitatẽ ante nõ descendit, sed remeasse perhibetur, ad commendandã vnitatem personã in eo, qui ab exordio exiit ibi. Iuxta quem sensum subiũgitur, [Gauisa sum cãeli regna] id est chori & ordines seu agmina angelorum, qui omnes sunt vnũ totale regnum, in quo pfectissimẽ regnat creator, à quo nec in minimo & prorsus in nullo vnquã dissentiant. Sũt autem plura particularia regna, sicut & agmina. Conformiter sunt vna totalis vniuersalis triũphans ecclesiã, attamen dici possent plures particulares triumphantẽs ecclesiã, quemadmodum militãs quoque ecclesiã interdum dicitur vna, aliquando plures. Gauisa sunt ergo, [Rediũ vnigenis] id est cuius recessu seu descensu non fuerunt cõstristata, sed in eius ascensu ac reditu cũ tãto triumpho ac spoliõ nouũ & ineffabiliter grande gaudiũ, ad accidentale pertinens prẽmium, in beatis illis est ortũ, siue refulsit. Imõ credendũ videtur, qd omnes illi gloriosi ciues superni reuerendissimẽ, celeberrimẽ, ac iucundissimẽ ei obuiam processerunt, ac vsq; ad patris dexterã deduxerunt. Nempe si super vnõ peccatore penitentiam agente gaudiũ est angelis dei, de vnoquoq; sancto ad eorũ societatem ac beatitudinem pertinẽte exultant, quã indicibiliter amplius super reditu creatoris ac reparatoris ruina & excidij vrbs suã atque consortij. [Magnũ triumphum prælij, mundi perempto principe, patris præsentans vultibus, victricis carnis gloriã]. Ordo verborum est, Ipse supple Christus, præsentans. i. præsentem exhibens, vultibus. i. piis conspectibus dei patris, gloriã carnis victricis. i. gloriã suã carnem aduersariarum potestatum ac omniũ aduersarum ac pœnarũ superatricem, triumphum. i. quã gloriã carnis suã fuit triumphus. i. victoria prælij magni. i. maximi belli, quod in mundo isto exercuit, præsertim in passione contra aduersarios suos inuisibiles atque visibiles, & contra aciẽm vitiorũ ac tentamentorum extrinsecorum. Vnde fuit prædictũ, Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. In quibus omnibus vnigenitus dei, per sapientiam, per charitatem, per fortitudinem & constantiam cordis, interdum per taciturnitatem & se abscondendo ac elongando, item per humilitatem, patientiamque præualuit. De hoc Christi prælio & triumpho diffusẽ prophetaũ est per Esaiã, Quis est iste qui venit de Edom? Vbi inter cãtera fatat, Calcaui eos in furore meo, & cõcalcaui eos in ira mea. Torcular calcaui solus. Atque in Threnis, Torcular calcauit dominus virgini filia Iuda. Hinc secũdum Apost. Expoliãuit principes & potestates. Vnde ipsẽmet Christus in Euangelio protestatur, Nunc princeps huius mundi eicitur foras. Et rursus, Ego vici mundum. Sicque factũ est istud, mundi perempto principe. i. superato diabolo, de quo passione instante, prestatus est Christus, Venit ad me princeps huius mundi, id est hominum mundanorũ & iniquorum, quibus præualeat & dominatur tyrannicẽ. [Est eleuatus nubibus]. i. ascendit in nube seu nubibus. Sãpe etenim in scripturis ponitur numerus singularis pro plurali, & e contrario. Vnde in Actis narratur, Nubes suscepit eũ ab oculis eorum. Nec tamen putandũ, qd ministerio indiguerit nubiu, neq; earum virtute ascendit, imõ non solum diuina virtute, sed etiã per dotem agilitatis hoc potuit & effecit. Iam nanque corpus habuit glorificatũ. Apparuit autem nubes in signũ excellentiã eius, cuius magnificentia nubes discurrunt, [Et spem fecit credentibus]. i. sua ascensione præbuit cunctis fidelibus materiam, incitamentũ & causam sperandi, qd & ipsi post iudicij expletionem simul cum Christo in corporibus glorificatis ascendent in cãelum empyreũ. Sicque Christi ascensio, est nostrẽ futurã ascensionis exemplar ac ratio, sicut eius resurrectio, nostrã resurreccionis. Propter quod asserit Leo papa, Capitis præcelsio, spes membrorum est. [Aperiens paradysum]. i. virtute & merito suã passionis remouens obstaculum ingrediendi paradysum cãlestem, hoc est reatum originalis peccati, vt supra exposuit est. Hinc aperitõ ianẽ vocatur vnũ effectuum passionis dominicẽ. Item per seipsũ introẽdũ, & secũ multa electorum milia illic introducendo, aperuit paradysum illum cãlestem, non corporali apertione, cũ & corpora illa cãlestia non frangantur, & corpora glorificata penetrẽt corpora interposita absque illorum diuisione, [Quem (paradysum) protoplastus]. hoc est primus homo, [Clauserat] hoc est cuius paradisi ingressum postleris sibi, sicut & sibi ipi, demeruit, transgrediendo dei præceptum. propter quod hereditas illa cãlestis sibi ac soboli suẽ fuit ablata: quemadmodum habitatio paradisi terrestris. Veluti etiam pro crimine læsã maiestatis posteri exheredantur, secũdum iura ciuilia. [O grande cunctis gaudium] Hoc est, magna spiritualis iucunditas debet meritõ vniversis inesse fidelibus, [Quod]. i. quia seu de hoc, quodd [Parus nostrã virginis] hoc est quodd filius virginis gloriose, quẽ est mater & domina omnium nostrũ, [Post spũ]. i. post conspuetiones [Flagra]. i. flagellationes [Post cruce] hoc est crucifixionem, quas sustinuit ab iniquis [Paterne sedi iungitur]. i. in throno patris collocatur, & ei assidet Apoca. 13, & conregnat. Quemadmodum in Apocalypsi loquitur, Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre in throno eius. Quid autem sit thronus seu sedes Christi, & dei patris, iam dictũ est. Hanc honorationem Christus secũdum suã humanitatẽ meruit per suã passionis acerbicẽtam & abiectionem: iuxta illud ad Hebrãos, Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Vnde rursus ait Apostolus, Humiliauit se, factus obediens vsque ad mortem. Propter quod & deus exaltatũ illum. Nihilominus omnis exaltatio & honorificentia illa debebat etiam Christi humanitati ratione suã hypostatice vnionis cum verbo æterno, ex qua præclarus fuit



D. DIONYSIUS CARTHUSIAN.

omni enti creato. [Agamus ergo gratias nostrae salutis iudici] Hoc est Christo pro suis electis salubriter iudicanti, qui est iudex nostrae salutis, quia in potestate eius est nos iudicando saluare, & nos saluti adiudi care. Aliqui tamen legunt iudici. i. ostensori nostrae salutis, quia ostendit quis mereatur salutem. [nostrum quod corpus voverit] Hoc est, de hoc quod corpus suum perduxit, eleuauit, ac transiit, [Sublimem ad caeli regiam] hoc est, ad alta aulam regalē caeli empyrei. At verò corpus Christi dicitur corpus nostrum, quia eiusdem est speciei cum corpore nostro, & formatum ac sumptum ex corpore virginis gloriosae, cuius corpus processit ex femine primorum parentum, ex quo prodierunt & corpora nostra. Propter quod de Christo dicitur ad Rom. i. cap. Factus est ex femine Dauid secundum carnem. Cūq; exaltatio corporis Christi, sit exaltatio corporis quodammodo nostri atque exemplar, spes & ratio futurae exaltationis propriorum corporum nostrorum, debemus de proiectione corporis Christi, ipsi Christo regitari. [Sic nobis cum caelestibus commune manens gaudium] hoc est hoc gaudium commune. i. generalis iucunditas, de eo quod proxius subditur, [Sic manens nobis] hoc est perseverat in sit atque in herat nobis, cum caelestibus. i. cum civibus regni caelestis, de Christo, v. puta de hoc, [Quod praesentavit] hoc est praesentem exhibuit se illis in sua ascensione, sicut expositum est, [Et quod se non abstulit nobis] quamvis enim non mansit nobiscum per visibilem coexistentiam suae humanitatis: mansit tamen nobiscum per veram & realem in sacramento praesentiam, per gratiosam quoque in habitationem & suae deitatis maiestatem ubique praesentem. Vt apud Mattheum pro testatur, Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus usque ad consummationem saeculi. Et alibi, Non vos relinquam orphanos, vado & venio ad vos. [Nunc provocatis actibus Christum expectare nos decet], i. cogruit ut Christum expectemus per spem & bonam conuersionem, quousque nos visitet, vel in morte, tunc nostras animas iudicando particulari iudicio: vel quotidie interim per gratiae infusionem seu incrementum suae per consolationem internam, actibus nunc provocatis. i. bonis operibus in nobis excitatis & inflammatis nunc. i. in istis solenniis, vt. scilicet ex consideratione ascensionis Christi & glorificationis eius per suam ignominiosam passionem, acerbissimam afflictionem, & conculationem provocemur & accendamus ad agendum viriliter, ad sustinendum aduersa hilariter, ad sequendum Christum perseveranter: qui ait, Qui mihi ministrat me sequatur, quia non est servus maior domino suo. Vnde ait Apost. ad Hebraeos. 10. cap. Consideremus invicem in provocatione charitatis & bonorum operum. Itemque ad Rom. 8. ca. Si copati mur, & coregabimus. Hinc & archiepiscopus Petrus est loquutus, Christus passus est pro nobis, vobis relinquere exemplum, vt sequamini vestigia eius, [Talique vita vivere] hoc est, taliter tam pure & spiritaliter, imò tam Christiformiter conuersari, [Quae vita] possit caelos scandere [id est gloriosam in caelum ascensionem] promeretur. Etenim qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. Itaque conuersatio nostra in caelis sit: & impleamus illum Apostoli ad Titum. 2. cap. Sobrietas & iustitia & pie viam in hoc saeculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni dei. Ex contemplatione igitur diuinorum ac aeternorum aspernemur vt stercora, omnia ista carnalia & terrena. Exemplo Christi & sanctorum accedamus quotidie ad meliora. Nullum tempus putemus longum, nullum actum difficilem, nullum laborem molestum, nullam aduersitatem pregrauda, quibus deum honorare, & ei placere, atque ad desiderabilissimum eius intuitum beatificum peruenire valeamus. [Gloria tibi domine qui scandis] hoc est, ascendisti [Super sidera] Non solum materialia in firmamento micantia, sed superintellectualia sidera, id est agmina angelorum in empyreo caelo splendentia. De quibus primus ille dixit apostata, Super astra caeli exaltabo solium meum. De quibus ad Iob, tricesimo octavo capitulo dominus deprempsit, Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & rutilarent omnes filii dei? Hinc ad Ephesios primo capitulo differuit Paulus, Deus constituit Christum ad dexteram suam in caelestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem.

In die pentecostes, ad vespas, Hymnus.

In eo fit pia sancti spiritus inuocatio, vt corda fidelium dono gratiae suae impleat: varia eius nomina, quibus in sacris nuncupatur eloquiis, explicantur: & demum ad eundem fit supplicatio, vt lumen gratiae suae, & ignem sancti amoris immitat nobis quo succendamur.

Author incertus, Carmem Iambicum Dimetrum, siue Archilochium.

V

[Eni creator spiritus] iste est profundus, sententiosus atque pulcherrimus hymnus, praeconiis ac feruentissimis inuocationibus spiritus sancti plenus. Veni creator spiritus, quilibet sublimis persona in diuinis potest vocari creator, sicut in expositione primi hymni expressum est, & etiam spiritus, cum apud Ioannem quarto capitulo afferat Christus, Spiritus est deus. Sic enim spiritus in diuinis dicitur absolute. Similiter vnaquaque increata persona dici valet spiritus sanctus, sumendo complexum hoc in virtute dictionum duarum. Quilibet enim adoranda persona est spiritus, & etiam sanctus vtique, imò super sanctus spiritus. Porro dum complexum hoc sumitur vt proprium nomen personae tertiae in diuinis, accipitur in virtute dictionis vnius, & relationem includit, videlicet spirationem passiuam. Spiratio autem actiua communis est patri ac filio. Itaque hoc loco per spiritum intelligitur spiritus sanctus, quem petimus ad nos venire, non locum mutando, cum sit verus & incircumscriptibilis deus: sed pietatis suae charismata infundendo, seu augendo & conferuando. Sumitur quoque hic verbum hoc, veni, non imperatiue, sed deprecatiue. Cum summa itaque reuerentia & genestione proferamus haec verba, imò & cuncta sequentia [Mentes tuorum visita] hoc est, gratiose accede, & intra superiorem partem animae nostrae, hoc est, vires eius superiores, in quibus summę trinitatis reuocet imago, intellectum, voluntatem, memoriam. Intellectum in omnibus illustrando, praesentem in co-

H

gnitione & contemplatione primae & aeternae veritatis, & ne decipiatur in aliquo. Voluntate inflammando in charitate, roborando in spe, & dirigendo in omni affectione & opere bono. Memoriam quoque stabiliendo in omnibus istis, [imple superna gratia] hoc est, gratia gratum faciente, quae est donum supernaturale, infusum, ponens rationalem creaturam in esse supernaturali, deiformi, ad promerendum idoneo, atque (vt multi tenent doctores) immediate perficit essentiam rationalis creaturae, ac realiter differt a charitate, cuius tamen oppositum sentiunt doctores non parui, nec pauci. Potest item per gratiam designari quaecunque virtus infusa gratuita, [Quae tu creasti pectora] hoc est, corda quae condidisti iuxta illud Psalmi tricesimifundum, Qui in finitissimis corda eorum. Qualiter autem tota Trinitas sit vnus creator, & indiuisa in opere, & vnaquaque diuina persona verè dicatur creator, praehabitu est. [Qui paracletus dicitur] hoc est, consolator & aduocatus verè vocaris: consolator ab effectu, quoniam tribulatis, tentatis, desolatis, anxii & contritis releuam, solamen, patientiam & spem veniae largiris: ita, vt gaudeant in aduersis tanquam in rebus expediētibus ad salutem: & omne gaudium existimant, cum in varias tentationes inciderint. Sicque impletur quod apud Tobiam dicitur de deo, Post tepestatē tranquillū facis, & post fletum exultationem infundis. Deinceps teste Apostolo ad Romanos. 8. Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quod filij dei sumus, quod est consolatorium vehementer. Et quamvis istud sit opus totius superexcellētissimae trinitatis, nihilominus appropriatur spiritui sancto, quoniam sicut patri appropriatur potentia, filio sapientia, ita spiritui sancto benignitas, siue clemētia, cuius appropriatus effectus est consolari, & dona gratiae impartiri, atque ad orandum iudicare. Vnde ad Rom. 5. cap. ait Apost. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hinc quoque spiritus sanctus dicitur aduocatus, i. loquens & intercedens pro nobis. i. orans & recte loquentes nos faciens, idcirco rursus apostolus protestatur. Ipse spiritus orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Itemque, Quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis, [Donum dei altissimi] hoc est, munus praestantissimum patris & filij, qui sunt vnus deus, & vnus spirator. Nempe spiritus sanctus dari his perhibetur, quibus infunditur, quibus gratia gratum faciens, charitas, & ceterae virtutes infusa hominē deo gratificantem, donantur: idcirco in Actibus Apostolorum frequenter asseritur, quod per impositionem manus Apostolorum, spiritus sanctus dabatur: atque in Euangelio ait Saluator, pater caelestis dabit spiritum bonum petentibus se. etenim spiritus sanctus procedit a patre ac filio, vt donabilis, cum sit amor mutuum patris ac filij. Amor verò est primum donum, in quo omnia dona donantur, quoniam amor est communicationis ratio & origo quaedam in amatum tendentia. Purissimae amor est primum donum summę gratitum, Sed & spiritus sanctus dat & infundit seipsum, prout haec omnia primo Sententiarum clarius edocentur. [Fons viuus] hoc est, fontalis & prima origo vitalis omnis boni, omnisque vite, tam scilicet vitae naturae, quam vitae gratiae ac gloriae: cum sit verus deus & vnus dator omnis boni creati cum patre & filio, imò & vnus fons viuus cum patre aeterno & vnigenito eius. [Ignis] spiritus, non materialis, charitatem accendens, mentem inflammans, peccata consumens. De quo loquitur dominus, Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Vnde & Moses dixit, Deus tuus ignis consumens est, Hoc igne Hebr. 12. omnis torpor expellitur, frigus cordis dissoluitur, depressa mens ad diuina erigitur, [Charitas] Totā quippe superdignissima trinitas, charitas est, & charitas vna absolute accepta, sicut & sapientia: & sapientia vna absolute quoque accepta. Vnde in prima sua canonica cap. 4. testatur Ioannes, Deus charitas est. Veruntamen charitas appropriatur spiritui sancto, quia procedit a patre & filio per voluntatem, ad quem directe & proprie pertinet charitas. Quemadmodum filius a patre per intellectum, ad quem verbum & sapientia proprie spectant. Vnde filius, verbum & sapientia patris vocatur, [Et spiritualis vnctio] hoc est, internus, & gratiosissimus deuotum mentium vncturum irrigator, perfusor, influendo munera gratiarum, consolationum, suauitatum: ac etiā vnctio spiritualis per causam, hoc est, causam & dator huiusmodi vnctionis: de qua sanctissimus ait Ioannes in prima sua canonica cap. 2. Et vos vnctionem habetis a deo. Item, Vnctio eius docet vos de omnibus. Insuper deus est vnctio actiua, quemadmodum & actiua creatio, quia in sim plicissimo deo idem sunt agens & actio. De hac spirituali vnctione Psalmographus loquitur Christo in Psalmo. 44. Vnxit te deus tuus oleo laetitiae praefortibus tuis. Christus quoque apud Esaiam. 61. cap. Spiritus domini super me, ed quod vnxit me. [Tu septiformis gratia] Hoc est, tu (o spiritus sancte) in teipso summę simplex & vnus es. In gratia, hoc est, in septem donis gratiae gratum facientis, septiformis, influendo haec septem dona, de quibus in Esaiam. 11. cap. fertur, Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini, Haec dona secundum celebriorem ac subtiliorem expositionem (quam sequuntur Thomas, Albertus, Egidius, petrus, Richardus) a virtutibus realiter distinguuntur. Suntque habitus supernaturales infusi, quibus mens humana afficitur bene prompteq; mobilis a spiritu sancto, ad sequendum eius instinctum, quemadmodum per virtutes morales, ad sequendum iudicium rationis. Itaque sapientiae donum (intransiētiue sumendo haec verba, hoc est sapientia, vt est donum) est supernaturalis notitia dei, qua deum agnoscimus per gustum internum, & bene iudicamus de eo per connaturalitatem & conformitatem affectus ad ipsum, per mentis saporem, vt puta quod ipse sit summum & incomparabile bonum, quo solo fruendum, & cui soli finaliter inharendum. Donum autem scientiae est, quo per conformitatem affectus bene sentimus, & iudicamus de creaturis, quod scilicet in se & ex se vanae sint, atque ad creatorem omnipotentem finaliter ordinanda. Porro donum intellectus est, quo ea quae fidei sunt, salubriter capiuntur, & ita de ceteris donis, de quibus speciale colligi tractatum. Alia opinio est, quod dona haec non sint a virtutibus distincta realiter, ita quod dona vocantur, in quantum de super infunduntur. Virtutes autem, in quantum subiectum suum perficiunt, & confortant ad bene agendum. Hanc opinionem sequuntur Altifiodorēsis

Jacob. 1. Tobia. 4.

Rom. 8. Ibidem.

Actu. 8. 19. Luc. 11.

Luc. 12. Deut. 4.

1. Ioan. 2.

in summa sua, Thomas de Erfordia, Scotus, & alij multi. Amplius, sunt & alia dona spiritus sancti, quæ appellantur dona gratiæ gratis datæ, quia communia sunt bonis ac malis, & ad aliorum utilitatem præstantur, ac plura quam septem. De quibus prima ad Corinth. 12. cap. fatur Apost. Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum, alij opera virtutum, alij interpretatio sermonum, alij discretio spiritum, alij genera linguarum. Sapientia demum & scientia, prout in verbis his capiuntur, sunt habitus intellectus, per quos ea quæ fidei sunt, exponuntur, ac defenduntur, Sicutque realiter differentes a sapientia atque scientia, ut sunt dona. [Dextera dicitur digitus] Dextera dei interdum vocatur gratiosa & pia defensor, virtus & assistentia eius: ut in Psalmo. 97. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. In Exodo quoque. 33. cap. Proteget te dextera mea. Et in sapientia libro cap. 3. Dextera tua teget eos. Interdum verò dextera dei vocatur districtior ultio duriorque percussio eius, sicut & homo fortius percutit alium dextera, quam sinistra. Vnde in Ecclesiastico. 36. cap. Glorifica manum & brachium dexterum. Atque in Psalmo. 20. Dextera tua inuocant omnes qui te oderunt. Itaque spiritus sanctus nominatur digitus dexterae dei primo modo acceptæ, quia per spiritum sancti illuminationem & directionem ostendit nobis deus pater, quæ vera & iusta eique placita sunt, quæ item vitanda. Sic & filius nuncupatur brachium patris, cum sit virtus per quam pater omnia operatur. De hoc digito Christus in Euangelio Luca. 11. cap. Si in digito dei (inquit) eicio dæmonia, & c. Vnde & magi in Exodo. 8. cap. Digitus (inquit) dei est hoc, [Tu rite promissum patris] hoc est, donum dignissimum à deo patre promissum discipulis suis, quibus in Luca. 24. capite vnigenitus fertur dixisse, Sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto, & ego mittam promissum patris mei in vos. Hinc apud Ioannem. 14. capite filius dei repromisit, Paracletus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo. [sermone dicens guttura] hoc est, instrumenta loquendi reddens idonea ad prædicandum, sicut Christus apud Lucam vicesimo capitulo promisit discipulis suis, Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Hinc in igneis linguis apparuit, ac donatus est, iuxta id Actuum secundo capitulo, Apparuerunt illis dispartitæ linguæ, tanquam ignis: & ceperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Itaque docuit corda, aptauit & mouit ora, constantiam contulit, feruorem infudit, perseuerantiam, efficaciam, imò & superabundantiam in omnibus condonauit, intantum, quod sicut apes de alueario suo erumpunt, sic beatissimi atque gloriosissimi illi saluatoris discipuli, spiritu sancto diuinitus munificentissimòque repleti, de coenaculo eruperunt, ingressi sunt templum, & igneam legem ignitis sermocinati sunt linguis. [Accende lumen sensibus] Hoc est, interioribus sensibus nostris, intellectu & memoria, rationi & cogitationi immittit lumen sapientiæ, splendorem contemplationis theoricæ, claritatem assidua illustrationis diuinæ, non sine feruore, & inflammatione caelesti, ne insit nobis informis & nuda cognitio, imò in meditatione nostra exardescat ignis, ut intellectus noster sit lucerna ardens & lucens. Quemadmodum enim lucerna corporis nostri est oculus noster exterior, sic lucerna totius cordis nostri est oculus interior, ut puta intellectus, sine quo voluntas est cæca, erronea, precipitativa, similisque tyranno. propterea intellectus est suprema vis animæ, atque nobilior voluntate. Et diuinus Dionysius protestatur, Optimum (inquit) hominis est intellectus & ratio, & esse ac viuere secundum rationem desuper recta. August. quoque lib. de ciuit. dei, ac alibi. Plato etiam in primo ac secundo Timei & in Phedone ac libro de prophetis. Et Aristoteles. 10. Ethicorum. Quamquam quidam oppositum somniat. Nā & homo ab intellectuali perfectione seu gradu, speciem sortitur [insunde amorem] id est spiritualem charitatē & eius feruorē proficuum & perfectionem [Cor dibus] & voluntatibus nostris. Sic quippe accipitur cor apud Marcū. vbi iubetur, Diliges dominū deū tuū ex toto corde, & ex tota mente tua. Hic amor spiritualis diuinus, infusus, est supernaturalis similitudo increati amoris, quo infuso amore diligimus deum, primò & purè ac principaliter, imò & incōparabiliter propter propriam suam incircumscriptibilem bonitatem. Deinde quoniam prior dilexit nos. Insuper etiam propter beneficia & pmissa ipsius. Hinc vera requiritur contritio, ut de tanti boni offensa & amissione, hoc est, de omni peccato mortali, plus debeamus quam de quocumque alio damno aut nocumēto. idcirco contritio est summus dolor, qui est in natura: quanquam necesse non sit quod sit maximè sensibilis, perceptibilis, afflictius, sed ipsam displicentiam superioris appetitus super culpa mortali oportet intentissimam esse. [Infirmam nostram corporis virtute firmans perpeim] Hoc supra in expositione hymni secundi expositum est. [Hostem repellas longius] hoc est, valde longè expelle & repelle, abiice & prohibe, à nobis inuisibilem, & crudelissimum hostem animarū, nī aliud sitientē, quærētem, machinamentum, nisi æternam animarum nostrarum perditionē. De quo beatissimus princeps Apostolorum Petrus disseruit, Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quē deuoret. Per hunc hostē intelligamus vniuersos aduersarios nostræ salutis, ac acies vitiorum, quos petimus longè repelli à nobis, quantum ad hoc ne ipsi cōsentiamus. Iuxta illud, Et ne nos inducas in tentationē. Sed impleamus illud Apostoli Iacobi. 4. cap. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et illud Apostoli ad Ephes. Nolite locum dare diabolo, [Pacemque dones protinus] hoc est, mentis tranquillitatem, quietem cordis in deo, gaudium spirituale, imperturbatum: quatenus in omni euentu, in omni aduersitate & inquietatione externa repaulet, & quiescat mens nostra in creatore, & de eius providentia contentemur. Sed & pacem temporis habeamus cum proximis, sicut hortatur Apostolus ad Rom. 12. cap. Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & charitate. Præsertim cum cōsuetibus & domesticis nostris. Prout denuo ad Hebræos. 12. capite monet Apostolus, Pacem sequimini cum omnibus & factimoniam, sine qua nemo deum videbit. Ad hanc pacem in seipso habendā, & cum alijs conseruandā, necessariæ sunt vehementer humilitas & patientia.

A. Ctu. 2.

Marc. 12.

1. Ioan. 4.

1. petri. 5.

Matth. 6. Ephes. 4.

E

F

G

H

Quemadmodum e contrario superbia & impatientia potissimum eam impediunt. Inter superbos enim prouer. 13. A semper sunt iurgia, & qui impatiens est, exaltat stultitiam suam, [Ductore sic te prauio] hoc est, te nos in omnibus misericorditer dirigente, gratiosè ducente: iuxta illud in Psalmo. 85. Deduc me domine in via psalm. 72. tua, & ingrediar in veritate tua, ut grata mente tibi psallamus. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, [vitemus omne noxium] id est vniuersa peccata, & quæ salutis sunt impeditiua. Hoc est, quod cum Psalmita oramus psalmo. 118. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non domineur mei omnis iniustitia. [Per te] Hoc est, ex tua illuminatione & vñctione piissima, [sciamus] id est credamus, [Da patrem] Quamuis enim per naturalem rationem possumus vnū deum ex creaturis obscure cognoscere, cognitio tamen diuinarum superuenerabilium personatum, quantum ad proprietates relatiuas, & personalem distinctionem, est supernaturalis. Scire ergo hinc sumitur extensè, prout se ad fidei cognitionem extendit. Sicut & sanctissimus Iob. 19. cap. dixit, Scio, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo deum saluatorem meum. Sic & beata Martha locuta est apud Ioannem. 11. cap. Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Istud quoque de scientia, seu cognitione formata, ignita, & practica deprecamur, ne pater ille altissimus nobis obiciat, Si pater ego sum, ubi est honor meus? [Noscamus acque filium] nunc per speculum in ænigmate, per fidem illuminatam, & sapientiæ donum, quod ipse est deus genitus ab æterno ex patre, natus ex virgine matre in tempore, in vñtate personæ. [Te vniusque spiritum] ex patre ac filio procedentem, vniusque coæternum, coæqualem, & consubstantialem, [Credamus omni tempore] quo viuimus in hoc mundo: in quo peregrinamur à domino deo, per fidem, nondum per speciem cognoscens. Hæc est enim fides catholica, quam nisi nunc vnusquisque fideliter firmiterque crediderit & integram inuiclatamque seruauerit, absque dubio in æternum peribit. [Sit laus patri cum filio, sancto simul paracletio] sicut expositum est, [Nobisque mittat filius charissima] Hoc est, sacrum ac præciosum munus [sancti spiritus]. Videlicet ipsummet spiritum sanctum, essentialiter sanctum & superdignissimum, qui ut patuit, est donum dei altissimi: seu charitatem, & gratiam eius, ac cætera dona charitati, & gratiæ gratum facienti annexa. Quemadmodum autem spiritus sanctus procedit à patre ac filio: sic donatur, & mittitur ab vtroque. ¶ Ecce hunc hymnum cum omni puritate & eleuatione mentis ad superdulcissimum spiritum sanctum cantemus, Cùmque nihil impediatur nos à desiderata plenitudine susceptionis spiritus sancti, & exuberantia charitatum eius, nisi negligentia nostræ distractionis corporeæ, & vitia, præsertim sensuales affectus, fatagamus hæc omnia euitare, ac erubescamus dominum illum maiestatis immensæ hospitem sanctitatis atque munditiæ penitus infinitæ, inuitare ad visitandum, ingrediendum, & inhabitandum corda nostra, adhuc imparata ac sordida: cum nec hominem magnæ autoritatis auderemus allicere ad introeundum habitaculum nostrum materiale, impurgatum, sordum, inordinatum. Mente ergo contrita, recollecta, affectuosa, inuocemus, laudemus, adoremus spiritum sanctum. Toto corde afficiamur ad eum, qui tam misericordissimè ac gratiosissimè egit nobis, sine cuius pia præuentione actualique motione, nil meritorij cogitare, velle, loqui, aut operari valeamus. Cuius omnia attributa, proprietates, & nomina dulcediter recolent, amabilissimè extant, consolationemque largiuntur. Attribuuntur nanque & appropriantur ei bonitas, pietas, liberalitas, pax, communio, amor, osculum, nexus, dulcedo, iucunditas, & amplexus. Quæ cuncta ei conueniunt excellentia penitus infinita. Hinc quoque cupientes eum recipere, in sanctis atque optimis donis eius proficere, indefinenter solliciti sint, visceribus charitatis ac pietatis, & bonitatis affluere, pacem & veritatem diligere, vnitatem spiritus in vinculo pacis incessabiliter custodire. Etenim sine his bonis cœnobita sunt tartara, & habitatores dæmonia. ¶ Porro cum charismatibus istis cœnobitiæ, pacificæ, cōcorditer cōmorari, sic nulla est peior, quam corpore, nō mētis charitate, cōcordia, vnitatem simul manere, prout hoc sanctus pater Hierony. in regula sua scribit pulcherrimè. Omnia ergo ista ad religiosos potissimum pertinent, quorum oportet esse cor vnum & animam vnam. In die pentecostes ad nocturnum laudes, & matutinas, Hymnus. ¶ Referuntur in eo sacra missionis spiritus sancti mysteria, & sancti illius solennitatis sacramenta, Apostolorum in varijs linguis prædicatio, & spiritus sancti, (iuxta Ioëlis vaticinium) in homines effusio. Author & carmen ut præcedentis Hymni. ¶ Hymnus iste historicus est, ex Actibus sumptus apostolorum. [Iam] putata in die celeberrimo Pentecostes, [Christus astra ascendit] Nam decem diebus ante Pentecosten ascendit. Qualiter autem supra astra ascendit, expositum est in hymno de ascensione, & super illum versiculū Gloria tibi domine, qui scandis super sidera. [Regressus vnde venerat] Hoc est, ad thronū gloriæ patris reuersus, de quo in veteri virginis descendit, sicut expositum est in hymno de natiuitate: super illud, Egressus eius ad patrem, regressus eius ad patrem. Et alibi, [Promissa patris munera sanctum daturus spiritum] hoc est, in die pentecostes missurus ac donaturus discipulis spiritum sanctum: què dando, dedit eis dæ munera spiritus sancti, ut præcedenti hymno est declaratum, quæ munera deo pater se daturū prædixit, atque promisit in veteri testamēto. Nam & in psalmo fuit predictū de christo, Ascendisti in altū, capisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. quod sic allegat apost. dedit dona hominibus. ¶ Porro dona & opera supergloriosæ trinitatis ad extra, sunt indiuisa, denique hoc allegat princeps Apostolorum illud Ioëlis. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filia vestra. Hinc quoque in Ioanne scriptum est, Clamabat Iesus, Si quis sitit veniat ad me. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc

Malach.

Athanasi.

A. Ctu. 4.

Psalm. 67.

Ioël. 2. Ioan. 17.



autem dicit de spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum [Solennis vrgebat dies] hoc est, dies pentecostes iam imminabat, seu prærens extitit, & surgebat [ Qui (dies) mystico septemplici orbe voluto septies signat beata tempora] Ordo verborum est, qui scilicet dies pentecostes signat, id est figurat & designat tempora, id est requiem æternitatis in patria. De qua legitur apud Esaiam, Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. Nam & in patria erit tempus discretum, & forsam aliquo modo continuum in motibus corporum glorificatorum, quæ nõ mouebuntur in instanti. Quamuis Gulielmus Parisiensis hoc opinetur in lib. de vniuerso. non tamen erit tẽpus ex motu cæli tantum, cum in Apoc. angelus iurasse legatur, quod tempus vltra non erit. Signat (inquam) mystico septemplici. i. numero septenariu istud mysticẽ designante. Per septenarium namque vniuersitas designatur in Apoca. A septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Et in Tobia, Ego sum Raphael vnus ex septem qui astamus ante deum. Nempẽ, vt ait Gregor. quoniam septem diebus omne tempus hoc voluitur, recte per septenariu vniuersitas denotatur, & perpetuitas illa caelestis. Et hoc dico, Orbe voluto septies, hoc est, circulate dierum seu ambitu septimanæ voluto septies, hoc est, septem vicibus reuoluto ac repetito. Tot enim fluunt hebdomadæ à pascha vsque ad pentecosten. Sic etiam sumitur orbis in Iob, Cũmque in orbem transissent dies conuiuij. [Dum hora cunctis tertia repente mundus intonat] hoc est, dum mundus. i. cursus naturæ seu temporis ordo, aut genus hominum in hoc mundo, intonat, hoc est, insinuat aut designat versus subitũ cunctis incolentibus terram, suum processum. Hora tertia post medium noctis aut circiter [Nunciat] ipse mundus videlicet genus hominum, seu temporum cursus. [Orantibus Apostolis] id est dum ipsi Apostoli in actu orationis intentẽ ac feruenter confisterent. [Deum venisse] id est aduenisse paracletum. quod tunc adiuicem, & deinde alijs, nunciauerunt discipuli qui spiritum receperunt, vt infra in hymno isto subiungitur [De patris ergo lumine decorus ignis almus est] Hoc dupliciter potest exponi. Primõ, de igne materiali, qui super Apostolos cæterõsque eis coniunctos apparuit, quibus igneæ lingue apparuerunt: qui ignis fuit decorus, id est lucidus valde, non fumosus aut teter: & almus, id est sanctus, quia ad representandum ac designandum spm sanctũ formatus, ordinatus, & cõsecratus, sicut ecclesia materialis dicitur sancta, quia diuino cultui dedicata. Vnde. 2. Machab. Ignis templi sanctus vocatur. [Qui (ignis) fida Christi pectora] id est fidelia discipulorum corda, quæ erant pectora Christi. i. ad ipsum per electionẽ, charitatem, gratiamque spectantia. [Calore verbi compleuit] id est ardenti affectu diuini amoris ac verbi æterni atque diuini eloquij abundanter accedit, impleuit, perfecit: quia repleti sunt omnes spũ sancto. quod vtique fecit ignis ille exterior non immediatẽ ac directẽ, nec efficienter & principaliter, sed dispositiue, materialiter, ministerialiter, & cooperatoriẽ, sicut per exteriora ad interiora iuuamur, vt patet de sacramentis.

¶ Denique ignis ille extitit almus de lumine patris, quia ab increato lumine dei patris suam habuit claritatem & sanctificationem. Omne enim donum desursum est descendens à patre lumine. Secundõ sic, de patris ergo lumine decorus ignis almus est. i. spiritus sanctus, qui metaphoricẽ ignis appellatur, & substantialiter est decorus ac suppulcherimus, est de lumine patris: quia de splendidissimo patre spiratur, procedit, descendit & venit, vt in expositione præhabiti paruit hymni. Qui spiritus sanctus impleuit discipulorum pectora, verbi calore, id est Christi ardore: qui factus est, Ignem veni mittere in terram. Et enim spiritus sanctus immediatẽ agit ac imprimat in affectum seu voluntatem. [Impleta gaudent viscera] id est interiora animarum discipulorum, spiritualiter, imõ & indicibiliter sunt gausa, suscepto spiritu sancto. Ideo sequitur [Assata] id est perfusa, inspirata, recreata, paracleto, & suauissimis donis, illuminationibus, inflammationibus, consolationibus spiritus sancti. [Voces diuersas intonant] id est varias resonabant ac pro ferebãt loquelas. Ideo sequitur. [Fantur dei magnalia] id est mirabilia atque magnifica opera creatoris, incomprehensibilia mysteria saluatoris, testimonia legis & prophetarum, effectus gratiæ ac gloriæ prædicabant, vt in Actis patet. Cum enim sermocinaturi fuerint gentibus vniuersis; & euangelizaturi euangelicam legem, ad quam omnes gentes fuerant conuertendæ: iuxta illud Esaiæ, Lex à me exiit, & iudicium meum in lucem populorum requiescet, me insulẽ expectabũt. Et rursus de Christo vaticinatus est Esaias, Legem eius insulæ expectabunt. Ideo necessariæ eis erãt omnium lingue gentium. Vnde & psalmista prædixerat, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Præterea sicut August. in lib. de ciuitate dei fatetur, Ineffabile est, nec comprehendĩ à nobis valet, qualiter in constructione Babylonicę turris diuise sunt lingue, atque confusum est labium vniuersę carnis: ita indicibile est, qualiter vnõ predicante Apostolo, vnusquisque auditiũm diuersorum idiomatum propriam audiuit loquelam: iuxta illud in actibus, Stupebant dicentes, Nũnne omnes isti, qui loquuntur, Galilei sunt? & quomodo nos audiuius vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus? [Ex omni gente cogitur, Græcus, Latinus, Barbarus] id est Græci, Latini, Barbari, ex cunctis gentibus simul iuncti, & congregati in Hierusalem fuerunt. Sic & Esaiẽ inducitur, Ini consilium, coge consilium. Vel omnis talis cogitur, id est compellitur, ipsa euidentiã facti, obstupescere in tantis mirabilibus dei. Omnis, inquam, id est quidam ex omnibus, vt sit distributio pro generibus singulorum, nõ pro singulis generum. Vnde in actibus fertur, Erant in Hierusalem habitantes viri religiosi ex omninatione, quę sub cęlo est. Hinc additur, [Cunctisque admirantibus linguis loquuntur omnibus] sicut expositum est. Veruntamen quidam audientium irriserunt, de quibus mox additur [Iudæa] id est plebs Iudeorum in Hierusalem, [Tuac] existens [incredula] id est infidelis & discredens tot signis [Vesana toruo spiritum] id est insensata & amens spiritu suo peruerso & indignabundo, seu spiritu diabolico, quo tentabatur, & vincebatur, [Rustare musti crapulam, alumnos Christi concrepat] id est clamauit & dixit alumnos Christi, id est discipulos à Christo nutritos spiritualibus alimentis, pane vitę & intellectus, ac aqua sapientię salutaris & sacramentis, ructare crapulam musti, id est ebrietatem ex potu noui vini causatam effundere, quasi præ ebrietate loquerentur verba ignota, quæ nec ipsimet intelligerent, vt arripitij & amentes. Quomodo primo Re-

Agum, Heli loquutus est Annæ, Digere paulisper vinum quo mades. Hinc in Acta Apostol. habetur. Quidam irridentes dixerunt, quia musto pleni sunt isti: de quibus Esaias effatus est, Excœcatur est cor populi huius, & auribus grauior audierunt. [Sed signis & virtutibus occurrat et docet Petrus] id est beatif. Petrus apostolici chori princeps resistit perfidis illis signis & virtutibus, id est miraculosis & virtuosis operibus, inuicta cõstantia, summo charitatis seruore, diuersarum linguarum loquelis, allegationibus scripturarum. Vnde subiungitur, [Falsa profari perfidos iocẽ teste comprobans] quod qualiter egerit, in Actis narratur, vbi inter cætera ait, Non, vt putatis, ij ebrij sunt, cũ sit hora diei tertia, sed hoc est, quod dictum est à domino per prophetam Ioel. Fundam de spiritu meo, &c. Ex alijs quoque prophetis testimonia introduxit. Nec solũ sanctus Petrus, sed alij quoque apostoli prædicabant. Verũ, vt beatus Cyrillus episcopus in libro thesaurorum expressit, Apostoli in omni congregatione & synodo, Petro deferebant & locum dederunt. Qui (teste Chryostomo) vertex & os erat collegij. [Hic Christe nunc paracletus] id est õ Christe paracletus hic, id est optimus iste consolator spiritus sanctus. [Per te plus nos visitet] id est aduocatione & meritis tuis, mentes nostras benignẽ visitare, ditare, implere, imõ & inhabitare dignetur, cũ ipse sit consolator optimus, dulcis animæ hospes, dulce refrigeriũ. [Nouique terræ faciem] id est spiritualiter innouans superficem terræ, hoc est interiore vultu hominum habitantium super terram, infideles ac impios conuertendo, tenebras reformando, iustos perficiẽdo. Vnde orauit Palmita, Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Qui denuo est precatus, Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Apostolus item ad Colossi. Expoliare vos veterem hominem cum actibus suis: & induite nouum, qui renouatur in agitione dei. Et ad Ephesios, Renouamini, inquit, spiritus mentis vestræ. [Culpis solutos] id est à vitiiis absolutos. [Recreet] hoc est consoletur spe veniæ, cõtempatione gloriæ, alloquutione interna, inspiratione assidua & superna. Hinc dictum fuit à Sapiente, Spiritus domini repleuit orbem terrarũ. Hunc hymnũ attentione proferamus præcipua, animo perlustrantes quã magnificẽ dominus egit nobiscum, quã mirabilia fecit hoc die, quã gloriõsẽ atque deificẽ incepit post Christi passionem prædicatio ac dilataio fidei Christianæ, misso desuper spiritu sancto cũ maiestate & gloria: qui repente in spirauit, contulit, & in fudit primis illis Christi discipulis omnium virtutum perfectionem, omnium scripturarum notitiam, vniuersarum linguarum peritiam, cor prorsũ im perterritum, & ad omnem persecutionem ac penam pro deo promptissimum, quã virtutum perfectionem indefesso conatu pro nostro modulo imitari & assequi enitmur.

De sancto Eucharistia sacramento ad vesperas, hymnus.

¶ Describitur in eo prima institutio sacratissimi mysterij sanctæ Eucharistiæ à Christo facta, & pia admodũ exhortatio ad honorandũ hoc dignissimum sacramentum. ¶ Author Thomas Aquinas.

Carmen ad rhythmĩ formam & obseruationem accedit.

**L**ingua gloriosi corporis mysterium. Hanc iucundam, nobilem ac diuinam solennitatem instituit Vrbanus papa quartus: qui ordinationem ecclesiastici officij cõmisit viris duobus in ecclesia tũc præclaris, sancto Thomæ & domino Bonauenturæ, vt vnusquisque eorũ sigillatim illud cõponeret. Quo cõpleto & vtriusque officio diligenter examinato, amplius placuit summo Pontifici & dominis Cardinalibus id quod Thomas cõposuisset: qui & istum, ac duos sequentes edidit hymnos. [Pange lingua] per partem intelligit totum, vt sæpe fit in scripturis. Quomodo in lib. Iudicum mater Sisaræ, Cur, inquit, moratur regredi pes eius? Itaque õ lingua. i. õ tu homo linguã habens, & ea vtens ad loquendũ atque cantandũ. [Pange] id est decanta & concine. [Gloriosi corporis mysterium] hoc est sacrum secretum & sacramentum corporis Christi: quod nunc gloriosissimum est, & recte gloriosum vocatur, quia adhuc mortale existens, vnitum fuit immediatẽ, non solũ gloriosissimæ animæ Christi, sed & simul cum ea verbo æterno: & fuit tam animæ quàm verbi instrumentum viuum, coniunctum, animatum ac proprium. Propter quod virtus exiuit de illo, sanauitque omnes. Imõ & ex contactu sanctissimi corporis eius in vestes ac fimbrias vestium eius, virtus diffundebatur diuina, & efficax fuit ad supernaturales effectus: vt ait Euangelista, Quotquot tangebant fimbrias vestimentum eius, sani fiebãt, à quactique infirmitate tenebantur. Fuit rursus corpus hoc gloriosum, vt opte ex purissimis sanguinibus sanctissimæ virginis sumptum, & supernaturaliter ac instantaneẽ ab omnipotentia spiritus sancti formatum: quod & secretissimẽ ac incomprehensibilissimẽ, tamen verissimẽ, sub speciebus sacramentalibus continetur. [sanguinisque preciosi] id est pange etiã mysterium sanguinis preciosi, id est præstantissimi sanguinis Christi, qui sanguis in sacramento sub vini speciebus consistit, & hoc directẽ ex vi conuersionis. Attamen concomitanter etiã sub panis speciebus est sanguis, atque sub vini consecrati specie caro Christi. [Quem] sanguinem in mundi precium hoc est pro mundi fidei generis humani redemptione. [Fructus ventris generosi, vex effudit genitium] id est Christus filius nobilissimæ virginis Mariæ, qui gentium credentium rex specialiter nominatur: quas regit per charitatem & gratiam, per fidem & euangelicam legem, per prælatos & angelos sanctos. Vnde apud Esaiam deus pater ait de Christo, Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Et rursus loquitur Esaias, Radix Iesse, qui exurgit regere gentes, in ipsum gentes sperabunt, De quo legitur in Aggæo, Ecce venit desideratus cunctis gentibus. Hinc Christus in cena de promptis, Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. [Nobis] Pater enim dedit nobis vnigenitum suum in redemptorem, & in caput ac sponsum ecclesiæ, in

Ioan. 3. Ephc. 2. Baruch. 3. Ioan. 1. Matth. 15. Lucæ. 4. Matth. 13. A. Ct. 13. Ioan. 17. Matth. 26. Marc. 14. Ioan. 13. I. Cor. 11. Psal. 21. Exod. 12. Danie. 6. Malac. 1. Psal. 39.


legillatorem ac principem iuxta quod in Ioanne scriptum est, Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Paulus quoque, Proter nimiam, ait; charitatem qua dilexit nos pater, filium suum misit in similitudinem carnis peccati. [Nobis] id est ad nostram salutem. [Natus ex intacta virgine] hoc est prorsus incognita viro. [Et in mundo conuersus] prout Baruch prædixit, Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Vnde fertur in Ioanne, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. [Sparso verbi femine] id est prædicatione euangelicæ legis disseminata inter Iudæos: de quibus asserit, Non sum missus, nisi ad oues domus Israel quæ perierunt. Vnde & dixit; Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare, quoniam ad hoc missus sum. Denique de hoc femine ait in Matthæo, Semen est verbum dei, de cuius seminatione scriptum est, Disseminabatur verbum dei per vniuersam regionem. [sui moras incolauit] hoc est tempus inhabitationis ac vitæ suæ mortalis in seculo isto. [Miro clausit ordine] id est terminauit admiranda dispositione, & ordinatione sapientiæ suæ, & cohabitacione veteris nouiq; testamenti, & operum atque mysteriorum suorum, quoniam passione sua instante, quando & dixit patri, Opus cõsummaui, quod dedisti mihi ut facerem: instituit sacramentum hoc nouæ legis, sicut subiungitur, [in suprema nocte cœnæ] id est in exordio noctis, pura ad vesperam, in qua cum apostolis vltimò cœnauit. Vnde in Euangelio dicitur, Cum facta esset hora seu vespera. Et protendebatur cœna vsque in noctem. Dicit enim Euangelista, Erat autem nox. Sic & Paulus effatur, & Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem. [Recumbens cum fratribus] id est apostolis: de quibus in psalmo, Narrabo nomen tuum fratribus meis. In Ioanne item ad prædilectum discipulum, Vade, dic fratribus meis. [Observata lege] [Mosi] [Plene, cibus in legalibus] quia impleuit patris præceptum, comedendo agnum paschalem: prout in Exodo legitur iussum. [Cibum turbæ duodena] id est duodecim apostolis. [se dat suis manibus] id est propriis manibus seipsum dedit eis in cibum metis: quia sub specie panis (ratione cõuersionis ipsius panis in corpus Christi) fuit corpus illud dignissimum. Cõcomitantem verò sanguis ipsius, anima quoque & verbi persona: sicque totus Christus. Et simili modo sub specie vini. Hinc sunt versus, Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena. Se tenet in manibus, se cibari ipse cibus. In quo pater ardentissima liberalitas, & liberalissima charitas Christi ad nos: qui non solum beneficia sua, sed & seipsum præstitit nobis: & hoc vitioque tam mystico & incomprehensibili modo, ut subditur. [verbum caro] id est vnigenitus dei factus homo: prout hoc in secundo hymno expositum est. [Panem verum] id est veritate naturæ & panem triticum, qui propriè panis est hominum. Porro res creata dicitur vera veritate naturæ seu rei: in quantum habet naturam propriam correspondentem rationi ideali, quam habet in mente sapientissima creatoris. [Verbo carnem efficit] id est sub certa forma verborum conuertit in corpus suum. quæ conuersio est valde supernaturalis & instantanea, qua vnus præexistens conuertitur in aliud præexistens. [Fitque sanguis christi merum] id est vinum conuertitur in sanguinem Christi sub forma verborum ad hoc pertinentium. potest quoque per verbum intelligi præceptum, quo Christus hoc fecit: qui horum vtrunque fecit diuina & increata sua potetia penitus infinita, cum prolacione sacramentalium verborum ad hoc pertinentium: quamuis sine illorum prolacione id facere quirit. proferendo quoque hæc verba contulit eis vim cooperatiuam, quasi instrumentalem, ad transsubstantiationem hanc ipsam. [Et si sensus deficit] id est quamuis sensus exteriores & interiores intellectus ac ratio prorsus deficiant à comprehensione mirabilium, quæ in hoc sacramento contingunt, creduntur ac fiunt. [Ad confirmandum cor] [sincerum sola fides] id est sola fides formata. [sufficit] ad roborandam mentem puram in deo ac via salutis, & contra visibiles atque inuisibiles fidei hostes. Sufficit enim sic credere, nec expedit perscrutari. Non, quòd fides sine operibus sufficiat ad salutem: sed in hac parte ad complendum præcepta de fide sufficit credere, nec oportet discutere. Attamen donum intellectus, quo ad ea quæ fidei sunt aliquam rationem habemus, non excluditur, imò includitur. Ad minus est, ideo credimus quoniam à deo esse hanc fidem sentimus, & quæ sic credit sancta ecclesia: sicque quod dicitur, sola fides; non excludit nisi euidenter notitiam credendorum: non charitatem, ceterasque virtutes ac dona, & opera bona. [Tantum ergo sacramentum] præsertim id quod est res & sacramentum, videlicet corpus & sanguinem saluatoris, potissimum totum Christum deum verum & hominem sub sacramentalibus speciebus latentem, contentum, & consistentem. [Veneremur cernui] cultu latriæ quo ad deitatem, cultuque hyperdulæ quantum ad naturam humanam assumptam. [Et antiquum documentum] id est doctrina veteris testamenti de sacrificiis variis, præsertim de immolatione agni paschalis. [Nouo cedat ritui] id est sacræ obseruantie noui testamenti deferat, locumque præter: quoniam sacrificia legalia in huius sacrificij institutione & frequentatione defecerunt & cessauerunt: quemadmodum in Daniele prædictum est, In medio hebdomadæ deficiet hostia & sacrificium. In Malachia quoque dominus ait Iudæis, Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis magni est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificator & offertur nomini meo oblatio munda. Atque in psalmo, Sacrificium & oblatione nolui. Sacrificia quippe legalia erant præfiguratiua oblationis Christi in cruce. Ideo veritate impleta cessare cœperunt: ut super quartum Sententiarum diffusius est expressum. [Præter fides supplementum sensuum defectui] id est quod sensu & intellectu capere nõ valemus, fide seruemus firmissima, atque certissima certitudine adhærenti nõ euidetia: quoniam deus essentialiter verus ac veritas, author ac testis est sacratissimæ fidei huius. [Genitori, genitorique, etc.] Sensus versus istius ex præhabitis patet. Itaque hymnum istum cum omni recollectione & alacritate cantemus, cum feruenti memoria nouissimæ cœnæ Christi ac institutione sacramenti istius omnium sacramentorum finalis ac summi. Atque totius charitatis ac liberalitatis, quas dominus & saluator nobis in eo monstrauit, imò indefinenter demonstrat. Nunne summa dilectio & munificentia maxima est, dum quis realiter seipsum alteri elargitur, & suam essentiam illi cõficit ac ministrat in me-

A dicinam? Sic & misericordia summa est, seipsum alteri præparare & applicare in remedium curatiuum ac redemptiuum. O quam charitatiuus & liberalis, quam compatiuus & sapientialis est medicus istæ: quam admirabilis & superlativissimus est hic hospes, qui inuitatis à se, seipsum porrigit & proponit in saluberrimam mentis escam. Simus ergo totis viribus ei grati, pura ac splendida ei exhibeamus receptacula corda nostra. Ora quoque, per quæ & in quibus suscipimus eum, ab omni loquacitate ac voracitate custodiamus, præsertim à detractorijs, prouocatiuis, pungitiuis, irrisorijs & discordiæ disseminatorijs verbis. imò illud Psalmistæ impleat vnusquisque, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In inuiolabili ac integerrima fide huius dignissimi sacramenti firmus semper firmissimi, in cuius fide defuncti sunt tam innumerabilia milia beatissimorum martyrum, confessorum ac virginum, sanctorum anachoretarum & eremitarum, solitariorum & cœnobarum, quorum vnus nobis sufficere posset ad nostræ fidei firmamentum, cum suis miraculis, prodigijs, virtutibus, exercitijsque purissimis. Non ergo discutiamus in missa nec aliàs curiosè, qualiter Christus in sacramento sic valeat esse. Sed certissimè in fide ecclesiæ præsupponentes, quòd verissimè ibi sit, tantam eius ad nos charitatem, largitatem, dignationem, miremur: mirando accendamus: accendendo regramur: ac regramur fidelissimè obsequamur, in præactis virtutibus & in omni humilitate, patientia, obedientia, eius sectando vestigia.

B De S. Eucharistiæ sacramento, ad nocturnum matutiuum Hymnus. Commemoratur in eo institutio sanctissimi sacramenti Eucharistiæ, deinde altissimi illius mysterij communionis sanctæ (quod omni laude superius est) excellētia, claris extollitur præconijs.

Author Thomas Aquinas.

Carmen a clepiadeum choriambicum minus cultum, rhythmicam consonantiam quandam præ se ferens.

C  acris solennijs iuncta sint gaudia. ] Hunc hymnum in matutinali cantamus officio: quem nec decantare congruit cum cõformatione cordium ad sensum verborum, ut ipsimet impleamus quod canimus, & ad quòd peragendum alios inuitamus. Itaque cum ingenti mentis iucunditate in deo, cù profunda attentione mysteriorum, beneficiorumque Christi, suę videlicet incarnationis & operatione nostræ saluationis ac institutione sacramenti euangelicæ legis, dicamus ex animo. [Sacris solennijs] id est sanctis his festis præcipuis in celebritate dignissimis. In quibus & alia Christi solennia atque mysteria virtualiter includuntur, aut etiam magna ex parte actualiter recoluntur. [iuncta sint gaudia] spiritualia & interna, quæ ex magnitudine sua redundet in corpus: ita quòd internæ hilaritatis indicia & effectus in apparatu & gestibus, in voce & vultu reluceant, omni leuitate, dissolutione, petulantia prioris exclusis. Denique gaudium est diffusio animi in apprehensione boni: atque ex vnione potentia cum conueniente obiecto emanat ac oritur. Dum igitur vnigeniti filij dei propter nos incarnati & in mundo hoc conuersati mysteria ac opera eius nouissima, totiusque ardentissimæ dilectionis ac affluentissimæ largitatis & intimissimæ pietatis in nobis excellentias contemplamus ac celebramus, debemus in tantorum apprehensione bonorum vehementer accendi, exuberanter letari, penitusque transformari in dilectum, in superdulcissimum saluatorem, nobis tam incomparabiliter ac specialissimè amandum & præamandum: qui instar æstuantissimæ fornacis calidissimas flammæ euaporantis in cœna illa nouissima inestimabilis suæ dilectionis, miserationis & largiflunitatis indicia & effectus, beneficia ac opera omnibus nobis patefecit, ostendit, donauit. Nempe cum charitas sit vnitiua & communicatiua, quòd tunc vicinius se vnuit, copiosius communicauit, integralius tribuit nobis, eò vehementiorem habuisse ad nos dilectionem clarissimè demonstrat. Ideo super his & in his iuncta sint sacris istis solennijs. [Gaudia] ut ex sententia Christo psallamus, Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: & anima mea, quam redemisti domine. Nam & signum virtutis perfectæ est delectatio mens in opere, ut in Ethicis dixit philosophus. [Et ex præcordijs] id est intus cordium nostrorum affectibus. [sonent] in ore & choro. [preconia] id est laudes altissimis, psalmodiæ & hymni ac cantica diuini officij. [Recedant vetera] id est legalia sacramenta, præsertim vitia consuetæ, ut contriti & confessi interitus suis festis spiritualiter renouati. Vnde subiungitur. [Nona sint omnia] id est recenti deuotione persusa, donis seu profectibus gratiæ ac virtutum ornata. Omnia, inquam, de quibus mox subditur. [Corda, voces, & opera] hoc est, ratio & voluntas, verba & cantica, exterioresque actus: ne meditemur inania, ne cupiamus illicita, ne deinceps secularia & amatoria, seu lasciuia carmina concerpemus, nec vllus sermo malus ex ore nostro procedat: sed qui vtilis est ad edificacionem, ut det gratiam audienti. Et si quis loquitur, quasi sermones dei. Nec sit nostrum colloquium, maliloquium: atque, ut quidam in sua simplicitate deprompsit, cacoloquium. Insuper non omitamus committenda, nec committamus omitenda: imò sicut ante exhibuimus membra nostra arma iniquitatis peccato, sic nunc ac iugiter exhibeamus ea arma iustitiæ deo. Sic quippe in nobis implebitur quod in Apocalypsi fertur dixisse qui sedebat in throno, Ecce noua fidei omnia. [Nobis recollitur cœna nouissima.] De qua fastus est nostræ author salutis, Desiderio desiderauit hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. [Qua] id est in qua cœna, seu nocte. [Christus creditur agnum] [paschalem] et agnum] id est azymos panes. [Dedisse fratribus] id est exhibuisse apostolis: quorum duobus præcepit, Euntes parate panes pascha. [iuxta legiima] id est secundum tenorem præceptorum legalium. [Priscis indula patribus] id est concessorum patribus Mosaicæ legis, ut in expositione

Psal. 33.

Psal. 70.

Ephc. 4.

Apoc. 21.

Matth. 26.



hymni patuit precedentis, & in Exodo diffusè describitur [post agnum typicum] id est post esum agni paschalis, qui fuit figura seu typus domini saluatoris. [expletis epulis] id est sumptis ferculis in lege mandatis. [Corpus dominicum datum discipulis] hoc est, sub specie panis consecrati à Christo, porrectum & datum à apostolis. [sic totum omnibus, quod totum singulis, eius satemur manibus] id est confitemur hoc corpus datum manibus, id est corporali dextera Christi, & spiritali manu: vt puta potestatis ipsius suis apostolis, sic totum omnibus, id est integrum vniuersis, quod totum singulis, id est quod idem numero corpus datum fuit vnicuique eorumdem totum & integrum. Quemadmodum & in pane illo vno ac integro consecrato à Christo, corpus christi integrum fuit & totum, atque similiter in qualibet panis illius particula. Nempe hæc supernaturalis transubstantiatio respicit immediatè substantiam panis & vini tanquam termini à quo, atque substantiã corporis ac sanguinis christi tanq̃ termini in què. Ideo sicut substantia panis, in se indiuisibilis & diuisionem ex quantitate habentis, fuit in qualibet parte panis ante consecrationem: ita post consecrationem substantia corporis christi est in qualibet parte quantitatis substantiæ, qua exiit substantia panis ante consecrationem. De his possent q̃ infinita induci, quæ super quartum sententiarum sunt expedita. [Dedit fragilibus] id est discipulis adhuc ad mala procliuibus, prout paulò post patuit, [Corporis ferculum] id est corpus suum in animæ ferculum. [Dedit et tristibus sanguinis poculum,] quibus cum dixisset, Vnus ex vobis me tradet, contristati sunt valde. [Dicens, Accipite quod vado vasculum] id est calicem, in quo sanguis meus iam continetur. Non autem dixit hæc verba sub hac forma, sed quantum ad sensum verborum. [Omnes ex eo bibite] .i. tunc vniuersi & singuli apostoli totum christi sanguinem potauerunt: sicut & totum eius corpus sumperunt. [sic sacrificium istud instituit] id est Christus in cœna confecit, consecrauit, & frequentandum præcepit sacramentum hoc corporis sui: quod & ipse in cruce obtulit deo patri. Et est sacrificiũ euangelicè legis, quod in ecclesia immolatur patri omnipotenti quotidie. [Cuius officium] .i. consecrationem, oblationem, ritum & administrationem. [Committis voluit] id est commisit, & per episcopos committi decreuit ac iussit. [Solis presbyteris,] in quorum persona mandauit apostolis, Hoc facite in meam commemorationem. [Quibus sic congruit, vt sumant] hoc sacramentum. [Et dem cæteris] fidelibus de ipsorum manu communicantibus: quanquam & vnus presbyter alii presbytero possit hoc dare. [Panis angelicus] id est Christus, qui ab exordio seculi fuit panis angelorum, reficiendo eos suæ deitatis beatifica visione atque dulcissima fruitione. [Fit panis hominum] id est per incarnationem & consecrationem factus est panis, cibus, refectio christi discipulorũ per communicationem corporis & sanguinis sui, vt dictũ est: quos nihilominus per fidem, cõsiderationem, ac dilectionem sue deitatis principaliter, spiritaliterque nutritiuit & nutrit. Hinc dicit, caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. [Dat panis calicis figuris terminum] id est Christus qui de cœlo descendit, seque in sacramento ita impendit, imposuit finem sacrificiis legis: vt pote finis & veritas ac consummatio seu adimpletio figuraliũ sacrificiorum. Ideo illa seruari, esset opere ipso ostendere verum & figuratum sacrificium istud, scilicet Christũ, nondum venisse, [O res mirabilis,] quam non sapit homo carnalis aut infidelis, [Manducat dominum] Iesum Christum, [Pauper seruus et humilis,] qui nihil boni habet ex se. Veruntamen non manducat hunc cibum, vt alios cibos: quia nec eum consumit, nec in se transfuratur, nec lædit, nec lacerat, imò nec corporaliter tangit. Nam & corpus illud dignissimum verè est ibi, non tamè corporeo modo, neque per propriam quãtitatẽ, seu dimensionẽ, habitudinem habet ad existendum ibidem: sed potius per dimensionem & species panis in ipsum conuertit. Attamè propria eius di mensio cõcomitatẽr est ibi. [Te trina deitas, vnaque posimus] .i. deprecamur te ò deitas trina vnæque, pro & vna. i. in tribus super gloriosis personis existens simplex & indiuisa, & numero vna. Trinitas verò nõ potest trina vocari, quia sic essent noue personæ in diuersis: vt auctor huius hymni in prima parte summæ, & super quartum declarat. [Sicut nos visitas] per ecclesiastica sacramenta, & gratiarum charismata. [Sicut te colimus] id est sicut etiam te veneramur per gratiarum actionem & tuorum obseruantiam præceptorum. [per tuas semitas] id est ita per adimpletionem tuarum doctrinarum ac iusionum. [Duc nos quotendimus] id est ad summum bonum, hoc est, [Ad lucem quam inhabitas] id est ad teipsum, qui es lux increata, immensa, habitans & inuiolabiliter perseverans in teipso: qui solus habes immortalitatem & lucem habitas inaccessibilem, vt dictũ est super illud in primo hymno, Aeterna lux credentium. Deniq; ex hoc hymno pensemus, quàm indiciliter, imò & incõprehensibiliter dominus deus noster omnipotens, vnigenitus dei patris, magnificauit facere nobiscum. Factus est frater noster, per incarnationem: Cibus noster, per consecrationem: Beatitudo nostra, per finalem ad ipsum peruenionem. Inter nos cõuersatus est, per familiarissimam commanionem: Saluator noster, per amarissimã passionem, misit nobis para cletum, per preciosissimorũ suorum cõmunicationem charismatũ. Dicitur nos pauperes supernaturalibus donis. Mirantur angeli sancti tantam hominum exaltationem, & quasi deificationem. Sed heu miser homo, cum in honore esset, nõ intellexit: tot & tãta creatoris sui gratiosissima munera nõ aduertit. A more, magnificentiam, dignationem, beneficentiã, presentiam dei sui ad se nõ perpendit. Idcirco nec dignè sollicitus est illi placere, gratis existere, & corã ipso indefinẽter, timoratè & custoditè versari ac viuere, & omnem illius in honorationem atque offensam vitare. Sed iam nõ respicimus à negligentis, pigritiis, insipientis, ingratiudinibus nostris: & accedamus cũ corde vero in plenitudine fidei, auersi corda à consciẽtia mala. Nescio vtrum magis debeã admirari hanc tã supernaturalẽ fidem sacramtũ istius, an totius mudi conuersionem ad fidem. Et quomodo potuit generi humano vbiq; terrarũ persuaderi & imprimi fides ista: nõ tam firmiter suscipi, q̃ nulla ratione, nullo experimẽto, nulla p̃speritate, nulla aduertitate quirit auelli. certè iuxta inestimabilem altitudinẽ incõprehensibilissimæ fidei huius, multiplicata & magnificata sunt argumẽta ipsius, signa, p̃digia, & virtutes: sic q̃ verissimè p̃fallimus deo. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Quod lucidissimè cõstat, si omnia cõportentur & cõparentur adinuicẽ, & ritè cõ-

p̃ salm. 77.

philip. 3.

A fiderentur, vt alibi diffusius est ostensum. Et nõc igitur iuxta præacta, satagamus ab omni inquinamento, ab omni loquacitate, ac propria voluntatis duritia penitus abstinere, ad mensam altissimi quotidie cum omni affectu, magis ac magis deuotè accedere, in deo simplicari ac stabiliri, omnem infelicissimã reflexionem ad proprium commodum & honorem incessabiliter abhorrere.

De corpore Christi ad laudes matutinas, hymnus.

Describitur in eo huius dignissimi sacramenti prima institutio à christo facta, & quanta eius humanitas atque suauitas in illo delectetur, demum pia fit ad ipsum sacramentum inuocatio. Author Thomas Aquinas.

Carmen Iambicum dimetrum, nequaquam tamen exactum.



B

C

D

erbum supernum prodians.] Hic hymnus in laudibus huius solemnitatis cantatur. [Verbum supernum] .i. vnigenitus patris verbum dei altissimi & æternum, quod in Evangelio protestatur, Ego de supernis sum. Et iterum ad Iudæos, Vos, inquit, de deorsum estis, ego de sursum sum. Itẽmque, Qui de cœlo venit super omnes est. Quod & in Ecclesiastico fatetur, Ego ex ore altissimi prodiiu primogenita ante omnẽ creaturam. [prodians] .i. per hũmanã naturæ assumptionem se manifestans, & quasi ex corde patris descendens. [Nec patris linguens dexteram] hoc est æqualitatẽ patris & cõfessionem ad eius dexteram, non dimittens. [Ad opus suum exiens] .i. ad cõplendam humani generis saluationem progrediens. De quo opere apud Ioanẽ loquitur, Opus cõsummaui, quod dedisti mihi vt facerem. Exultauit enim vt gygas ad currenda viam. Vnde de nouo locutus est, Non misit deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Apostolus quoque ad Timoth. Christus Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. [venit ad vitæ vesperam] hoc est vltima mundi ætate: de qua in 1. sua epistola ait S. Ioannes, Nouissima hora est. Et paulus, Nos, inquit, sumus, in quos fines seculorum deuenerunt. Vnde dictum est in primo, Vergente mundi vespere. [In mortem a discipulo suis tradendus emulsi] .i. Christus à Iuda proditore venditus ac tradendus ad occidendum. [prius in vitæ ferculo se tradidit discipulis] .i. dedit se ante traditionem illam apostolis in alimonia spiritali, sub forma panis consecrati, ad conseruationem & perfectionem vitæ gratiæ in eisdem. Hinc in psalmo de Christo fuit prædictum, Erit firmamentum in terra in summis montibus. Vbi alia habet translatio, Erit frumentum electorum. Translatio verò Chaldaica, Erit placenta tritici. Etenim quoniã subtrahatur mox fuit ecclesiæ presentiam sui corporalem sensibilem, voluit ei re linquere presentiam sui verã sacramentalem, ad multiplicem vtilitatem & fructũ eiusdem, vt scilicet quotidie offerretur in missæ officio ad laudem & gloriam patris, pro nostris peccatis, pro virtutibus & gratiis impetrãdis, & in mirabiliũ suorum memoria, in assiduam recordationem suæ summæ dilectionis ad nos, ac amarissimæ passionis suæ pro nobis. Vnde præcepit apostolis & in eorũ personis sacerdotibus vniuersis. Hæc quotiescunq; feceritis, in meĩ memoriam facietis. Quod enim de nostro accepit, hoc est corpus & sanguinem totum exhibuit & reliquit ac vertit in nostrũ subsidium. Nec sufficit ei semel offerri pro nobis in cruce, imò & hoc inexcogitabili modo voluit incessanter offerri pro nobis in diuinissimo isto mysterio, in missali officio, in altaribus sacris. Atque in ecclesiis referuari ad omnium subuen tionem, refecationem, confortationem, defensionem. Nempe vt cibum oportet realiter ac substantialiter iungi cibato. Hinc subditur, [Quibus] vtputa discipulis. [sub bina] .i. duplici. [specie] .i. sub forma panis & vini. [carnem dedit et sanguinem] .i. corpus suum sub specie panis, & sanguinẽ suum sub specie & similitudine vini: ita tamen, q̃ sub vtraque specie cõtinetur vtrunq;e, puta corpus & sanguis. Aut ratione conuersionis aut per cõcomitatẽ modũ, sicut expressum est. [Vt duplicis substantiæ totum cibaret hominem] .i. quatenus integrũ hominem ex anima, ratione & carne cõpositum aleret carne & sanguine sacramentaliter exhibitis: ita tamen q̃ tam corpus q̃ sanguis christi principaliter ac directè præstatur in animæ refecationem: secundariè autem, & per redundantiã quandam, etiam in corporis roborationem: in quantum virtus & restoratio animæ in corpus redundat: iuxta id psal. In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & restoruit caro mea. Itẽmque, Cor meũ, & caro mea exultauerunt in deum viuũ. Hominem, inquit, duplicis substantiæ, hoc est duplicis naturæ, videlicet spiritalis & corporalis, quia ex anima immortalis ac inuisibili, & ex carne mortali atque visibili constat. Et ita nomen substantiæ sumitur hic extensè pro essentialibus partibus substantiæ subsistentis. [se nascens dedit socium] .i. Christus in sua ex beatissima virgine, natiuitate, dedit se socium, hoc est confortem conuersionis humanæ, volens tractari & conuersari primò vt infans, deinde vt puer, & ita deiniceps vt adolescens, vsq; ad iuuetutem in qua occisus est. [conuiscens] id est in cœna nouissima cũ apostolis comedens dedit se in edulium id est animæ cibũ. [se mortuus est in precium] hoc est moriendo in cruce dedit se in precium nostræ redẽptionis, vt iam supra expressit est. [se regnans dat in premium] id est perfecte glorificatus in natura assumpta & regnans ac præsi dens in triumphante ecclesia, præstertim secundum naturam diuinam, & etiam quodammodo secundum naturam humanam: secũdum quam vt verbo æterno hypostatice vnitam, omnia quoque subiecta sunt ei, dat se ipsum beatis, in premium obiectale, hoc est exhibet se in obiectum felicitatis ac premij electo rum: quorum premium essenziale consistit in visione & fruitione deitatis christi, totiusq; trinitatis. Premium verò accidentale in visione humanitatis domini saluatoris, deinde gloriosissimæ virginis ac cæterorum sanctorum. [O salutaris hostia] id est ò Christe saluberrima victima pro nobis oblata. [Quæ cali panis odium] id est merito tuæ passionis referasti aditum regni cœlorum, satisfaciendo pro ori-

Ioan. 8.

Ibidem.

Ioan. 3.

Eccle. 24.

Ioan. 17.

Psalm. 18.

Ioan. 3.

1. Tim. 1.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 10.

Psalm. 71.

Matt. 26.

Marc. 14.

Luce. 22.

Psalm. 27.

Psalm. 83.

**E** ginali & omni peccato: sicque obftaculum introeundi regnum, delendo videlicet originalis peccati reatum. [Bell a premunt hoftilia] id est impugnationes dæmonū & aliorum falutis noſtræ aduerſariorū nos grauant. Vnde dixit Apoſt. ad Ephēſios, Non eſt nobis colluſatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſupple principaliter neque tantū: ſed aduerſus principes & poteſtates. i. aëreas poteſtates, quæ de ordinibus cæleſtium principatum ac poteſtatum pro parte fuerunt ante ruinam. [Da robur] gratiæ ac virtutum ad ſuſtinendum ſeu reſiſtendum. [Per auxilium] ad præualendum, & opem in anima & corpore ad proficiendum & perfeuerandum ſalubriter. Da robur declinandī ab omni malo, præſertim mortali: ſer auxilium faciendī omne bonum quod eſt de neceſſitate ſalutis, quod ſcilicet cadit ſub præcepto dei ſuæ ecclēſiæ. Opera quoque ſupererogationis exerceamus viriliter. [Vni trinoque domino] qui vnus & ſimplex eſt in eſſentia, & trinus in perſonis, [Sit ſempiterna gloria] ſicut expoſitum eſt, [Qui vitam ſine termino] hoc eſt vitam gloriæ perpetuò duraturam. [Nobis donet] pro præmio, nō temporalem proſperitatem, [in patria] electorū, qui hoc mundo vtuntur tanquam exilio, & vita præſenti vt peregrinatione: qui vt ad Hebræos legitur. Conſentitur quoniam peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicunt, ſignificat ſe patriam inquirere paradīſum cæleſtem. Coſideremus in his charitatem & communicationem Chriſti in omnibus, qualiter ſe in vniuerſis cōmunicauit, naſcendo, cōueſcendo, moriēdo, regnando. In quibus omnibus ſplēdet ac innotefcit excellentiſſima eius dilectio, ſumma dignatio, pietas maxima, miſericordia inſinita. ¶ Præterea, quia vt aſſerit Auguſt. In omni ſacrificio quatuor ſunt pſenda, vtputa quis, quid, cur & quare. Ideo antequam celebremus aut cōmunicemus, perpendamus hæc omnia. In primis atq̄d vnuiquifque quis ſit, id eſt quā fragilis, defectuoſus, indignus & reus: ac per hoc indigniſſimū ſe recognofcat, ſicque pro viribus ad cōmunionem ſeu celebrationē ſe præparet, ac ſuo modo ſe digniſſi care deo auxiliante conetur. Secundò conſideret quid. i. quid, quale & quantum ſit ſacrificiū iſtud in quo Chriſtus deus & homo offertur. Et ita cum ingenti humilitate, ſiliali timore, reuerentia præcordiali, puritate præcipua, charitatēque feruida progrediatur ad ſanctū ſanctorum. Tertiò penſet, cui ſit iſta oblatio, vtputa deo patri, regi ac domino maieltatis immenſæ. Cui cum omni ſynceritate, humilitate, attentione, diligentia, aſtare & immolare oportet. Nam & oblatio ſacrificij huius opus eſt valde priuilegiatum, ad cuius dignam executionem deuotio requiritur actualis, & eſſe in charitate: quam qui habuerit, cæteris non carebit virtutibus. Quartò aduertat, quare, id eſt propter quas cauſas inſtituta ſit & immoletur ſacrificiū iſtud, videlicet pro communi bono totius ecclēſiæ, pro viuīs & mortuis, pro ereptione ab omni periculo & peccato, pro virtutum & gratiæ incremento, pro pace patriæ, & omni rationabili cauſa: idcirco cum pro tot tantifque cauſis nequaquam ſit ſegniter deprecandum, nec tepidè offerendum: ſatagamus cum grandi inſtantia, integroque affectu ſancti feruoris celebrare, ac celebrando aut communicando orare, &c.

De ſancto Ioanne Baptiſta, hymnus.

✠ Prædicatur in eo inſignia beati Ioannis Baptiſtæ præconia, conceptus è cælo denunciatus, exultatio in vtero matris, linguæ paternæ reſeratio, habitatio in deſerto, in victu & amictu auſteritas, prophetica excellentia, Chriſti baptizatio, virgineus candor, martyrij tolerantia, & centeſimi fructus cumulatiſſimum præmium. Demum, deuota ad ipſum ſit ſupplicatio, vt à deo impetret nobis gratiam in præſenti vita, & gloriā in futuro. ¶ Author Paulus Longobardus.

Carmen ſapphicum, in quarto habens adonicum.

Marc. 2. Luc. 5.



**V** t queat laxis reſonare fibris, Mira geſtorum famuli tuorum, ſolue polui labij reatum, ſancte ioannes. Ordo verborū eſt, O ſancte Ioānes, ſolue, hoc eſt diſſolue, & aufer meritis tuis ac precibus: tanquā interuentor, mediator, & patrocinator: non vt cauſa principalis, quia ſolius dei eſt peccata dimittere. reatū. i. offenſam. labij poluti, hoc eſt oris noſtri per exceſſum verborū cōtaminati. imò totius noſtræ perſonæ, intelligendo totum per partē. Nam & culpa principaliter eſt in anima & viribus eius, toti tamen homini rectè aſſcribitur: quoniā agere & pati poſſitorum ſunt proprie: vt famuli. i. Chriſti fideles qui ſoli ſunt veri famuli dei, cui ſine fide nemo poteſt placere ac meritoriè deſeruire: dicente Apoſtolo ad Hebræos, Sine fide impoſſibile eſt deo placere: queant, hoc eſt meritoriè valeant reſonare. i. decantare, mira geſtorum tuorum, hoc eſt admiranda opera, quæ geſiſti. fibris. i. venis, hoc eſt reſolutiō à vinculis vitiūm atque purgatiō. Hoc eſt, inſtrumentis quæ ad loquendum concurrunt, mundatis & habitatis, præſertim interioribus & ſpiritualibus venis mentis. i. affectibus per quos calor vitæ gratiæ, fluit à corde ad bene agendū. ¶ Deinceps hymnum iſtū Paulus, Longobardorū hiſtoriographus, legitur edidiſſe, cū impedimētum incurriſſet loquēdi, forſan ob aliquam ſui culpā, ſicut & pater beatiſſimi huius Ioānis ob impedimētatē: à quo etiā impedimento, Paulus ille legitur liberatus, hymno hoc edito. In cuius exordio ab oratione inceptit, quatenus patrocinio ſanctiſſimi atque beatiſſimi Ioannis Baptiſtæ redderetur ad hymni huius editiōnem deuotam idoneus. Nepe cū ſine dei auxilio nil valeamus, congruit in omni opere bono ab oratione incipere. Vnde in horis ſic inchoamus, Deus in adiutorium meū intende. Cumq̄; per noſipſos exaudiri ſimus indigni, ſanctorū ſubſidia inuocare debemus: iuxta illud Iob. 5. cap. Ad aliquem ſanctorum conuertere. Eius quoque patrocinium ſpecialiter inuocare oportet, cuius ſolennia celebramus, & ad quem deuotionem habemus maiorem. [Nuncius ceſſo veniens olympo] Nuncius iſte fuit archangelus Gabriel, qui & in veteri teſtamento legitur Danieli prophætæ apparuiſſe. ¶ Porro, Olympus ac

Heb. 11.

Lucæ. 1.

Pſal. 69.

Iob. 5.

Danic. 8.9.

**A** cipi ſolet pro monte Macedoniæ valde ſublīmi. Vnde & Rabanus vnum celorum appellat olympū. Verum hīc ſumitur pro celo empyreo, quod eſt igneo. quod ita vocatur ab excellenti ſplēdore, nō ab ardore. Nam olympus dicitur ab ὄλος, quod eſt totus, & ὄλεται, quod eſt ardeſ quafi totus in ardore conſiſtens. Itaque nuncius cæleſtis veniens. i. deſcendēs, Olympo ceſſo, hoc eſt à ſummo celo empyreo, quod mox vt factum eſt, angelis ſanctis fuit repletum. [Te patri magnum fore naſciturum, nomen, & vitæ ſeriem gerende ordine promit.] Coſtruſtio eſt, Nuncius ille promit, hoc eſt manifeſtè denunciat: ordine, hoc eſt ordinata denūciatio, patri. i. Zachariæ genitori tuo, te fore naſciturum magnū, hoc eſt in donis gratiæ excellētē, vtputa in matris vtero ſanctificatū, imò & ſpiritu ſancto repletū. promit quoque, hoc eſt, patri tuo depromiſit nomē tibi imponēdū. et ſeriem. i. ordinē ac ordinatum proceſſum vitæ gerēdē, hoc eſt cōuerſationis i. te exercendē in carne mortali. Votū iſtud ex Euāgelio cōprobatur. Scriptum eſt nanque in Luca. 1. cap. Apparuit Zachariæ angelus domini, dicēs, Elizabet vxor tua pariet tibi filium, & voca bitur nomen eius Ioannes. Erit enim magnus corā domino, & ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, & multos filiorū Iſraēl cōuertet, & ipſe præcedet ante illū, hoc eſt ante dominū Chriſtum in ſpiritu & virtute Helię, parare domino plebem perfectā. [ille] vtputa Zacharias [Promiſſi dubius ſuperi] hoc eſt incredulus boni ſibi promiſſi à deo per angelū, ſeu promiſſionis ſuperne deſuper ſibi facte. Nō quòd deum nō crederet omnipotentē ac verū, aut quòd angelum putaret mētiri: ſed vehementi horrore, ex angeli apparitione turbat, nō reſpexit actualiter ad omnipotentia dei, ſed ad diſpoſitionem naturæ, dicēdo, Vnde hoc ſciā? ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Tale quoque contigit Moſi & Aaron ad aquas cōtradictionis, qui cū tot ac tāta perpetratiſſent prodigia, & iam ante ſemel produxiſſent aquā de petra Ore, vt in Exod. 17. cap. recitatur: tamē ad aquas cōtradictionis fuerunt deo increduli, intuēdo ad indiſpoſitionē naturę, quaſi omnipotēti non eſſet perfacilē de faxo durifiſſimo copioſam producere aquā. Fuerunt quippe ex populi importunitate turbati. [perdidit prompte modulos loquela] hoc eſt amiſit modulos. i. facultatem & ſolitum modum loquelæ promptæ. hoc eſt expeditæ, quam habuit ante. Hinc legitur apud Lucam. Reſpondēs angelus dixit, Ego ſum Gabriēl, qui aſto ante deum, & ecce eris tacens & nō poteris loqui, vſque in diē quo hæc fiet, pro eo quòd nō credidiſti verbis meis. [Sed reformati genitus] hoc eſt tu poſtquā natus fuiſti, reformati. i. reſtituiſti & reparatiſti per empta organa vocis. i. inſtrumēta vocis, hoc eſt loquelę, peremptæ. i. patri tuo ablata, ita quòd impedimentum loquēdi fuit ei ablatum: iuxta illud Luca. 1. cap. Apertum eſt illico os eius & lingua, & loquebatur benedicens deum. Quod (vt cōmuniter dicitur, & hīc inſinuari videtur) factum eſt meritis ſancti Ioannis, qui nōdum natus ex vtero, præuētus eſt vſu rationis, ſicque in vtero potuit illud mereri. Vel dicitur factum meritis eius ſequētibus, atque ad declarationem excellentiæ futurorum meritorum ipſius. [Ventris obſtruſo poſius cubili] hoc eſt tu adhuc collocatus & clauſus cubili obſtruſo. i. in matrice ventris tuæ ſanctiſſimæ atque beatiſſimæ matris vndique clauſa, inuolutus pellicula quæ dicitur ſecūdina, [ſeu ſeras] hoc eſt ex ſupermirabili operatione & illuminatione cognoueris [Regem. i. Chriſtum regem regum] thalamo manentem. id eſt in vtero electiſſimæ virginis quieſcētē: ſicut expoſitum eſt ſuper illud in primo hymno, Vt ſponſus de thalamo egreſſus honeſtiſſimæ virginis matris clauſula. Ex his innotefcit, q̄ glorioſiſſimus Chriſti cōſanguineus & præcurſor magnus iſte Ioannes in vtero ſuæ matris, verbi æterni incarnationē atque præſentiam eius in virginis vtero verè cognouit: quanquam Vlricus in ſumma ſua dicat oppoſitum. Nec enim iſtud incredibile eſt cenſendum, cū in vtero matris ſuæ ſanctus hic puer exultante legatur, imò & ſpiritu ſancto repletus. Exultatio autem ex apprehenſione procedit. Quod & ſanctus Bernardus, Maximus quoque epiſcopus, & alij multi ſanctorum ſenſerūt. Quod ſuper Lucam plenius declarauit. [Hinc patens nati meritis vterque]. i. pater & mater ſancti filij huius, meritis nati, vtputa filij ſui, [Abdita pandit] hoc eſt ſecreta atque futura reuelauit ac denūciavit, vt pater in Cantico Zachariæ, & verbis ſanctæ Elizabeth in Luca deſcriptis. Nam ſpiritum prophetiæ fortiti ſunt. Ex quibus de nouo ſequitur, quòd ſacraſſimus Ioannes in vtero matris ratione ſit vſus, ac meruit vehementer [Antra deſertiteneris ſub annis, Ciuium turmas fugiens peiſſi] hoc eſt ò ſancte Ioannes tu petiſti. i. quaſiſti, inueniſti, atque ingreſſus es, antra. i. ſpelūcas deſerti, vt inibi deo ſecretis inhareres: ſub tenebris, id eſt puerilibus annis, atque vt aliqui dicunt duodecimo tuæ ætatis anno, imò diu ante, vt alij opinantur, mox, ſcilicet vt vt orſus eſt ratione: fugiens turmas ciuium. i. ſecularium hominum, [Ne leui ſaltem maculare vitam fame poſſes] hoc eſt ne valeres conuerſationem pueritiæ tuæ maculare ſaltem fame leui. i. peccato venial. Sciebat nanque ſanctificatum ſe eſſe in vtero, etiam magis quā Hieremias, qui non legitur fuiſſe repletus in matris aluo, ſpiritu ſancto. Ioannes quoque propinquius ſe habebat ad Chriſtum, quā Hieremias, tanquam præcurſor, præco, baptiſta, & paranympus ipſius. Ideo decuit eum emittētis ſanctificari quā Hieremias. Hinc cognouit Ioannes ſe ſic confirmatum in gratia, quòd mortaliter peccata nequiuir: ſed ne venialiter ſaltem offenderet, fugit venialium occaſiones culparum. nō tamen putatur penitus ab omni veniali immunis fuiſſe peccato: ſed quantum humanæ imbecillitati fuit poſſibile, multū rarò & nō niſi leuiſimè venialiter forefecit, atque quotidianis illis minutifiſſimis culpis quotidie nō tantummodo ſauſcit, imò mirabiliter ultra hoc omni die in omni profecit virtute. Et ſicut in ardentiffima fornace ſtilla ſtilla ſubito abſorbetur: ſic venialia eius in ſeruentiſſima charitate ipſius. ¶ Inſuper tam rigorofiſſimā duxit vitam, tam ſeruētiffimis orationibus inſiſtebat, quòd etiam pro maximis ſuffeciſſet exceſſibus. Hinc ſcriptum eſt, quòd puer creſcebat & cōfortabatur ſpiritu, & erat in deo ſertis vſque ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſraēl. [Præbuit hirtum tegimen camelus artubus ſacris] In hoc verſu compendioſè deſcribitur aſperitas Ioannis digniſſimi in veſtitu & victu. Itaque camelus præbuit, id eſt materialiter exhibit, tegimen hirtum. i. operimentum indumētale piloſum, artubus ſacris, id eſt ſancto & innocenti atque mundifiſſimo corpufculo ſancti Ioannis ac membris eius, qui eminentiſſimè fuit

Lucæ. 1.

Lucæ. 1.

Exod. 17.

Lucæ. 1.

Lucæ. 1.

Ibidem.

Lucæ. 1.

Nazaræus, id est deo consecratus, non vsus vino aut sicera, [*Sitrophium bidentes*] id est oues exhibuerunt cingulum lumbis eius, hoc est, quod vestis eius fuit ex pelle cameli seu ex pilis cameli, contexta zona ex ouium pelle. Hinc in Mathæo scriptum est, Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. [*Cui (Ioanni) latex*] id est aqua præbuit. [*Haussum*] id est potum, quem & sobriusimè fumpit [*Sociata pastum, mella locustis*] id est mella iuncta locustis præbebant eidem pastum, id est necessarium victum. Vnde in Marco atque in Mathæo habetur, Et cæcis erat locustæ & mel syluestre. Atque, vt aliqui opinantur, locusta hic sumitur pro herba deserti instar locustæ disposita: non pro animali. Quia (vt dicunt) sublimis iste Ioannes carnibus non vescabatur. Consequenter tangitur excellentia sancti Ioannis præ aliis vatibus. [*Ceteri tantum cecinerunt vatium*] id est reliqui prophetarum veteris testamenti cecinerunt tantum, id est prædixerunt, [*Corde præfago*] id est sapienti, futurorumque præscio, [*lubar affuturum*] id est regem Messiam, qui tunc erat venturus in carnem, & modo futurus est ad extremum iudicium. Hinc in Actibus princeps ait apostolorum, Omnes prophete præ nunciabant de Christo. De quo & in Genesi sanctus Iacob vaticinatus est euidenter, Non auferetur, inquit, sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est. De quo & ipsum Enoch prophetasse, insinuare videtur sanctus Iudas apostolus in sua canonica, [*Tu quidem mundi scelus auferentem indice prodis*] id est tu certè deo Ioannes indice prodis, hoc est, digito demonstrasti auferentem scelus mundi, id est Christum qui abstulit peccata generis humani. Hoc fundatur in eo, quod est apud Ioannem, Vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. [*Non fuit vasti spatium per orbis*] id est per amplitudinem terræ, seu in orbe terrarum vasto seu magno, non fuit [*sanctior quisquam genitus ioanne*] loquendo de viris seu masculis ex complexu genitis maritali. Per quod Christus ex virgine natus, & ipsa sacratissima virgo excipiuntur. Istud fundatur in verbis Christi in euangelio protestantis, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Itemque, Quid existis in desertum videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam prophetam, [*Qui nefas seculi meruit lauante tingere lymphis*] hoc est, qui Ioannes meruit, vel de congruo vel de condigno, lauante nefas seculi. i. Christum mundantem & auferentem scelus mundi iuxta illud Apocalypsis, Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: tingere lymphis, hoc est, baptizare in aquis, vt omnes quatuor Euangelistæ concorditer scribunt. ¶ Obiter hic incidit quæstio, Quomodo Ioannes id agere meruit, cum ipse dixerit, Non sum dignus, vt procumbens solum corrigiam calciamenti eius. Et respondendum, quod Ioannes ex se & secundum naturalia sua, non erat dignus deum incarnatum sic tangere & lauare. Attamen in quantum in hoc mouebatur à charitate eximia & actuali motione spiritus sancti, dignus fuit ad hoc, cum & deuoti sacerdotes hoc modo digni dicantur cōsecrare & sumere, tractare & ministrare corpus & sanguinem saluatoris. Imò & homines virtuosus promereri dicuntur hoc modo etiam de condigno vitam eternam. ¶ O tu Ioannes [*Nimix felix*] hoc est, valde beatus in terra existens spe & merito, nunc demum in patria re & præmio: & tantò felicior, quanto & sanctior. De quo sancti atque beati prædixerunt prophete Esaias & Malachias. Esaias. 40. cap. Vox (inquit) clamantis in deserto. Malachias autè. 3. cap. Ecce mitto angelum meum, [*Meritque celsi*] hoc est, præclari meriti in hoc mundo, tam quo ad præmium essentiale quam quo ad accidentale obtinendum: & tantò meriti celsioris, quòd eras in charitate & eius feruore perfectior, qui die & nocte in eremo excellentissimæ contemplationi vacabas, quasi indefinenter modicissimo, somno contentus, [*Nesciens*] hoc est, nunquam habens [*Labem*] id est maculam culpæ mortalis, [*Nivei pudoris*] hoc est, mundissimæ castitatis, [*Præpotens martyri*], i. athleta fortissimus, [*Eremitique cultor*] hoc est eremita & anachorita, [*Maxime vatium*] quantum ad hoc, quod christum digito demonstrasti, & quoniam Christum venisse exangelizasti, quasi Apostolus eras. ¶ Porro de varia comparatione prophetarum ad inuicem, quantum ad excellentiam, prolixus est sermo: de qua re in aliis pluribus locis tractatum est, idcirco pertransseo. [*Serta ter denis alios coronant Aucta crementis*] Seta, hoc est ornamenta quædam præmij accidentalis correspondentia munditiæ castitatis, aucta crementis ter denis, hoc est multiplicata fructu tricesimo, coronant alios. i. ipsos coniugatos, coniugali continentia ex charitate decoratos præmiant & perornant, sicut sertum factum de floribus ornat diadema regium superpositum capiti regis, [*Duplicata quosdam*] hoc est seta sexies denis crementis aucta, hoc est fructus sexagesimi aliquos ornant, vtputa deuotos vtriusque sexus continentia viduali succitos. [*Terna centeno cumula fructu*] id est tria seta cumula fructu centeno, id est aucta fructu centesimo, [*Te sacer ornant*] hoc est de sancte Ioannes, qui non solum decoraris fructu centesimo pro tua continentia virginali, sed aureolis quoque martyrum & doctorum, quæ duæ aureolæ pulcherrime ferti centesimi fructus, quia seinuicem fulciunt. Istud de triplici fructu sumitur, ex eo quod Christus in Euangelio apud Mathæum & apud Lucam loquitur, Semen cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum, aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum. Semen nanque est verbum dei quod predicatur, cuius fructus est spiritualitas quædam in audientibus, ex verbi illius fermentatione exurgens, sequens & oriens, quæ spiritualitas dicitur fructus, ad quem verbi prædicatio ordinatur, estque continentia & abstractio à carnalibus atque venereis: & est triplex, videlicet coniugalis, vidualis & virginalis, prout super quartum Sententiarum diffusius est inductum, & in opusculo de vita laudabili viduali. [*Nunc potens nostri meritis opimis*] hoc est tu (de gloriose Ioannes) qui potens es nos iuuare, meritis opimis, id est tuis exuberantibus ditissimis meritis, [*Pectoris ludos lapides repelle*] id est intercedendo impetra, vt deus repellat & tollat à nobis lapides duos, pectoris, id est vitia cordis indurata, rebellionem, & proprii sensus immanitionem, carnalitates, praua proposita, & cuncta quæ obicem ponit spiritui sancto, ac emollitionem, compunctionem, ac obedientiam cordis impedit, [*Asperum planans iter*]

A id est viam distortam rectificans operationemque duram emolliens, quemadmodum prædicasti. Parate Marci. i. viam domini, rectas facite in solitudine semitas dei nostri, [*Et reflexos dirige calles*], i. operationum processus à rectitudine æquitatis aberrantes, non rectè directos ad vltimum finem, sed ad propria commoda ac honores retortos, rectificata corrigendo tales processus, vt recti processus succedant. Hoc agit S. Ioannes dispositus orando & procurando, vt fiat à deo. [*Vt pius mundi sator & redemptor*] id est Christus benignus mundi fundator ac liberator, [*Menibus pulsa luuione puris*], Rite dignetur veniens sacros ponere gressus] Ordo verborum est, vt redemptor veniens itè. i. gratiosè adueniens dignetur ponere in nobis gressus sacros. i. profectus virtutum ac processus ad patriam ordinatos ad gloriam dei, & hoc menibus puris. i. cordibus nostris purificatis, luuione. i. vitiorum tumore, infectione, cōfusione subfannatione pulsa. i. extirpata & abiecta ab animis nostris. [*Laudibus ciues celebrant superni Te deus simplex pariterque trine*] id est deus in essentia simplex & vnus, pariterque pro & de trine. i. tu qui trinus es pariter in personis, ita quod vnitas illa ac trinitas simul stant, nec inuicem sibi repugnant, vt apparet incredulis, ciues superni. i. beati commorantes in paradiso cælesti celebrant, hoc est solenniter colunt & extollunt, te laudibus magnificatissimis eorum beatificæ visioni proportionatis. [*Supplices et nos veniam precamur*] hoc est, nos quoque viatores adhuc miseri, in medio periculorum fluctuantes, qui omnes in multis offendimus, precamur veniam, id est remissionem culpæ ac gratiam, [*Parce redemptor*] vt non obstantibus nostris peccatis tuæ passionis consequamur effectum, Amen. Ex his innotescit mira excellentia sanctitatis ac dignitatis sacratissimi & præamabilissimi Ioannis Baptistæ. De qua sancti & deuotissimi patres gloriosi doctores magna & prorsus sublimia sunt locuti. Præsertim aureum illud os Ioannes archiepiscopus, Maximus quoque episcopus. Sed & præelectus Bernardus, specialiter in sermone quem de duodecim prærogatiuis excellentissimi huius compilauit Ioannis. His ergo, quæ aliàs satis constant, ommissis, aliquid pro nostra excitatione exhortando poterit tangi, Ecce homo iste angelicus, qui & diuinitus per prophetam angelus est vocatus: in vtero eminenter sanctificatus, atque in gratia roboratus, sapientissimè metuens ne inter homines conuersando, non solum in venialia assidue laberetur, verum etiam à spirituali impediretur profectu, & à contemplationis puritate, frequentia, ac ardore retraheretur: mox vt adultæ ætatis robur aliquantulum est sortitus, fugit in eremum, solitudinem est ingressus, in deserto commorari exorsus est: nec ferarum horrore, neque latronum formidine, neque inuisibilium hostium importunitatibus est retractus. Illic innocentissimum atque mundissimum suum corpusculum tanto penitentialium operum tractauit rigore, tot & tantis afflictionibus castigauit: quasi iam ante cunctis fuisset sceleribus implicatus, inquinatus, corruptus. Nuncne patriarchalis caro feruentissimi pueri super nudam humum ad soporandum paulisper extitit reclinata? Quo putas vsus est puluinar? Nuncne probabile est, quod instar Iacob patriarchæ supposuerit lapidem capiti suo? Vel forsitan (vt de nonnullis in Vita patrum ac alibi legitur eremitis ac aliis magnis sanctis) stando, seu ad arborem appodiando, aut aliquantisper sedendo modicissimum quid somni admisit, vel potius passus est, præuentus & necessitate oppressus, ¶ Deinceps si verum est, quod Abbas depromptit Arsenius: sufficit mo nacho vna hora pro somno, si tamen operarius sit: puto quod infatigabili ac feruentissimo operario huius Ioanni suffecit pro somno media hora. ¶ Insuper si & admirabilis illa Maria Aegyptiaca adhuc turpitu dini vacas, multas noctes in obscenitatibus suis duxit infomes, & vti que multo plures in contemplationibus, orationibus ac laudibus supergloriosissimi dei cõuersa & in deserto cõuersans: nuncne multo credibilis est sanctissimum hunc Ioannem plurimas noctes transgressisse somni expertes? Quid iam de eius ab stinentiis, ieiuniis, asperitate vestitus, silentio, dignum poterit enunciar? Certè tanta erant ac talia, quod nullus trium euangelistarum dimisit ea intacta. At verò de internis & spiritualibus exercitiis eius quid imaginari, vel potius somnari poterimus? Nuncne quò innocentior fuit & gratia plenior, quò item corpus habuit subiectius rationi atque ab omni petulantiâ amplius alienum: quò rursus in charitate perfectior ac de mysteriis redemptionis humanæ illuminatior, eò in contemplationibus fuit sublimior, in excessibus mentis frequentior, in secretissimis super sanctissimæ deitatis amplexibus, deo cõsolationibus, & increate ac in fine suauitatis illius degustationibus, familiarior, profundissimè prorsus absorptus in infinitas opulentiæ felicitatis ac gloriæ eius? Nuncne & affectuosa & pura mès eius habitauit continuè & requieuit dulcissimè in superplendensima & superferentissima regione illa impermacabili atque plenissima, penitusque interminabili lucis ac gloriæ summæ, abyssalis, supercelsissimæ & æternæ? Certissimè hic amantissimus domini habitauit cõfidenter, & in eo quasi in thalamo tota die moratur. Quid ad hæc dicturi sunt Christiani gulosi, carnales, acediosi, corpora sua vitia inquinata, cadaueribus viliora, delicatè molliterque tractantes, pretiosè induentes, pomposè ornantes, dormientes in lectis eburneis, & lasciuientes in stratis suis: qui super contritione pauperum nihil dolent, imò potius egenos & impotentiores opprimunt & deuantant. Et hos dimittamus, & eos qui beati Ioannis exemplo solitudinem sunt ingressi, solitaria vitam professi, & in cellis tanquam in antris cõmorantur, modicè alloquamur. Certè beati sunt qui profectionem suam inuolantam obseruant, si cellæ ac solitudini debitum reddant. Si tantò syncerius, stabilius, fructuosius vacant deo, quanto præ cæteris se corporaliter elongauerunt à seculo. ¶ Præterea si (quod ab his) mundum intra se retinent clausum, si ad ea quæ seculi sunt, denuo afficiuntur, si non solum subesse & obedire grauius ferunt, imò & primi illius apostatæ vestigia imitant, præesse fatuissimè cupiunt, atque cõfratribus anteferri, præsiderè que moliantur, si linguam loquacitati, vtrè in gressu solitari, cor dissolutione ac leuitati resoluunt, si diligit somnum, passionibus que succumbunt, nec continuo profectui dignè insistant quotidie, vt tenentur, & eorum includit profectio, nuncne duplici contritione, multiplici cõfusione, grauissima damnatione sunt digni? Simus ergo de fratres, indefinèter ac summè solliciti: ne deum & creatorem nostrum altissimum, saluatorem piissimum, iudicem metuendissimè,

in aliquo offendamus: ne vllam tēporis horam aut morulam in fructuosè pertranſeamus, ne fratri alicui offendiculum ponamus aut scandalum. Indefinenter intra te dicito, Viuit dominus, in cuius conspectu ſto hodie. In omni loco & tempore, in omni actū & occupatione, in menſa & lectulo, ſapienter aduerte & cogita illum eſſe præſentem: & coram illo indecenter te habere maximè erubeſce. Sanctæ ſobrietati & corporis caſtigatiōis rationabiliter ſtude. In horis & laudibus dei, in oratione & celebratiōe ſtabilis ac deuotiſſimus eſto. ¶ Poſtremò, videntes quantum conuerſatiōe noſtra à patrum noſtrorum conuerſatione (heu heu heu) diſter, deficiat, lapſa ſit, & occumbat (proch dolor) & ſuccumbat, intimè doleamus, ploremus, atque in infinitum nos ipſos aſpernemur, humiliemus, & quaſi ſub terra nos defodiamus, coram altiſſimo apparere erubeſcentes. Quis ſcit ſi ignoſcat deus, & non pereamus? ſi tamen reſiſcimus, & compunctiōni, atque cuſtodie cordis ſtrenuè inſiſtamus, ac iuxta exigentiam noſtræ vocatiōis conuerſari dignè deo iugiter enitamur. Ad quæ omnia peragenda ſacraſſimum hunc Ioan- nem affectuoſè rogemus, ac ſemper in ſpeciali amore præcipuè que habeamus hon ore.

De Beata Virgine Maria ad vesp̄as, Hymnus.

¶ Laudatur in eo ſacroſancta virgo Maria, quòd ab angelo caelitus miſſo ſalutata, dei mater eſt effecta, denique rogatur, vt nobis materna oſtendens viſcera, filium reddat placatum atque benignum.

¶ Author incertus. Carmen trochaicum trimetrum, non excultum.



**A** *Ve maris stella*] hymnus iſte in ſolennitatibus ſacraſſimæ virginis decantatur. In quo primùm ipſam præſtantiſſimam noſtram dominam ſalutamus & collaudamus, ad captandam beneuolentiam eius, imò potiùs ad honorandum eam in domino, quia poſt verum deum ſummè ac vnice eſt amanda ac honoranda, vt puta vera mater illius, per quod conſtituta eſt dignitatis & excellentiæ quodammodo infinitæ, ſicſta comparenſis patri æterno, veraq̄e genitrix vnigeniti filij, patris ſummi, ſamiliariſſimum amatiſſimumque ſacrarium, templum, & tabernaculum ſpiritus ſancti, & tanta demum ac talis in omni excellentia gratiæ ac virtutum, in varijs chariſmatibus adorandi paraleti, qualem ac quantam condecuit eſſe matrem dei, deorum reginam, & imperatricem vniuerſorum ſanctorum, de qua ſanctus & feruens ille Ignatius ſuo ſcripſit præceptor Ioanni Apoſtolo, *Quem non delectet eam videre*, quæ deum deorum permanens virgo genuit nobis? ſi tamen ſit noſtrę religionis amicus. Itaque deuota ac hilari mente dicamus atque cantemus, *Aue maris stella*. Hæc eſt ſalutatio congratulationis, quia ſic eſt magis quàm deprecationis, vt ſic ſit. Nempe hæc vnica & incomparabilis virgo nunc verè eſt ſine omni vā, ſine omni miſeria culpæ ac pœnæ. Et vt deuotiſſimus eius amator ſanctus teſtatur Bernardus, *Luci inaccessibili ſuperdelitioſiſſimæ ac ſuperpulcherrimę deitati tam profundiſſimè eſt immerſa, quantum ſine personali vnione conditio patitur creaturæ. Cui verſificator quidam compendioſa ſalutatione deſcripſit, Felix mater aue qua mundus ſoluitur à vā. Quæ genitrix Euxæ, vā facis eſſe breue.* Itaque quòd te (ò ſereniſſima domina) magis diligimus, eò maiori congratulatione ac complacentia tibi proferimus, tēque ſalutamus, dicentes, *Aue maris stella*, quæ conuenienti valde metaphora ſtella maris vocaris. ¶ Porro, in primis ſtella meritò appellaris. *Stella* vtique radiantiſſima cæli empyrei, quæ totum illum orbem ſupermundanum, paradifiſum ſupremum, triumphantem eccleſiam, ineffabiliter oras, pulcherrimè, illuſtras, exhilaras: nec eſt ibi ſtella te pulchrior, niſi vnigenitus tuus, qui in Apocalypſi ſatur, *Ego ſum genus & radix David, ſtella ſplendida & matutina.* Deinde ritè nominata eſt ſtella maris, quemadmodum enim ſtella illa ſirramenti, quæ polus arcticus nuncupatur, ſtat quaſi fixa, immobilis, dirigens nauigantes, ad cuius aspectum nauatæ in periculis conſolantur, & quo ſe vertere debeant, contemplantur: ſic miſeri viatores in hoc ſeculo nequaquam tanquam procelloſiſſimo, & inquietiſſimo oceano fluctuantis & periclitantes, ad te ò miſericordiſſima aduocata, ò mater dulciſſima, ò tutum ſideliſſimūque refugium, dirigunt in omni periculo deſolatum mentis intuitum, & ex tui ſpeculatione conſolantur, respirant, confiſunt, atque à te clementiſſimè aſpiciuntur, iuuantur, diriguntur, ſicque ad portum pertingunt ſalutis perpetuæ. [*Dei mater alma*] id eſt ſancta genitrix vnigeniti dei patris, qui cum eſſentialiter ſanctus ſit & ſanctitas infinita in deitatis ſuæ natura, non niſi ſanctiſſimam voluit matrem habere: tanto ſanctis ceteris ſanctiore, quanto genitricem ſancti ſanctorum deicit ſamilis & ancillis eiufdem ſancti, imò ſanctiſſimæ matris illius conſiſtere ſanctiore. Etenim vniuerſi ſancti, qui vtique miniſtri ſunt, vel ancillę eiufdem ſancti ſanctorum, etiam ſunt miniſtri aut ſamilæ matris illius, i. genitricis dei & creatoris ſui, quæ priuilegio, iure & authoritate maternitatis ſuę, qua mater eſt veri dei & comparenſis æterno patri, præeſt ac præcipere poteſt omni creature in cælo & in terra. [*Atque ſemper virgo*] proſus ſuperpurifiſſima, in qua nunquam inordinatus quis fuit affectus, cogitatus aut motus: virgo ante partum, in partu, & poſt partum [*Felix celi porta*] Non tam eminenter vt mundi ſaluator filius tuus, ſed diſpoſitiuè & cooperatiuè, quia per te & ex te natus eſt nobis celi apertor, & tu meritis tuis copioſiſſimis & efficaciſſimis precibus gratiam & ingreſſum regni mereris. Iterum per præclariſſimam virginem (vt canat Eccleſia) meruimus authorem vitæ ſuſcipere. Ipſa quoque eſt mediatrix noſtra, & reconciliatrix piſſima, ſicque rectè dicitur celi porta, hoc eſt, via & medium introeundi in regnum. ¶ Amplius, ſicut per Euam clauſa fuit porta paradifi terreſtris, quæ tamen per tranſgreſſionem Adæ clauſa fuit directè & conſummate, ſic per virginem glorioſam aperta dicitur porta cæli, quæ per Chriſtum completè & propriè dicitur reſerata, vt dictum eſt ſupra. O Maria [*ſumens illud aue*] id eſt ſalutationem angelicam nunquam ante audiam: [*Gabriels ore*] qui in aſſumpto corpore viſibiliter tibi apparuit, ac loquebatur in plena vigilia, ſicut & Danieli ac Zachariæ, quorum nullum tam ſolenniſſimè ſalutauit, vt te [*Funda*] id eſt

Apoc. 22.

Lucæ. 1.  
Dan. 8. 9.

**A** firmiter colloca & conferua [*Nos in pace*] peccatoris, quæ eſt tranquillitas mentis in deo: de qua legitur, *Lucæ. 1. Pax multa diligentiſſimè legè tuam.* In pace quoque temporis quæ eſt quietas à viſibili hoſtium ſue pertur pſalm. 118. bationum impugnatione nos tene. Vnde dixit apoſtolus, cum omnibus hominibus pacem habeat. Et ſal Rom. 12. uator, *Pacem habete inter vos.* Verùm quæcumque aduerſitas, perſequutio, correptio, exercitatio accide *Marci. 9.* rit nobis, nequaquam à pace peccatoris retrahamur. Imò in aduerſis tãquam in cunctis diuitiſſis gloriantes, pacem mentis noſtræ in poteſtate aliorum nullatenus ſtatuamus: ita, quod ipſi dum voluerint, valeant nos turbare. [*Mutans nomen Euxæ*] quæ mater perditionis & doloris vocatur: tu autem mater ſalutis & gaudiij. Denique literæ huius nominis, *Eua*, tranſpoſita, compaginant verbum hoc, *aue*. [*Solue vincula vels*] hoc atque ſequentia piſſima ac potentiſſima domina operatur, non vt cauſa principaliter effectiua, ſed inſtrumentaliter & procuratoriè ac mediatoriè cooperatiua. Excellētus tamen, quod alij ſancti & ſanctæ: ſi quidem regnū miſericordiæ perhibetur ei commiſſum, propter quod regina miſericordię nuncupatur, mater gratiæ ac ſalutis: quoniã prærogatiua & iure maternitatis dei ſubauthoritatem quandam in iis creditur eſſe ſortita, quemadmodum Chriſtus ſecundum naturã aſſumptam in ſacramentorum effectibus, ſecundò doctores ſuper quartum ſententiarum. Itaque ò Maria, ſolue. i. diſſolue, relaxa, aufer vincula vitorum reſ. i. peccatoris à vinculis iniquitatum ſuarum meritis tuis ac precibus libera, remiſſionem ac gratiam inſignitatem impetrando. Etenim nihil vult nos deus habere, quòd nõ tranſeat per manũ Mariæ, Ideo quicquid boni in nobis eſt, per eam recognoſcamus nos ſuſcepſiſſe, & ei inde gratias referamus in deo tanquam mediatrici. [*Profer lumen cæcis*] id eſt ex cæcitate per peccata hominibus produc & impetra illuminationem gratiæ dei, vt ſua cognofcant, doleant, deſteant, conſiteantur, deuſent peccata, & ſua aduertant pericula, vitæ incertitudinem, temporis breuitatem, diuini iudicii rigorem ac cætera memorentur, prouideantque nouiſſimas: & ita illud Eccleſiaſtici adimpleant, *Memento nouiſſimorum tuorū & deſine inimicari: nec irascaris pximo, & abſtine te à lite.* [*Mala noſtra pelle*] id eſt mala culpæ à nobis auelle, pœnas quoque quas pro eis mereremur, miſericorditer moderare: quatenus deus non ſecundum peccata noſtra faciat nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuatur nobis. [*Bona cuncta poſce*] .i. poſtula nobis dari omnia neceſſaria ad ſalutem, bona gratię in præſenti, ac dona glorię in futuro, profectū in omni virtute ac dono ſpiritus ſancti, ſicut orat apoſtolus, *Deus ſpei vos repleat omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in virtute & gratia ſpiritus ſancti.* Sicque illud ad Corinthios verè dicitur de nobis, *In omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſcientia: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia.* [*Monſtra te eſſe matrem*] id eſt tam magnificè ac potenter, tam gratioſè & maternaliter agendo nobiſcum, per hos effectus oſtende te eſſe matrem filij dei, qui tot & tanta propter te operando, pandit ſe te honorare & exaudire, vt matrem ſuam digniſſimam atque chariſſimam: ſic quoque ſuccurrendo nobiſcum, per hos effectus oſtende te eſſe matrem noſtram, tam maternè nos reſouendo, [*ſumat per te preces*] id eſt per te preces noſtras exaudiat, [*Qui pro nobis natus tulit eſſe tuus*] id eſt vnigenitus dei qui vnigenitus pro noſtra ſalute tulit, id eſt dignatus eſt & conſenſit eſſe natus, id eſt filius tuus: ſicut hoc ſupra in primis hymnis expoſitum eſt. Cũque, ò beatiſſima virgo, propter nos & cauſa noſtra ac p noſtra ſalute tam incomprehenſibiliter ſublimata ſis, & veri dei vera mater effecta: decentiſſimum eſt, te nobis miſericordiſſimam eſſe, ac debito concedentiæ, mortalitatiſque iure, ac congruentia ad hoc quaſi aſtringi videris. O [*virgo ſingularis*] id eſt ſumma & vnica in virginitate, ſicut in cæteris quocumque virtutibus proſtus pro cunctis puris hominibus excellentiſſima: prout modò expreſſum eſt. Vnde ſubiungitur, [*inter omnes mitis*] id eſt præ cunctis ineffabiliter manuſeriſſima, nunquam ad vllum iracundiæ motum inducta. nec vlla impatientia ſtimulata aduerſus eos, à quibus vidisti vnicum & ſuperdilectiſſimū ac præinnocentiſſimum filium tuum totum & tanta perſerre, & tandem mortem acerbiſſimam ſuſtinere, [*Nos culpis ſolutos*] id eſt merito paſſionis filij tui à vitiiſ liberatos, quantum ex parte ipſius eſt, & per te veniam aſſequutos, [*Mites fac & caſtos*] id eſt virtutes has, caſtitem ac mititem impetra nobis, ſeu profectum in eis, perſeuerantiam, & conſummationem finalem in ipſis. Magnæ quippe ſunt iſtæ virtutes, cùm in Eccleſiaſtico ſcriptum ſit, rili in manuſtudine opera tua fac, & ſuper omnem hominam gloriam diligeris. Itemque, *Omniſ ponderatio non eſt digna cõtinentis animæ.* [*Vitam præſta puram*] id eſt conuerſationem deo acceptam, à peccatis præſertim mortalibus immunem, vt in cælis ſit conuerſatio noſtra, quæ ſurſum ſumit quærendo ac ſapiendo, non carnalia & terrena, [*iter para tuum*] id eſt diſpone nobis ſecurum acceſſum ad filiū tuum: ita vt taliter conuerſemur, quòd ſine reſiſtentia perducamur ad eius præſentiam, nec ſepareremur ab eo. [*Vt videntes reſum*] per beatificam viſionem, quo ad eius deitatem & quo ad naturam aſſumptam, quo ad accidentaliam præmii perceptionem præcipuam: prout iſtud ſupra clarius ſuit expoſitum, [*Semper colletemur*] id eſt perpetuò iucundemur in ipſo & cum ipſo in patria: quemadmodum in prima ſua eſtatur canonica apoſtolorum ſupremus, *In Chriſtum nunc non videntes creditis, videntes autem exultabitis lætitia inenarrabili & gloriſicata, reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum veſtrarum.* [*Sit laus deo patri, ſummo Chriſto decus*] id eſt decens veneratio, vt puta latrę cultus. Dicitur autem Chriſtus ſummus, non quod patre aut ſpiritu ſancto ſit maior, ſed ne ratione aſſumptæ naturæ minor putetur ſimpliciter, quamuis ſecundum illam ſit minor, quemadmodum ipſe loquitur, *Pater maior me eſt.* Et rurſus, quoniã pater & Chriſtus ac ſpiritus ſanctus ſunt vnus ſummus, non tres ſummi: ſicut ſunt vnus impenſus, non tres impenſi, [*ſpiritus ſancto*] ſupple, ſit laus, & decus, ſicut patri & filio, [*Tribus*] ſubaudiſi perſonis, [*Sit honor, vnus*] id eſt idè & indiuiſus, ſeu eadem adoratio: ſicut pater vnus deus, & vnus creator. Veruntamen ſicut ſunt tres perſonæ: ſic qualibet earum poteſt ſigillatim adorari & honorari. Nam in miſſæ officio orationes ſpecialiter diriguntur ad deum patrem. Et in hymnis atque ſequētis ſpecialiter inuocamus ſpiritum ſanctum, dicendo, *Veni ſancte ſpiritus, & emitte cælitus lucis tuæ radium, &c.* Item, ſancti ſpiritus ad ſit nobis gratia. In hymno quoque, *Veni creator*

Bernard.

Eccle. 28.

Roma. 15.  
1. Cor. 1.

Eccle. 3.

Eccle. 26.

1. Petri. 1.

Ioan. 14.



spiritus. præterea hymnum istum de sacratissima ac suauissima regina ac domina nostra, cum deuotione, seruore & alacritate depromamus tantò maiore, quantò ipsa vnica ac incomparabilis domina ceteris sanctis est sublimior, nobisque amabilior. Nempe cum vnumquodque tantum habeat de amabilitate, quantum de bonitate: & tantum de honorabilitate, quantum de autoritate, dignitate ac maiestate: tantum quoque de suauitate, quantum cõuenientia constat, quòd quantò beatissima virgo hæc ceteris sanctis vniuersis perfectior, sanctior, maior & dignior est: tantò illis amabilior, honorabilior, suauiorque consistit. Si ergo tam vehementer diligimus illusterrimam Catharinam, regalæ ac speciosissimam Virgulam, & omnè eius felicissimam societate, imò & affectuosissimam ac contemplatiuissimam Mariam Magdalenam, & ardentissimè & specialissimè diligere nos oportet hanc vnica & amantissimam dei, cui tam inæstimabilis sanctitas & excellentia est præ omnibus illis? Certè (vt philosophi quoque fatentur) quantò est aliquid primæ causæ propinquius, tantò est ei in cunctis similis. Porrò Mariam hanc vnica deo altissimo indicibili liter esse propinquam præ ceteris sanctis, nõ solum hominibus, imò & angelis sanctis vniuersis, ambigere nequit neque negare, nisi qui nõ credit quòd ipsa sit verissima genitrix summi dei: quod qui non credit, aut conuertatur & credat, aut pereat in æternum. Ipsam ergo post verum deum præ omni creatura in esse creato subsistente (quod dico propter Christi humanitatem) summè amemus, iucundissimè laudemus ac salutem, reuerentissimè veneremur. Ipsa post deum sit spes nostra præcipua, consolatio maxima, refugium singulare. Ad ipsam tanquam ad stellam maris in omni tribulatione, tentatione, necessitate, perplexitate, fluctuatione aspiciamus, eam cum ingenti confidentia inuocemus, eius humilitatem, mansuetudinem, misericordiam, castimoniam, charitatem totis viribus iugiter assequamur. Postremò valde pertimescamus eam inhonorare, ne ipsa offensa destituamur tantæ aduocatæ, tamque benignissimæ matris auxilijs. Nam & si ipsa non facillè offendatur, nec prona sit vlcisici: attamen filius eius iudex supremus pro matre sua valde zelans, eius iniurias, inhonoraciones, paruipensionis districtè vlcisitur: & tantò districtius, quantò ipsa gratiosior, benigniorque consistit.

De B. V. Maria, ad nocturnum matutinum, hymnus.

Referuntur in eo præclara mysteria de partu filii dei: iuxta prophetarum vaticiniũ, ex Maria virgine, cuius prærogatiuas gratiarum & priuilegia diuinorum munerum profequitur.



**M**ysterium ecclesie Hymnum Christo referimus. [Mysterium ecclesie est sacrum & incomprehensibile illud secretum, quod credit ecclesia, seu populus Christianus videlicet sanctissima incarnatio verbi æterni, & cætera sacra, que Christus pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit: vt sunt natiuitas, circumcisio, oblatio eius in templo, institutio sacramentorum, potissimè Euchariætici, passio, &c. Hoc mysterium seu horum mysteriorum congeriem referimus Christo. i. ad laudem & gloriam christi, qui ita se exinaniuit pro nostra saluatione: hymnũ. i. materiam & obiectum laudum & anticorum, quas deus decantamus & offerimus Christo ac toti supersublimissimæ trinitati: quæ tam alto & pio consilio decreuit nos per hæc Christi mysteria redimere ac saluare. Vnde totis præcordijs gratias agimus & laudamus vnigenitum dei, qui tantò amabilior, honorabilior, ac preciosior nobis effectus: quantò plus se propter nos humiliavit, atque quò maiora ac plura pro nobis tolerauit opprobria & tormenta, irrisiones, conculcationes, blasphemias, mortisque iacula, [Quem] Christum [Genuit puerpera], quæ primo peperit puerum permanens virgo. Puerum planè in assumpta humanitate: de quo prædixerat Esaias, Puer nobis natus est. Secundum deitatis verè naturam, dominum maiestatis eterne. Propterea subditur, [Verbum patris in filium], virginis matris, vtputa sui ipsius. Nec duo sunt filij, sicut nec due personæ: sed verbũ æternum in suo esse personali, increato, æterno substantiãcauit & suppositauit, hoc est subsistere fecit naturam humanam, vt secũ vnã faceret personam. [sola in sexu femina electa es in seculo]. i. ò magna & gloriosa Maria, tu sola in sexu femineo, hoc est inter personas femineæ sexus, electa es ab æterno à superueniente trinitate: in seculo. i. inter personas in hoc seculo conuersantes. Vel in seculo, quia in seculo isto assumpta es ad istud mysterium exequendum, ad quod ab æterno fuisti electa, [Et meruisti dominum] vniuersorum ex te incarnatum in annunciatione angelica, quando cõsentiendo dixisti, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Vnde angelus sanctus dixit ad Ioseph de te, Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. [sancto portare in vitro] tuo virgineo in ventre mysterij, in templo sacratissimo veri dei, in thalamo sponsi æterni, de quo dictũ est in primo hymno, Vti sponsus de thalamo egressus honestissima virginis matris clausula. In hymno quoque secundo, Procedens de thalamo suo pudoris aula regia. Sicque qui ab æterno mansit in sinu & corde patris, nouem mensibus habitauit in vtero virginæ atque mundissimæ matris. De quo sancta Elizabeth, Benedictus (inquit) fructus ventris tui. Nunc ergo beatissima viscera Mariæ virginis, que portauerunt æterni patris filium? Que portauerunt portante se, qui cum sit splendor gloriæ & figura. i. imago substantiæ. i. supersubstantialis dei patris, portat omnia verbo virtutis sue. i. præcepto sue omnipotentie. Sic & se incarnari & in vtero suo portare filium dei meruit præclarissima hæc Maria de congruo magis quàm de condigno. Et quãuis per vniuersas suas excellentissimas virtutes istud meruerit suo modo, specialiter tamen & appropriatè ac dispositiue per suam profundissimam humilitatè, qua se sub vniuersis humiliavit hominibus, & ineffabiliter magis quàm aliquis vnquã purus homo deinceps: sicquæ tanta sua humiliatione meruit exaltationem hanc maximam. Deinde per suam mundissimam castitatem ac nimiam profusam puritatem, qua nituit: que tanta fuit, quòd (teste anselmo) maior sub deo nequit intelligi, puta sub eius filio deo vtique incarnato: cuius & creatam puritatem ac sanctitatem constat multò fuisse

Esai. 9.

Lucæ. i.  
Matth. i.

Lucæ. i.

Hebr. i.

**A** maiorem puritate suæ benedictissimæ matris. Consummatè verò id meruit sua ardentissima ac perfectissima charitate, id est actuali dilectione, qua zelo diuini honoris atque humanæ redẽptionis præ cunctis sanctis inæstimabiliter æstauit. [Vates antiquitatis prædixerant, quod factum est, quia virgo conceperet & pareret Emanuel] id est deum nobiscum existentem per nostræ naturæ assumptionem & cõuersionem suæ personæ. De hoc in primis duobus hymnis satis dictum opinor. [Mysterium hoc] incarnationis verbi æterni, & donum virginalis fecunditatis maternæ, [Magnum est] magnitudine virtutis ac gratiæ, magnitudine potestatis diuinæ & prærogatiuæ humanæ [Mariæ, quod concessum est] à deo omnipotente, [Vt deum per quem omnia] id est verbum æternum, de quo fertur in Ioanne, Omnia per ipsum facta sunt. Et hoc certè, non vtique sicut per causam ministerialem & secundariam patre inferiore, vt sceleratissimus mētus est Arrius: sed sicut per eum cui ratio exemplaris causæ appropriatur. [Ex se videtur] id est crederet & contẽplaretur, [Prodere] id est procedere. Egressus quippe Christi ex vtero virginis instantaneus extitit, nec corporaliter videbatur à matre: sed natum & ante se in terra fixum omnium creaturarum dignissima, præstantissima virgo mox hilariter vidit, deuotissimè adorauit, & paulò post in brachijs suis intrinxit, inuoluit, atque in præsepio reclinauit: quem & proprijs manibus suis leuauit de terra, cum cepisset algere. Denique tria opera maxima summè miranda deus effecit: quæ sunt creatio mundi, incarnatio verbi, & transsubstantiatio panis & vini in corpus & sanguinem Christi. Et quærunto doctores, quòd horum maius mirabilisquæ consistat. Ad quod quidam super secundum Sententiarum, aliqui super tertium, nonnulli super quartum (vt Thomas) respondent. **Quære ibidem.**

Esa. 7.

Ioan. i.

De beata virgine Maria ad laudes matutinas, hymnus.

Gratulatur in eo virgini Mariæ dulcissimæ, quòd plena gratiarum eum genuerit gloriosa peccatoribus filium, quem pastores atque Magi creatorem omnium in Bethleem requirentes, melodijs confessi sunt & muneribus: deinde ad piissimam dei matrem, vt populis suis pacis & indulgentiæ impetret auxilium, supplicatio dirigitur.



**V**ere gratia plena es] id est ò tu sacratissima virgo, plena es gratia, id est supernaturali dono ac habitu gratiæ, sumèdo gratiam extensè, prout gloriam ac lumen gloriæ includit ac comprehendit, secundum quod gloria dicitur gratia consummata. Et Apostolus protestatur, Gratia dei vita æterna. De plenitudine autem & excellentia gratiæ incomparabilis virginis dictum est, [Et gloriosa permansit] id est in perpetuum inuariabiliter felix, famosa, gaudiosaque perseueras, [Quia ex te nobis] id est ad nostram redemptionem atque salutem [Natus est Christus], secundum assumptam humanitatem, quoniam caro eius ex purissimis sanctissimæ virginis sanguinibus est formata, [Per quem] secundum suam diuinam naturam, [Facta sunt omnia], iuxta illud Ioannis, Omnia per ipsum facta sunt, vt frequenter est expositum. [Pastores qui audierunt] ab angelo eis dicente, Euangelizate vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie saluator, [Gloriam deo cantauerunt] iuxta illud Lucæ. Reuerfi sunt pastores glorificantes deum super omnibus, quæ audierant. [Cum curuerunt in Bethleem], iuxta illud, Venerunt festinantes, [Natum videre dominum. Sic magi ab ortu solis per stellam indicium,] qualiter factum sit hoc, Matthæus describit in quo habetur, Cum natus esset Iesus in Bethleem, ecce magi ab oriente venerunt, dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Etenim Christus multos Iudæorum, plurimòsq; Gentilium saluatorum, natiuitatem suam mox aliquibus ex Iudæis, ac quibusdam ex gentibus reuelauit. Hinc subditur, [Portantes tyrum gentium] id est repræsentantes figuram Gentilium, [Primi offerunt muneræ], aurum, thus & myrrham: Auro designantes personam regis, thus dei, myrrha morituri, prout de isto in aurea legenda & alibi copiosè habetur, nec huic immorari oportet. [Rogemus ergo populi] id est ò confratres & proximi rogemus [Dei matrem ac virginem, vt ipsa impetret nobis pacem] cordis & temporis atque æternitatis, [Et indulgentiam] plenam. Siquidem filius eius omnipotens eam honorans nil denegat ei, quod ipsa ex deliberatione absolute desiderat ac precatur. Denique, vt deuotissimus doctor religiosorum sanctus ait pater Bernardus, Securus habemus accessum. Nam mater ostendit filio pectus & vbera. Filius ostendit patri latus & vulnera: nec potest esse repulsa, vbi tot & tanta concurrunt charitatis insignia. [Gloria tibi domine] sancte pater æterne, gloria vnigenito, &c. Postremò hunc hymnum deuotissimè semper legamus & decantemus, memores mysteriorum, beneficiorumque saluatoris ac gloriosissimæ virginis, beatitudini, sublimationi, dignitati, ac omni eius excellentiæ tantò præcordialius cõgredientes: quantò intensius ac singularius eam diligimus. Et ita quotidie non tepidè & remissè, quasi ex arida & solita frequentatione: sed tantò gratantius & feruentius, quantò frequentius memores sumus eorum quæ in Christi natiuitate & apparitione facta cognoscimus. O quàm inæstimabiliter verbũ incarnatum impleuit deificissimæ virginis mentem, cuius sic impleuit, inhabitauitque ventrem: quam indicibiliter copiosam contraxit suauissima virgo charitatis exuberantiam, misericordiæ affluentiam, sapientiæ illustrationem, omniumque charismatum plenitudinem diuinorum ex fonte sapientiæ verbo æterno, sic intra se habitante, & sibi tam proximè applicato.

Roma. 6.

Ioan. i.

Lucæ. 2.

Ibidem.

Matth. 2.

D. DIONYS. CARTHVSIAN.

De beata virgine Maria ad horas diurnas, hymnus.

Commemorantur in eo filij dei incarnatio, eximia clementissimæ matris gratiæ, & misericordiæ Mariæ dignitas, ad quã postremò fidelit̃ fit supplicatio, vt eos precibus & meritis suis dignissimis hinc egredientes protegere, & ad gaudia perpetua deducere dignetur.


**M**emento salutis author. Dominus & saluator secundum vtranque naturam appellatur mundus saluator, & nostræ salutis author differet̃, vt patuit in duorum primorum expositione hymnorum, nempe vt deus, sic ipse & pater ac spiritus sanctus sunt vnus author, dator, obiectum, causa & fons nostræ salutis: verum secundum naturam assumptam, sic sicut ipse solus factus est homo, sic ipse solus est author & reparator ministerialis, meritorius, instrumentalis, mediatiuus ac imperatiuus nostræ saluationis, mediator dei & hominũ, qui satisfecit pro nobis, & aduocatus noster est apud patrem. Itaque ð Christus author humanæ salutis vtroque modo, quem oramus dicentes, Libera me de sanguinibus deus deus salutaris meo, memeto. i. exaudiendo nos gratiosè ostẽde te memorans, [Quod nostri quondã corporis ex illibata virgine nascendo formã sumpseris,] hoc est qd assumpseris quondam, videlicet in hora incarnationis, & vbi aduenit plenitudo temporis, imperate Octauio circa exordium vltimę ætatis mudi, formam nostri corporis. i. figuratiõem & lineamẽta corporis humani. Vel formã. i. naturam & veritatem corporis nostri, vtputa verã atque passibilem carnem humanam, non phantasticam, nec de celo allatam, sed nostræ cõsimilem, quantum ad essentiaẽ veritatem: non quãtum ad fõmitis corruptionem. Vel formã nostri corporis. i. animam rationalem, quæ humani corporis substantialis est forma. In eodẽ quippe instanti assumpseris corpus & animã, hoc est carnem animatam, nascendo ex virgine illibata. ¶ Duplex ponitur natiuitas. Prima in vtero, dum scilicet caro organizata & satis disposita suscipit formam substantialem: & tunc homo verè generatur. i. de non esse in esse producitur, & esse substantialem fortitur. Secunda natiuitas vocatur ex vtero, quia infans prodit ad lucem: quæ generatio est manifestatio generationis factæ in vtero. porro Christus assumpsit carnem & animam in vtero virginis, carnem ex purissimis sanctissimæ virginis sanguinibus. Animam autem à superbeatissima trinitate. Eodem demũ momento quo carnem assumpsit, fuit ipsa caro infinita dei virtute perfectè organizata, cõplexionata atque ab anima informata: sic nascendo ex virgine non sumpsit Christus corporis formam, nec animã rationalem: sed in virgine, nisi quantũ ad manifestationẽ. Idcirco quod dicitur, ex virgine, potest exponi in virgine: vel de forma corporis, quantũ ad completionẽ augmenti formationis illius. Præterea si hoc verbũ, sumpseris, referatur ad illud complexũ, ex virgine, non potest propriè exponi de forma substantialem corporis Christi seu anima rationali, quæ nõ fuit ex virgine sumpta. Si verò referatur ad hoc verbũ, nascendo, potest exponi de anima, iuxta modum nũc tactum. [Maria mater gratiæ] cõ effectiua causa gratiæ gratum facientis, nõ est nisi deus: cui proprium est creare, & gratia ipsa creatur & infundatur, quædam modũ charitas. Ideo Maria nõ est mater gratiæ per principalem causalitatem & autoritatem: sed per priuilegiatam potestatem impetrandi & procurandi ac dandi hanc gratiam, per modum mediatrici ac efficacissimę aduocatæ, ratione suæ maternæ sublimitatis, qua cõparentalis est patri æterno, & mater vera vnicigeniti filij eius: quod est dignitas quodãmodo infinita, vt dictum est. Est etiã mater gratiæ, quia præ cæteris sanctis multò frequentius, multòque pluribus ac copiosius eam impetrat & trãsfundit: & quoniã regnum misericordiæ ei commissum est. Vnde subiungitur, [Mater misericordiæ,] Ieo modo, quo mater est gratiæ, quoniã in te ipsa visceribus pietatis & misericordiæ affluis & superabundans: & quantũ in te est, pronissima semper es misereri, misericordiã impartiri, indulgere, exaudire, & omnẽ pietatis effectũ vndique exercere: sicq; de plenitudine tibi concessã copiosissimè communicare, nec aliquẽ miserum, quantũlibet impium, vitiosum ac vilẽ despicias aut relinquis, si ex corde inuocauerit. Sic ergo mater gratiæ & misericordiæ nominaris, sicut in tua persona illud Ecclesiastici dicitur, Ego mater pulchre dilectionis & timoris & agnitionis, &c. Specialissimè tamen mater gratiæ & misericordiæ perhiberis ob causas præhabitas, [Tu nos ab hoste protege]. i. ab omni diabolica tẽtatione defende, & ab omni inuisibili hoste: non vt penitus nõ tentemur, quoniã omnes qui deo placuerunt, per multas tẽtationes & tribulationes trãsierunt fideles: & qui nõ est tẽtatus, quid scit? nec coronetur, nisi qui legitimè certauerit: sed ne tẽtatione vlla vincamur: quod est nõ induci in tẽtationẽ. Protege quoque nos ab hoste. i. ab omni aduersario nostræ salutis, quantũ ad hoc quod aduersatur, vt nihil proficiat inimicus talis in nobis. i. caro, mundus, voluntas propria, fomes aut acies vitorũ. Protege ergo nos meritis tuis ac precibus, virtutẽque & gratiã resistendi ac præualendi in omni tẽtatione adipsẽdo ac tribuẽdo: quatenus deus sic faciat nobis prouetum ac triumphum in tẽtationibus cum cõs, & cõterat Satanã sub pedibus nostris velociter. [Et hora mortis suscipe]. i. in hora illa sub alis tuæ maternæ misericordissimæ pietatis & charitatis nos tanto specialius & inaccessabilius accipe, tene, cõserua: quantũ tunc maius extat periculu, maior necessitas, impugnatio grauior, natura debilior. Animas quoque nostras de corporibus suis egredientes clementissimè suscipe, deduc, induc: præsentata: & corã eo, quantũ fieri poterit, excusa, releua, cõsolare, nec purgatorio adiudicatis obstitas. [Maria mater domini æterni patris filij]. i. mater Christi, qui est vnigenitus filius patris æterni, [per opem]. i. impende auxiliũ [Nobis omnibus ad te cõsugientibus]. i. gratiam pœnitẽdi, proficiendi, perficiendi ac perseuerandi facelicer impetra nobis. [per tuũ, virgo, filiũ]. i. ð beatissima virgo, per ea & propter omnia illa quæ vnicus filius tuus pro nostra assumpsit, fecit, pertulitque salute, & eius amore atque intuitu, & ob omnem mutuum dilectionẽ eius ac tui, [per patrem, per paraclitũ]. i. propter amorem, bonitatẽ, & benignitatẽ patris ac tuũ & propter honore, laudem, & gloriã corundẽ, [Adis nobis præsens ad obitum]. i. in hora obitus nostri digneris nobis adesse piissimè, per misericordiarũ tuarum effectus, & omni modo tunc opportuno, [Nostrumque munus exiũ] repellendo infidias inimici, & misericordissimè assistendo in illo tam discriminoso extremæ necessitatis articulo: post quem nunquam est reditus pœnanti, &

Eccle. 24.  
Iudith. 8.  
Eccle. 34.  
1. Tim. 2.  
Mott. 6.  
Mat. 23.  
1. Cor. 10.  
Rom. 16.

IN HYMNOS.

**A** in mortali vitio decedenti ad misericordiã ac salutem, de lege communi, Confer ergo ð domina, & tũc ita alsiste, vt in charitate & gratia expiremus: quia in qua dispositione, affectione, conuersione, anima discedit à corpore, in ea manet perpetuo, prout Ecclesiastes testatur, Si ceciderit lignũ ad austrum aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Ideo (vt Damascenus expressit) quod angelis fuit casus, hoc hominibus est mors. Atque vt sanctus asserit Augustinus, In eo, hoc est in illa habitudine & dispositione, inueniet vnumquẽque extremus dies. i. dies iudicii, in quo cum inuenierit suos vltimus dies. [Gloria tibi domine.] Ecce hũc sententiosũ, affectuosissimũque hymnum cũ omni attentione, cõpunctione, feruore legamus, cõ grata recõlectã dominicæ incarnationis, cum reuerentiali cõsideratione excellentiã veneratissimę virginis, cum profunda ponderatione periculorũ nostrorum, cũ intenta atque assidua mortis memoria, & cũ præparatione ad eã idonea. Nõ illos sequamur, qui orationes & horas suas quotidianas ad tempus aliquantulũ spirituale deuote persoluerit, paulatim verò deinde tepescunt. Ad damus ergo quotidie ad profectum, ad spiritualẽ feruorem, ad sollicitudinẽ salutarem: & quò morti amplius propinquamus, eò in omnibus magis timorati, custoditi, solliciti ac feruidi simus: quia qui timet deum, nihil negligit. Nec eminetus possumus gloriosissimam virginem honorare, nisi corã præsentia filij eius taliter conuersam. Postremò, vt dignissimæ virginis misericordias taliter valcamus suscipere, fatigamus & nos in omnibus esse misericordes, non indignando, non vlciscendo, nec contra quemquam passionatẽ, pueriliterve rancorosum quid in corde gestando: nec vincamur à malo, sed vincamus malum in bono.

**B** Commendatur in eo miris præconiis sanctissima crux, in qua totius humanæ redemptionis sacramentum est consummatum. De S. Cruce, Hymnus. Author Fortunatus episcopus. Carmen trochaicum almanico & erupidio alternatim currens.



**Rux fidelis.** Qualiter crucem alloquamur, laudemus, salutem & extollamus, tãtum est in expositione hymni, Vexilla regis prodeunt. Itaque dicitur, ð crux fidelis, id est fideliter cooperans humanæ salutis, & habens verè illos effectus, qui ei ascribuntur: & hoc virtute Christi in ea suspensi, vt puta instrumentũ nostræ saluationis. Et rursum, crux vocatur fidelis materialiter, quia de ea pro parte est fidelis fidelium, quod scilicet per crucis patibulum dei filius nos redemit. Dicitur igitur crux fidelis ratione suorum effectuum, cuius fide atque signaculo ac virtute demones refrenantur, & innumerabilia mira ac magna fiunt & facta sunt, [inter omnes arbor vna nobilis] id est præ cunctis arboribus clara & efficax, non ex sua natura, ac specie, cum multæ sint arbores, præsertim in paradiso, ea nobiliores: sed ratione eorum quæ Christus gessit in ea, cuius sacratissimi corporis tactu crux ipsa nobilitata & consecrata est vehementer, ac sancti sui corporis perfusi hũmore, eo modo quo talium excellentiarum res inanimata capax potest consistere: in quantum diuina ordinatione ac iussione, assumitur, applicatur ac deputatur ad talia peragẽda tanquam medium instrumentale: quemadmodum de arca Moisi legitur. Denique quarundam corporalium ac naturalium rerum sunt miræ & magnæ vires, vt constat de herbis & gemmis nonnullis: atque in libro Tobie narratur de felle piscis, quantũ magis præstantissimum lignum crucis ex contactu & linitione deificatissimi corporis & sanguinis dei incarnati credenda est præclarissimas vires esse sortita. [Nulla sylua talem profert fronde flore germine] id est nullum nemus nec vlla terra, imò nec paradisi terrestres productarborum tam præclarã & efficacem, propter supernaturales excellentias & virtutes cruci concessas: per quam & sublimia valde miracula in eius inuentione & exaltatione sunt facta. Porro frondes, flores & germina sanctæ crucis sunt spiritualiter intelligenda: quanquam & arbor illa adhuc terræ infixã, habuerit corporaliter ista. Nam & brachia crucis, quibus sanctissima Christi brachia erant affixa, sunt quasi frondes ipsius: spiritualiter verò frondes eius sunt gentes per crucem saluatæ: per latitudinem terræ. Flores autem crucis sunt ornamenta gratiæ ac virtutum, virtute ac fide crucis collatæ hominibus. Germina quoque, spirituales filij ac filia Christi, quos per crucem redemit, regenerauit, saluauit. [Dulce lignum] in quantum per illud saluatum est genus humanum à vitiõrum absinthio, ab amaritudine infernali, à do minatu diaboli: sic gloriamur in cruce (quæ dulcis est per suos effectus) animæ contemplanti. [Dulces clauos.] De clauis quibus in cruce confixus est Christus, certum est quod inæstimabilem ingerebant tenerimis viuacissimis manibus ac pedibus eius dolorem. Qui clauis nihilominus dulces censentur modo præfecto, sicut & crux: præsertim quia per eos instrumentaliter recuperati sumus & reducti ad diuinorum suauitatem charismatum in præsentia, & ad incomprehensibilem dulcedinem deliciarum cælestium in futuro. [Dulce pondus] id est corpus dominicum in se verè dulcissimum, ab omni labe prorsus immune, plenum omni redundantia virtutũ & gratiarum, verbo æterno ac animæ Christi prorsus obediensissimum, atque in omni opere bono fidelissimè cooperatum: quod & suauissimos habet effectus. [Sustinet] id est portat. [Flecte ramos arbor alta, tensa laxa viscera.] Verba ista sumenda sunt non iuxta superficiem literę, sed iuxta cõpansionem dicẽtis. Alioqui impossibilitatẽ & absurditatẽ videretur includere: quia nec lignũ illud intelligit, quæ ad ipsum dicitur: & ipsum per innumerabiles modo partes diuinitus in ipsis electis referuatur, nec corpus christi iã in ipso extẽsum est. dicitur ergo hæc ex persona deuotę animæ, quasi in sua apprehensione & imaginatione sub cruce stãtis, innocetissimo christo in ea pendente & inæstimabiliter patiente ex violētissima sui sacratissimi corporis & venerandissimorũ membrorũ distensione & trãsfixione, cui anima ex naturali pietate & in quantum innocetissimus fuit, in tunc cõdolens loquitur ista: quasi in metis excessu victa affectu, rationẽ non pensans: vt passio tanta aliquid releuetur. Itaq; ait, Flecte ramos arbor alta. i. ð tu crux lignũ viuificũ, fructuosissimã arbor per similitudinẽ notata, vt tactũ est sup illud hymni, Vexilla. Arbor decora & fulgida. Arbor inq; alta vir-

Tobig. 11.

tute & dignitate atque effectibus, flecte ramos. i. partes tuas in latu seu transfuersum extenfas: flecte, id est mollifica, vt fiat flexibiles & cōtrahantur, ne brachia saluatoris maneat in eis tam violenter diftēta, ten fa: laxa vilcera. i. remiffius tene extentas in te interiores partes corporis domini, [Et vigor lenefcat ille]. i. rigiditas, duritia, inflexibilitas illa mollior & remiffior fiat, [Quem dedit nauitas]. i. tibi innata feu ex natura tua contracta, [vt fuperni membra regis mihi tendas]. i. quatenus extensa teneas mēbra Christi regis caelestis, [stipite mihi]. i. flexibili, non tē pœnali. [Sola digna fuisti ferre precium]. i. tu dūtaxat sola inuenta es portare mundi saluatorem, non proprio merito, quā ratione carēs nec mereri proprie potuiffi, nec demereri: sed dei præordinatione, [Arque portum præparare nauita]. i. tāquam nauis gubernator præparare, id est difponere & obtinere, tanquam instrumentum & armatura paffionis atque victoriæ Christi, portum. i. locum quietis, manfionem caelestem, [Mundo naufrago]. i. generi humano in hoc mundo tanquam inquietiffimo pelago periclitanti, tentationibūfque quaffato. [Quem] mundum [sacer cruor per] unxit. i. fanctus sanguis fua virtute & efficacia linit, perfudit, purgavit, [vufus agni corpore]. i. ex Christi manfuetiffimi agni corpore vulnerato, flagellato, fpinis coronato, clauis confolto, exhausto, in cruce diftento & arefacto, intantū vt dicat Pfalmifta, Sicut aqua effusus sum, & difperfa sunt omnia offa mea: Aruit tanquam tella virtus mea, & lingua mea adhæfit faucibus meis. Et rursus apud Hieremiam, Ego quasi agnus manfuetus qui portatur ad victimā. De quo & per Efaiam fuit prædictum, Quasi agnus ad occifionē ducetur, & tanquam ovis coram tondente se obmutefcet. Quod princeps apoftolorum completum proteflans, Redēpti, inquit, estis preciofo sanguine, quasi incōtaminati & immaculati agni Christi. [Gloria et honor deo], abfolutē accepto qui est vnus in effentia, & trinus in perfonis. [vſquequo]. i. omnī nīfariē iugiterque, [Altiffimo] qui de qualibet increata perfona, totaq; trinitate prædicatur. Vnde de perfonis subiungitur, [vna] hoc est simul [patri filioque in] clyro paracletto. i. etiam nobiliffimo cōfolatori spīritui fancti, [Cui] deo [Laus est et potestas per aeterna secula]. i. in perpetuum, vt supra. Itaque cōformemur cordis nostri affictiones authori & fenſui hymni istius, Christi propter nos paffo, & eius acerbiffimæ paffioni vehemēter cōpatiēdo, inquantū paffio illa tenerime fua naturæ humanæ fuit tam indicibiliter pœnaliffima, acutiffimē penetratiua, crudeliffimē interfecitua. Vnde & ipse ex sola eius imaginariā prāntuione tanto horrore in natura affum pta concuffus est (quæ & viuaciffima atque formatiffima tenerima quoq; ac paffibiliffima fuit) q̄ protinus factus est fudor eius sicut gutta: sanguinis decurrētis in terram. Verūtamen inquantū paffio illa fuit totius humani generis redemptiua, gloriarī in deo regriarique Christo debemus de ea: sicut cantat ecclesia, Nos autē gloriari oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, in quo est falus, vita & resurrectio nostra. ¶ Denique paffionē nostri saluatoris debemus quotidie variis modis recolere. Primō, ad actualiter recordandum, quia pefsima ingratiudinis pars est nō attendere beneficia impartita. Secūdo, ad cōpatiēdum (vt tactum est) inquantū fanctiffimus ac innocētiffimus dei filius tam pœnoſiffimē cruciabatur. In quo tamen compaffionis dolor paffionis excelsit dolore. Tertio, ad imitandum, vt considerando q̄ charitatiuē, humilimē, patientiffimē, māfuetiffimē, fortiffimē, obediētiſsimē Christi omnia tolerauit, difcamus & fatagemus in affictiōibus, caſtigatiōibus, correptionibus, aſpersionibus, omnibūfque aduerſis tanquam in cunctis diuinitis gloriari. Præferim, quia hæc vniuerſa quæ patimur multō minora sunt, quām mererūt scelera nostra. Quarto, ad gloriandum (sicut præ tactum est) inquantū tot tantaq; bona ex ea sunt confuta. Quinto, ad regriandum toti fuperglorioſiffimę trinitati, cuius præordinatione aeterna per hunc admirabilem modū sumus faluati, quę voluit regem regum pro nobis sic pati. Sexto, ad admirandum, q̄ pro nobis viliffimis voluit vniuentis dei fic conculcari, ſpēni, ac lacerari. Septimō, ad inflammandum, vt hæc omnia contemplantes Christi amore validē inflammemur. Octauō, ad contemplandum, quia in hoc mysterio redemptionis humanæ, per Christi paffionem refulget altitudo ſapientiæ ac ſcientiæ dei, & infinita misericordia ac iuſtitia eius. ¶ Præterea perpendamus, quis, qualis, & quantus fit iſte qui pro nobis taliter est tractatus, qua cauſa, quo fine, quo vñctū, quo fine. De his omnibus in aliis diuerſis opusculis est tractatum, idcirco hic ea tetigiffē ſufficiat.

De omnibus fanctis, hymnus.

Dirigitur in eo ad omnes fanctorum ordines oratio, nempe ad deum, ad sacrosanctam dei matrem, ad angelicos spiritus, ad sanctos prophetas, apostolos, martyres, confessores & virgines, vt a nobis hostium noſtrorum propellant ferociam atque moleſtā; aternique regni confortium nobis indulgeant, & ſuæ gloriæ participationem.



Christe redemptor omnium.] Qualiter Christo conueniat esse omnium hominum redemptorem, expositum est super illud in primo hymno, Christe redemptor omnium exaudi preces supplicum. [conserua tuos famulos] id est nos tuos ministros & vniuersos fideles a malis preserua, in gratia virtutibūfque custodi, ne peccando ſpiritualiter annihilēmur, esse gratiæ amittendo. Idcirco orauit Pfalmista, Custodi me domine, vt pupillam oculi, Et rursus, Conserua me domine, quonia speraui in te, [Beata semper virginis placatus sanctis precibus]. i. nobis indulgens, nec propter offensas nostras conseruationē hanc subtrahens nobis, sed iugiter in adiutorium noſtrum ſuperintendens. Hinc fancti veteris testamenti toties orauerūt non relinquē a deo, quod petimus nobis conferri meritis & precibus beatiffimæ virginis, quę est communis fideliffima ac potentiffima aduocata totius ecclesiæ ac omnium noſtrū. [Beata quoque agmina, caelestium spirituum] Hoc est, ð chori & ordines angelorum sanctorum, [præterita, præſentia, futura mala pelle] id est præteritarum culpārum indulgentiam nobis acquirite, imō & gratiam, non reciduiandi, præſentia etiā ſeu eminentia mala vestro patrociniō euadamus, nec immoremur alicui culpæ, imō aduertamus no cumen-

Pfal. 21. Hier. 11. Esa. 53. 1. Petr. 1.

Luc. 22. Galat. 6.

Pfal. 16. Psal. 15.

Pfal. 66.

ata peccati, vt inde cessemus gemendo, orando, ac bonis actibus insistēdo. Sic quoque vitemus mala futura, hoc est quæ incidemus, nisi vestrīs auxiliis iuuemur. Qui autē de præteritis veraciter dolet, futura præcauet diligēter. Deprecamur etiā a malis pœnæ & aduerſitatibus liberari, ne supra modū grauemur & vltra vires, ne in illis per impatientiam corruamus ac superemur. [Vates aeterni iudicis] hoc est ð fancti propheta iudicis summi [Apostolice domini (Iesu Christi) suppliciter]. i. humiliter & affectuose [Exposcimus] Oratio nanque est interpret ac nunciis desiderij salutaris. Ideo nisi ex affectu pio oremus, dici oratio non meretur [saluari] hoc est beatitudinem obtinere [Vestris precibus] nō tamen absque propriis meritis, sine quibus nemo adultē gratis, cōpōſque rationis saluatur. Idcirco precamur nobis donari gratiam ac virtutes, per quas debite conuersemur atque saluemur, vestra sectando vestigia in sanctitate, obedientia, & vera semper iuſtitia. [Martyres dei incliti] hoc est ð vos incliti martyres dei, tāto nobiliores, quātō plura ac grauiora pro fide tormenta alacrius, constantius, feruentius tolerastis, [Confessore] que lucidi. i. lumine gloriæ nunc splendidi, & tantō lucidiores quātō in isto exilio fuistis in conuerſatione puriores, exemplariores, perfectiores, [vestris orationibus nos ferre in caelestibus] hoc est orationum vestrarū auxilio impetrate nobis cūcta necessaria ad salutem, vt ad vestrā perducamur societatem. [Chorus sacratu virginum] hoc est ð tu sacra virginum vtriusque sexus multitudo ordinata, ac deo nunc perfectē dicata, [elektorumque omnium]. i. cæterorum electorum felicitium, [simul cum sanctis omnibus] hoc est ð fancti vniuerſi simul, & seorsum accepti. [Consortes Christi facite]. i. procurate vobiscū nos fieri cohæredes filij dei, vt diuinæ conformemur naturæ per dona gloriæ, ac beatificam viuionem: quę conformatio tantæ est excellentiæ, vt aſſimilatio, quæ deo nūc aſſimilamur per munera gratiæ, per virtutes ac merita, quasi nulla sit cōparatiōe illius. Propter quod fanctus Ioānes in sua prima fatur epistola, Nunc filij dei sumus, & nō dum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cū apparuerit similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est. Illa quippe cōtemplatio, dilectio, transformatio beatorum in deū, tantæ est claritatis, tanti feruoris, tātæ prædominatiōis, vt cōtemplatio atque dilectio dei in seculo isto, & si quę transformatio est in eū, sit prius obscura, tepēs, remiffa. [Centem auferte perfidam credentium de finibus] non solū paganorum gentem, hæreticorum, & profus incredulorum, verumetiā prauorum Christianorum, qui dicunt se nosse ac diligere deum, factis atō negāt. Hos auferte, non vt profus non sint, sed ne perfidi maneāt, imō cōuertantur, & fide & opere Christiani cōsistant. [vt christi laudes debitas] hoc est laudes & venerationes, quas Christo exhibere tenemur, [per solumque alacriter]. i. viuaciter & iocūde. Quemadmodū scriptum est in psal. 71. Exultabunt labia mea, cū cantauero tibi. Et item in Ecclesiastico habetur, Laudabit vique ad mortē anima mea dominū. Sic demum te verbis cordis ac oris laudemus, ne te factis inhonoremus, & per omiffiones peccemus, ne nobis impropere, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longē est a me, per inobediētiā auerſionem. [Gloria patri ingenito] hoc est, non genito, nec ab alto emanāt. Pater enim a nullo est factus, nec creatus, nec genitus, [et usque vnigenito, etc.] Ecce hunc hymnum cū præcipua mentis eleuatione ad totam triūphantem ecclesiam decantemus, perlustrādo, vilitando, perambulando contemplationis volatu, vniuerſam illam ecclesiam triumphantem. In primis regem eius, regem vique omnium seculorū Christum deū & hominem in deitatis natura patri atque spīritui fancto penitus cōæqualem, consubstantialē & cōæternum, qui in natura assumpta, iam profus glorificatiffima, ineffabiliter totius paradisi caelestis iucūditatem accidentale præmium auget. Deinde eius excellentiffimā generitricem, toti illi ſupermandantē curiā vehemēter dilectā, honoratā, ſuaem, cui thronus positus est iuxta thronū vnici filij ſui, qui ſibi inuicem glorioſi cōgaudent. ¶ Præterea penſemus, qualiter palatium illud cæli empyrei pulcherrimē decoratur angelorū sanctorum agminibus splendidiffimis supernorum spirituum choris, & innumerabilū miliū nobiliffimarum illarū deiformium mentū delicioſis ordinibus. Deinde intueamur sanctorū patriarcharum ac prophetarum venerandū iucundiffimumque exercitum. Gloriffimā celeſtiorum apoftolorum phalangem, purpuratum ac regium strenuiffimorum martyriū cœtum victoriorum. Deuotiffimorum quoque ac splendidiffimorum cunē confessorum. Mundiffimum itē exercitum virginū clariffimarum, quæ omnipotentis sponſi ac regis altiffimi sunt spōſæ ac filiæ & familiares amicæ. Reliquorū etiā innumerabilū turbam sanctorū. Omnium horum accendamus amore, ad eorū gloriosum ſuſpirem⁹ confortiū. Attendamus, quia & ipſi aliqūdo in hoc seculo ſimiles nobis fuerunt mortales propriis viribus nil valentes. Penſemus quām strenuē virilitérque egerunt, quām constantes & feruidi exiterunt. Et noſtram deploremus ignauiā, negligentiā, & torporem. Verūtamen nō desperemus, sed eorum inflammemur exemplis, & cōſiderantes, quām inæſtimabilem & æternam gloriam & salutē, honorem, ſecuritatem, in huius vitæ breui curriculo, huiusque ſtadij pauco labore ſint adepti, reſipiscamus ab incuſtodia & inſipientia noſtra. Accingamur ad meliora, & quid debeamus altiffimo, quid noſtra requirat vocatio perpēdentes, incipiamus domino deo quotidie, quasi cum nouo ſeruire ſeruire, & coram eius præſentia ſollicitē ambulare.

De omnibus fanctis, hymnus alius.

Iste omnino similis est formæ cum præcedente, & amborum ferē eadem est ſententia, eadēque materia, ſupplicatio ſcilicet ad omnes sanctorum gradus, vt orent pro nobis.

Iesu saluator seculi.] Hic hymnus a præcedenti in ſenſu permodicē differt. Et quod in exordio dicitur, Iesu saluator seculi, idem est cum exordio illius hymni, Christe redemptor omnium, [Redemptis ope ſubueni] hoc est nobis merito ac virtute tuæ paffionis, imō & tertiū totæ cōuerſationis in mūdo hoc a reatu peccati, & poteſtate diaboli liberatis ſuccurtes. Tuā etenim vita ſaluatoris ab exordio incarnationis fuit cōtinua expiatio, oblatio, ſa-

1. Ioan. 3.

Pfal. 71. Eccle. 51.

atisfactio pro generis humani peccatis. Quæ expiatio, oblatio, satisfactio in hora passionis extitit cõsum-  
mata. [Ego pia dei genitrix] quæ in viscera charitatis & pietatis quasi tota cõuersa es, [salutem posce mis-  
ris]. i. miseris nobis orado impetra gratiam & salutem. [Cæcus omnes angelici] Omnes angeli sunt vnus  
cœtus vnũuersalis, totalis, sub rege vno omniũ creator ordinatissimè dispositi, ac saluberrimè triũphan-  
tes. Quamuis sunt plures cœtus particulares, sicut & plures chori ac ordines. Vnde dixit Saluator tem-  
pore passionis, Postquam rogare patrem, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum.

¶ Deinceps, vt dignissimus Dionysius est effatus, in quolibet choro sunt primi, medij, ac vltimi: qui etiã  
protestatur, q̃ quanto chorus seu ordo angelorum est altior, tantò plures in se cõtinet & includit perso-  
nas, imò vt ex eiusdẽ magni Dionysij verbis sanctus atq; gloriosus Thomas fatetur, Quæadmodũ corpo-  
ra caelestia quasi incõparabiliter excedũt corpora inferiora in magnitudine, sic beatissimi atque sanctissi-  
mi spiritus illi angelici omnem inferiorum numerũ in multitudine. Meritò ergo ait sacra scriptura in  
Iob. 25. cap. Nũquid est numerus militum eius? ¶ Præterea, nequãq̃ putandum, q̃ ex angelis sanctis & a-  
nimabus beatis duplex cõstet Ecclesia, sed vna totalis, integra & perfecta resulat Ecclesia sanctis, ita q̃  
animæ sanctæ atque beatæ ad angelorum ordines assumuntur altiores aut inferiores, iuxta suorum exi-  
gentiam meritorum, & prout in charitate fuerũt magis aut minus perfecti. Nisi quod aliqui probabiliter  
opinantur, quod animæ innocetum, quæ nullo proprio merito cõsequuntur salutem, specialem cõsti-  
tuant chorum. Hoc quoque quod de assumptione hominum electorum ad ordines beatorum asseruit,  
beatus ac gloriosus Grego. in homilia, ac S. Ambrosius super psalmũ, Beati immaculati in via, testatur,  
Idcirco q̃ in sermone de assumptione sacratissimæ atque gloriosissimæ virginis Mariæ, gloriosus ac bea-  
tus ait Hierony. Quod quamuis sanctis hominibus similitudo felicitatis angelicæ promittitur, veritas  
tamẽ negatur, satis obscurè prolatum videtur: imò nec animæ sanctæ ad choros angelorum beatorũ ve-  
rè assumuntur: ruina angelorum ex singulis aut saltem pluribus choris facta, ex animabus sanctis atq;  
beatis nõ instauraretur. Beatissimi quoque & gloriosissimi apostoli infimis angelis sanctis inferioribus ef-  
fent in gloria. [Patriarcharum cunei et prophetarum merita] hoc est ipsi patriarchæ & sancti prophete. [No-  
bis precantur] precado pro nobis obtineant veniam. [Baptista Christi præcurator] hoc est beatissimus Ioannes  
Baptista prophetarum ac patriarcharum eximius, quippe quo inter natos mulierũ maior, id est sanctior  
non surrexit. [Et claviger athenis] hoc est sacratissimus Petrus apostolus, cui plenitudo ecclesiasticæ po-  
testatis à Christo præ cæteris est collata, quem & Christus Iesus instituit generalem, plenum, ac summũ  
suum vicarium super vnũuersos fideles, dicẽdo, Pasce oues meas. Vt sanctus & gloriosus Cyrillus in lib.  
dissertuit Thesaurorum. Sanctus atque beatus Bernardus in lib. de cõsideratione. Et sanctus Thomas su-  
per quartum, atque in Summa cõtra Gentiles. In Summa etiam cõtra Græcos, [Cum cæteris apostolis] hoc  
est alij quoque sancti apostoli simul cum illis, [Nos soluam nexu criminis]. i. precibus suis ac meritis impe-  
trèt nobis diuinitus, vt ab omni vinculo absoluamur culpã. De quibus in libro fertur Prouerbiorum,  
cap. 5. Iniquitates suæ capiẽt impium, & funibus peccatorũ suorum cõstringetur. [Chorus sacratus] hoc  
est multitudo seu vnũuersitas [Martyrum] beatorum [confessio sacerdotum]. i. sancti sacerdotes, prælati, cõ-  
fessores, pastores, prædicatores scēlices, [Et virginalis castitas] id est sanctæ virginis merito castimoniam ac  
sanctimoniam suã [Nos a peccatis abluant. Monachorum suffragia] hoc est omnium religiosarum personarũ  
subsidia, preces ac merita. [Omnesque ciues caeli]. i. habitatores caeli empyrei: quod sicut est nobilissi-  
mum ac sublimissimũ corpus, sic est cõgruentissimus locus corporum glorificationum, & omnium ciuiũ  
supernorum, [Annuntiant votis supplicum] hoc est piis desiderijs nostris supplicatũum, eis, quæ quæscant ac co-  
operentur, [Et vitæ p̃scent præmium]. i. mercedem caelestem seu beatificam visionem, quæ est præmium  
vitæ gratiæ, seu præmium vitæ gloriôsæ, construendo hoc intransitiuè, id est præmium quod est ipsa vi-  
ta gloriõsa, seu vita gloriõsa. De qua loquitur Christus fons vitæ, apud Ioãnem, Hæc est vita æterna, vt co-  
gnoscãt te verum deum. Quod præmium tale ac tantũ est, vt Esaias & Paulus testati sunt, quod oculus  
non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus diligentibus se. Certè  
ait sacra scriptura, Bonorũ operum gloriosus est fructus. Cumque spes præmij minuat vim flagelli. Pro-  
pter quod 2. Paralip. dicitur, Nõ dissoluantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro. Prima quo-  
que ad Corinth. 15. cap. Stabiles estote & immobiles abundantes in opere domini semper, sciẽtes quod  
labor vester non est inanis in domino. Hinc non fatigatur animus nosse. Non enim sunt cõdignæ pas-  
siones, aut digni labores huius temporis ad gloriam illam futuram. Verũm abfit, vt deo principaliter obse-  
quamur intuitu præmij, aut horrore supplicij: sed primò & maximè ex sincerrissimo eius amore, pro-  
pter infinitam & propriam bonitatem, honorabilitatem, & honorificentiam eius, &c.

De tempore feriali ad vesp̃as, hymnus.

¶ Dirigitur in eo aduocatio ad deum, & rerum & temporum creatorem ac moderatorem, vt abeun-  
te iam die & nocte ingruente, nos conseruet nocturno tempore mundos & castos,  
neque illusionibus dæmoniacis patiatur nos terreri aut eludi.

¶ Author Ambrosius, vt Augustinus nonolib. confessionum, & alibi testatur laudans hunc hymnum.  
Carmen Iambicum dimetrum.

Eus creator omnium.] De expositione verliculi istius dictum est super illum in primo  
hymno, Conditor alme syderum, [Polique rector,] Polus sumitur hic pro celo, quãuis  
proprie capiatur pro axe seu cardine, in quo tanquam in quodã immobili voluitur cõ-  
lum. Suntq; duo poli, puta arcticus ad aquilonẽ, & polus antarcticus versus meridiem.  
¶ Potro qui cuncta creauit, ea etiã regit & rector est omnium celestium orbium: iuxta illud

A Iob tricesimoquarto capitulo, Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem  
quem fabricatus est. pro q̃, [Vestiens diem decoro lumine] hoc est, tempus diurnum ornatus lumine  
pulehro à sole diffuso, Prout in Hieremia tricesimo primo cap. habetur, Hæc dicit dominus, qui dat  
solem in lumen diei, ordinem lunæ atque stellarum in lumine noctis, [Noctem soporis gratia] hoc est  
nocturnum tempus vestis & aptas, soporis gratia, id est dono quietis ac somni, seu somno gratiosè no-  
bis prouiso, diuinitusque concessio. Quemadmodum enim nutrix volens infantulum obdormire, su-  
perducit ei velamen ad oculos: Ita increata sapientia superinducit oculos viatorum tenebras noctis,  
tanquam velamen, quatenus resoluantur in somnum, & eo recreentur, atque ad dei obsequium & ad  
necessaria peragenda fortiores resurgant, sicut laborantibus conceditur interdum ludo recreari hone-  
sto, pro releuamine rationis ac sensuum, capitis ac membrorum: ita & somnus eis est necessarius post  
occupationes, & refectioem diei, ascendentibus ad caput vaporibus. Sed sicut in cibo & potu, ita in  
somno obseruandum est moderamen. Sicut & Cato deprompsit, Plus vigila semper, ne somno dedi-  
tus esto: nam diuturna quies vitis alimenta ministrat. Ideo ait scriptura, Noli diligere somnum, ne te e-  
gestas opprimat. ¶ Deinceps tempus nocturnum ad vacandum deo aptissimum est, exterioribus inque-  
tudinibus iam exunctis. Hinc ait Psalmista psalmo centesimo decimo octauo, Media nocte surgebam  
ad confitendum tibi. Et Esaias loquitur deo vice simo sexto capitulo, Anima mea desiderauit te in nocte.  
Hieremias item in Threnis, Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, & effunde sicut a-  
quam cor tuum ante conspectũ domini dei tui. Væ itaque illis, præsertim in sacris ordinibus confi-  
tutis, qui tempus illud deuotioni, contemplantioni, & laudibus dei tam congruum, in sacris ac porcinis  
consumunt lasciuia, qui sub vnus spatio noctis, toties æterna promerentur supplicia. Deinde cum vili  
& foetido corpore introire audent ecclesiam dei, & sacra tactare mysteria: non penitentes, quod in om-  
ni actu ordinis sui peccent mortaliter. Vt ex verbis diuini Donylii, sanctus Thomas, Albertus. Ray-  
mundus, & alij dicunt & probant concorditer. [Artus solutos vt quies reddat laboris vsus.] Hoc est,  
noctem vestis & dias dono soporis: vt quies, hoc est, repausatio illa somni nocturni, reddat, hoc est,  
apta & confortata restituat artus solutos, hoc est membra à somno laxata seu resoluta vsui, id est exerci-  
tationi laboris, hoc est, operum laboriosorum atque bonorum, quæ in die occurrunt agenda. In quo  
implendum est præsertim à clericis & ordinatis ac religiosis, quod ait Psalmographus psalmo centesi-  
mo decimo octauo, Septies in die laudem dixi tibi. Atque quod ait Apostolus Paulus prima ad Thessa-  
lonicenses quinto capitulo, Nos qui diei sumus, sobrii simus. Et item ad Romanos decimotertio capi-  
tulo, Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus. ¶ Præ-  
terea iuxta philosophiam, modus agendi sequitur modum essendi. Cũque homo fit multipliciter, imò  
multiplicissimè præ omni creatura compositus. Nam anima rationalis omnium inferiorum formarum  
vires, perfectiones & gradus includit, & corpus humanum præ cæteris multam minus habet distinctio-  
nem in membris, & organis exterioribus & interioribus in partibus essentialibus, officialibus, vitali-  
bus, & aliis multis. Vt Auicenna. Galenus, Ioannicius, & cæteri medici tradunt. Hiic naturale est ho-  
mini multiplices habere operationes. Diuersis quoque temporibus diuersa & variã exercere & vt al-  
ternis. Hinc infinita sapientia creatoris distinxit multiformiter tempora, & diuersas horas exercitiis de-  
putauit diuersis, vt iam corporalia, iam spiritualia exerceat homo, nuncque illud corporale, nunc istud.  
& tunc illud spirituale, tunc istud omnia vtrique cum discretionẽ, quatenus rationale sit obsequium  
nostrum. Et omnia honestè atque secundum ordinem fiant in nobis & à nobis, quoniam quæ à deo  
sunt, ordinata sunt, ad Romanos. 13. cap. Præterea, quanto quis amplius crescit in supernaturalibus do-  
nis gratiæ gratum facientis, præsertim in charitate & dono sapientiæ, tantò plus super seipsum eleuatur.  
Et vt princeps docet Apostolus petrus, diuinæ naturę confors efficitur, quod magnus Dionysius vocat  
deificari. Sicque magis simpliciter in actibus suis, ita quod exercitiis spiritualibus, meditando, contem-  
plando, seruendo, orado, psallẽdo, stabilius immoratur, frequẽtius occupatur, diuturniusq; insistit, per  
quod diuinus censeretur meretur, Si tamen in omni sancta humilitate, paciẽtia, mititate, obediẽtia, sobrieta-  
te, custodia, & timore persistat, & crescat vsq; in finẽ. Ad quod omnis religiosus (potissimũ solitarius & Iob. 5.  
D Carthusiensis) dare se debet, quatenus solitudo sua salutaris non bestialis existat. Siquidem homo solus,  
est aut deus aut bestia, hoc est, diuinus aut bestialis. ¶ Deinceps qm̃ homo ad laborẽ nascitur, quemad-  
modũ auis ad volandũ. Nã & in spiritualibus labor est corpori, imò interdũ non solũ organici viribus,  
sed etiã menti necessarius. Hinc subditur, [Mentesque fessas allouet] hoc est, quatenus quies somni alle-  
uet. i. releuamine suo refocillet ac roboret mentes fessas, hoc est, etiam superiores anime vires, quæ ante  
somni quietẽ fatigatę fuerunt in spiritualibus exercitiis suis, quod ex cõpunctione animę cum misero cor-  
pore accidit. Propter quod scriptum est in Sapientia, Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & de-  
primit terrena inhabitatio sensum (id est intellectũ) multa cogitantẽ. Abbas quoque Agathon dixit. Nõ  
est labor sicut orare deũ, supple sine distractione. Sed & Plato (qui teste Augustino, libro de ciuit. dei,  
cæteris gentiũ philosophis longè latèque prælati est) disseruit in Phedone, Decies millena vacationi,  
contemplantionũ impedimenta ex corpore proueniunt. Vnde ad demõstradũ horũ veritatẽ beatissimi at-  
que sanctissimi viri, Ioãnes apost. Antonius quoque Anachorita, sagittariis commiserunt arcũ extendẽ-  
re, quẽ extẽtũ non iusserunt protinus relaxare. Hinc demũ quod Altifiodorensis in sua asserit summa,  
Orationẽ contemplantionũ non habere laborem annexũ: intelligi potest, quod dicitur & per se non sit labo-  
riõsa, atque ad tempus, præsertim si fiat omnino in spiritu. Itaque dum à somno consergimus, confe-  
ssim incalcescat mens nostra, & renouetur robore & seruore ad orandum, psallendum, ad vacandum,  
& experiendum quã dulcis sit dominus, quã verè magna prorsusque infinita sit multitudo dul-  
cedinis eius, sic transformemur in ipsum, & molesta nobis sint omnia, quæ aduersa sunt inde, col-  
Ec

Iob. 25.

Matt. 16.

Prouer. 5.

Ioan. 15.

Esai. 64.

Sapient. 3.

2. Paral. 15.

1. Cor. 15.

Heb. 12.

Rom. 8.

Prou. 20.

psalm. 118.

Esa. 26.

psalm. 118.

1. Thess. 5.

Rom. 13.

Iob. 5.

Sapient. 9.



loquia vana, occupatioque externa, & omnis inordinata effectio. Si quidem animus inordinatus sibi ipsi pœnalis & gravis est. Vnde subiungitur [ *Luctumque soluat anxios* ] hoc est, quies somni soluat, id est dissoluat & dissipet, luctus anxios, hoc est, fletus & moerores deprimentes, & immoderate sollicitos. Nam & teste Apollonio Paulo ad Corinthios, Tristitia seculi mortem operatur. Hoc est tristitia secularis ex damnis terrenis, aduersitatibusque mundanis, aut persecutione aspernationeque sui exurgens, mortem culpæ inducit, & corpori valde nocet. Quemadmodum in Proverbiis Salomonis legitur, decimo septimo capitulo, Animus gaudens ætate florida facit. Spiritus tristis excecatur ossa. Et denuo in Proverbiis decimo quinto capitulo, In mœreore animi deiicitur spiritus. Imò Salomone testante, sicut tinea vestimento & vermibus ligno, sic ista tristitia nocet cordi. O quam debemus expellere spiritualia animarum nostrarum damna deslendo, & aduersa omnia pro peccatis nostris æquanimitè tolerando.

[ *Grates peracto iam die, et nobis exortu preces voti, reos ve adiuues, hymnum canentes, soluimus* ] Ordo & sensus verborum est, Canentes, hoc est, nos serui tui (d creator) decantantes hymnum istum ac alias tuas laudes, Soluimus, hoc est, maiestati tuæ offerimus, & vt tenemur, persoluimus, non tamen sufficienter & dignè, quoniam deo nequit reddi æquivalens, Soluimus (inquàm) grates, hoc est, gratiarum actiones pro omni misericordia quam nobis exhibuisti, & pro vniuersis beneficiis tuis generalibus & specialibus, corporalibus & spiritualibus, præsertim quod nobis tam dire ac sepe peccatis, peperisti hucusque. Die iam peracto, hoc est, quasi completo & aduersa sperante. Et etiam soluimus, id est tibi porrigitur, preces voti, hoc est, orationes pui desiderii nostri, ex quo orationes funduntur ac oriuntur exortu, id est in exordio noctis iam imminenti: vt adiuues reos, hoc est, quatenus nos peccatores tibi in multis obligatos, multipliciterque obnoxios, & iniquis adiuuare digneris ignoscendo, & contra cunctos nostræ salutis aduersarios nos iugiter confortando. Vel, vt adiuues reos voti, id est nos qui vota quæ tibi in baptismo, & sacri ordinis assumptione, seu monasticæ religionis professione promissimus, frequenter sumus transgressi. Itaque sicut hoc versu cantamus, sic in veritate conemur grati consistere quantum valeamus pro tam innumerabilibus misericordiis & beneficiis eius, naturalibus & supernaturalibus. Et cum psal. dicat vnusquisque, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Itemque, Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Illud quoque Esai. Miserationem domini recordabor, laudem domini annunciabo super omnibus quæ reddidit nobis, & quæ largitus est nobis secundum indulgentiam suam. Confortabor assiduis precibus infirmus. Iuxta illud Apostoli, Orationi in state, vigilantes in ea in gratiarum actione. Qui rursus hortatur, Sine intermissione orate, & grati estote. Igitur pro tot & tantis beneficiis non reddamus creatori, & saluatori nostro, irreuerentias, iniurias & offensas: quod qui egerit, æterna & acerbissima tristissimi Acherontis sortietur tormenta. [ *Te cordis ima concinant* ] id est intima seu extrema nostri intellectus, ac voluntatis intelligentiæ apex, vertèxque voluntatis, memoriæ quoque tenacitas, pariter laudent te, vt apprehensionem inuenti iungamur mox, ardor affectus, & in vtroque stabilitas. Iuxta illud Psalmistæ, In meditatione mea exardefecit ignis. Ideo rursus ac frequenter ait Propheta, Confitebor tibi domine in toto corde meo. [ *Te vox sonora concrepet* ] hoc est, tua præconia resonet & vox oris, vt intus & foris te extollamus, quatenus non solum coram te, sed coram proximis te benedicamus, tibi ad tuum honorem & gloriam, illis ad ædificationem, vt & ipsi in ecclesia materiali tuis intersint præconiis, & orationibus vacent ac laudibus. Hinc per Ecclesiasticum monemur, Et nunc in omni corde & ore collaudate & benedicite dominum. Apostolus quoque ad Rom. Vnanimis (inquam) ore honorificatis deum. Nã (vt fatetur Hilarius) hoc potissimum deo debemus, quod sicut totum quod sumus & habemus, ab ipso accepimus: sic totum eius obsequium & laudibus mancipemur. [ *Te diligit castus amor* ] hoc nobis cõferre digneris, vt casto, spiritali, puro, infuso, nõ ad se reflexo te diligamus amore, vt potè ob tuã bonitatè immè famulæ, non primò & principaliter ppter tuã beneficentia, & promissam: nec solum naturali amore, nequaquã verò amore mercenario & libidinoso, vt hi qui te amant: nõ precipuè, quia bonus es in teipso, sed quoniam bonus es eis. Tales nãq; plus amant se quam te, & referunt te ad se. Sicque fruuntur se, & te vt virtutem cõstitutes se finem suum, & te medium: quod prorsus peruersum est, idcirco de huiusmodi homine fertur in Psalmo, Confitebor tibi, cù benefeceris ei. Et rursus, Si verò non fuerint saturati & murmurabunt.

[ *Porrò, pulchra est quæstio, Vtrum mens creata naturali amore plus diligit deum quam seipsum* ] Ad quam super Sententias est responsum, Hoc est primò maximum; præceptu, quod in Deuteronomio expressum est. Et Marcus plenè inducit, quo iubetur, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua. [ *Te mens adorat sobria* ] id est da nobis, vt te mente sobria adoremus. i. mente ordinata, discretæ, non præsumptuosæ, nec ex corporis immoderantia prægrauata: vt impleamus quod iussit saluator, Attendite, ne grauentur corda vestra crapula vel ebrietate, quod quam vitandum sit nobis, constat ex eo, quod in regula asserit sanctus Benedictus, Nihil sic indecet monachum, vt indignities. [ *Vi cum profunda clausit diem caligo noctium, fide tenebras nesciat, et nox fide reluceat* ] id est quatenus fides nostra nesciat, id est nequaquam admittat, sed prorsus repellat tenebras infidelitatis, ignorantia, erroris, ac vitiorum, & nox fide reluceat, id est fideles in nocte replendunt fidei claritate & fide formata. Fides namque est prima illuminatio mentis, lux, lucerna & locus culus rationis, qua in nocte munimur, nec formidamus certi de præsentia dei: & angelorum sanctorum. [ *Dormire mentem ne sinas* ] id est mentes nostras nequaquam permittas somno peccati obrui, accedique prout oportet oratui vir sanctus, Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. Verum quoniam cognitio intellectus a sensuali notitia inchoatur communiterque dependet. Hinc exterioribus sensibus ab actibus suis per somnum suspensis & impeditis, ratio quoque ligatur, nec actum suum exercere potest perfecte, nisi desuper illustretur. Sicque ratio fertur dormire, hoc est, ab actu suo

2. Cor. 7.

Prov. 17. Prover. 15.

Psal. 115. Psal. 192. Esai. 63.

Rom. 12. 1. Thes. 5.

psalm. 38. Psal. 9. 85. uo. 137.

Eccle. 36. Roma. 15.

psalm. 48. Psalm. 38. Deut. 6. Marc. 12.

Luc. 21.

Psal. 112.

F

G

H

**A** cessare. Petimus ergo, ne penitus dormiat, intantù, vt nec à superioribus causis illuminetur. Solent nãque interdum à deo per angelos multa & magna in somno reuelari secreta. Quemadmodum in Euangelio Matth. legitur angelus sancto Ioseph sape in somno apparuisse, & aliqua commisisse. In Numeris dominus ait Num. 12. ad Aaron & Mariam, Si fuerit inter vos propheta, in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad eum. Sic & in Job scriptum est, Per somnum in visione nocturna aperit deus aures virorum, & instruit disciplina. Imò in somno cessantibus exteriorum sensuum inquietudinibus, homo interdum capacior est influentiarum & reuelationu celestium. Quadoque etiam somnus tenuior est, ita q̄ mensuras, psallit ac subtiliter considerationes habet in somno, & super actus suos reflectitur, postmodumque meminit eorundem. [ *Dormire culpa nouerit* ] i. totaliter cesset, nec ex præterita culpa ac specieru rememoratioe illudatur in somno. Cessante verò dominio rationis in somno, homo nõ peccat in eo, cù non sit in eius potestate illusionem illã euitare, quamuis aliquãdo causam eius vitare potuerit, prout Thomas, Albertus, Petrus, Richardus, & alij multi doctores super quartum Sententiarum conscribunt. A qua tamen petimus præseruari, quoniam indispositum efficit hominem, & minus aptu ad eleuationem, & scæda est ipsa pollutio, atque à celebratione impedit & elongat. [ *Castos fides refrigeret* ] hoc est ipsi continentes, actu fidei suæ recreentur, cõsiderando salubria: & à feruore sensualitatis, qui solet in nocte accidere, infrigidetur ex speculatione & timore nouissimorum suorum, ex compunctione quoque & ex compassione dominicæ passionis, ab æstu concupiscentiæ retrahantur. [ *somni vaporem temperet* ] id est cõsiderationes istæ procedentes ex fide, subtilient atque moderentur vaporẽ, hoc est, exhalationes, & fumum ascendentẽ ad cerebrum, causantemque somnum replendo meatus, per quos vis sensitua à sensu communi derivatur ad sensus exteriores. Nempè per has fidei cõsiderationes, remittuntur inferiorum viriũ actiones. sicque somnus minus grossus & diuturnus efficitur & minus ligat ac impedit rationem. [ *Exuta sensu lubrico te cordis alta somniet* ] i. superiores animæ vires, vel potius ipsarum viriũ supramitatis & habitus digniores, apex rationis, sapientiæ donum, signaculũ intellectus, exuta. i. depurata & abstracta sensu lubrico. i. à sensatione lasciuia, seu turpi imaginatione, & scæda inclinatione & inflammatione sensitui appetitus, quæ sape cõtungunt in somno: in quo, ligato iã rationis iudicio, vitur homo speciebus seu similitudinibus & phantasmatis reru pro rebus ipsis & tanquã rebus quas representant: sicq; illudatur. Sic ergo cordis alta à carnalitate exuta te somniet. i. pro somno te contempnentur & apprehendent diuina ex irradiatione superna, aut etiã fortitudine & assuefactione perfectoru habituum, donorum & virtutum: que quantò plus in vigilia exercetur & actuatur, atque in se intensiores, perfectioresque sunt: eò facilius, sæpius, ac fortius erigunt & actuant mentem in deũ tempore somni. Prout de his prolixè scribit Albertus in libro de homine. [ *Ne hostis inuidi dolo* ] i. ne ex deceptione demonum inuidissimoru. [ *rauer quietos suscitet* ] i. perterritio illorum machinatione incussa suscitet à necessario somno. Dæmones quippe variis modis possunt in somno decipere, inquietare, turbare, inducendo imaginationes terrificas, atque simulacra ostendendo terrentia. Ideo tunc valde indigemus custodia ac defensione angelica & ope diuina. Ideo cum ingenti affectu & grandi deuotione hæc decantemus ac deprecemur. [ *Christum rogemus ex patrem* ] Christum nominat ante patrẽ ad confutationem & confusionem hæreticorum, qui patrẽ filio esse absolute maiore mentiti sunt. [ *Christi parique spiritum* ] i. spiritum sanctũ ex vtroque (vt supra expositum est) procedentem. [ *Vnum potens per omnia, foue precentes vinitas* ] i. tu trinitas supraltissima, quæ es vnum ens absolutu, vna maiestas, vnus deus potens per omnia. i. in vniuersis omnipotens, foue precan tes. i. custodi, refocilla, enutri nos in te inuocantes ac adorantes. [ *Amen* ] i. sic fiat. & verè fir sit. Præterea ex primo versiculo huius hymni discamus & contèplemur, timeamus ac veneremur omnipotentiam dei in rerum creatione, sapientiam eius in earum dispositione, bonitatem & beneuolentiã in earũdem ad nosram utilitatem ordinatione reuolentem. Omnia namque per suam omnipotentiam ex nihilo condidit. Cælum & cuncta gubernat. Diem lumine vestit, noctem caligine operit, & tempora ipsa per vices distinguit. Prout nostræ congruit necessitati atque utilitati. Vnde in Deuter. Moyses est loquutus, ne oculis ele uatis ad cælum videas solem & lunam & omnia astra, & errore deceptus colas & adores ea, quæ dominus deus tuus creauit in ministerium cunctis gentibus. Cum metu ergo & reuerentia hæc decantemus, & omnipotentis dei decemur amore: qui tot & tanta nobis exhibuit bona, & exhibere non desinit.

**B** **C** **D** De tempore Feriali ad nocturnum matutinum, hymnus. [ *Iste totus apprimè suauis est, & admodu elegans, multaque explicis galliciniũ commoditates, que ad spiritualem transferenda sunt intelligentiã, quo nox & tenebre, peccatũ, somnus verò torporem & inertia in peccato signat: lux diurna, diuinæ gratiæ fulgorem: gallus Christum: eius cantus, vocem Christi nos scripturis sacris excitantur, vt excussio torpore noxio, ad opus bonum euigilemus & exurgamus.* ]  
 Author Ambrosius. Carmen Iambicum dimetrum.  
 Eterne rerum conditor. ] Hunc hymnum sanctus Benedictus in regula sua vocat Ambrosianum, id est hymnũ seu canticũ à B. Ambrosio editum: quod etiã constat ex hoc, quod totus hic hymnus quantu ad sensum, imò & quasi quo ad verba continetur in eiusdem sancti hexamerõ, in descriptione operum quinta diei: vbi de naturis auium ac piscium atque terrestrium animalium multa pulchra cõscribit. Galli, inquit, cantus est suauis in noctibus, non solum suauis, sed etiam utilis: qui quasi bonus cohabitator excitat dormientem, & reddit sollicitum, atque viantem consolatur, processum noctis canora significatione protestans. Hoc, vt pote gallo canente, Iatro suas relinquit insidias. Hoc ipse lucifer excitatus oritur, & cælum illuminat. Hoc canente mœstitiam trepidus nauta deponit. Omnisque crebro vespertinis fluctibus excitata tempestas, & procella mitefcit. Hoc deuotus exilit ad precandum: hoc gallo canente homo deuotus



Hoc, vt pote gallo canente, Iatro suas relinquit insidias. Hoc ipse lucifer excitatus oritur, & cælum illuminat. Hoc canente mœstitiam trepidus nauta deponit. Omnisque crebro vespertinis fluctibus excitata tempestas, & procella mitefcit. Hoc deuotus exilit ad precandum: hoc gallo canente homo deuotus

mentis affectu promptus & alacer surgit, & quasi exilit de lecto & ad orandum & ad perfoluendum matutinale officium. Legendi quoque munus instaurat. i. studium de sero intermissum refumit: quod studium scripturarum est munus. i. donum dei: qui dum studemus, loquitur nobis. Hoc canente, petra ecclesiae (scilicet petrus) culpam suam diluit, quam priusquam gallus ceter negando contraxerat. Istius videlicet galli ceter tu spes omnis redit, egri alleuiatur in commodum, minuitur dolor vulnerum, febrium flagrantia mitigatur, reuertitur fides lapsis, Iesus respicit titubantes, corrigit errantes. hanc Ambrosius.

Ex quibus illucescit literalis intelligentia hymni istius, Aeternae rerum conditor, cuius verbi sensus patet in expositione primi hymni super illud, conditor alme syderum, aeterna lux crediturum. Atque ut tacitum est ibi, deus appellatur conditor rerum aeternus, lux quoque aeterna crediturum: non quod ab aeterno res ipsas creauit, aut ab aeterno credentes illuminauit. Quippe qui nec ab aeterno fuerunt. Idcirco conditor rerum aeternus materialiter potius quam formaliter, quoniam ipse qui cuncta creauit ex tempore, verum in seipso aeternus est. Atque ut Rabbi Moses protestatur, Ideo non ab aeterno, sed ex tempore res creauit, & in memoria beneficij creationis, die sabbati iussit esse solennem: quoniam haec est facillima & omnino certissima via probandi deum esse ante omnia ab aeterno, & cuncta uoluntate, non necessitate naturae profuixisse ab ipso: quod verum esse monstratur per omnia miracula facta in veteri testamento a Nature alisque prophetis, & item per omnia quibus euangelica lex a deo esse ostenditur. Posset in super dici, quauis improprie, quod deus vocetur aeternus conditor rerum, non ab actu, sed a potestate creandi. Et item, quoniam ab aeterno creare decreuit. Vel propter ideales rerum rationes, quae ab aeterno in mente fuerunt diuina. [Noctem diemque qui regit] id est tempora cuncta distinguis, dispensas, & ad congruum dirigit finem. Sicque diem naturalem (qui est spatium viginti quatuor horarum) in diem artificialem, (qui est tempus latitudo seu motus solis super nostrum horizontem) & noctem partitur. [Et temporum da tempora] i. tempora diuersi negotii peragendis accommodata. [Ut alleues fastidium] i. quatenus homines ex hac temporum ac temporalium rerum & actionum seu exercitiorum varietate, minori fatigatione & taedio afficiatur: quoniam alternis uti delectabile esse. Quod cur ita fit, & de hac temporum distinctione dictum est in expositione hymni praehabiti super illud, Artus solutos, vt quies. Itaque tempora temporum nuncupatur successiones temporum, per qualitates & varias partes interpolata & distincta. Iuxta hunc modum loquendi scriptum est in Ecclesiastico, Est tacens non habens sensum loquelae, & est tacens sciens tempus apti temporis. Vnde in Ecclesiaste legitur, Omnia tempus habet, & suis spatiis transeunt vniuersa sub sole. Denique de hac temporum distinctione diuinitus instituta, scriptum est in Genesi, Fiat luminaria in firmamento caeli, & diuidant diem & noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos. In Daniele quoque, Ipse mutat tempora & aetates. De distinctione vero temporis in dies & noctes, subtiliter loquitur & quasi propheta Psalmista dicendo, Fecit lunam in tempora, sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae syluae. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exhibet homo ad opus suum, & ad operationem suam vique ad vesperum. Ex quibus vir sanctus admirans sapientiam & excellentiam dei in effectibus suis concludit & exclamat, Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Idcirco & nos dicendo, Aeternae rerum conditor: pensemus nos esse creatos ab eo, & ex consideratione omnipotentiae eius, metu & reuerentia, imò amore & gratitudine afficiamur ad ipsum. Praeterea quoniam ista distinctio ordinationis ac dominatio temporum est propria deo, Christus in Euangelio volens testari se deum esse, differuit, Amen dico vobis, quia dominus est filius hominis etiam sabbati. Atque ad sanctum Iob loquutus est dominus, Nunquid post ortum tuum praecipisti diluculo, & ostendisti aurorae locum suum? Indica mihi, in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit, vt ducas vnumquodque ad terminos suos. [Praeco diei] id est gallus [iam sonat] id est cantat & suo cantu diem appropinquare designat, naturali, non intellectu suo in intellectu, attamen instar intelligentis se habet, sic temporum distinctiones denunciant. Propter quod dominus ad Iob effatur, Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, aut quis dedit gallo intelligentiam? [Noctis profunda] id est vigilans & alacer excitator dormientium in ipsa nocte profunda: quod in praecedenti hymno expressum est cur nox vocetur profunda. [Nocturna lux vianibus] id est luminare nocturnum, videlicet luna seu stella matutina iam supple refulgens & apparet, [Vianibus] id est in nocte iter agentibus [A nocte noctem segregans] id est vnam noctem ab alia diuisam ostendens, radiando inter noctem vnam ac aliam. Quod solo suo ortu & cursu principaliter agit, quam lux illa nocturna: instrumentaliter tamen respectu creatoris omnia principaliter efficientis, & per causas secundas plurima exequentis. [Hoc excitatus lucifer] id est stella matutina radiofa, & suam secum deferens lucem, excitatus, id est in motu suo progressus vsque ad sui apparitionem super terram, hoc vt pote gallo canente, non a gallo, sed in hora cantus ipsius, [Soluit polum] id est caelum eruit. [Calligine] id est obscuritate, qua videtur esse in caelo ante luciferi ortum, & irradiationem: qui lucifer sua luce perfundit orbes aliqua claritate, qua videntur parumper abscedere, & multo plus sole surgente. [Hoc] gallo canente [Omnis errorum chorus] id est tota errantium & insidiantium ac malefactorum multitudo. [Viam nocendi deseruit] operationem ac aditum laedendi, persequendi, occidendi, furandi, adulterandi relinquit: non totaliter talia tunc vitando, sed minus quam ante gallicantum ea agendo. Hinc in lib. Iob habetur, Oculus adulteri obseruat calliginem: dicens, Nunne me videbit oculus? Perfidus in tenebris domus sicus in die condixerant sibi: si subitò apparuerit aurora, arbitrantur quasi vnam mortis. Ad hoc quoque vno modo pertinet quod apud Ioannem saluator ait, Omnis qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguatur opera eius. [Hoc nauta vires colligit] id est tempore gallicantus nauta vires refumit & laetificatur ex appropinquatione lucis diurnae, & quia pericula maris minuuntur. Vnde subiungitur, [Ponantique mitescum freta] id est fluctus & inquietudines maris aliquantum sedantur, aut penitus tranquillam

Exod. 16.

Eccle. 20.  
Eccle. 3.  
Gene. 1.  
Dan. 2.

psalm. 103.

Heb. 2.  
philip. 2.

Matth. 12.  
Marci. 2.  
Iob. 38.  
Ibidem.

Gen. 1.

Iob. 24.

Ioan. 3.

F

G

H

A tur, sole suis radiis dispergente materias tempestatu, vt in lib. Meteororum exponitur, [Hoc] gallo canente, [ipsa petra ecclesiae] i. Petrus post Christum praecipuum ecclesiae firmamentum ac robur fidelium, vt ait Theophilus. Idcirco Hieronymus, exponens illud Matt. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, differuit. Super hanc petram. i. super te. Verutamen istud quiddam contentioni deseruietes aequanimitate audire non queunt, dicentes, Ecclesiam super purum hominem non esse fundatam, sed immediate ac solam super deum. Quibus facile respondetur, quod Christus est fundamentum & robur ac petra ecclesiae primae ac principalis. Petrus vero secundarius ac instrumentalis. Dum equidem scriptura aut sancti doctores a se vel ab invicem dissentire videntur, aptius responderi non valet: vt per rationabilem distinctionem concordetur, & sic cesset contentio. Na & Petro Christus specialiter dixit, Tu aliquando conuersus cõfirma frater tuos. [Culpam diluit] i. peccatum suae trinae negationis, qua Christum negauerat, poenitendo & amare fidei deleuit. Vnde Christus ei praedixit, In hac nocte antequam gallus bis vocem dederit, ter me negaturus. Et in Marco recitatur, Quo facto, conuersus dominus respexit Petrum: qui mox verborum Christi reminiscens egressus est, & fleuit amarissimo plactu: non solum tunc, sed & deinceps hora eadem, qualibet nocte intantum quae facies eius praecalidum lachrymis videbatur quasi adusta: vt sanctus Clemens testatur. Ex his subditur exhortatio. [Surgamus ergo] vt in primo gallicantu, aut circiter, seu hora ab ordine instituta: ita quod tunc de strato corporali, de omni pigritia cordis, a somni torpore, mox alacriter nos excutiamus, consurgamus & in ardentem matutinale officium, ad dei praeconiium, ad psalmodiam solennem, ad deuotissimum deitatis amplexum, ad suauissimam supergloriosissimam trinitatis contemperationem, audito regis magni ac summi principis signo. Tunc eleuamus corda nostra cum manibus ad deum, & cum omni humilitate, copulatione ac puritate inchoemus noui diei obsequium, diuini cultus praeconiium, matutinale officium omni distractione abiectam, cum frequenti pectoris rursione, & consimilibus gestibus deuotione excitantibus: si soli fuerimus, & fieri possit secretè. [Gallus iacens excitat] in sua intentione, sed aeternae sapientiae praedicatione, quae gallicantum ad hoc & ad multa alia ordinauit: sed & sonus illius cantus coparari potest ad hoc, imò & quasi expletur agit id ipsum. Na cantus ille tantum effectus ex dei institutione procedens, est quaedam dei laudatio: & materialiter ad monet nos, vt illa hora deum & creatorem nostrum laudemus, cum & irrationabile animal illud suo faciat modo. Erubescamus ergo tunc ad surgendum tardare, cum taedio surgere, & quasi imminente horrere laborem. Hinc additur, [Et somnolentos increpat] i. ipso suo effectu ostendit racionales creaturas reprehensibiles esse, quae tunc praesomnolentia & torpore tardae & inefficaces sunt ad surgendum & confitendum domino. [Gallus negans] i. non acquiescentes surgere & deum laudare, [Arguit] i. suis factis & cantibus tanquam exemplis reprehendit modo iam taeto. Sic quippe irrationalia in exemplum contra homines in medijs deducuntur: eò quod illa obseruant ac impleant ea quae ipsis ab auctore naturae sunt praestituta & instituta, cum tamen irrationalia extent. Homo autem cum sit rationalis naturae, & suum factorem agnoscat informi notitia, factis tamen neget, & talis transgrediat. Sicque apud Esaiam deus cõqueritur, Cognouit bos possessorem suum & asina praesepe domini sui. Irraerit autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Apud Hieremiam quoque, Miluus in caelo cognouit tempus suum, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, Populus autem meus non intellexit iudicium domini. [Gallo canente spes redit] i. fiducia cumctis augetur, die iam proximatae: spes quoque indulgentiae peccatorum, inquantum tunc ad memoriam reuocatur, qualiter sanctus Petrus suae negationis ac peccationis tunc veniam impetrauit. Per quod omni peccatori spes datur. Sic & hora illa spes oritur imperadi bona aeternae vitandae mala in die tunc imminente, [Aegris salus refunditur] id est infirmis sanitas aliquo qualiter exhibetur. Quia (vt patet ex verbis Ambrosij introductis) infirmitatum incommoda tunc alleuiantur, minusque saeuit vulnere dolor, & febrium mitigatur flagrantia: appropinquante ac influente delongè medicinali ac dulci vigore luminis solis, [Mucro larvoni conditur] id est larvones caeterique malefici, qui tunc a suis retrahuntur excessibus propter lumen diei instantis, in quo metuunt deprehendi: reponunt tunc in vaginis gladios suos, & arma sua saeva abscondunt. [Lapsis fides reuertitur] id est his qui corruerunt in tenebras, lumini fidei contrarias, vt sunt haeresis, perfidia, diffidentia, redit tunc vera fidei lumen: quado a somno exurgentes, modo praefato, & metes suas ad dominum dirigentes, a sole iustitiae illustrantur, & praeraticatores redeunt ad cor, ac fidei stabilitatem considerant.

B

C

D

Thren. 3.

Tit. 1.  
Esa. 1.  
Hier. 3.

Eph. 5.  
Esa. 46.

Prouer. 24.

Psal. 118.  
Eccle. 36.

Hiere. 10.  
Matth. 26.  
Marci. 14.

admodū Petrus à te respēctus, fleuit amarē, ac veniā impetrauit. [Tu lux resurge sensibus]. i. tu Christe lux vera, lux mūdi, sapiētia patris ēterni, irradia & respēde interioribus sensibus nostris: intellectū in omnibus illustrādo, rationē docēdo, vim quoq; cogitatiuā & imaginatiuā à vanis & stultis apprehēssionibus, phātaficis imaginatiōibus turbibus, inuolutiōibus insensatis prēseruando & expurgando: ex quibus oriuntur timores pueriles, tristitiā deprīmētes, aut prauē & carnales affectiōnes, ad quarū omniū eradicationē ac deuitationē indigemus visitatione superna, ac illustratiōe piissima. Quia, vt scriptū est, Sicut

Eccle. 34. parturietis cor tuū phātasias patitur, nisi fuerit ab altissimo emissa visitatiō. Talibus ergo nō immoreris, cū per Hieremiā dñs dicit, Vt que quo morabūtur in te cogitationes noxiā: simō proin? vt senseris quip piā tale, ad salubris te conuertē, ad meditationē pāsionis dominicæ, ad memoriā nouissimorū tuorū, ad cōsiderationē diuinæ prēsentiæ, ad orationis refugiū, ad psalmodiæ solatiū. Denique cū appetitus obiectū sit bonū apprehensum seu cognitū: hinc nil appeti potest, aut abhorreri, seu formidari, nisi iā apprehensum seu cogitatū. Idcirco qui vult ab inordinatis pāsionibus tristitię & timoris & prauis affectibus seu cōcupiscentiis prēseruari aut liberari: studeat à pręactis apprehēssionibus, imaginatiōibus, cogitatiōibus se purgare & prēseruare. [Mentisque somnum discute.] Sōnus propriē ad partem pertinet sensitiuā. Porrō somnus mētis est duplex. Vnus laudabilis, qui est foporatio mētis in deo, somnus cōtemplatiōnis: de quo exponitur illud Gene. Immisit dominus foporē in Adā. Vnde exponi potest & illud in psalm. In pace in idipsum dormiā & requiescā. Alius vituperabilis, qui est negligētia, torpor, otiositas cordis inrimorati, inculcōditi, nec corā deo sollicitē ambulantis. Quē pessimū somnū precamur discutei & expelli à nobis: ita q; deus excitet nos & illustret ad cōsiderandū idoneē, quot & quāvis circumdati & expositi simus periculis, q; metuendū iudicium nobis imminet, quā crudelissimis inimicis vallemur. Sicque cum metu tremore & timore nostrā operemur salutē, residuū vitæ nostræ spatiolū fructuosē in giter expendētes, [Te nostra vox primū sonet]. i. ante cætera diei opera & humana colloquiā, te in primis laudemus & inuocemus. Quatenus primō quæramus regnū dei & iustitiā eius: & omne quod agimus in verbo aut opere, omnia in nomine tuo agam? [Et vota soluamus tibi]. i. desideria dei & virtutia tibi offeramus ac impleamus: iuxta illud psalmi, Sic psalmū dicā tibi in seculū seculi, vt reddā vota mea de die in diē. Itēque, In me sunt deus vota quæ reddā laudationes tibi. Vel vota. i. promissā, quæ fecimus tibi, si deliter expleamus. Duplicit enim deo stulta & infidelis promissio. Quibus verbis in Ecclesiaste premit titur, Si quid vouisti deo, ne moreris reddere. Ex quibus elicitur, q; infidelis & stulta promissio sit, non statim reddere cū quis possit ac debet. Ideo in Deut. iustum est, Quod semel egessum est de labiis tuis obseruabis, & facies sicut promisisti domino deo. Et hoc valde pensandum est omni religiofo ac metuendū, cū status religiosorū, sit status perfectiōnis acquirendę. Ideo ad proficiendū in virtutibus atque votorū adimpleriōibus, dignā diligentiā, debitumq; conatū non impendere abfque mora seu indilate,

Gene. 2. Rom. 11. Philip. 2.

Matth. 6. 1. Cor. 10. psal. 60. psalm. 55. Eccle. 5. Ibidem. Deut. 23.

Rom. 13. Roma. 8.

Ioan. 1.

Matth. 3. Marc. 1. Sapien. 7. Iob. 38.

Ioan. 16.

Ioan. 10. Luc. 10. Matt. 4.

E

F

G

H

A stoli eius, quibus Christus denunciauit, Faciam vos fieri piscatores hominum. Pontis que mitesunt freta. Pontus seu mare est hoc seculum nequam, seu turbulentū & vitiosum hominum genus, cuius inquit tudines, bella, contentiones, amaritudines; & peccata per Apōstolorum prädicationē toto orbe promagna parte cessauerunt impijs illis ac Christum conuerfis, & in eius ecclesia concorditer ac dulciter cōhabitantibus: iuxta illud Esaiæ, Tunc habitabit lupus cum agno, & pardus cum hęcdo accubabit: Vitulus, leo, & ouis simul morabuntur. Hęc ipsa petra ecclesiæ, de qua dixit Apōstolus, petra erat Christus: culpam diluit, id est vitia generis humani, de quibus sanctissimus Ioannes disseruit, ecce agnus qui tollit peccata mundi, qui de seipso perhibuit, potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata. Quam & suis concessit discipulis ac sacerdotibus loqueris, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Gallo canente spes redit, id est Christo euangelizante per suos vicarios, & per euangelicam tubam peccatores quantumlibet vitiosi ac indurati redierunt ad spem veniæ & salutis. Quoniam ipse de se protestabatur, Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat; Et rursus, Eum qui venit ad me non eiiciam foras. Et sic ægris per vitia salutis, id est curatio à peccatis refunditur, Vnde & ipse expressit, Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus, Mucro latronis conditur, hoc est, falsa doctrina cuiuscunq; seductoris reprobat ac fugit, quia per Christi gratiam & doctrinam hæretici pseu doprophetæ sunt confutati. Et lapsis veritas fidei est oblata. De his plura possent induci, sed prolixitas, fastidii mater est euitanda.

Esaïæ. 11. 1. Cor. 10. Ioan. 1. Matth. 9. Marc. 2. Matth. 16.

B De Tempore Feriæ ad laudes matutinas, Hymnus. In eo fit ad dei filium oratio, vt suo lumine nos illustret, peccata noxiāque repellat, & virtutes in nobis adaudeat. Author Ambrosius. carmen Iambicum Dimetrum.



plendor paterne glorię] Hymnus ab alto incipit intellectu. Deinde post primum versum totum oratio est. Splendor paterne glorię, id est tu vnigenite, splendor glorię paterne, id est fulgor splendidissimæ glorię dei patris, seu maiestatis atque sublimitatis eius, oriens ex lumine patris fontali, in quo splendore maiestas, & omnis perfectio æterni genitoris, plenè, perfectè, naturalitèrque refulcet, filius nā que procedit à patre per intellectum cum sit verbum & sapientiā patris. Idcirco procedit à patre secundum rationem asimulationis plenæ ac naturalis, perfectio nanque intellectus consistit in asimulatione intellectū ad intelligentē. pater quoque vocatur, qui de substantia sua generat similem sibi. Hinc filius nuncupatur imago dei patris & character seu figura substantiæ patris. Vnde ad Hebræos asseritur, Qui cum sit splendor glorię & figura

C substantiæ eius. Et Sapiens, Vapor est enim virtutis dei & emanatio quædam claritatis omnipotentis dei syncera, candor lucis æternæ, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Hęc quippe emanatio est naturalis, intellectualis ad intra [De luce lucem proferens] hoc est, ex teipso qui summa lux es, producens spiritum sanctum qui est lumen æternum, imò tota supergloriosissima trinitas est vna & eadem lux sicut & vna essentia. Idcirco cum pater dicitur genuisse lumen, & filius lucem spirasse, per hęc nomina absoluta intelliguntur relatiua, hoc est, ipse personæ quæ relatiuè dicuntur, vt filius dicatur de luce lucem proferre, hoc est, spiritum sanctum qui est lux. Dicitur quoque filius lucem de luce proferre, spiritum sanctum producere de luce, id est de virtute spiritui sibi dato à patre. Et rursus spiritum sanctum, qui est lux de luce, hoc est, procedens à patre qui est lux fontana. Insuper filius protulit lucem de luce, hoc est, spiritum sanctum misit & dedit Apōstolis à patre. Quæmadmodum ait, Cum venerit ille paracletus, quem ego mittam vobis à patre. [Lux lucis] hoc est, tu vnigenite es lux lucis. i. lux emanās à patre qui est lux à nullo procedens. es enim deus de deo, lumen de lumine, deus verus de deo vero: & hoc iuxta sensum præactū, [Et fons luminis] id est spiritus sancti qui à patre & filio tanquā ab vno fonte procedit. Filius quoque sicut pater est fons luminis, hoc est, vniversæ lucis creatæ, imò tota indiuidua consubstantialisq; trinitas est vnus & idem fons creati luminis omnis. [Dies item illuminans] christus vocatur metaphoricè dies, quoniam sicut dies exterior illuminat oculos corporales, & dirigit in agendis sic christus oculos interiores, & ita per diē designatur mens defu per illustrata. Dies item exterior temporalis & dies etiam in patria lucē suam à christo, secundum quod deus est, fontaliter sortiuntur. [Verusque sol illabere] christus fons sapientiæ, verbum æternum, vocatur sol verus, eo modo quo protestatur, Ego sum vitis vera: quod tamē metaphoricè, id est per similitudinē contenti ei, & tamē dicitur vitis vera, non per proprietatem naturæ, sed ad distinctionē vitis falsæ. cui dicit Hieremiās, Quomodo conuersa es in prauū vineę alienæ, vnde qua loquitur deus, Expectaui vt faceret vvas, & fecit labruscas. Sic itaque christus, præsertim secundum deitatis naturā, dicitur verus sol. sol (inquam) sapientiæ, sol intelligentiæ, sol que iustitiæ, de quo in Sapientia, fatetur iniqui, Sol intelligentis, non est ortus nobis, qui verè illuminat animas deuōtorum. Porro cum christus, vt deus, omnium rerū illabatur essentis, quomodo deprecamur eum illabi mentibus nostris, nisi per donorum suorum infusionem, multiplicationem & incrementa. Ita vt omnium animarum nostrarum interiora radijs illuminationum suarum infundat, charitatis ardoribus impleat, donis virtutibusque suis atque indefinēti profectu ditet, decoret, perficiat, quatenus delitiæ eius sint esse nobiscum, & in cordibus iugiter commorari, [Micans nitore perpeti] id est in teipso æterna & infinita claritate, resurgens, perpetuèque nitore, hoc est, lumine gloriæ irradians mentibus beatorum. Ad quem Boëtius fudit hanc preceem. Atque tuo splendore mica. Rursus micans, id est bonis choruscans, nitore perpeti, hoc est, spiritu sancto, qui est nitōr ac puritas finem non habens, [Iubarque:] id est omne donum gratuitum pulchrum ac splendidum [Sancti spiritus infunde nostris sensibus, Vois vocemur & patrem] hoc

Sapien. 7. Heb. 1. Sapien. 7.

Ioan. 16.

Ioan. 15.

Hic. 2. Esaïæ. 5.

Sapien. 5.

Prouer. 8.



Math. 6. est, deū trinitatem: cui quotidie dicimus, Pater noster qui es in cælis, seu patrem æternum vnigeniti dei.  
 Ioan. 1. Vnde in Ioāne habetur, Vnigenitus filius qui est in sinu patris. Inuocemus piis desiderijs ac feruidis, p-  
 ut deceat tantum patrem affectuosissimè inuocari, qui respicit indeuotum, euomit tepidum, negligenti-  
 tē detestatur ac pigrum [ *Patrem perennis gloriæ* ], i. æternæ beatitudinis atq; lætitię in seipso. Patrem quoq;  
 Apoc. 3. Christi qui est gloria patris. Si quidē filius sapiens, est gloria patris. Et rursum patrem perennis gloriæ. i.  
 perpetuę iucunditatis beatorum in patria eo modo quo pater luminū appellatur. i. causā fontalis ac pater-  
 nalis omnium luminum & iucunditatū bonarum. Iuxta quē sensum subiungitur, [ *pater potentis gratiæ* ]  
 Iacobi. 1. quoniā causā est & origo gratiæ gratū facientis, & omnium gratuitorū bonorum, cuius gratia tantæ est  
 potestatis, q̄ in ea & per eā omnia possumus quę deus à nobis requirit, omnibus quoque aduersarijs no-  
 Philip. 4. stræ salutis cōstitimus fortiores. Quemadmodum ait Apostolus, Omnia possum in eo qui me cōfortat,  
 [ *Culpam releget lubricam* ], i. expellat à nobis vitia in stabilita rectum iter ad salutem impediencia, & ad ca-  
 sum mortis mouētia. quemadmodum via exterior lubrica frequētiter inclinat ad casum & facit nutare ac  
 p̄salm. 34. expeditū impedit gressum. vnde de impijs fertur in P̄salmō, Fiat via illorum tenebræ & lubricū. [ *Infor-*  
 Philip. 2. mer] i. fortiter formet & causet in nobis [ *Adus strenuos* ], i. a cōtiones virtutum idoneos, fortes, cōdignos.  
 E saia. 26. Deus nāque est, qui operatur in nobis uelle & perficere, iuxta Apostolum, cui loquitur rēfaias, Omnia o-  
 pera nostra operatus es nobis. Item, Informat. i. doceat nos exercere actus strenuos, nō remissos: quia vt  
 Proue. 18. Salomon loquitur, Qui dissolutus & remissus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Hinc orat  
 P̄salm. 142. P̄salm. Doce me facere voluntatē tuā, [ *Dentem reuandat inuidi* ], i. morsum & lacerationē ac lēzionem in-  
 iudicij diaboli, seu etiam heminis rācorosi & obloquētis reprimat & confringat: sicut P̄salmographus  
 P̄salm. 3. loquitur deo, Dentes peccatorum contriuisi. Et iterū, Filijs (inquit) hominū dentes eorū arma & sagit-  
 P̄salm. 56. tæ. [ *Casus secundat asperos* ], i. cūentus aduersos, duos, f̄cnales, faciat nobis prosperos esse ac salutare, ita  
 Rom. 8. quod eos patiēter ferendo proficiamus ex eis: & sic omnia cooperentur nobis in bonum, vnde ait Apo-  
 Roma. 5. stolus, Gloriamur in tribulationibus. Et iterū, Deus (inquit) faciet cū tentatione prouētum. Hinc addit-  
 1. Cor. 10. tur, [ *Donet gerendi gratiam* ], i. deus prætlet gratiam ac virtutem taliter operādī, ac ita nos habendi quōd  
 sic omnia nobis proficiant ad salutem. [ *Mentem gubernet & regat* ], i. superiorē animæ partem intellectu  
 & voluntatem regat, in interioribus a cibus, & gubernet in exterioribus [ *Casus fidei corpore* ], id est ita vt  
 1. Theff. 4. corpus sibi habeat obtēperans, continens atque fideliter agens: iuxta illud Apostoli, hæc est uolūtas dei  
 sanctificatio uestra, vt sciat vnusquisque uas suum possidere in sanctificatione & honore. [ *Fides calore*  
 Iacob. 2. feruat ] hoc est, charitatis ardore formetur & accendatur ac fortiter operetur. Etenim fides sine charita-  
 te informis est, & quæ non habet opera, mortua est in seipsa. Insuper fides dono sapiētię adornatur &  
 adiuuatur ac contemplandum diuina. Sit ergo in nobis fides clara, feruida, & operatoria, quæ ad omne  
 bonum nos incitet & confortet. Nam & sancti per fidem uicerunt regna, & hæc est uictoria, quę uincit  
 mundum fides nostra. Ipsa est omnis boni fundamentū, & radix, ac uita iusti, [ *Fraudis uenena nesciat* ], id  
 Heb. 11. est diabolica tentamenta, perfidorū errores, persuasiones pestiferas, & omnium hæreticorū deceptionē  
 1. Ioan. 5. abhorreat, vt si mper inuolata, pura & fortis persiſtat. [ *Christus sicut nobis sit cibus* ], hoc est refectio & cō-  
 Eccle. 15. fortatio animæ nostræ. Ipse enim est panis uitæ & intellectus, sapientia summa mentē reficiens & cō-  
 fortans, qui & sacrosanctio corpore preciosoque sanguine suo nos alit in sacramēto, vt fatetur Euange-  
 Iōan. 6. lista Ioannes, Ego sum panis uitæ, qui de cælo descendi. Et denuo, Hic est panis de cælo descēdens, vt si  
 Ibidem. quis ex ipso māducauerit, nō moriatur in æternum. Itēmq; Caro mea uerē est cibus, & sanguis meus ue-  
 Ibidem. rē est potus, [ *Ponque nosser sit fides* ], i. cōsideratio fidei dulcem & salutarē nobis efficiat cibum istum,  
 & mentes nostras contra æstum tentationum refrigeret, quatenus salubriter masticemus mente hunc ci-  
 bum, & conuertamur ac transformemur in ipsum. [ *Latet bibamus sobriam ebrietate spiritus* ], hoc est ebrieta-  
 tem spiritus sobriam, id est potum prædicum spiritualiter, modēstē ac purē inebriantem cor nostrum,  
 uidelicet fidei cōtemplationē ab immoderato scrutino abstinentē: ac mentem diuinorū gustu atque  
 cantic. 5. p̄demonāte charitatis affectu replentē gustemus, hauriamus, & instar poculi deglutiamus in intima spi-  
 ritus nostri hilariter. De qua refectioe & ebrietate sponsus in canticis loquitur, Comedite amici & bibi-  
 te, & inebriamini charissimi. [ *Letus dies hic transiat* ], hoc est, totum hunc diem in uirtuosis actibus cum  
 spirituali gaudio expendamus, omnem otiositatem, negligentiam, transgressionem totis uiribus detestantes  
 ac deuotantes: sicque dies uocatur lætus aut tristis, ex lætitia aut tristitia hominū qui sunt in eo.  
 Philip. 4. Sic ergo impleamus quod dixit Apostolus Paulus ad Philipenses, Gaudete in domino semper. Oportet  
 itaque ut omnia cultus diuini oblequia prompto animo, hilari mente, et in interna alacritate spiritus  
 P̄salm. 99. peragamus: sicut hortatur propheta, Seruite domino in lætitia. Veruntamen iucunditatem hanc filiali  
 timore, frequēti cōpūctioe, diligenti cordis custodia oportet muniri, temperari, misceri. Cū scrip-  
 P̄salm. 2. tum sit, Seruite domino in timore, & exultate ei cū tremore. Nā & sapiens in omnibus metuit. Et, Beatus  
 Eccle. 18. homo qui semper est pauidus. Inordinata uerō tristitia secularis & mordax omni homini præfertim  
 Proue. 28. solitario est uitanda, quę oportet bonæ fidei fiducia, & in infinita dei misericordia respirare, non pusillan-  
 imē, desolatū uel esse, imō in cella cælicā ducere uitam, orationib; p̄salmōdijs, meditationibus, cōpū-  
 Eccle. 30. ctionibus, interdum autē & lectioe uacādo. Hinc in Ecclesiastico edocetur, Tristitia nimē lōgē expelle  
 à te, multos enim occidit tristitia, & nō est uilitas in ea. Melior est mors quā uita amara, iucunditas cor-  
 Iob. 3. dis, hæc est uita hominis. Vnde apud Iob, Cur misero data est lux, & uita his qui in amaritudine sunt?  
 Porro qui nouit ac didicit in aduersis gaudere, & ipsam afflictionem obiectum lætitię sibi statuerē, in-  
 quantum multipliciter uilis est, potest semper gaudere. [ *Pudor* ] id est sapiētialis erubescētia, quæ ho-  
 mo fidelis erubescit in diuini maiestatis præsētia uiliter se habere, creatorē offendere, turpiter cogita-  
 re. Pudor quoque, hoc est pudicitia castitatis, [ *sit ut diluculum* ], id est sit principium illuminationis ani-  
 mæ nostræ. Quemadmodū diluculum seu aurora, principium est diē ac lucis diurnæ. Nempe per hoc

A quod coram deo peccare uerecōdamur, & nobili castitati operam damus, ualde desuper illuminari inci-  
 pimus: quia de ista erubescētia scriptū est, Est cōfusio ad ducēs gratiā & gloriā. Hinc indurato & assuetu  
 in uitijs loquitur Hieremias, Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluit erubescere. [ *Fides uelut Hiere. 3.*  
*meridies* ], id est fides nostra dono sapiētiæ ac lumine gratiæ taliter illustretur. Charitatis quoque seruo- Eccle. 4.  
 re ita perficiatur, vt tanquam meridies fulgeat in ardē ac feruat, atque per opera bona ædificatiōis exē-  
 pla præbeat proximis, & ita sit lucerna lucens ac ardēs [ *Crepusculum* ] hoc est, occasum peccati recessum  
 illuminationis diuinæ & minorationem lucis internæ, [ *Mens nesciat* ] id est cor nostrum non patitur,  
 neque incurrat, imō sole declinante magis ac magis se intus recolligat, ad dñm eleuetur, ac soli sapien-  
 tię se applicare nō cesset, dicēdo, Mane nobiscū dñe, qm̄ aduersa perasit. Hinc in uesperarum hinc ce Luc. 24.  
 Vel aurora cursus. i. ipsum diluculum, in quo incipit cursus diē & processus operatiōis diurnæ. Prouehit,  
 id est p̄motionē in meliora agere inchoat, quod aurora agere perhibetur, quia in ea hoc agitur, [ *Aurora*  
 [ *Prouehit* ], id est ad altiora & meliora sustollit & eleuat mentē, quæ admodū sol in aurora ascēdit in celo.  
 Vel aurora cursus. i. ipsum diluculum, in quo incipit cursus diē & processus operatiōis diurnæ. Prouehit,  
 id est p̄motionē in meliora agere inchoat, quod aurora agere perhibetur, quia in ea hoc agitur, [ *Aurora*  
 totus prodeat, in patre totus filius, & totus in uerbo pater ], id est in ipsa aurora, filius totus. i. Christus perfectus  
 ac integer deus & hō, existēs totus in patre tanquā uerū patris in æternitate, æternaliter in uaria  
 bilitate quę persiſtēs, & pater cōsistens totus. i. p̄fectus in filio tanquā in naturali ac plena imagine sua, pro Esa. 26.  
 deat. i. gratiosē nobis appareat, ita q̄ utrunque fideliter cōtēplemur in aurora: sicut loquitur Esaias, De p̄salm. 5.  
 mane uigilabo ad te. Et P̄salm. Manē affluo & uideo, qm̄ non deus, & c. Ecclesiasticus quoque asserit, Lu Eccle. 39,  
 flus cor suum tradet ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum. Expresso interea patre & filio  
 intelligitur simul spiritus sanctus amor & nexus, cōmunio & osculum uerūque qui spiritus sanctus to-  
 tus est in uerūque atq; uerūque totus in ipso. Etenim quælibet diuina & increata persona est tota in qua  
 libet alia, seu potius in alia utraque. Er vt primo lib. asserit Damascenus, Singulæ personæ in singulis  
 sunt per circumfessionem, cū quælibet sit immensa. Et item per essentię identitatē, vt sanctus dixerit  
 Augustinus, cū substantiales esse noscantur. ¶ Quocirca sincere ac dulciter cōtēplemur quā prorsus  
 immensa sit (superbeatissimæ Trinitatis huius beatitudo & gloria, quanta propinquitas mutua, quā  
 superclarissimè & superdeliciosissimè seinuicē æternaliter intueantur, quā superardentissimè seinuicē  
 amant, & amplectantur, & utrique intensi uel, penitus infinite, quā multa & summa sint eius ra-  
 tionēs mutuę dilectionis, quā superdulcissimè se mutuo perfruantur. Tante ergo summa & superbene-  
 dictæ Trinitatis felicitati ac gloriæ totis cōgratulemur præcordijs, humiliter deprecantes, vt & nos pau-  
 perculi pietate ipsius ad uidentium & deglutandum quod credimus & speramus, mox post uitæ affectu  
 curriculum perducamur. Ecce hunc hymnum cum sublimi cōtemplatione, cum pura & feruētia affec-  
 ctione, cum præcordiali diē laudatione cantemus, Panis ille cælestis qui cibus est angelorum per facia- Ioan. 6.  
 lem aspectum, sit cibus noster per fidem, & fidei notionem, per charitatis affectum. Nec sine ingenti & P̄salm. 77.  
 prorsus rationali causa omittamus quotidie consecrare & fumere tam superpretiosissimum cibum, ac  
 deo patri tam acceptissimum sacrificium immolare fatagentes, & conuersationē ad hoc ipsum peraga-  
 dum condecentem, & quantum imbecillitati nostræ extat possibile suo modo habere condignam. Spi-  
 ritualiter uerō manducemus hoc sacramentum assiduē, imō & qualibet hora. O quam est nobilitas sa-  
 cerdotis ita agentis, utinam efficaciter iaperent nobis ista.  
 Ad primam, Hymnus,  
 ¶ Iste officio primæ peculiariter est addicē, quo exhortamur vt exorto iam die rogemus deum, nos  
 per totius diē curriculum à uitijs custodiāt, detque ipsum in laude sua perficere.  
 Author Ambrosius. Carmen Iambicum Dimetrum.  
 Am lucis orto sydere] Scribit in Hexameron suo beatus pater Ambrosius, Venit in mentem  
 memoria autium, quæ dum eunt cubitum quasi peracto hilariter diē aërem cantu solent  
 mulcere, quod & solemnitè repetunt surgente occidente die. Ita vt decur  
 I su diurni, uel oritur nocturni temporis iustas laudes suo referant creatori. Magnum igitur  
 D inuentum excitandæ deuotionis nobis est hoc. Quis etenim hominis sensum gerens, non  
 erubescat sine p̄salmōdiæ decantatione inchoare diē, ac claudere, cum & minutissimæ aues solenni  
 deuotione dulcēque carmine ortus dierum ac noctium prosequantur? Hoc tango vt hymnum istum  
 ad primam deuotius concinamus. Iam lucis orto sydere, hoc est, sole nunc exurgente, qui antonomati-  
 cè nominatur planeta & sydus lucis, dum & præclarissimè luceat, & lucem in fluxu alijs, imō & cæteris  
 planetis ac stellis, vt alij opinantur [ *Deum precemur supplices* ], id est humiliter ac intentē, [ *vt in*  
 diurnis actibus ], hoc est, in cunctis huius diē operibus & momentis, [ *Nos seruet* ], id est præferret,  
 tueatur, custodiat. [ *A nocentibus* ], hoc est, ab aduersarijs nostræ salutis omnique acie uitorum, quæ di-  
 rectē & formaliter nocent, spiritualiter perimunt, æterna hominem priuāt beatitudine, ac in-  
 fernalis calamitatis infelicissimum statuant seruum, hostem dei constituent, ac demonum faciunt ser-  
 uitorem. Nulla nanque nocet aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Hinc in Ecclesiastico. 21. capitu-  
 lo dicitur, Quasi à facie colubri fuge peccata. Tobia quoque sanctus Raphaël angelus ait, Qui faciunt  
 iniquitatem, hostes sunt animæ suæ, hoc est, quod ait Propheta, Qui diligit iniquitatē odit animam suā. Eccle. 21.  
 [ *Lingua refrenans temperet* ], hoc est, ipse det nobis gratiam & uirtutem refrenandi linguas nostras toto  
 hoc diē ab omni locutione illicita, præfertim à uerbis pungituijs, cōtentiofis, inquis. Illud enim uideli-  
 cè linguam ita reprimere, donum & opus est dei: quemadmodum in Prouerbijs fertur, Hominis est  
 animus præparare, & domini est gubernare linguam. Ideo Iacobus in sua faretur Canonica, Linguam  
 nullus hominum domare potest, inquitur malum, plenum ueneno mortifero. Cum ergo tam diffi-  
 cile sit linguam istam domare, nonne magis debet esse in custodia? Prouer. 16.  
 Iacob. 3.



cile necessariūque sit ad salutem compefcere linguam, meritò deprecatur Ecclesia primū in hoc hymno ad primam pro gratia refrenandi ac temperandi loquelam, Nam rursus idem affirmat apostolus Iacobus, Lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totū corpus nostrū. De his in prouerb. Salomon multa effatus est, Qui custodit (instruit) os suū, custo dit ab angustijs animæ suæ, qui autē incōsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Et rursus, Vidisti aliquem velocē ad loquendū, stulticia magis sperāda est quā illius correctio. Itaque deus linguas nostras refrenet. [ *Ne liis horror insonet* ] hoc est, ex verbis illicitis, superfluis, vitiosis oriatur in nobis lis seu contentio abhorrenda, & omni Christiano, præsertim religioso vehementer vitanda: quæ & scandalizatiua est aliorū, & cōtemptibilē facit eū qui litigat, ac variis eū implicat vitiis: iuxta illud Iacobi, Vbi zelus est & contentio, ibi incōstantia & omne opus prauū. Erubescat ergo claustralī qui spiritalis esse tenetur! liti, contentioni, clamori vacare aduertens: quod vas ait electionis, Cūm sit inter vos zelus & contentio nūnne carnales estis & secundum hominem ambulatis? Hinc in Eccle. dicitur, Abstinerē a lite, honor est homini cum separat se à lite. Vir iracundus incēdit litem, & vir peccator turbabit pacem. Ideo dixit apostolus Noli verbis contendere, ad nihil enim vile est nisi ad subuersionē audientium. Itēque, Omnis, ait, amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur à vobis, [ *visum fouendo* ] id est visum exteriorē [ *comēgā* ] id est moderatē operari, custodiat & circa vtilia atque saluberrima obiecta refoueat, vt in aspectū crucifixi, armorūque eius & rerū ac figurarū ad cōpūndationem mōuentium recreetur. Incultō ditus etenim visus, incultoditæ mentis est signum, atque vt Salomon loquitur, Oculi sapientis in capite eius, oculi autem stultorum in finibus terræ. Certum est, quod mens hinc inde inordinatē aspiciens, præsertim in diuinis à deuotione sit vacua, nec custodiæ suæ sollicita: iuxta quod scriptū est alibi, Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi apīs volubilis cogitatus illius. Et iterum, Cor fatui quasi vas confractū, omnem sapientiam non retinebit. [ *Ne vanitates hauriat* ] id est per incautā circumspectiōē ad dissolutiones, risus, distractiones inducat atque vanarū cogitationum ac prauarū affectionum materias, incitatione, occasione, obiecta importet, ne mors culpæ per fenestras corporis intrans perimat mentē. Hinc psallimus, Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Potest quoque de oculis exponi mentalibus, qui refrenandi sunt, ne ex rebis creatis hauriant vanitates præfatas. Ideo in Prouerbis iubetur, Omni custodia custodia cor tuum. Et in deuterio, custodi temetipsum & animam tuā sollicitē. Hinc sequitur, [ *sint pura cordis intima* ] id est cogitationes, appetitiones, intentiones, machinationes mentis immunes sint à peccato, & ab omni peruersitate & distortionē. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deū videbunt. Et qui diligit cordis munditiam, amicum habet regem cælōrū, immortalem, inuisibilem. Nempe cum similitudo sit causa & ratio cōplacitiæ & amoris, deus essentialiter purus, & sanctitas infinita mentem diligit puram, [ *absistat & vecordia* ] id est mentis insaniam, insipientiam, insensatiō. Qui enim vanus & excors est, patebit contentui. Omne autē peccatum insaniam est. Quid enim insanus est quē mentē à suo creatore auer tere, à summo & incomparabili bono deflectere, & ei hæc vana, carnalia, ac terrena præferre, quod argunt omnes qui dono sapientiæ carent, in quibus puerilitatis & insipientiæ vitium dominatur, de quibus scriptura testatur, Stultorum infinitus est numerus, [ *carnis terat superbiam* ] id est rebelles motus concupiscentiæ & sensualitatis reprimat, minuat, vincat, [ *potus cibique parcitas* ] id est abstinentiam, ieiuniū & parcimonia quotidiana: vt impleamus illud apostoli, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Ideo scriptum est, Noli auisus esse in omni epulatione, nec te effundas super omnē escā. In multis enim effcis erit infirmitas, qui autē abstinentis est efficiet ad vitā. Vitā ergo est superfluitas in quantitate & qualitate. Nam & si victualia sint delicata & saporosa, fiunt duo cōtra vnum, & periclitatur sobrietas. Hoc religiosus valde pensandum est, quoniā tenuitas, sobrietas, simplicitas victus & vestitus voto paupertatis indispensabiliter annexa sunt. [ *Vt cum dies abcesserit* ] id est finem accepit. [ *Noctemque fors reduxerit* ] euentus rerum seu solis recessus rursus caufauerit noctis caliginē, quæ cū sit priuatio lucis cō comitater, subsequitur, [ *Mundi per abstinentiam* ] .i. per deuotionē secularium vitiorum, ac odium mundalium vanitatum & voluptatum, videlicet per hoc quod omnia talia toto die vitamus. [ *Ipsi* ] deo omnipotentij [ *Canamus gloriam* ] .i. laudem & gratiarū actionem cantemus & offeramus de hoc quod tam gratio sè ab his quæ mundi sunt nos præseruauit. Ideo sanctus Ioan. Nolite, inquit, diligere mundū, neque ea quæ in mundo sunt. Paulus quoque, Nolite, ait, conformari huic seculo. Ecce in hoc hymno docemur qualiter tota die nos debeamus habere existendo solliciti ne excedamus in verbis: quia qui multis vitur verbis, lædit animam suam, nec vir linguosus dirigitur in terra. Hinc loquacitas, stultitiæ signum est, iuxta illud, Stultus verba multiplicat. Et scriptum est, Vtinā taceretis, vt putaremini sapientes. Itēque, Totum spiritum suū profert stultus, sapiens autē differt & refertur in posterū. Visum quoque & cæteros sensus exteriores custodiamus ab omni excessu circa sua obiecta: quemadmodū scriptum est, Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam, linguam detrahentem, susurrantem, discordias seminantem. Hæc quippe sunt prorsus diabolica vitia, ideo à detrahente, discordias seminente, quasi à serpente mox fuge, ad minus per mētis discessum, & mœsti vultus ostensionem: nec comunices tam in fructuosos fabulis tenebrarū, magis autē redargue. Etenim per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis, vt sicut ventus aquilo dissipat pluuias, sic facies tristis linguam detrahentem. Denique vbi maior peccandi occasio, ibi diligentior adsit custodia. Hinc in colloquio ponamus ori nostro custodiam, & ibi sit omnis frater velox ad audiendū verbū salutis, tardus verò ad loquendum: memor verbi Iacobi fratris domini, Quia si quis putat se religiosum esse non refrenās linguā suam, sed feducens cor suū per loquacitatem atque silentij fractionem, aut per stultam suū ipsius reputationem, huius vana est religio. Insuper cordis puritati, quæ omnium exercitiorum est finis, efficaciter studemus atque sobrietati, quoniam optimum est gratia stabiliri cor, non escis: cum dicat Saluator, Væ vobis qui saturati estis.


Ad tertiam, hymnus.  
 ¶ Inuocatur in eo spiritus sanctus, vt dignetur nobis illabi: hortamur deinde, vt & corpore & animo diuinas personemus laudes, ac feruentem charitatis affectum in proximos habeamus.  
 Author Ambrosius Carmen Iambicum dimetrum.



Vne sancte nobis spiritus. ] hora tertiā rechte precamur spiritum sanctum, vt se nobis dignetur infundere, qua hora sanctissimæ primitiæ ecclesiæ fuit infusus: iuxta quod dictum est in hymno de solennitate ipsius, Dum hora cunctis tertia. [ *Nunc sancte nobis spiritus vnum patri cum filio* ] id est tu & spiritus sanctus qui es vnum patri, id est substantialiter vnum cum patre æterno ac vnigenito eius filio. [ *Dignare* ] nunc, id est in hac hora, [ *promptus ingeri* ] hoc est, intimē imprimi nobis per tuorum infusionem, incrementa & perfectionem charitatum, vt supra in hymnis de solennitate spiritus sancti ipsius expositum est. [ *nostro refusus peccatori* ] .i. rursus infusus seu instruitus, superasperfus tanquā dulcissima vnctio, saluberrimumque vnquentū nostro peccatori. i. cordi. [ *Os, lingua* ] quæ sunt instrumenta loquendi [ *Mens* ] .i. intellectus & ratio. [ *Sensus* ] interior atque exterior. [ *Vigor* ] hoc est, tota animæ fortitudo. [ *Confessionem personæ* ] .i. perfectē & feruēdē sonet & exprimat ac decantet, confessionem .i. diuinæ maiestatis laudationē: iuxta illud, Cōfitebor tibi domine in toto corde meo. Et item, Psallā deo meo quā diu sum. Cōfitebor tibi omne bonū, tibi gra-

ta mente ac humili ascribēdo, mihi ipsi verò deficere & peccare, & ad omne malū existere pronum. Sic psal. 9. 8. 5. quocq; confitebor tibi confessione propriæ culpæ: iuxta quod scriptū est, dixi confitebor aduersum me psal. 103. iniustitiam meā domino. Nā, vt in prouerbis expressum est, Qui abscondit scelera sua nō dirigitur: qui Genes. 8. autē confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiatē cōsequetur. Ideo sanctus Iob protulit, Vias meas in cō psal. 31. spectu eius arguā, & ipse erit saluator meus. Ad hoc hortatur nos Hieremias, Scrutemur vias nostras & Proue. 28. quæramus & reuertamur ad dominū. Leuemus corda nostra cū manibus ad dominū in cælos. [ *Flamme* ] Iob. 13. [ *scat igne charitatis* ] .i. amor spiritualis diuinus infusus inardescat, crescat, perficiatur in nobis estuanti flam Tren. 3. migerōq; affectu, prout in euangelio loquitur Christus, Ignē veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt Ibidem. accendantur? [ *accendat ardor proximos* ] .i. feruor diuini ac fraterni amoris corda calefaciat proximorū no strorū: sicut fatetur psalmographus, concaluit cor meū intra me, & in meditatione me exardescit ignis ¶ Hunc breuē hymnū non breui nec parua deuotione cantemus, imō dulcissimū illū paraclētū dulci ac æstuatū inuocemus affectu, & vniuersa quæ ægim⁹ ad profectū & perfectionē diuini ac fraterni ordinem: amoris, nec à primo torpeam⁹ feruore, ne christus nobis obiciat illud Apocalypsis, Habeo aduersus te pauca, quoniā charitatē tuā primā reliquisti. memor esto itaque vnde excideris & pœnitentiā age. Itēque; ait ad quēdā, Scio opera tua quia nec calidus es neq; frigidus, sed nūc quia tepidus es, incipiā te euomere de ore meo. Hinc ad hebræos hortatur apostolus, consideremus inuicē in prouocatione charitatis & bonorū operū. Si amabilis est creatura, nūnne in infinitum amabilior est creator? Eius ergo bonitatem, amabilitatem, dulcedinem, & decorem omnem, ipsius dilectionem, liberalitatem & gratiam super genus humanum sinceriter contemplemur, sicque accendamus in eo. quod si nec ita accendimus, inuocemus bonitatem eius immentam, vt ipse nos inflammare dignetur: suspiremus ad ipsum assidue, affe ctuosē dicentes, O dulcissime deus quando te toto corde amabimus: sicque decantato hoc hymno miserrimum solenniū cum summa deuotione interesse ac iubilare altissimo non differamus.

Ad Sextam, Hymnus.  
 ¶ In eo diuina laudatur potentia, à prouida ordinatione ac dispositione temporum, oraturque deus vt ardore concupiscentiarum à nobis tollat, corpori sanitatem, animæ tranquillitatem tribuat.



Estor potens verax deus ] deum omnium creatorem omnipotentem esse eorum que condidit potentem rectorem in aliorum expositione hymnorum paruit iam frequenter: qui est verax deus, quoniam ipse solus est deus verus veritate nature, qui solus est ens penitus independens absolute perfectum, actus purus, & esse purissimum in se subsistens ab omnibus infinita excellentia separatum: qui etiam verax in verbis, in promissis, in cunctis suis iudiciis, sicut & filius dicit ad patrem, Sermo tuus veritas est. Et psalmista, Principium verborum tuorum veritas: atque Tobias ait, Iustus es domine, & omnia iudicia tua iusta sunt, & omnes vię tuæ misericordia & veritas. [ *Qui temperas rerum vires* ] hoc est, moderaris, disponis, & ordinas temporalium rerum a temporum processu & successiones, tempora & ætates, vt plenius fuit expositum super illud, Aeternum rerum conditor, noctem diēque qui regis. [ *splendore mane instruis* ] .i. auroram informas & ornas candore ac radio solis, intelligendo per mane (quod est pars temporis) ætæralia que sunt in ipso diluculo, vt elementa & mixta quæ tunc solis lumine perfunduntur. [ *Et ignibus meridiem* ] hoc est, tempore meridiana non afficit & qualitas elementa ardoribus solis: tunc enim sole existente in alto fit reflectio radiorum eius ex obiectione corporū talium, ex qua reflectione calor caufatur, præsertim diu reflectio magis directē, perpendicularitēque caufatur. [ *Extingue flammas litium* ] .i. ignotos motus passionum & prauos iræ, impatientiæ, cupiditatis furorē, ex quibus lites, contentiones ac consilia oriuntur Iacob. 4. rur. Anima nanque iracunda incendit litem. Iacobus quoque ait, Vnde bella & contentiones in vobis. Eccle. 28. nūnne ex concupiscentiis vestris? Nam ira materialiter diffinitur esse accensio sanguinis circa cor. Hinc Proue. 27. [ *Aufer calorem noctium* ] id est concupiscentiarum feruores & actus quibus nocturno tempore magis

vacatur. [confer salutem] .i. habitudinem congruam & salubrem [Corporum] vt secundum exigentiam profectus, scilicetque animæ, corpora nostra regantur, spiritusque subdantur, & corpora sanitate ad honorem dei bene vtantur, nam & salus inferiorum in recta consuetudine superioris. [Veramque pacem cordium] .i. internam quietem in deo, & gaudiū imperturbatum in actibus virtuosis. Pax namque superaddit gaudiū imperturbationē, nec potest anima veram inuenire pacē, nisi in suo creatore, cui loquitur August. Domine creasti nos propter te, & inquietum est cor nostrum quousque superueniat ad te. Præsta pater piissimè, patrique compar vnice. i. tu vnigenite deo patri æqualis. Istud supra expositū est. nunc hymnum quemadmodū cæteros, deuotione cōgrua depromamus, atque ad ea que desuper obtinere precamur, dignam quoque operam, diligentiam & annisum impendere nō cessemus. Oportet quippe naturā cooperari gratiæ dei, vt faciat homo quod in se est, quia vt Augustinus deprompsit, Qui creauit te sine te. i. sine tua cooperatione, non iustificabit te sine te. Hæc demū est ratio, quōd quotidie multa orando in horis ac aliis precibus non exaudimur, & petentes nobis profectum dari virtutum aridi permanemus, quoniam & remisso oramus affectu, neque fatigimus impedimenta exauditionis vitare .i. negligentias & peccata quantum naturæ possibile est, occasiones etiam peccandi vndique declinare, & ad ipsa virtutū exercitia quantum ad substantiam operum nos pro viribus adhibere, extendere, applicare. Si quis regem offendisset terrenum, sibi que peteret indulgeri, nec tamen à regis cessaret offensā, nū quid rex, quamuis valde clemens, illi ignosceret? Non, puto. Itaque iuxta tenorem precum hymni istius conemur prauissimos iræ, impatientiæ ac omnis inordinatæ, & sensualis affectionis flammæ & impetus suffocare. Impatiens namque operatur stultitiam: & ira in sinu stulti quiescit, ac hominem similem efficit furioso. Sensualis quoque affectio venenum est spiritualis amoris, sic & effectus sensualis & inordinatæ affectionis, oscula, amplexus & tactus non carent periculis. Non ergo per talia neque per immoderantiam cibi & potus foueamus aut excitemus in nobis ipsi aut aliis calores nocentium, incontinentia libidinis, sicut mulos carnis, quod & iuniorib⁹ in quibus adhuc viget sanguinis calor, atque ad motus inordinatos sunt prouisi, potissimum est pensandum & obseruandum. Vnde (vt recitat casianus) sancti patres in Aegypto inter cætera statuerunt, ne vnus fratrum alterius tangeret manum. quod item in regula sancti Pachomij diuinitus edita, de celo allata, & per sanctum angelum viro sancto præsentata continebatur.

Ad nonam, Hymnus.

¶ Diuina in eo laudatur prouidentia, sua virtute omnia conferuans, dei partes suis vicibus distinguens, oraturque deus, vt scilicet & beatum vite exitū, & post piam ac sanctā mortem vitam æternā largiatur.

Author Ambrosius. Carmen Iambicum Dimetrum.



Rerum deus tenax vigor. ] Ecclesia dei in hymnis & precibus, horis & canticis suis semper sollicita est omnia illa sic ordinare, vt & tempori congruant, & gratia vitæ peccata obtineatur diuinitus. Hinc in hymno nonæ oramus pro gratia ac virtute pertingēdi immaculatē ad vesperum. Rerum deus tenax vigor, id est o tu deus omnipotēs vigor tenax. i. vis seu potestas omnium rerum cōseruatiua indefinenter. Vigor inquam non formalis inhærens, sed separata, effectūque operis sine cuius manutentia & incessanti cōseruatione nulla penitus creatura posset per vnum momētum cōsistere aut durare, etiam minus quā dies sine lumine solis, vt non solum theologū, sed profundiores quoque philosophi cōscriperunt. Hinc sapiens dicit deo. Quomodo posset aliquid permanere nisi tu voluisses, aut quod à te vocatum non esset cōseruaretur? [Immobilis in te permanens] .i. in teipso prorū incommutabilis perseveras, quemadmodum per prophetam protestaris. Ego dominus & nō mutor. Propterea loquitur Balaam, Non est deus quasi homo vt mentiar: neque vt filius hominis, vt mutetur: dixit ergo & non faciet, loquutus est & nō implebit. ¶ Denique iuxta philosophum, deus est actus purus, id est natura seu forma non inhærens, sed foris manens, omnia formans, nihil informans, quamuis in cunctis realiter sit: simplicissima, inquam, formalissimaque natura in qua nulla potentia passiuā determinans, nulla differentia contrahens, nil materiæ aut materialis proprietatis, potentialitatisve imitans: sed natura in seipsa infinita omnino perfectā, æternaliter & prorū inuariabiliter in optima ac superbeatissima sui dispositione cōsistens: cuius est nullo indigere, à nullo moueri, actuari aut perfici, imō cætera vniuersa mouere, actuare, perficere. Ecce quā gloriofus & supergloriosus est dominus deus noster, cui super hoc præcordialissimè congratulari semper debemus. Ideo dixit Boëtius, O qui perpetua mundum ratione gubernas, stabilisque manens das cuncta moueri. Veruntamen Plato asseruit primum motorem, vtputa deum moueri, quod quamuis Aristoteles reprehēdat, verba tamen non mentem magistri sui Platonis impugnat. Etenim eo sensu differuit Plato deum moueri, quo & sanctus Dionysius. i. cap. de diuinis nominibus loquitur, Omnes illuminationes moto patre, id est deo creatore descendunt. In quibus verbis nō aliud designatur per deum moueri quā ipsum in actū pcedere. [Lucis diurna tempora successibus determinans] .i. tu deus determinā, id est finiens ac distinguēs tēpora lucis diurnæ, id est horas ac claritatem diei successibus .i. successiuis pcessibus, indefinentique cursū à diluculo vsque ad crepusculum, quod deus facit per solis irradiationem ac motum. Opera nanque naturæ deo in scripturis principaliter ascribuntur, præsertim in Iob qui loquitur creatori omnia ordinanti, Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me totum in circuitu. Nūc sicut lac multisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnis vestisti me, ossibus & neruis compegisti me. [Largire clarum vesperem] id est gratiosè nobis concede virtutem perueniendi ad vesperam, & finem huius dei sine fordibus vitorum, vt clarum ac lucidum vesperem fortiamur in toto diei tempore, in operibus lucis & gratiæ, non tenebrarum ac dæmonum fructuosè deducemus: præsertim quia

Sapient. 3.

Malac. 3. Num. 23.

Iob. 10.

A post prandiū ventre repleto solent homines ad vana & inutilia esse procliuiosiores, aliquātula iam seruitute ante prædium deo exhibitā: quasi vnoquoque talium illud prouerbiorū dicente, Victimus pro salute debui: hodie reddidi vota mea, idcirco egressus sum vt viderem te. [Quo] vespere vel potius, quo .i. per quam tuam largitionē tam gratiosā, [Vita nusquam decadat] hoc est conuersatio nostra interim nequam cadat deorsum ab altitudine gratiæ ac virtutum in ima culparum, ne defluat sine fructu. Propter quod ad Hebræos expressit Apostolus, Abundantius oportet nos obseruare ea quæ audiuius, ne forte pereffluamus: non enim effugiemus, si tantā neglexerimus salutem. [Sed præmium mortis sacræ perennis inflet gloria] hoc est beatitudo æterna imminet, appropinquet, præfixoque tempore nobis præstetur præmiū, & pro mercede sacræ mortis. i. virtuosū, scilicetque obitus quē vite habebimus, si iuxta tenorem orationis præmissæ in bonis actibus perseveremus, atque in præactis à te fuerimus exauditi. Nēpe, ait Saluator, Qui perseverauerit vsque in finem, saluus erit. Vel præmiū mortis sacræ. i. beata merces ac retributio passionis & mortis Christi, qui tradidit se pro nobis, videlicet gloria perennis inflet. i. nobis incumbat ac cōdonetur. Christus quippe ex summa charitate, obedientia, pietate, patiēdo & moriēdo pro nobis gloriam nobis promeruit æternalem, vt patuit iam frequenter. Et Petrus ait, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, vt nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autē spiritu, degluties mortē, vt vitæ æternæ efficeremur hæredes. Vnde & ipsemet factus est, Filius hominis non venit vt iudicet mundū, sed vt saluet mundus per ipsum. Itaque & hunc hymnum sic decātemus, vt ad clarum vesperem quotidie & tandem ad prosperū finem vitæ perducamur, sicque verè participes simus meriti ac præmij dei & saluatoris, & implcamus quod hortatur Apostolus, Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & cōsummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit mortē confusionis contempta. i. pro nihilo reputata. Recogitatem eum qui talē sustinuit aduersus semetipsum contradictionē, vt non fatigemini animis vestris. Hinc nos quoque indefesè ad hæcramus iustitiam, & pro ea libenter patiamur, aduersa cōfusione contempta. i. omnem confusionem, despectionem, vituperationem, quam ob hoc perpersi fuerimus, paruipendentes, imō pro nihilo repuntantes. Quia nō sunt dignæ passionis huius temporis ad perennem gloriam, quam dominus & saluator sua sacratissima morte promeruit nobis: quam consequemur, si tamen compatimur.

Prouer. 7.

Hebr. 2.

Math. 24.

1. Petri. 3.

Ioan. 3.

Hebr. 12.

Ad completorium, hymnus.

¶ In eo fit ad Christum dei filium oratio, vt ingruentis tempore noctis nos custodiat, quo placidam in eo quietem capiamus, animas nostras itidem & corpora in sua protectione constituat, & ab hoste maligno, salua, illaesa, incontaminataque conseruet. ¶ Author creditur beatus Pater Ambrosius.

Carmen Iambicum dimetrum, non exactum.



Christe qui lux es et dies. ] Affectuosissimum hymnum hunc ex dei præconiis ac facris precibus eminenter contextum compunctè ac seruidè proferamus. Christe qui lux es & dies, hoc satis diffusè expositum reor super primum versum hymni illius, Splendor paternæ gloriæ de luce lucem, &c. [Noctis tenebras detegis] id est manifestas caliginis errorum ac vitorum, tenebræque noctis exterioris facis cognosci, ita ne metuantur, quoniā reale nil sunt, nec aliquid posituum, idcirco non cere non queunt: & tempore noctis deus & angeli sancti nobiscum non minus sunt quā in die, nec sine illorū permissione inuisibiles hostes tangere valent pilum capitis nostri. [Lucisque lumen crededis] id est tu Christe crededis esse vnice filius patris, deus de deo, lumen de lumine, vt præactō loco expositum est, [Lumen beatum prædicans] id est proprio ore, & per tuos apostolos & alios sanctos eras docens & prædicans humano generi superbeatissimū lumen increatum, æternum, videlicet deum patrem: iuxta illud Ioannis, Pater manifestauit nomen tuum hominibus: Ioan. 17. imō & totam trinitatem dicendo, Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, Vel lumē beatum, id est lucidissimum beatificam dei visionem. Hæc est, inquit, vita æterna, Psal. 35. vt cognoscat te verum deū. Vel, lumen gloriæ, de quo Psalmita dicit deo, In lumine tuo videbimus lumen. Lumen quoque fidei ac sapientiæ salutaris. [Precamur sancte domine] Totum quod sequitur oratio est quæ spiritualiter dirigi potest ad Christū, generaliter quoque ad superdignissimā trinitatem, quæ est vnus deus ac dominus. Itaque precamur o sancte domine, [Defende nos] ab omni periculo & corporis, & ab omni tentatione carnis ac dæmonis, ab omni imaginatione phantastica, vana, stulta ac puerili, protectione tua diuina, ope ac custoditione angelica, meritis ac precibus sacratissimæ virginis ac totius ecclesiæ triumphantis, ac etiam ecclesiæ militantis, & per dona gratiæ tuæ, [in hac nocte] imō & desequenti ac toto tempore incolatus præsentis, quod totum nox est comparatione diei æternitatis ac luminis gloriæ, præsertim luminis increati ac suæ beatificæ fruitionis, [Sit nobis in te requies] id est requies ordinata, tibis accepta: requies quoque contemplationis tui, & tranquillitatis internæ: requies etiam corporalis repausationis & somni conuenientis, Ne, vt in hymno ad vesperas est rogatum, hostis inuidi dolo pauor Esai. 50.

vt cognoscat te verum deū. Vel, lumen gloriæ, de quo Psalmita dicit deo, In lumine tuo videbimus lumen. Lumen quoque fidei ac sapientiæ salutaris. [Precamur sancte domine] Totum quod sequitur oratio est quæ spiritualiter dirigi potest ad Christū, generaliter quoque ad superdignissimā trinitatem, quæ est vnus deus ac dominus. Itaque precamur o sancte domine, [Defende nos] ab omni periculo & corporis, & ab omni tentatione carnis ac dæmonis, ab omni imaginatione phantastica, vana, stulta ac puerili, protectione tua diuina, ope ac custoditione angelica, meritis ac precibus sacratissimæ virginis ac totius ecclesiæ triumphantis, ac etiam ecclesiæ militantis, & per dona gratiæ tuæ, [in hac nocte] imō & desequenti ac toto tempore incolatus præsentis, quod totum nox est comparatione diei æternitatis ac luminis gloriæ, præsertim luminis increati ac suæ beatificæ fruitionis, [Sit nobis in te requies] id est requies ordinata, tibis accepta: requies quoque contemplationis tui, & tranquillitatis internæ: requies etiam corporalis repausationis & somni conuenientis, Ne, vt in hymno ad vesperas est rogatum, hostis inuidi dolo pauor Esai. 50. quietos suscitet. Sicque illud Esaiæ impletur in quolibet nostrū, Requiem dabit tibi dominus, & implebit splendoribus animam tuam [Quietam noctem tribue] vt nec propriis fantasias inceptis, nec hostium fraudibus inquietemur. [Ne grauis somnus irruat] id est non cadat in nos somnus immoderatus totaliter deprimens mentem ab eleuatione ac deum impediens eam, ad tempus etiam post euigilationem: ita vt nec citō, nec puer, neque fallaciter possit se ad deum erigere, & de grauiem somni ac fantasias excutere, [Nec hostis nos surripiat] .i. ad illicita nos non rapiat, fallat, subducat, [Nec caro illi consentiens] id est

nec appetitus sensitivus tentatori acquiescens, [Nos tibi reos statuat] id est culpabiles reddat, non quod carni per se competat consentire, nec appetitus sensitivus, aut vis cognitiva sensitiva, interior siue exterior citra rationis cōsensum ac deliberationem formalem aut interpretatiūm inducit peccatum mortale. Quod si ratio ex negligentia omiserit sensitivam vim refrenare ac debite regere, ipsa in culpa est. [Oculi somnum capiunt] id est corporalem moderatum virium reparatiūm. [Cor ad te semper vigilat] actu aut habitu, seu dispositione propinqua ad actualem devotionem, imò frequenter etiam actualiter oret, meditetur, psallat, ac desuper illustretur, & revelationem fortiat in somno, in quo revelationes & oracula fieri solent, vt supra expositum est. Et super hoc dictum est in hymno ad vesp̄as super illud, Dormire mētem ne finas. Et alibi, Vnde & sp̄s̄a fatetur dicens in Canticis, Ego dormio, & cor meum vigilat. [Dextera tua] id est gratiosa asistentia tua. [Protegit] sicutiam in primo versu hymni huius fuit expositum. Vnde orat Psalmista, A resistētibz dextera tua custodi me, vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege me. [Famulos tuos qui te diligunt] hoc est omnes vtriusque sexus fideles, vt nomine famuli designetur nō sexus, sed seruitus. Omnes, inquam, qui te diligunt charitate infusa, ne ruat in culpam mortalem, qua charitatem amittant, atque in venialem saltem frequentem, qua charitatis minorationem ac debilitationem sustineant, imò te protegente in ea crescant quotidie, vel qui te diligunt naturali amore quos digneris tueri, ne in mortali maneant ac pereant culpa, sed protinus pœnitentem supernaturalem tui amorem, scilicet charitatem obtineant. [Defensor noster] qui ais in Psalmo, In via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Cui loquitur Hieremias, Tuere me ab his qui persequuntur me. [Aspic] nos oculo pietatis tuæ immensa approbationis tuæ piissimæ: quemadmodum orat psalmographus, Aspice in me & misere mei. [Insidiantes] id est aduerfantes ac dolose nocere quærentes, nobis nostram impediendo salutem. [Reprime] id est refrena, vt nihil in nobis proficiat aduerfarij tales. [Guberna tuos famulos] id est vniuersos credentes dirige in viam salutis, etiam eos qui nondum seruiunt tibi ex charitate, sed fide informi ac timore seruii, vt ad charitatem te dirigente pertingant. [Quos sanguine mercatus es] id est tuo preciosissimo sanguine redemiisti, id est exponendo vitam tuam corporalem, imò teipsum pro illis in mortem, vt sæpe expositum est. [Memento nostri domine] id est ostende te iugiter memorem nostri indefinenter, gratiose, magnifice nobis asistēdo per misericordiarum tuarum effectus. [In gratia isto corpore] quod aggrauat animam, & deprimit intellectum, intantum quod carcer eius vocatur iuxta illud, Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo. Vnde exclamavit Apostolus, Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Multæ nanque sunt corporis necessitates, quibus vacando prouidendo ac satisfaciendo, anima à spiritualibus impeditur. Veruntamen corpus etiā in multis deseruit dominæ suæ, vt puta animæ tanquam instrumentum ac medium eius. Nam cū anima sit finis atque profectio corporis, non econtra constat corpus ordinatum in bonum animæ. [Qui es defensor animæ] quam ad imaginem & similitudinem tuam plasmasti, nec eam quantum in te est derelinquens, imò auertentem se & auersam à te variis modis reuocas per prospera & aduersa, per instinctus diuinos, angelicos & humanos, per scripturas & terribilia gesta. Hinc scriptum est, Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: parcis autem omnibus, quoniam tua sunt domine qui amas animas. Idcirco tuipse apud Hieremiam cōtestaris, Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamē reuertere ad me. [Adesto nobis domine] in omni necessitate, indigētia, periculo, aduersitate, angustia & euentu. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in mortem. auersum ac deuiantem misericordissime redue, roboras, posside & custodi. Libera me & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me: vt sic ex sententia grati psallam, A dextera est mihi dominus ne cōmouear. Et, Cū sedero in tenebris, dominus lux mea est, & deducet me dominus in lucem æternam. Somno quoque moderato refocillatus cōsitate, Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, quia dominus suscepit me. Igitur hymnum istum in completorio, in consummatione horarum, in sine diuini officij cum integro & ardenti proferamus affectu, cum recollectione animi & compunctione prægrandi, recōmendantes infinitæ pietati & gratiæ creatoris cum ingēti & filiali fiducia. Nec quisquam tam intimatorus extet, aut negligēs vt ad dormiendū se ponat sine diligēti discussione cōscientiæ suæ, imò vnusquisque ante reclamationem huiusmodi vigilanter recogitet & reuoluat, qualiter diem totum expendit, quid boni omiserit, quid mali commiserit in eodem. Qualiter in cibo, potu, colloquio, in diuino officio, in celebratione, ac cæteris vniuersis habuerit se. Sicque pœniteat coram deo, nec impunitū, nec indisciplinatum se deserat, emēdationem proponat firmisimē, Christi passionem, patientiam, humilitatem, cōstantiam, charitatem in debilibiter suis imprimat & infigat præcordijs, atque in lecto tāquam in monumento reclinet se: memor sollicitē, qualiter paulo post recludetur in tumulo: In pace in idipsum obdormiat orando, aut meditando salubriter. ¶ Porro, si contemplationis gratia ei collata sit, mentem erigat ad superbeatissimæ deitatis intuitionem, quemadmodū dominus deus noster omnipotens, naturaliter & superessentialiter bonus sit, & bonitas pura, quomodo libet infinita in seipso inensuē interminabiliterque perfectus, in quo omnis perfectio, infinita pulchritudo, immensa dulcedo, illimitata potestas, sapientia cuius nullus est finis, beatitudo & gloria sine termino & mensura. In horum meditatione inflammetur ac delectetur mens nostra. Ad metuendum quoque & colendū eundem, totisque viribus honorādum viriliter accingatur. ¶ Postremō, super gloriosissimam trinitatem synceriter cōtempletur, vel saltem pro viribus speculetur, qualiter pater æternus seipsum intuenso, intelligendo, & quasi intra se exprimendo suiipsius conceptum, ac verbum intra se profert ac gignit, & ipsum vniuentum suum superpulcherrimum sibi prorsus æqualem, cōsubstantialē, simillimum, superdeliciosissimē cum infinita cōplacencia, immēso amore æternaliter, clarissimē, suauissimē, inuariabiliter inueatur, cōformiter filius patrem, atque vterque spiritum sanctū, & spiritus vtriusque. Etenim mutua harum superuenerabilium, adorādarum, superublimium personarū intuitio,

A dilectio, fruitio, complacencia, & dulcedo incomprehensibiliter ac omniformiter est immensa. ¶ Denique quia ex creaturis ad creatoris aliquantam agnitionem consurgimus, pensemus quid magnus ille Theologus diuinissimus, sacratissimus Dionysius, de quarundam mentium creatarum amore ac amoris ad deum ardore loquutus sit. Nūne sexto angelicæ hierarchiæ capitulo de Seraphico summi angelici ordinis dulci, quieto, estuante amore deprospit & Calcificantes nominantur. Mobile enim eorum est semper circa diuinam, & incessabile, & calidū, & acutum, & superferuidum intentē & intimē, & recalcificans alia, &c. Ecce si amor ille creatus ac finitus superiorum illorum spirituum angelicorum tam intensus ac vehemens est, vt non solum calidus & acutus, verumetiam superferuidus appelletur, qui utique amor infinitē minor est, minus acutus minūque feruidus, quā increatus ille mutuus amor super sanctissimæ Trinitatis, certum est, quā incomprehensibiliter ac incomparabiliter tres adorandæ personæ seinuicem diligant, & idem patet de mutua earum intuitione plenariē comprehensua, de mutua iparum superdulcissima & superdeliciosissima fruitione. ¶ Præterea, omnis ratio amandi seinuicem, excellentissimē & perfectē in ipsis consistit, videlicet, bonitas, cognitio, propinquitas, vnio, communitio: vnaquæque enim earum infinitæ est bonitatis, & aliam plenē ac limpidiissimē comprehendit, & pater totam bonitatem suam & gloriam communicat filio, atque vterque spiritui sancto: nec solum vnitæ sunt, imò & substantialiter idem. Et quibus palam est dilectionem earum adinuicem omniphariē esse in infinitum superaridentissimam & immensam. In harum contemplatione mens verē deuota, synceriter reformata, deiformiter inflammata fide cū rationibus credendorum, purificata mentis intelligentia sublimiter decorata, interdum quasi mediā & condilectam ac complexatam experitur seipsam, vt puta raptā iam & absorpta in infinitas diuitias gloriæ dei in æternæ lucis immensam abyssum, in regionem supersplendidiissimam luminis increati. Ad hanc aliquantulum futuræ beatitudinis prælibationē, degustationem, participationē conemur ac properemus, quæ ad mysticam spectant theologiam, ad doni sapientiæ complementum, ad apicem mentis in deum totaliter transformata, ad diuini amoris perfectionem vnitatiūque viam, ad quam non nisi per omnimodam priuati amoris extirpationem, per profundissimam humilitatem ac vehementissimam suiipsius aspernationem, per syncerissimum zelum iustitiæ ac boni cōmunis præcordialem affectum, per cordis munditiam, conscientiam puritatem, ac consimiliam exercitia ad viam purgatiuam & illuminatiuam spectantia. In quibus omnibus exerceamus & actuemus nos strenuē præsentiam maiestatis diuinæ indefinenter pensantes, ac totis viribus venerantes. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

C COMMENTARIORVM IN HYMNOS FINIS.

PARISIIS

EXCVDEBAT ROBERTVS MASSELLIN.

M. D. LI, MENSE OCTOBRI.